Subſcribens ſe alicui ſcriptura videtur contenta in ea approbare, niſi ex neceſſitate officij ſubſcripſiſſet.f.133.n.52.& f.137.n.64.

Subſidium charitatiuum ex æquitate preſtatur pro vtilitate eccleſię vel prelati, quando facultates non ſufficiunt.f.294.n.6.

Subſtituendi poteſtas ſi data fuerit, an poſſit plures gradus ſubſtitutionis facere. fac. 189. verſic..Octauo. num.3..

Subſtituti in feudo ex pacto ſuccedere dicuntur.f.234.num.10.

Subſtitutio eſt primaue voluntatis euerſio, aut caducę prouiſio.f.225.n.31.

Subſtitutio non eſt reiteratio prioris inſtitutionis, ſed noua diſpoſitio in priore non comprehenſa. fac. ead. num.45..

Subſtitutus dicitur procurator domini, & non ſubſtituētis.f.15.n.48.

Subſtitutus ſubrogatus vel coadiutor an detrahat emolumentum à principali f.45.n.24.

Subuentio à vaſallis debetur baroni pro redimenda perſona ipſius, dum vacans ſeruitio Regis captus fuit ab hoſtibus.f.260.nu.3. & cur à vaſallis, non à Rege, vide nu.8.

Subuentio debetur à vaſallis baroni pro militia filij.f.ea.n.4.& f.264.nu.12.& an debeatur pro militia nepotis, vel pro militia fratris.f.ea.n.14.& an debeatur pro doctoratu filij.ibi.n.15.

Subuentio à vaſallis debetur baroni pro maritanda filia, vel ſorore, & pro monacãda.f.260.n.5.& an pro maritanda nepte.f.266.n.17.ac etiam pro emenda terra pro vna vice tantum.f.270.n.24.

Subuẽtio debetur à vaſallis baroni pro ſeruitio Regis, vel ſui exercitus.f.260.n.6.

Subuentio à vaſallis debetur baroni quando Rex hoſpitatur in terra baronis ſumptibus ipſius baronis.f.ead. nume.7.

Subuentio ex qua cauſa præſtatur à vaſallis baroni.vbi ſup.n.8.& f.262.n.9.

Subuẽtio poſtquã fuerit taxata & permiſſa per vaſallos pro redemptione Domini, an debeatur ab ipſis vaſallis, ſi dominus antequam veniſſet ad ſuos, obijt penes hoſtes.f.263.nu.11.

Subuentio an debeatur à vaſallis pro maritanda ſorore, quando pater reliquit dotem filiæ in teſtamento.fac. 265.n.16.

Subuentio quæ debetur à vaſallis pro maritanda filia, intelligitur dũ filia eſt nuptui tradita in ætate nubili, & non ſi contrahatur ſponſalia.f.267.n.18.

Subuentio quę debetur pro maritanda ſorore, intelligitur cum feudum eſt paternum, ſecus ſi feudum nouiter eſt acquiſitum per fratrem.f.ea.n.19.

Subuentio à vaſallis duorum dominorum cui debetur, ſcilicet habẽti iuriſdictionem ciuilem, vel habenti iuriſdictionem criminalem.vbi ſup.n.20..

Subuentio qualiter ſit preſtanda à vaſallis, quando ſunt plures domini, puta in feudis, in quibus viuitur iure Longobardorum, in quibus omnes filij ſuccedunt.fac. 269.n.22.

Subuentio qualiter intelligatur debita à vaſallis domino ſuo pro emenda terra.f.271.n.25.ad quam rationem.f.272.n.27.& quid ſi emerit iuriſdictionem criminalem, an debeatur ſubuentio.f.273.n.29.

Subuentio quæ debetur baroni à vaſallis an poſſit peti etiam ab habitatoribus illius caſtri.f.274.n.31.

Subuentio quę ſemel præſtari debet pro emenda vna terra tantum, ſi data fuerit patri pro vna terra empta, an debeatur etiã filio pro alia emenda per ipſum, vel excludatur ex perſona patris.f.ea.n.32.

Subuentio an debeat præſtari à vaſallis dominę dotanti filiam.f.277.n.1.

Subuentio debetur mulieri habenti dotarium ſuper feudo.f.278.n.11.

Subuentio nõ datur domino pro filię maritanda ante duodecimum annum.f.280.n.23.

Subuentio non datur à vaſallis pro filia naturali, vel ſpuria maritanda.f.ea.n.25.

Subuentio non debetur matri pro dotanda filia, quia ex voluntate, non ex neceſſitate dotat. fac. 284. numero 48.

Subuentio debetur mulieri habenti dotarium in terra feudali, ſi pro ea præſtat ſeruitium. fac. eadem numero 49.

Subuentio non competit filio pro dote à matre data.fa. 285.n.52.

Subuentio non debetur patri maritanti filiam ante nubilem ætatem.f.ea.n.53.

Subuentio debetur pro medietate in monachatu filiæ.f. 286.n.56.& f.289.n.3.

Subuentio nõ debetur matri pro dotanda ſorore, quando feudum eſt nouum.f.ea.nu.57.

Subuentio an debeatur patri maritanti filiam ob ſuam pulchritudinem cum eius conſenſu.f.288. colum. 2. num.1.

Subuentio vt competat pro maritanda filia, ſorore, vel nepte plura requiruntur.f.ea.n.3.

Subuentio an debeatur pro maritanda filia ſpuria vel naturali.f.289.n.1.

Subuentio an debeatur pro filia ſpuria vel naturali legitimata.f.290.col.2.n.1.

Subuentio an debeatur patri habenti plures filias pro omnibus maritandis, aut pro prima tantum.fac. 291. col.1.n.1.

Subuentio an debeatur patri pro remaritãda filia, ſi caſu prima dos fuerit perdita.f.ea.q.6.n.1.

Subuentio non debetur etiam quod maritus conſumpſerit dotes pro ſeruitio domini.f.292.n.5.

Subuẽtio an debeatur dominę maritãti ſeipsã.f.ea.n.1.

Subuentio an debeatur domino feudi facienti ſe creare militem.f.293.nu.1.

Subuentio pro creando milite principaliter Regem reſpicit.vbi ſup.nu.2.

Subuentio an debeatur quando ſoror non maritatur a primogenito hærede in feudalibus, ſed ab alijs fratrib.hęredib.in allodialib.ex diſpoſitione paterna.f.295.n.1

Subuentio debetur feudo, & perſona propter feudum. f. 296. nu. 4.

Subuentio debetur fratribus qui maritant ſororem nõ vt poſſeſſores feudi, ſed vt exequutores diſpoſitionis paternę. f. ea. nu. 5.

Subuentio à patre non exacta tranſmittitur ad omnes hæredes pro portione hæreditaria. vbi ſup. n. 6.

Subuentio an debeatur domino ementi terram deſertam, quæ poſtea habitatur à Sclauonibus, Græcis, & Albanenſibus in domibus luteis. f. 297. n. 1.

Subuentio an debeatur pro terra habitata ab vno vel duobus vaſallis. f. 300. n. 4.

Subuentio an debeatur pro emptione terræ deſertæ, quæ poſt emptionem fuit effecta populoſa. f. 302. colum. 1. num. 1.

Subuentio debetur inſpecto tempore emptionis, non eius quod ex poſt facto ſuperuenit. vbi ſup. n. 2.

Subuentio an debeatur pro terra empta, cuius aſſenſus non erat impetratus, nec poſſeſſio tradita & precium ſolutum. f. 302. col. 2. n. 1.

Subuẽtio à vaſallis debita an poſſit eis remitti ſine aſſenſu. f. 304. col. 2. n. 1.

Subuentio an debeatur domino pro faciendo militem fratrem ſuum naturalem uel ſpurium. fac. 305. col. 2. num. 1.

Subuentio quæ debetur prælatis eccleſiarum in certis caſibus an differat ab ea, quę debetur baroni ex lege Quã plurium. f. 306. col. 1. n. 1.

Subuentio à vaſallis an debeatur domino tenenti feudũ cum pacto de retrouendendo, durante termino redimendi. f. 307. n. 1.

Subuentio debetur mulieri de feudo cum vaſallis ſibi pro dotario conſignato, quia mulier in dotario, eſt pluſquã vſufructuaria. f. 308. n. 8.

Subuentio quæ debetur à vaſallis domino pro emẽda terra, intelligitur deberi etiam ſi emptio illius terræ fieret cum pacto de retrouendendo. f. ea. n. 11.

Subuentio pro emenda terra non poteſt peti per hæredẽ, quando præſtita fuit defuncto, & hoc quãdo feudum eſt hæreditarium, ſed ſi fuerit ex pacto & prouidentia vnuſquiſque ſucceſſor petit ſubuentionem. f. 439. col. 2. n. 1.

Subuentiones à vaſallis in quibus caſibus debentur baroni, in Regno, ac etiam extra Regnum remiſſiue. f. 260. num. 2.

Subuentiones à quibus vaſallis debentur baroni, à burgẽſaticis, an ab alijs qui feuda tenent, vel ab hominibus qui vaſalli ſunt ratione feudi. f. 262. n. 10.

Subuentiones quæ debentur à vaſallis ad quam rationẽ taxantur in regno, & ſecundum qualem numerum focularioꝛum, & an ſecundum Cataſtrum, ſeu librum focularioꝛum Regiæ cameræ, an alio modo. f. 269. n. 23 & f. 273. n. 28.

Subuentiones licet extraordinarij redditus ſint, faciunt tamen feudum maioris pretij. fac. 304. colum. 2. numero 3.

Subuentiones quæ percipiuntur à vaſallis dicuntur fructus feudi, & ideo debentur domino, qui eſt dominus tempore quo percipiuntur. f. 308. n. 10.

Succedens ex pacto vel ex contractu non ſoluit releuiũ, quia hẽbet feudum nouum. f. 409. n. 15.

Succeditur in feudo hæreditario tã ex teſtamento quàm ab inteſtato, in feudo verò ex pacto & prouidentia neque ex teſtamento, neque ab inteſtato ſucceditur, ſed iure proprio tantum. fac. 450. colum. ſecunda. num. 1.

Succeſſio qualis ſit in feudis quaternatis & non quaternatis, & emphyteuticis, & feudo redditiarijs. fa. 419. num. 4.

Succeſſio in Principatu, Ducatu, & Marchionatu fit reſpectiue ad commodum vaſalloꝛum, non reſpecta prærogatiua ætatis vel gradus, quod ſecus eſt in alijs feudis. f. 432. ver. nona. n. 1.

Succeſſio in Regnis, & alijs magnis feudis defertur ad agnatũ, etiã ſi eſſet in milleſimo gradu, in alijs feudis vſque ad ſeptimum gradum, & in regno vſque ad tertium in viuentibus iure francorum, & hodie vſque ad quartum ex Cæſaris munificentia. f. 433. verſi. Decima. nu. 1.

Succeſſio in feudo hæreditario fit in ſtirpes, in feudo ex pacto fit in capita, fac. 459. verſic. Trigeſimoquarto. num. 1.

Succeſſor tenetur habere ratum geſtum per ſuum prædeceſſorem ex natura officij. f. 213. n. 2.

Succeſſor feudi hæreditarij mittitur in poſſeſſionem feudi ex edicto l. fi. C. de edic. Diui Adri. tol. f. 449. ver. Decimoſeptimo. n. 1.

Succeſſoris verbum in feudo intelligitur de perſonis habilibus ad ſuccedendum in feudo ex natura feudi, vel ex prouidentia conſtitutionis. f. 293. n. 6.

Sueui quot annis regnarunt in Regno. f. 68. n. 47.

Summaria, quare ſic dicta. f. 40. n. 5.

Superior poteſt cogi ad diſpendum & faciendum gratiã, vbi iuſta cauſa ſubeſt. fac. 243. colum. prima, numero 6.

Surrentum ex artis celebritate, ac vini perfectione laudatur. f. 72. n. 37.

Suſpicio perſonam ſigillat, ſed iuriſdictionem non remouet. f. 424. n. 37.

T

TAbula Amalfiæ maritimas quæſtiones decidit. f. 37. nu. 8.

Tancredus Rex quartus in regno, & quot annis regnauit. f. 55. n. 27.

Tarentum mater omnium ciuitatum regionis. fac. 55. num. 8.

Tarentum ciuitas celleberrima ex quibus laudetur, & vnde dicta. f. 72. nu. 39.

Tauri philoſophi ſententia inter præſidem Cretæ prouinciæ & patrem ſuum ſuper pręcedentia. fac. 22. numero 20.

Temporis diuturnitate omnia præſumuntur legitime facta, etiam in præiudicium tertij per lapſum triginta annorum. f. 214. n. 2.

Terra quando intelligitur in caſu pręſtationis ſubſidij à vaſallis pro emenda terra.

Terracina opidum quod nũc dicitur, prius Anxur appellabatur. f. 4. n. 13.

Territorium & terra quæ dicantur. f. 300. n. 4.

Tertius cuius non intereſt non admittitur ad opponendũ caducitatem. f. 144. n. 7.

Teſtamentum conditum auctoritate ſuperioris ſine eiuſdem auctoritate reuocare non poteſt. f. 190. col. 2. num. 2.

Teſta-

Teſtamentum cum authoritate & aſſenſu principis inſinuatũ valet, niſi teſtator aliud diſpoſuerit. ibi. n. 4.

Teſtamentũ vnicum dicitur, licet in ſe contineat plures inſtitutiones & ſubſtitutiones. f. 227. n. 18.

Teſtamentum continens legata & fideicommiſſa vnicum dicitur reſpectu voluntatis, licet ea ex voluntate & accidenti inſerantur. f. 231. n. 49.

Teſſera frumentaria quæ dicantur. f. 6. n. 47.

Teſtamentum factum cum aſſenſu regis, an poſſit reuocari ſine licentia Regis. f. 165. n. 69.

Teſtes ruſtici, angari, vel habitantes in villis non admittuntur contra Barones in criminalibus, niſi in crimine læſæ Maieſtatis. f. 427. n. 9.

Teſtes in contractibus Comitum & Baronum, vbi agitur de magno præiudicio, debent eſſe eiuſdem qualitatis cum contrahentibus. f. 435. verſ. Trigeſimaſecunda nu. 1.

Textus in l. 1. §. fin. cum l. ſeq. de reb. cor. ſecũdum quoſdam eſt mendoſus. f. 239. n. 5.

Textus in c. 1. an agnatus. qui loquitur in filio, quando procedat in nepotibus. f. 405. n. 6.

Textus in c. 1. an agnatus. an intelligatur de feudo hereditario, vel ex pacto, & de feudo nouo vel antiquo. ibi. nu. 8.

Titulum poſſeſſionis ſuæ, an & quando teneatur ſubfeudatarius oſtendere Baroni petenti. f. 349. col. 2. n. 2.

Titulum ſuæ iuriſdictionis vel Caſtri ab altero poſſeſſi oſtendere tenetur agens rei venditione, agens vero pro recuperanda poſſeſſione non tenetur exhibere. f. 436. verſ. Quadrageſimaſexta. n. 1.

Tranſumpta inſtrumentorum & priuilegiorũ fiunt in magna curia abſque citatione partis. fac. 35. col. 1. numero 38.

Tranſactio ſuper feudo poteſt fieri de iure feudorũ, etiã ſine aſſenſu, dummodo bona fide & abſque fraude. f. 148. nu. 8.

Treguæ poſſunt fieri inter duces belli ad certum tempus breue, vel longum, ne ſe inuicem laceſſent hoſtes. f. 129. n. 27.

Tregua tempore durante inter duces & milites, pax cenſetur conſiſtere inter eos. vbi ſup. n. 28.

Triplex qualitas dominij in muliere. f. 278. n. 8.

V

VAgari dicitur qui non habet certam ſedem. fac. 297. n. 3.

Valuaſores appellantur feudatarij. f. 8. n. 77.

Vandalorum & Saracenorum qualis mos in dominando f. 28. n. 9.

Vaſſallagium differt à præſtatione oneris realis. f. 299. nu. 8.

Vaſalli debent contribuere in expenſis Baronis, quando Rex venit ad hoſpitandum in terra Baronis. f. 352. verſ. vigeſimatertia. n. 1.

Vaſalli extra territorium feudi non debent compelli ad ſeruitia præſtandum. f. 363. n. 2.

Vaſalli in quibus caſibus tenentur vendere fructus eorum territoriũ potius dominis quàm alijs. f. 369. n. 3

Vaſallis in dubio triplici ratione fauendum eſt in iudicando. f. 284. nu. 46.

Vaſallus liberto æquiparatur, vt ita teneatur domino ſicut libertus patrono. f. 3. n. 4.

Vaſallus vaſalli mei quando dicatur meus vaſallus. f. 17. n. 5. & f. 19. n. 24.

Vſallus Baronis nõ pręſtat ſeruitium & releuium Regi, ſed Baroni. f. 20. n. 25.

Vaſallus de iure feudorum alienans feudum, ipſumque tradendo & nouum immittendo poſſeſſorem ſine aſſẽſu domini; amittit feudum, quia dominum contemnit, ſuamque poſſeſſionem interuertit. f. 147. n. 28.

Vaſallus de iure regni alienans feudũ ſine aſſenſu, etiam quod deuenerit ad actum traditionis, non priuatur feudo ſi reuocauerit alienationem. f. ea. n. 29.

Vaſallus reuocando alienationem feudi factam ſine aſſenſu duplex negotium gerit, ſuum ſcilicet, & Regis. f. 151. num. 19.

Vaſallus reuocando alienationem feudi ſine aſſenſu factam fungitur poteſtate regia. f. ea n. 21.

Vaſallus ſuus dicitur, qui à domino auferri non poteſt. f. 299. col. 2. n. 2.

Vaſallus vaſalli non dicitur vaſallus ſuperioris domini. f. 328. n. 3.

Vaſallus an poſſit prorogare iuriſdictionem Baronis ſine eius voluntate. f. 342. verſ. Decima. n. 2.

Vaſallus volens ire ad habitandum in alia terra Baronis, vel demaniali, an & quando reuocetur per Baronem ſuum. f. 348. verſ. Decimaquinta. n. 2.

Vaſallus tenetur ſuſcipere procurationem omnium bonorum Baronis, expenſis tamen ipſius Baronis. fac. 368. n. 1.

Vectigal nouum ſine authoritate & iuſſu Principis imponi non poteſt. f. 383. n. 44.

Venafrum ciuitas ab olei bonitate laudatur. f. 71. n. 31

Vendens fructus feudi infra modicum tempus admittitur ad reuocandum. f. 153. n. 43.

Vendere cui permittitur an permittatur obligare. f. 190 num. 3.

Venditio aliud eſt, & aliud pactum de vendendo. fac. 190. col. 1. n. 6.

Venditio feudi facta cum pacto de retrouendendo an corruat ex defectu aſſenſus, in quo non fuit facta mentio pacti de retrouendendo. f. 201. n. 6.

Venditio allodij & diſtrictus, quo ad allodium tenet, & non quo ad diſtrictum. f. 232. n. 6.

Venditor pro pretio poteſt retinere feudum iure pignoris. f. 240. n. 9.

Venditori feudi quomodo poſſit eſſe conſultum contra emptorem virtute pacti de retrouendẽdo, in quo non fuit impetratus aſſenſus, ſi emptor feudum diſtraxit in alium, qui bona fide emit. f. 202. n. 9.

Verba indeterminata ſecundum naturam rei & contractus intelligũtur, & naturaliter iuxta ea ſunt accipiẽda. f. 225. n. 3.

Verba debent ſumi per prius, & non per poſterius. f. ea. num. 30.

Verba, prout melius viſum fuerit & placuerit, quid operentur, remiſſiue. f. 233. n. 13.

Verba in conceſſione poſita, prout ei melius viſum fuerit, quid operentur. f. ea. nu. 16.

Verba, prout ei melius viſum fuerit, appoſita conſequutiue primę diſpoſitionis nõ inducunt nouam gratiam, ſed declarant, & corroborant primam. vbi ſup. numero 20.

Verba vniuerſalia non trahuntur ad fœminas fac. 255. numero 6.

Verba

Verba conceſſionis regulantur à re & perſona cui conſeruntur.f.256.col.2.a.3.
Verba prudentum an debeant capi ſecundum vulgi interpretationem.f.395.n.12.
Verbum, Hæres, in feudo importat qualitatem ſucceſſoris, & non ſucceſſionis.f.402.n.11.
Verbum hęreditarium prolatum à moriente in vltima voluntate, an intelligatur de liberis.f.ea.n.28.
Verbum, hęredibus, in Regno Franciæ an intelligatur de liberis. vbi ſup.n.29.
Verbum, hæredibus, in inſula Sicilia quomodo intelligatur.ibid.n.30.
Veredarij qui dicantur.f.122.n.39.
Veſtis ſiue habitus qualitas denotat qualitatem perſonę.f.23.n.5.
Vicarius in eccleſia, licet ſit ex viliſſimis parentibus ortus, omnibus tamen anteponitur, ſedeus in maiori loco.f.22.n.38.
Vicarius, ſiue Dux, ſiue locumtenens Regis an & quando poſſit bona ſtabilia ab hoſtibus capta inter milites diſtribuere.f.122.a.33.
Vicarius ſiue locumtenens Regis poteſt exercere merum & mixtum imperium, & pœnam corporalem imponere.f.ea.a.34.
Vicarius ſiue Locumtenens Regis an poſſit condere legẽ etiam in praiudicium tertij, vel dare licentiam ædificandi in publico, vel aſſentire alienationi bonorum feudalium, vel nouas gabellas imponere ſine ſpeciali poteſtate Regis.ibi.n.53.
Vicecomes gradus eſt maior Barone, & minor Comite. f.11.n.7.
Vicus quod dicatur.f.460.n.29.
Vigilantibus, & non dormientibus iure ſubueniunt.fac. 201.n.5.
Viſitatio eſt quędam inquiſitio.f.366.n.3.
Vita & militia filijs debita exitu vitæ eſt peritura.f. 234.n.12.
Vita & militia non datur loco legitimæ, nec portionis feudi f.450.col.1.n.2.
Vniuerſitas licet ab vno vel duobus conſtitui non poſſit, ex poſtfacto tamen ius, nomen, & effectum vniuerſitatis retinet.f.300.n.2.
Vniuerſitas non tenetur ſoluere releuium.f.313.n. 40.
Vniuerſitati datur beneficium, etiam quod vnus in ea remanſerit.f.300.n.3.
Vniuerſitatis nomen & ius retinetur etiam per vnum vel duos qui remanſerunt in ciuitate, licet ex eis tantum non poſſit conſtitui.f.260.n.29.
Vnus poteſt ſubſtinere vicem duorum.f.292.col.1.n.3.
Vocari ille debet in actu, ad quem principaliter negotium ſpectat, non incidenter.f.20.n. 26.
Voluntas matris inter filios eſt magis cõſiderãda quàm iuris ſubtilitas.f.234.n.14.
Volũtas principis magna & iuſta cauſa eſt.f.243.col. 1.num.5.
Voluntas abortiua eſt quæ in mente retinetur, & nondum venit in lucem.f.388.n.7.
Vſcerius dicitur oſtiarius palatij & Arcbitriatus, ſecundum alios Magiſter ceremoniarum, & dicitur quoque nomenclator.f.432.col.1.num.14. vult dicere.24.
Vſusfructus perſonalis eſt, & cum perſona finitur. fac. 186.nu.10.
Vtile dominium feudi debile cenſetur & vſufructui cõparatur.f.4.a.21.
Vtile per inutile non vitiatur in feudis, fa. 201.numero 3.
Vtile per inutile quando vitietur in feudis.fac.231.numero 2.

F I N I S.

MARINI FRECCIAE NEAPOLITANI

CAROLI QVINTI OPTIMI, MAXIMIQ. IMP. CONSILIARII, IVRECONSVLTI ACVTISSIMI, PATRICII, MILITISQ. clariſsimi ciuitatis Litteræ, & terræ Caſtri Abbatis domini, de Subfeudis Baronum, & inueſtituris Feudorum

Liber Primus.

PRÆFATIO.

SCRIPTVRVS ego aliqua de feudis, quæ à Barone tenentur (vt moris eſt in Regno dicere, immediate, & in capite) de ipſorum origine ſcrutari, pulcrum eſſe, ac vtile fore dijudicaui: Solent hoc ſcribentes exhibere legentibus, vt ad propoſitæ materiæ lectionem eos libentius perducant, ac principia veluti cuiuſque rei potiſsimam partem percipiant. Titus Liuius Patauinus Populi Romani geſta ſcripturus Vrbis Romæ præſcripſit exordium, quod proſequutus eſt mirè. Marcus Tullius Cicero pro Aulo Cluentio verba facturus; ad cognitionem extremorum, cauſæ rei demonſtrandæ, initia dixit eſſe petenda. Pomponius Iureconſ. neceſſarium hoc fore arbitratus eſt, in l. 2. de origine iur. Caius in prima l. illius titu. rem exponere, ac illotis pedibus pertractare negotium, quaſi nephas eſſe exiſtimauit. Bald. ibi cenſuit, intelligentiam principiorum ianuam eſſe, per quam introeundum ſit ad veri, atque perfecti cognitionem. Non me terret, ampliſſimos viros, doctiſsimos Patres, ſummos Legum vertices, vſu, & doctrina celeberrimos, tam exteros, quàm Regnicolas, illorum cunabula, proceſſus, ac materiā abundè, latè, diffusèque pertractaſſe, ac omnifariam eruditione, ſummo ingenio, ſummoq; ſtudio, ac diligentia eorum ſcripta decoraſſe. Vt omnem mihi dicendi modum præripuiſſe, ac vniuerſam frugem ex area deſumpſiſſe videantur, & petulantiæ, ac leuitatis accuſari meritò poſsim. Nam & ſi mihi infimo cùm peritis & doctioribus nulla ſit collatio: veſtigia tamen ſpectem eorum. Ariſtotelem à ſcribendo Platonis ſapientia non deterruit, neque ipſe admirabili quadam ſcientia, ac copia cæterorum ſtudia perſtrinxit. Quominus Ouidius æthnam deſcriberet, nihil obſtitit, quòd Virgilius iam impleuerat. Anſam mihi præſtitit, quòd eaſit operis amplitudo: vt quò plura diffinias, eò maiora ſemper occurrant: habet enim florum varia genera, fructuum innumeroſam congeriem, veluti ex pingui agro, ſolo hærentibus ſeminibus, omni collecta fruge poſt metentium terga ſpicas legere, ac ex grandi vindemia racemos carpere, ſemper ſuperſit, ſicuti ex magno flumine prætermiſſæ aquæcolæ pullulent, & noui riuuli renaſcantur. Sic ego illorum eruditione edoctus, quæ ex varijs voluminibus, & ſcholijs excepi, in vnum congeſſi: quaſi ex omni viridario, flores, frondes, fructus, ac odores in caniſtrum in medio litterariæ menſæ ſim allaturus.

DE ORIGINE FEVDORVM.

SVMMARIVM.

1 *Feuda quo tempore ſumpſerunt originem, & an Romanorum tempore, ſiue quibus principibus.*

2 *Feudorum & vaſallorum nomen apud Romanos erat incognitum, & inimicum. & nu. 5.*

3 *Clientuli tantùm nomen apud Romanos cognitum, nec clientulus dicitur vaſallus.*

4 *Vaſallus liberto æquiparatur, vt ita teneatur domino, ſicut*

82 *Feudorũ iudicia terminãtur ſecũdũ ll. Lõgobardorũ.*
83 *Feudo non priuatur feudatarius niſi iudicio Pariũ: & de culpa conuictus.*
84 *Feuda à Corrado Imp. minimè adimenta, ſed eorũ ſucceſſionem ad filelium poſteros perduxit, in quo Afflict. errore prolapſus eſt.*
85 *Feuda ex Longobardis originem ſumpſiſſe, probabilius eſt.*
86 *Chriſtiani qualiter à Deo Optimo Maximo atque mundi opifice vniuerſam terram ſub feudali inueſtitura, ſeruata fide, & lege euangelica colunt.*
87 *Feudum, de quo nulla apparet inueſtitura, quale dicatur hæreditarium, an ex pacto & prouidentia: remiſſiuè.*
88 *Feudum hæreditarium nullibi mẽtionatum in vſibus feudorum, ſed tantùm paternum & antiquum.*
89 *Feudum in quo viuitur iure Francorum, an ſit hæreditarium, vel deferatur ad primogenitor ex prouidentia ipſius iuris Francorum, remiſſiuè.*
90 *Feudum, in quo viuitur iure Francorum, fuit cognitum de iure feudorum primæuo.*
91 *Primogenitus filius cenſetur ille, in quem dominus beneficium confirmat: vt is præſumatur idoneior, fortior, validior, ac domino magis acceptus.*
92 *Feudum ad primogenitum deuenire non eſt fauor defuncti, ſed ipſius domini, vt habeat perſonã magis ſibi gratam, & ne feudum ad plures diuidatur.*
93 *Inueſtitura deferens feudum ad primogenitum non videtur reſpicere commodum feudatarij, nec liberorum, ſed ipſius domini concedentis feudum.*

1 QVo igitur tempore, † quibusve
Principibus, feuda ſumpſerint
originem, etſi Romanorum fuerit
inuẽtum: dicam quæ reperi.
Andr. de Iſer. in prælud. feud. 9.
col. 4 q. nomen nouum eſſe arbitratur,
ac à nouis Imperatoribus emerſiſſe, nec
2 Romanis † fuiſſe cognita, nec vaſallos, excepto
3 clientulo, † qui nõ eſt, nec dicitur vaſallus, nec
in tex. legum Romanarũ aliquid contineri de
eis. And. ibi ſequuntur omnes doctores. Luc. de
Pen. in l. 1. C. de petit. bo. ſublat. & in l. quicũq;
2. col. C. de omni agro deſerto, lib. 12. & Blaſi. s
de Morcono in Longobarda, in titulo de beneficijs,
& terris tributarijs, in l. in nomine. hoc
idem voluit Iacobus de Ardizono in ſumma,
quem allegat Andr. in d. 4. q Iacobus de Beluiſo
in c. 2. §. fi. de his qui feud. dar. poſſ. Hoſt. eo.
tit. in ſua ſumma Bal. in l. liberti, libertæque. C.
de operis libertorum, & in conſi. 275. quod pro
regula, in 2. vol 3. col. & plura Caccialupus in c.
1. de feud. cogn. Ex hac concluſione idem Andr.
arguit, de vaſallo ad libertos, in c. 1. §. præterea,
4 quæ ſit prima cau. benefi. amitten. dum † vaſallum
æquiparat liberto: vt ita teneatur domino,
ſicut libertus patrono, & plus. & in c. 1. 2. col.
quib. mod. feud. am. pro quo eſt gl. in c. 1. in ver.
ſalua reuerentia, de milite vaſallo, qui cõtumax
eſt. Et cum feuda ex conſuetudine, & modernis
temporibus orta ſint, fuit dubitatum apud ſcribentes
oẽs, ſi feudorum liber ſit authenticus, cũ
ſcriptor eorum fuerit Obertus, Hortenſius cauſidicus
Mediolanenſis; actio an ſit bonæ fidei,
condictio ex moribus, & aliæ quæſtiones, quæ
ex hac concluſione proficiſcuntur. idem dixit
5 And. Barba. in rubr. de feudis. † apud Romanos
feuda fuiſſe incognita, & illis fuiſſe inimica, dũ
hominem homini faciunt noxium ac ſubditũ,
neque de illis apud hiſtoricos mentionem fieri.
Goffredum etiam Beneu. in ſumma, & alios tam
veteres, quàm nouiſſimos doctores omnes affirmare
videmus.

At D. Vldaricus Zaſius magnus antiquitatũ
6 ſcrutator, † feuda ipſa à Romanorũ tẽporibus,
& ſub Regibus initiũ habuiſſe contendit in ſuo
Epitomate feudali, in 1 col. & in l. 2. in verſi. curias,
de origine. cõemq́ue ſententiam eſſe erroneam,
& ex vetuſtatis ignorantia proceſſiſſe dicit,
ab vrbis Romanæ initio potentes populariũ
cauſas tuendas ſuſcepiſſe quos clientes † nominabant,
qui ſe & ſua in potentum ditionẽ com-
7 mendabant, authoribus Dionyſio Halicarnaſeo,
Aulo Gellio, & alijs. Certis in vtroſque ob-
8 ligationum capitulis conſtitutis, † cum Romani
in Gallia, Germania, & alibi victricia ſigna
contuliſſent, magnaque pars militũ in prouintijs
remanſiſſet, veriſimile eſt, ipſos (cũ multum
eſſet agri) vicinos pro clientulis inuitaſſe: eiſq;
agros, & fundos nomine clientelæ cõtuliſſe, atque
ita tpis. quod oĩa variat, proceſſu, feuda, atque
conceſſiones in id genus emerſiſſe. Idẽ tenere
videtur eruditus vir Pyrrus doctor Aurelianus
in conſue. Aurel. in tit. de feud. in 1. col. fol.
9 22. † Veteres quoſdã in clientelam recipere cõſueuiſſe,
qui iurabant nihil aduerſus patronos
ſe molituros: at illi veluti à patronis & tutoribus
defendebãtur, vt fit in iure de for. fide. Spartanosq́;
coiuiſſe ſocietatẽ atq; confœderationẽ,
quam ἐνδίτην appellabant: & licet nec in legibus
Romanorum, nec in authenticis vlla fiat
mentio, coniectura eſt ex hoc proceſſiſſe.

Carolus aũt Pariſienis doctiſſimus vir in cõſue.
Pariſ. in primo tit. 1. col. D. Zaſij opinionem
impugnat, nec authoritatẽ Halicarnaſei eius intentionẽ
fundare, prout ipſe latius in eodẽ loco
diſcurrit: aliamq́; eſſe patronorum in clientes
10 à † Romulo inſtitutionem, quæ ẽt apud Græcos,
Theſſalos, & Athenienſes à principio, cum
melioris eſſent politiæ, viguit: nihilq́; eã conferre
ad vaſallos, & feuda, quæ hodie apud gẽtes
exiſtunt. Romulum virtutẽ apud ſuos renouare
quæſiuiſſe, cũ apud alios vitio antiquatũ erat, rem
ipſam melioribus inſtitutis, & honeſtioribus decorando
cognominibus, non dominatũ, non negociationẽ,
ſed patronatum vocando, ſuſceptionem
pauperum, humiliumq́; patrocinium: nõ
dominos, ſed patronos ditiores appellando: nõ
ſeruos, ſed clientes nuncupando tenuiores, qui
in illorum fidem, & tutelam ſe, & ſua conferebant:
mutua ſtatuens vtriuſque humanitatis,
& beneuolentiæ officia: ſatis hæc differre à feudali
regula, & vaſallorum diſciplina, ac multùm
illis eſſe diſſimilia.

Hoc etiam ius clientelæ, quod Romulus
induxit, non tantùm perſonale fuiſſe, ſed
etiam Gentilitium, & in agnatos, Gentileſq́ue
tranſcribi ſolitum, ex orationibus Cicero-

ni pro Planco, & Roſcio Amerino, & contra Verrem. affirmat Balduinus in commento legum Romuli 18. char. 37. & huius ſeculi cliételas fuiſſe, quæ nunc feuda vocamus, quæ ſi ad perſonas conferuntur, ſecũdùm eum multùm ſimilia ſunt, in rebus autem diſſimilia.

Pro anthoritate Domini Zaſij, puto aduertendum ad id, quod Dionyſius Halicarnaſeus
11 arbitratur libro quarto. Romanos † vſque ad tempora Tulli Regis eorum ſumptibus militaſſe: nec milites ſtipendium aliquod de publico accepiſſe: etſi M. Anto. Sabellicus, hiſtoricus inſignis lib. quar. quin. Eneados, id ſtipen-
12 dium † cenſeat inſtitutum eo anno, quo Maſſiniſſa bellum cum Syphace ingenti gloria geſſit, Celtiberorũ iuuentute mercede à Scipionibus conducta nec antea Romanos mercenarium militem babuiſſe: vel ſi Tito Liuio celeberrimo rerum Romanarum ſcriptori credimus libro quarto, primæ Decadis, anno ab vrbe condita 348. Cn. Cornelio Coſſo: tertium. L. Valerio Potito ſecundum. Publio Cornelio, Coſſo, & Claudio Fabio Ambuſto tribunis militum conſulari poteſtate: quo tempore An
13 xur oppidum, † quod nunc Terracina dicitur, à Romanis captum eſt, à Senatu decretum eſſe, vt ſtipendium miles de publico acciperet. Cum ante id tempus de ſuo quiſque functus eo munere eſſet. In quam rem primũ ipſi patres contulerunt. Et quia nou dum argentum ſignatum erat, æs graue plauſtris ad Aerarium conuehebant. Quæuis opinio verior ſit, cœpe-
14 runt Romani † militibus ſtipendiarijs tradere veſtem, frumentum, pecuniam, ac Equitibus equos. ij delecti & authorati dicebantur matriculati, ac poſtea ſolidati nuncupati ſunt, ſecundùm Caſſiodorum, Vegetium, & Fron-
15 tinum. † quod nomen hodie retinetur ſub vulgari appellatione, *li ſoldati*. Poſt ex ijs viris temporis curſu, hoc ſtipendium ſolidatis
16 datum, feudum † eſſe appellatum: argumentum ſumitur hoc ex tex. in capitul. primo, quis dicatur Dux, in §. fi. vbi præſtatio ſoldatę ex neutra parte tranſit ad hæredem. Conſidero in eo tex. de ſoldata mentionem fieri, quod ex tempore non eſt apud homines deletum a nomine, cum apud veterrimos cœptum fuerit ex illis ſe
17 lectis viris. † Veriſimile eſt cum approbatæ fidei electi ſint pro Republica tuenda, & in numerum recepti, ac contra hoſtes diſpoſiti, tanquàm fidẽ ad id dantes, feudatarios dictos eſſe.

Arnaldus Ferronus Gallicus doctor in conſue. Burdeg. in tit. de feudis, feuda à veterũ cliẽtelis originem ſumpſiſſe affirmat, quorum Iulius Cæſar libro ſecundo de bello ciuili meminit. Erant plerunque, ait, vt hoc tempore & municipia, & Vrbes in fide aliquorũ potentiorum. quare & P. Dolobella libro nono Epiſtolarum familiarium apud Mar. Tullium diſſuadẽs M. Tullio, ne propè iam inclinata victoria, Pompeium Magnum ſequeretur, animaduertere fatis eum, ait, Gneum Põpeium nec nominis ſui, nec rerum geſtarum gloria, nec etiam regum, & nationum clientelis, quas oſtentare crebrò ſolebat, eſſe tutum.

Raphael Volateranus hiſtoriarũ lib. 30. in titulo de antiqua militia, id plenius proſequitur, dum ſolidatum exponit eum eſſe, cui ab Imperatore ſtipendia promiſſa erant: & eidem bene merito ac in ordinem recepto, munera maiora, quàm priſcis illis temporibus tradebantur, ac coronæ diuerſæ aureæ, murales, vallares, quernæ, gramineæ, ordinum promotio, cognomentorum inſignia: Statuæ quandoque, item & ęs donatiuum, poſtremò & militiæ uacatio, ac agri aſſignatio. Quod Cæſar primò expleuit, dum ſuis veteranis agrum ſtellatum diuiſit. Antiquus etiam doctor dominus Iacobus Camalæus, in capitulo primo, colum. octaua, de his qui feudum dare poſſunt, fœderatos uiros, qui hodie feudatarij appellantur, eos eſſe, quos Lõbarda litera ponit in l. in nomine ſanctæ, & indiuiduæ Trinitatis, in titulo de beneficijs: & ex ea animi religione, qua Princeps, aut Reſpublica veneratur, mutuo nexu fœderis, argum. l. nõ dubito. de captiuis & poſtlimi. reuerſis, ſolidatos fuiſſe, quibus & ſtipendia ſoluerentur.

Lucas verò de Penna in dicta l. quicunque, à
18 tempore Iuſtiniani † feuda eſſe arbitratur, vt probatur ſecundùm eum in §. per traditionem, inſtitut. de rerum diuiſio. in verſicu. itaque ſtipendiaria: ubi prædia ſtipendiaria militibus tradita, ut ex fructibus uiuant, exponit fuiſſe feudalia. Et ſic erant forte prædia, quæ dabantur veteranis in ſignum honoris, de quibus fit mentio in l. Lucius, de euictionibus, & Luc. ibi ſequitur Pyrrus in loco ſupra allegato. idem dixit in l. prima, colum. prima, C. de petit. bono. ſub. libro decimo. Sed hanc opinionem idem Caro-
19 lus imp. gnat in ſecunda colum. dicens. † nunquam tempore Iuſtiniani aliqua fuiſſe feuda, & eſſe contra tex. in d. §. per traditionem, vbi tractat Imperator de translatione directi & veri dominij, quod eſt penes tradentem. Sed acquiſi-
20 tio, † quæ ſit in feudo, eſt eius tantùm vtilis dominij; vt dicit tex. in capitulo primo, in §. beneficium, ex quibus cau. feud. amit. Ergo ille tex. non probat id, quod Luc. tradit in dicta l. qui-
21 cunque. Cum † dominium utile feudi cenſeatur debile, & uſufructui comparetur: at directum, de quo in eo tex. repugnat naturę, diffinitioni, & ſubſtantiæ feudi. Idem contra Luc. ſententię videtur Pyrrus Aurel. in loco ſupra allegato, & acutiſſimus doctor Gallicus Eguinarius Baro in d. §. per traditionem. Ex quo concludit Carolus, quòd cum nuſquam legantur apud Authores, & hiſtoricos, tempore Iuſtiniani feuda fuiſſe, neque ſtipendiaria prædia fuiſſe feudalia: vt ſit mentio in dicta lege Lucius, de qua quidem lege latius infra diſſerendũ relinquimus. Cum nonnulli Moderniores aliter eam interpretentur, quàm ſit ab antiquioribus intellecta: de qua Zaſius, Alciatus, Stephanus, & Viglius ab hiſtoriarum notitia fuſius, acutiſſimeq; in ſuis locis egerunt.

Adhæc mihi aliqua dicenda occurrunt. Pri-
22 mò, quòd cum hæc prædia † pro ſtipendijs militum in prouincijs conſtituta ſint: ut in l. r.

C. de uſucap. transfor. ex illiſque per ſtipes tri-
buta colligerentur, diſtribuenda per prouincia-
les militibus, ut in l. ager. de uerbor. ſignific.
cum multam cum feudorum natura affinitatem
habeant, feudalia cenſeri poſſunt. Feudum ſi-
ne Domini conſenſu alienari non poteſt: ut in
l. Imperialem: & in capitulo primo, de prohi.
feud. alienati. per Lothar. prædia tributaria ſeu
ſtipendiaria minimè mancipi, nec alienari pote
rant, quæ huic nexui erant obnoxia ex Cęſarum
23 priuilegijs, ut ait Cicero in Topicis: hinc † pro
uinciæ dictæ ſunt ſtipendiariæ & oppida, ut Pli
24 nius dicit. Feuda † non habebant hæredes,
vt in capitulo primo, §. & quia. de his qui feudū
dare poſſunt. Prędia militibus aſſignata pro ſti-
pendio, non tranſibant ad filios: ut in l. 2. & 3.
C. de fundis limitrophis. Primus omnium Ale-
25 xander. † 25. Romanorum Imperator Iuliæ
Mammeæ Chriſtianę filius, & optimus Princeps
ſtatuit prædia ad filios peruenire, ſi & ipſi mili-
tarent, ut tradit Lampridius in vita Alexandri,
quod & ſi tempore fuit immutatum; Conſtan
tinus tamen magis veteranis militibus aſſigna-
tis, ut ad fratres uel ad filios deuoluerentur, in-
ſtituit: ut dicit Ioan. Baptiſta Egnat. in uita Con
26 ſtantini. Dantur feuda † vt dominum contra
hoſtes adiuuent: ut in capitulo primo, quibus
modis feud. amit. & in capitulo primo. §. ſi. hic
finitur lex. & in capitulo primo. §. firmiter, de
27 prohibit. feud. alien. per Federicum. † Stipen
dia autem, quæ militibus dantur ſuper fructib.
prędiorum, eo ſunt reſpectu, ut ipſi rempubl.
defenderent, ac contra hoſtes tuerētur, eſſentq́;
peruigiles, ne aut rempubli. aut Principem de-
ſerent, ne in ipſorum perniciē machinentur: vt
in l. qui excubias, de re militari, & in l. 3. §. qui
ſtationi, eod. titul. Liuius lib. primo, primæ De-
28 cadis. Plutarchus in vita Epaminundæ. † Iurāt
feudatarij obſeruare contenta in capit. primo,
de noua form. fidelit. fortiori iuramento aſtrin
guntur ſtipendiari, qui authorati diceban-
tur, quaſi obærati: hoc eſt, ære ſtipendiario de-
uincti, ac non iam ſui arbitrij, vt Vegetius tra-
dit de re militari, libro ſecundo, capitulo quin-
to: de forma autem iuramenti huius, per Cin-
cium de re militari, per Tranquillum in vita Iu
lij Cæſaris, & alios relatos per Claudium Coto
29 reum in tracta. de re milit. † Habent feudata-
rij iudices proprios, dum agunt, uel conue-
niuntur: ut in capitulo primo, de controuer.
feud. apud Pares term. & in capitulo primo,
de controuer. inter epiſcopum & vaſallum de
ben. & ibi not. ſic ſtipendiarij, ut in l. magiſterij.
C. de iuriſdictione omnium iudicum. eorum
30 † Iudex militaris erat legionis Pręfectus, ut di-
cit Vegetius libro ſecundo, capitulo nono: ha-
bens communem primi ordinis dignitatem,
qui abſente legato, tanquam ipſius legatus po-
teſtatem maximam retinebat Dux exercitus,
ut in l. de militibus, de cuſto. & exhi. reorum,
31 & in l. deſertorem, de re milita. † Feudata-
rius feudo priuatur ex cauſis ingratitudinum
notatis in ſuis rubricis, & locis ordinarijs, &
ex alijs, arbitrio tamen iudicantis, dum tamen
culpa ſit egregia: ut dicit text. in capit. primo,
32 quibus mod. feud. amit. † At ſtipendiatus ex
facilioribus cauſis & culpis, tam in committē-
do, quàm in omittendo commiſſa, priuatur ſuo
ære, & ſtipendio, ac etiam in perſonam arce-
tur, puniturque quandoque capite: quia rem egit
perniitioſi exempli, & in l. deſertorem, eodem
titul. etiam ſi res bene euenerit: vt in §. in li-
bello: & per Titum Liuium libro 1. 2. Decadis:
33 & Valer. Maxim. † Feuda quoque, quę Cor-
radi tertij beneficio ad filios ueniunt: vt in ca-
pitulo primo. §. cum verò Corradus, de his qui
feud. dar. poſſ. non ad omnes quædam ipſorum
34 ibant. † Vt dignitatum, Comitatus, Duca-
tus, & Marchionatus: vt in capitulo primo, de
feud. Marchi. Licet hodie ſit vſurpatum: vt in
35 capitulo primo, quis dicatur Dux. ſic † ſti-
pendiaria prædia, quę in limitibus exiſtunt, nō
omnes habent ea milites, militumque filij gra-
tia Alexandri, ſed tantùm tribuni militū; ut in
36 l. ſecunda & tertia. C. de fun. limi. † Feuda de
publico dicta ſunt: ut in §. optimum, in authen
37 tico de exhi. reis. † Stipendia etiam ex publi-
ca authoritate, & diſtributione nata ſunt, pro-
uincialibus ſtipes impoſitę, quas ipſi militibus
ſoluerent: vt in d. l. ager. & ibi Alciatus. Vnde
magna uidetur paritas inter feuda, & prædia
tributaria. Ex hoc G. Benedicti loco ſupra alle
gato numero 524. dicit contractum feudalem
fuiſſe incognitum ante librum feudorum: ſaltē
38 ſuo nomine: † cū p antea feuda uocarentur
prædia tributaria, ſic dicta; quia militibus da-
bantur pro ſtipendio, licet nullam prędictorum
in eo loco mentionem adducat, quem ſequitur
Bart. Caſſa. in conſuetud. Burg. fol. 98. col. 1.
* Ioannes etiam Pomponius in conſuet. Burbo
niæ primo titulo. idem firmat, ſtipendiarium
prędium id fuiſſe, quod nos feudum dicimus,
allegat l. Lucius. de euictio. ibi. poſſeſſiones ve
teranis in præmia aſſignatis, & in l. in agris. de
acquir. rer. domi. & in l. item ſi uerberatum. §.
item ſi forte. de rei uendi. & not. in §. per tradi
39 tionē. † Et ideo alluuionis ius non habent: quia
limitati ſunt, ut declarat Io. Fabri in §. præte-
rea quod per alluuionem, de rer. diuiſ. Cuius ra-
tionem aſſignat: vt limitibus ampliandis fini-
bus eorum tollatur occaſio, ad quod illi natu-
raliter proni ſunt: vt alienum incurrant. *
40 † Aliqui arbitrantur, quæ nos feuda nuncu-
pamus, fuiſſe militias, de quibus fit mentio
in l. omnimodo. §. imputari. C. de inoffic. te-
ſtament. & in l. plurib. §. alumno, de legat. ſe-
cundo, & in §. quia verò, de æqualitate dotium,
in authentico, quæ in multis cum feudo con-
ueniunt. Vt dicunt moderni poſt Andr. in
pręlud. feud. iden feuda primitus militias fuiſ-
ſe appellata. De quibus etiam fit mentio in l. fi.
& in auth. ibi poſita. C. de pignoribus.
41 † Hanc etiam opinionem impugnat Carol.
in prædicta conſuetudin. Pariſien. ſecunda co-
lum. dicens, militiam hanc ualde à feudo diſta
re, neque conjecturas unius ad alterum poſſe
referri, & doctores non referunt aliquem hoc
tenuiſſe. Vnde putat, aliud eſſe feudum,

aliud fuiſſe militiam. Vereor ego, ne ex imperitia principiorum in errorē incurramus, præſertim ꝙ tempus omnia innouat, omnia immutat: & rei & nominis nulla eſt memoria, neque eorum veſtigia in hominum corde: doctores, qui de multiplici militia loquūtur, & quæ vendi poſſit, & ad hæredem tranſeat, vel non, vel libero homini conueniat, & ſeruo, de quo fit mentio in l. fideicommiſſa. §. ſi quis militiam, de legatis tertio, & quæ in obligatione veniat: vt dicitur in §. optimum. in autheu. & l. fi. vel perſonæ cohæreat: vt dicitur in d. §. imputari, & in l. illud. C. de collat. non aperiunt, quomodo hoc fit, vel proceſſerit. Sed ad præbendā redditus, vel ad officium animum porrigunt. Vnde mihi non liquet ex intellectu horum iurium de militia loquentium, quæ fuerit huius militiæ inſtitutio, & quæ ad filios tranſeat, vel perſonæ cohęreat: vt in l. ſordidorū. C. de excuſation. munerum: vel ſit quidam redditus moris Francorum, vt Odofredus dicit, quamquam declaret aliter Alciatus in libro prætermiſſo. primo, in verſiculo militia, vt ſit rerum quantitas in negociatione deducta, ita l. illam intelligit ibi, de primo generali
42 militia dixerat. † Vnde magis ſuſpicari poſſum, feuda eſſe inſpecta ipſius militiæ qualitate & origine. Nam cum militia fuerit perſonalis, ad hæredes non tranſit, vel ad filios, quę alienari poſſit, hoc cum primitijs feudorum magis accedit, quæ à primordio ſui erant precaria annalia, poſtmodum ad vitam etiam ad vnum filiorum, quem dominus elegerit: poſtremò ad omnes filios: vt dicitur in tex. capituli primi, §. & quia de his qui feud. dar. poſſ. & ex principum poteſtate alienabilia, vt habetur in capitulo primo, qualiter olim poterat feudum alienari. & in capitulo primo de prohi. feud. alie. per Lotharium. & in capitulo primo de feudo non habente propriam naturam feudi. hoc etiam magis appropinquat, cum feudatarij vt plurimum ſint milites, vt in capitulo primo, de cap. Corradi. & in cap. ſi quis miles, de feudo ſine culpa nō amit. &
43 in §. in oſtenditijs. † Credendum eſt, militiam olim fuiſſe, quæ nos hodie feuda appellamus. Dico de ea ſpecie, quæ habebat hęredem, vel erat alienabilis. nec mirum, quia tex. in §. imputari, & l. fi. cum auth. ibi, ſunt Imperatoris Iuſtiniani.
44 † Vnde eo tempore ſecundùm opinionem Luc. de Pen. originem ſumpſerunt feuda. Et quia pro militia dabatur pecunia, vt dicitur in d. §. imputari, vt poté empta, vt glo. ibi, & alij docto-
45 res dicunt, † Feuda etiam pecunia acquiruntur, licet gratuito concedi debeant, vt in capitulo primo de feudo dato in vicem l. commiſſoriæ: magis mihi videtur hęc militia feudo conuenire, quam officio præbendæ, vel certo redditui, cum non habeamus magis quicquam proximū, ac huic rei finitimum. ſuadet mihi hęc authoritas ſummi antiquitatum viri Zaſij in Epitomate feudali, in prima charta. ante ipſum hoc voluit Holander vir egregius in proœ. nouellarum. & Viglius in §. 1. inſti. de militari teſtamento: quā uis prædicta non adducantur, & iſta poſſent conſeruari ad ea, quæ de prędijs ſtipendiarijs dicta ſunt, ſecundùm opinionem Lucæ, Pyrri, & G. Benedicti.

46 † Militiæ primitus appellabantur, quicquid * in panibus ciuilibus, annonis ciuilibus, aut teſſera frumētaria habebatur; probatur in l. mortuo. §. 1. & in l. Titia Seyo. in prin. de leg. 2. Conſtituebātur in annuis redditibus militiam habenti de public. aut primis perſonis, qualia non multum diſſimilia ſunt Ianuę loca in comperis Sancti Georgij, vel quas Romæ uocant portiones ripæ, & alia officia. Militias autem non fuiſſe omnes eiuſdem qualitatis & naturę, quędam erant in libero commercio & ad hæredes tranſmiſsibiles, quędam non, ut in d. l. fi. de pignor. & in d. §. imputari, & in d. §. optimum: aliç etiam quæ morte finiebantur: obligabant tamē eum, cuius commodo cedebat, ut certam daret hæredi pecuniā.
47 d. §. imputari. † Teſſera illa frumentaria menſtrua, uel annua arbitrantur habuiſſe præſtationem tribubus, etſi non omnibus, ſaltem tenuioribus dari ſolitas eas fuiſſe promercales, prout unuſquiſque erat in tribus deſcriptus: poterat tamen ſuū nomen alteri vēdere, qui non eſſet ex tribubus; vt in d. l. Titia Seyo. in prin. & in d. l. Titia. §. 1. & in l. patronus. in prin. de lega. 3. & ibi glo. aliter exponitur, de quo per Zaſ. de orig. iur. in ver. equeſtri dignitat. per Spiegellium in hoc uerbo, Petrum de re militari. fol. 91. & per Franciſ. Conna. fol. 434. & omnino uide ad declarationem illorum iurium. *

Corradus Generus in ſua uniuerſali biblio-
48 theca in authores legum fol. 335. † Conſuetudines feudorum veteres, iura militaria ap-
49 pellari conſueuiſſe, & in Regno † nos dicimus feudum valoris unciarum 20. præſtare ſeruitium militare, vt dicit Andr. in capitulo Imperialem. §. firmiter. de prohi. feud. alien. per Fed.
50 & in capitulo ſimiliter. de cap. qui cur. vend. † hoc verbum militare ſeruitium, ab onere ipſius militiæ deſcendit, vbi imponitur, vt dicit Andr. in §. cum autem. de contro. inueſti. & in capitulo 1. §. huius autem generis, ex quibus cauſis feudum, hæc nominis deriuatio huic opinioni ſatis alludet.

Claudius Cotoreus Turonenſis in tractatu de re milit. libro tertio, capitul. 20. fol. 179.
51 ſuſpicabatur iura feudalia † prius fuiſſe militaria, ex verbo græco ſecundùm Imperatorem, & à Romanis ſumpſiſſe originem, qui cum vbique gentium & terrarum victores extitiſſent plures e militibus in prouincijs relinquebant. Pars, vt eſſet pręſidio, pars vt illic agros, quos vbe-
52 res proſpiciebant, coleret. † Deinde cum coloniç deducerentur, bona pars Romanorum eò loci commigrauit, quibus cum multus eſſet ager ac fundus ampliſſimus, ne & ipſi carerent clientibus, incolas terræ in ſuum patrocinium vocauerunt, eiſque fundum, vt erat cuiuſque conditio, in beneficium diſtribuerūt: atque huiuſmodi clientelę pedetentim in feudorum nomen
53 tranſiere, † à fœdere forſitan feuda ipſa dicta ſunt, ex authoritate Dionyſij ſupra allegata.

Gulielmus autem Budæus, vir inter omnes primarius in l. Herennius, de euictio. quæ

de

de feudorum vocabulis, hodie barbarè tradun-
tur in latinum verrit, ac nonnulla, quæ Zaſius
de clientibus Romanorum diſſeruit plenius te-
tigit, quæ etiam poſuit Pyrrus in conſue. Aurel.
in titulo de feudis.

Oldendorpius vir magnæ doctrinæ in ſuo
54 libr. inſcripto claſſes, ſub ſeptima, Feuda †
noua eſſe dixit inuenta, ac barbaram eſſe vo-
cem : licet alibi à fœdere deriuare aſſeruerit in
ſuo Lexico, in ver. feudum, quod dabatur his,
qui clarioribus eſſent natalibus, ſicut bis, qui ex
vulgo curię dominicalis: ſecundùm Zaſium in
d.l. ſecunda. nec audet in d. loco claſſico affir-
mare ex Romanorum origine traxiſſe veſtigia :
ſed ex vſu & conſuetudine magis, ac nónulla ſcri
bit notabilia ad cognitionem & declarationem
feudalium nominum, quæ imperitè pronun-
ciamus (vt in eo poterit plenius legi) quæ
non ſcribo.

Lelius autem Taurellus, referente Baldui-
no in §. fina. in authen. vt qui prouincialem ho
minem, coll. 7. militias non fuiſſe, quę nunc feu-
da appellamus, contendit : ac ex Romano iure
feuda ipſa deueniſſe dicit : quod & ipſe auctor
in eodem loco impugnat.

* Vulphangus Lazius Viennenſis nemini in hi-
ſtoria ſecundus, lib. primo commentariorũ Rei
pub. Roma. fol. 28. à Romanis Principibus feu-
da orta dixit, dũ beneficia veteranis militibus,
qui in limitibus militabant, conceſſa erãt: veluti
agri ab hoſtibus capti; ex Lampridio, in vita Ale
xandri, dum ait : quę ab hoſtibus capta ſunt, limi
taneis ducibus & militibus donauit, ita vt eo-
rum eſſent, ſi hæredes eorum militarent, nec un-
quam ad priuatos pertinerẽt, dicens attẽtius eos
militaturos, ſi etiam ſua rura defenderent. Idem
affirmat Franciſcus Sonsberius in tractatu feu-
dorum, prima par. ſol. 6. Priſci Romani Princi-
pes, ut ſibi deuinctiſsimos donatis aliquos fun-
dis, ſeu territorio, vel ſimilibus fidelitatis ſibi iu
ramento aſtrinxere, ne maiore quantitate pecu-
niæ ab aliis forte illecti, & corrupti: cũ oĩa pecu-
nię obediant, Saluſtio teſte, & ſæpe ſit exercita-
to tali milite deſtituerentur. Exemplum patet in
Coclitis oratione, cui ob factum illud memora-
bile in exercitũ Etruſcorum ſeu Porſennæ regi
præſtitum, tantum fuit agri publici datum, quã
tum vno die circumarari poterit, ut per Liuiũ
lib. 2. primę Deca. Is miles ſtrenuus non hor-
ruit etiam ſolus pro ponte ſublitio inter mor-
tuorum cumulata cadauera conſiſtere, ſolus ho-
ſtium aciem ſuſtinere, donec ponte rupto Roma
norum res ſalua eſſet, ſeipſum deijciens pro Re-
pub. in Tyberim ſaucium. Id quoque pere-
git Mutius Scęuola, Cordus animo patefecit,
qui periculo ſuæ ipſius vitæ ſubducto pro Ro-
mana Repub. quæſtorem purpuratum pro rege
Porſenna non timuit interficere: quare prata
tranſtiberim illi data, atque ſtatuta eius honoris
gratia in virtutis perpetuæ memoriam ędificata
fuerit: vt per Alycarnaſeũ lib. 3. antiquitatum: &
Liuiũ in primo loco Marcocurio Dẽtato ob be-
nemerita de Reipub. agri iugera quinquaginta
publicè data ſunt, Lelio et Fabio, Marco Petreio,
Affranio, Labieno, Anibali, & id genus viris ſtre
nuiſſimis : vt per Plinium de viris Illuſtribus
in Marcocurio Dentato tribunis, pręfectis, comi
tibus, & ducibus, qui in militia pro augendo
Imperio conſenuerant, agros, villas, & ſimilia da
re ante Conſtantinum Imperatorẽ neceſſaria, vt
ſuppeteret, quo ad viuerent, quas parochias ap-
pellabãt, & ad eorum hæredes vt ſibi deuinctos
haberet & obnoxios: vt per Pomponium Letum
in compendio Romanę hiſtoriæ in Conſtanti-
no Cõſtantij Pij filio. Nec obſtaret iuramẽtum
fidelitatis in his præſtitum nunquàm fuiſſe, pro-
ut hodie fit: nam apud Romanos plus erat in fi-
de, quàm hodie in iuramento: ut apud Alycar.
lib. ſecũdo antiquitatum videre licet, graue erat
apud illos fidem fallere, pro qua ſeruanda mor-
tem exponebatur: vt in exemplo Attilij Regu-
li, Marcicurij Dentati, & aliorum: vt per Cicero
nem lib. primo officiorum, Eutrop. lib. 2. re-
rum Rom. Plin. in Marcocurio Dentato, & Val.
Max. lib. 4. cap. 30.

Franciſcus Connanus Pariſienſis libr. 2. co-
men. Iuris ciuilis in tit. de bon. liberto. ſol. 172.
vir ſublimis ingenij à Romanis feuda originem
trahere ſibi perſuadere non audet, & feudorum
morem à Gallis veniſſe ad Germanos, Italos, Hi
ſpanos, & alios Europæ populos, arbitratur ex
his, quæ ſcribit de Gallis Cæſar lib. 3. cõmen. Et
de ſoldurijs, qui hodie ſoldarij vocantur, & de
ambaſtibus & vaſallorum gradibus plura po-
nit ſcitu digniſſima.

55 Carolus in prædicto loco † à Longobardis
cœpiſſe affirmat feuda : cum ipſi Italiam inua-
ſiſſent, aliena prædia gratis accipiebant : fa-
cile eſt ipſos gratis conceſſiſſe, retenta tamen
fidelitate & ſeruitio, legibus ab eorum Regibus
56 conditis. † Qui poſtmodum à Carolo Magno
regno ipſorum expulſi priuati ſunt, & eorum
deleta authoritas ac poteſtas, ante Carolum idẽ
Blaſius de Morcono Doctor Regnicola in l. 1.
de his qui ſe in alterius poteſtate ſubdiderũt in
57 Longobarda, & ibi dicit † iuri Romano inco-
gnitam fuiſſe materiam feudorum : & ibidem
arguit de liberto ad vaſallum. Hoc etiam com-
probari poteſt ex multis capitulis in vſibus feu-
dorum, in quibus fit mentio de Lõgobardorum
legibus, vt in. c. 1. de feu. cognit. & in. c. 1. de cõ
tentione inter dominum, & fidelem de inueſti.
feud. & in c. 1. de noris feudorum, cum alijs.
58 † quæ nos feuda dicimus, latinè beneficia appel
lantur, & apud leges Longobardas eſt titulus de
beneficijs & terris tributarijs, & leges illius ritu
li conditæ ſunt à Carolo Magno, qui ab Italia
ipſos Longobardos deleuit : & hæc eſt magna
coniectura ad hoc probandum, ex titulo, & legi
bus, & authoritate apud Obertum conditorẽ
conſuetudinum feudalium in deciſionibus cau-
ſarum.

Hanc etiam partem tenet vir doctiſſimus Bal
duinus in §. fi. in auth. vt qui prouincialem ho-
minem, quòd feuda à Longobardis exorta ſunt,
qui cum triſtem Italiam vaſtaſſent, ac plures ha-
berẽt fundos quàm colonos, eſſentq; ditiſſimi,
multos ſibi clientes ambiebant, quò magis fami-
lias

lias ſuas ornarent, atque tuerentur, qnod & olim equites Gallos feciſſe teſtem allegat Cæſarem, quorum, inqnit, vt quiſq; eſt genare, copijſque ampliſſimus, ita plurimos circum ſe ambactos, clienteſq; habebat, hanc vnam gratiam, potentiamque nnuerunt.

59 † Hi Lnngnbardi natione Germani, poſt vbi
Rnmanum Imperium Conſtantinnpnlim tráſlatum per Conſtantinum adeò deflexit viribus, vt prouincias Conſtantinnpoli propinquas Romani Imperatnres ægrè tuerentur, anno ſalutis Dominicæ 568. Italiam inuaſerunt, pnſt Iuſtiniani, & eius Ducis Narſetis obitum, & eorum Rex Alboinns cum omnibus copijs, vxoribus,
60 & liberis tertin annn dominari cœpit: † & regnarunt Reges Papiæ annis circa dncentis & quatunr: & tanta potentia aucti, minnri parte Italiæ Imperatnri relicta, ſnmmo Pontifici, ac
61 Romanis ſæpe magnn terrori fuerunt. † Nec videbatur Vrbs Roma Lnngobardorum dominatum euaſura: niſi Pipinus & Carolus Reges Germaniæ oriundi inclinatis Romanorum rebns opem attuliſſent; & cum datam à Regibus ſemel atque iterum pacem violaſſent, Carnlus Pipini filius eius gentis regnum deleuit Deſiderin 25. & vltimn Longobardorum Rege apud Ticinum primn nbſeſſo & capto, Lendium relegato, terra Italiæ, quam ipſi tenuerant, partim ſibi retenta, partim Rnmann Pontifici conceſſa, ac vrbe Beneuentana, in qua eorum Dnx & Spoleti, & Forn Iulij dominia regebant, cum iſti violenter ſe haberent (vt ex Pauln Diacnno de eorum geſtis, Raphaele Volaterano, Sabellico, Blō
62 do, & Pandolfo biſtoricis legitur) † & vt hominibus viderentur horribiles, longa barba vſi, aſinino more viuentes (vt ex eorum legibus apertè perpenditur) gentem ipſam, & armatorū ſuorum copiam, terris & agellis excolendis ſub
63 ſtinere † beneficia cogitauerunt, ac conceſſiones facere: Er, vt ſolet hnminum mens ſemper nnuis incumbere ſormulis, vt ipſi attentius dominos adiuuarent, ac ſua tuerentur, ſub fidelitatis nnrma illis tradidere, qui taliter accepia, ér nnuam cnntrahendi ſuper bnnis ipſis adinuenere regulam, ſub libello dare & aſſignare alijs ſub certa pnrtinne ſructuum. Satis hoc veriſimile eſt ab ipſis exnrdium ſumpſiſſe: vt qui Italiam inuaſerant, & multas Vrbes, mnltaque Oppida occupauerant, nec ex eorum Germania obtinentin ſperabatur, homines ac eorum milites ex agrorum diuiſione ditaſſe. Neque etiam de libelli conceſſinne alibi legitur, quàm in vſibus feudorum: planum eſt argumentum, eorum fuiſſe inuentum.

Vltimò non omitto, quòd dominus Matth. de Aſſli. Doctor inſignis, affinis & pater meus in præludijs feudnrum col. 24. poſt ralatum cōſilium Bal. Neap. editum tempore Reginę Ioan
64 næ Primæ. vet. Sed pro intelligentia, † dicit à Corradn Imperatore feuda fuiſſe inuēta, nec authoritatem ad hoc adducit, miror ego, virum erndituſſimum, qui multa etiam in hiſtorijs legit, tali prnlapſnm errore, cum de quouis Corrado Imperatore ſermnnem faciat, Corradum
65 aliquē feuda inueniſſe affirmari non poſſit. † fuit bic Imperator annn Domini 1138. genere Suæuus, militiæ inglorius, pnſt decimum quartum annum Germaniam rediens obijt anno
66 Dnmini 1152. † qun iam tempore (vt externa nmittam) Normanni in Italiā venerant, & in
67 Regnnm Neapolitanum. † Licet eo tempore non eſſet aliquis Rex, ſed Regiones diuiſæ erant Principibus Capuano, Salernitano, & Beneuentano, & alijs Dominis, & ipſorum aliqui ſub Campann militabāt: & alteri ſratrum Guaimaro Salernitanorū Duci. Erantq; in hoc Regno Comites, & Barnnes, ac feuda tenentes, de
68 quibus fit mentio in Conſtitutionibus. † Robertus Guiſtardus Anno Domini 1080. in Apulia dominabatur, ſuiſq; habebat Barones, & milites, vt vidimus in priuilegijs mnltis, ac etiam in donatione per ipſum Robertum facta eodē anno, qno erat Dux Salerni, Ven. frat. Petro Sa-
69 let. Abbati Cauenſis monaſterij. † Rogeriusq; eius nominis ſecundus Rnberti nepos ex Rogerio fratre primus, & Apnlię Rex ex Anacleto (vt in Platina dicitur) Antipapa creatus anno Domini 1125. Regnum habuit Siciliæ, Apuliæ, & Calabriæ, & etiam Afris dominatus eſt, cum ipſorum Regem ſibi fecit tributarium: habena verſum ſcriptum in enſe.

Appulus, & Calaber, Siculus mihi ſeruit, et Afer.

70 Vt in hiſt. S. Antonini legit. † erāt ſub eo Barones, Comites, & feudatarij, vt pbat tex. in Cōſt. Regni, Conſtitutionē diuæ memnriæ: de Rogerio auo Federici Imperatnris faciēs mentinnē, & in Conſti. dignum, cum alijs. eius tempore
71 Illuſtriſ. & nobiliſſima † familia Ruſulnrum de Rauello babebat triginta equites, plures Comites & Barones: vt teſtatur regeſtum Dionyſij de Sarno nnbilis Neap. in Cronicis familiarum
72 nnbilium, † & ſub Carolo primo Rege Siciliæ nonaginta Equites, & Comites alios plures, vt ipſe idem dicit, & obid Statius Venuſinus familiam hanc nauim nuncupat.

En Rufula nauis, en Henrice fama Rauelli,

73 In librn de ſitu Vrbium. † Non poteſt ergo dici à Corradn feuda inuenta, ſi ante ipſum erāt feudatarij, Cnmites & Barones ſub Rngerio, qui
74 fuit ante Corradum, † & auſus fuit ſe Italiæ
75 Regem etiam appellare. † De Secundn Corrado minimè poteſt eſſe verum ex eadem ratione: cum ipſe fuerit poſt Robertum & Rngeriū annn Domini 1039. nbijt, cœpitq; regnare, vt Matthęus Palmerius tradit in Cronicis, anno
76 Domini 1025. † & qui de genere Roberti, & Rogerij ſcribūt, dīnt eos fuiſſe Nnrmānos dictos Guiſtardos ex giro, & circuitu Regionū perip ſos facto (vt dicit Fel. Sandæus in epitomate Regni) & in eorum patria de gente Valuaſorum,
77 † qui Valuaſores feudatarij appellantur: vt pa
78 tet in vſibus feudorum. † De primo Corrado nnn poteſt comprobari dictum domini Matthæi: ipſe etem Auſtrię Dux virtute & diſciplina militari ad Imperatoriā euectus dignitatem, anno Domini 912. Mediolanum diu nbſedit, miraculo deterritus, dum ſupremo Vrbi exitiū immineret, abſtinuit, Romā profectus ab Anaſtaſio

ſtaſio Tertio coronatus eſt, ſeptemque annis re-
gnauit, & bella quãplura geſſit in Sclauos, &
Pannonas, qui rebellantem Italiam ſocialibus
armis adiuuerant. Vt Io. Bap. Egna. ait, de conſi
lio magnatum apud Capuam veterem Pandulfi
Campani Principis querelas decidit, ablataque
Caſinenſi Monaſterio reſtitui iuſſit, in quo per
aliquos dies ſe recepit: Vt in Cron. Caſinen. le-
79 gi mus † Eo etiã tempore erant feuda, & etiam
ab antiquiſſimo tempore: ut dicit text. in §. &
80 quia: † Vbi Corradus dum Romam profici-
ſceretur, militibus ſucceſſionem feudorum ad
nepotes extendit, & in principio literæ dicitur:
Dominis, quando uoluiſſent, antiquiſſimo tem
pore liberum erat feuda auferre ab his, quibus
tradidiſſent. Poſtea uerò ex tempore ventum eſt,
vt anno tantùm firmitatem haberent, deinde
ad vitam fidelis, ad filios, quorum dominus con
firmare uoluerit, ad omnes etiam ex poſt æquali-
ter, poſtremò ad nepotes Corradi beneficio, at-
81 que prouidentia. † Contra tex. ad literam do-
minus Matthęus vagatus eſt: item contra tex. in
82 c. 1. de ſeu. cognit. † Vbi iudicia feudorum ter-
minantur ſecundùm leges Longobardorum, &
in c. 1. de uſu Mediolanenſium, ſecundùm quoſ
dam, & contra alios tex. in quibus fit mentio de
varijs feudorum conſuetudinibus, tam in ſucce
dendo, quàm in alienandis feudis, & in §. pro-
fectò, de lege Corradi, & contra notata per Odo
fredum, & Bal. in authen. dos data. C. de donat.
an. nup. de Regibus Longobardis, qui Appuli
erant, & dicebantur, & contra tex. in c. in no-
mine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis, de benef.
83 & tert. tributa. in Longob. † in qua dicitur,
militem non priuari beneficio, niſi iudicio Pa-
rium, & culpa conuicta, ſecundùm conſuetudi
nem prædeceſſorum Imperatorum. & illa lex
condita eſt ſecundùm vnã inſcriptionem à Cor-
rado imperatore, & ſecundùm aliam à Carolo
84 Magno. † Non ergo feuda ipſe Corradus Pri
mus adinuenit, ſed ipſorum tantùm ſucceſſionẽ
ad fidelium poſteros produxit. Vnde non poſ-
ſum tanti patris mei authoritatem ſequi in eo,
quod dixit in præallegato loco.

Ex prædictis patet, quàm variè ampliſſimi
Doctores ſcripſerint in hoc articulo, alij ex ar-
gumentis & viciſſitudine vnum, & alij aliud af-
85 firmantes. † Mihi probabilius liquet ex Lon-
86 gobardis feuda ipſa exordium ſumpſiſſe. † Nos
autem Chriſticolæ, qui uitam terimus in ſeculo,
ab omnium Creatore, atque mundi opifice Deo
Opt. Max. vniuerſam terram conditam profite-
mur ipſam nobis fruendam & dominandam tra
didit, ſub hac feudali inueſtitura, vt ipſum men
te pura ac corde veneraremur, ac coleremus:
CHRISTIQ. IESV Mariæ filij, ac ipſius
vnigeniti nobiſcum pactum eſt, prouidentia,
& inueſtitura, ſeruata eius fide & lege Euange-
lica, æterni & perpetui Regni fruenda gloria,
quam nobis in baptiſmate vero ſub certo pigno
re aſſignauit, ut ad hanc omnes ſub eius benedi
ctione, & gratia aſpiremus. Hæc antiquitatum
monumenta ſcire ſatis intereſt: vt dicit Iuſtinia
nus in proœ. inſtitutio. & tex. in c. fuerunt. §. pau
latim. 7. diſt. Vſus antiquitatum, licet nullus ſit,
notitia tamen neceſſaria eſt: cum rei & negocij
nobis veritatem adaperiant, neque error pote-
rit eſſe tam prolapſus & vagus, qui corripi, &
emendari non poſſit data ſcientia elementorũ.

Prædicta ad duo neceſſaria in progreſſu di-
87 cendorum ſatis conferunt. † Primum in ea ar-
dua quęſtione, de qua ſuo loco dicam, non
apparente inueſtitura, an præſumatur feudum
hæreditarium, id eſt hæreditati annexum, vt
de eo dicatur, vt de reliquis feudatarij bonis,
dũ legitimè diſponit, tam in vita, quàm in mor-
tis articulo: ut dicit Andr. in c. 1. de na. ſucc. ſeu.
An verò ex pacto & prouidentia, quod poſteris
liberis & generi auferri non poteſt: ut in §. hoc
quoque, de ſucc. ſeu. per And. & in c. 1. de alien.
feud. pater. ex Bulgari & Pilei diſtinctione ma-
88 giſtraliter loquen. † cum non habeamus text.
in vſibus feudorum, quo hoc feudum mentio-
netur, niſi tantùm paternum & antiquum.
89 † Secundũ erit, an feudum, in quo uiuitur iure
Francorum, dicatur hęreditarium ſimiliter, uel
deferatur ad primogenitos ex prouidentia ip-
ſius iuris Francorum, de qua in conſtitutio. vt
de ſucceſſio. & de his duabus quęſtionibus di-
cam in formulis inueſtiturarum.
90 † Vnum tamen non omitto menti tenendum,
quòd necubi fuit tactum à noſtris authoribus &
Regnicolis, quòd feudum, in quo uiuitur iure
Francorum, fuit cognitum de iure feudorũ, &
primęuum, quòad ſucceſſionem poſterorum,
probatur in §. & quia. ſupra ſępius allegato, &
licet in Regno ſit ius ſingulare, ut dicit And. ibi,
& in c. imperialem. §. præterea Ducatus, de pro
hib. feud. alien. per Federicum, ideo debet proba
ri: tamen habet concomitantiam cum primæ-
uo iure feudorum: cum tex. ibi dicat. Sed cum
hoc iure ſucceſſionis ad filios non pertineret,
ſic progreſſum eſt, vt ad filios deueniret, in quẽ
ſcilicet dominus hoc uellet beneficium confir-
91 mare. † Quis autem fuerit hic filius, in quem
dominus beneficium confirmat, interpretatum
eſt, eſſe primogenitum ex omni regula, tam di-
uina, quàm humana; ut is pręſumatur aptior,
fortior, validior, ac domino magis acceptus: ut
poſt modernos comprobat doctiſſimus Andr.
Tiraquellus in tract. primogen. in ſua pręfatio-
92 ne. † Ex hoc tex. ſingulariter infertur, q feu-
dum, vt deueniat poſt mortem ad primogeni-
tum, non eſt fauor defuncti, neque agnatorum,
ſed tantùm ipſius domini, ut habeat perſonam
de genere magis ſibi gratam, & deuotam, & ne
feudum diuidatur in plures, quod dominii in-
93 tereſt integrum retineri. † Vnde hæc formula
inueſtituræ, ut primogenitus pręferatur in ſuc-
ceſſione feudi, non videtur reſpicere commodũ
feudatarij, vt poſſit diſponere, neque beneficiũ
& prouidentiam liberorum; cum ipſi ſint ex ſan
guine prælati in ſuccedendo, cum cenſeatur in-
ducta contẽplatione dñi concedẽtis feudũ, ut p
batur ex d. tex. ibi, in quẽ dñs hoc vellet benefi
ciũ cõfirmare. Hæc ſufficiat dixiſſe de feudorũ
origine ad laudẽ Dei omnipotẽtis. Die 17. Oct.
1551. ſub vigilia Beatiſſimi Lucę Euangeliſtæ.

ſentit Alberi. in ſuo dictio. in verb. Baro, proſe
quitur latè Caſſaneus in catalogo gloriæ mun-
di, in octaua parte, in 15. cōſideratione: allegat
tex. in extra. volentes, in verbo Comites, Baro-
nes, & nobiles: & ibi Andr. Barba. in repeti-
tio. idem Caſſaneus in eod. libro, in quinta par
te, in finali conſideratione, Curtius in ſecunda
parte ſui tract. in verb. ſed quia. ſupra allegato:
5 † & Baro, largo ſumpto vocabulo, dicitur Prin-
ceps ſecundùm glo. in clem. 1. de baptiſ. licet
non habeat dignitatem Principatus: hoc idem
firmat Bal. in c. 1. de his qui feud. da. poſſ. Ca-
pitaneos inueſtitos à maioribus valuaſoribus
6 communi, & vulgari nomine appellari † Ba
rones, quaſi ſint homines potentes, & capita
in Regno. idem Bal. in c. 1. quis dicatur Dux.
& ibi Aluarotus, Car. & alij, & ſit quædam di-
gnitas ſuperior Nobilitate, minor autem Co-
mitatu: vt dicunt Doctores vbi ſupra. & vt di-
7 cit Specul. in titulo de Vicecomite, † qui eſt
quidam gradus maior Barone, & minor Co-
mite. Caro. in conſu. Pariſ. §. 20. col. 3. Sic Baro
nis authoritas, ſecundùm Egninarium Baro-
nem, de iure beneficiorum capitulo tertio, col.
8 23. hoc † nomen vulgare eſt in Regno Siciliæ
ſecundùm Io. Blancum in ſum. in titulo de va
ſall. & eorum differentijs, col. 1. & vt dicit Caſ
ſa. in 8. parte ſuę gloriæ, fol. 4. col. 4. apud Nea-
politanos omnes habentes iuriſdictionem in
ſuis oppidis, & caſtellis, ſecundùm ipſorum
vſantiam dicuntur Barones; idem dicit Bonus
9 de Curtili in ſuo trac. nobilitatis. † in Lom-
bardia autem appellantur magni Caſtellani ſe-
cundùm Bal. in c. vno delegatorum, de offi. de-
legati. Sequitur Landenſis in tract. de dignitat.
num. 7. & in tracta. de Princip. nume. 178. Boe-
rius in conſ. Bituri. Petrus Ractus in conſue.
Pictonum, in ver. conſuetudo, car. 12. Corſe-
tus in clem. grandi. vbi tex. de ſupplen. negli.
prælat. in repet. ſecundùm feudiſtas in c. 1. quis
dicatur Dux, & in c. 1. de his qui feud. dat. poſſ.
10 † Capitanei ſunt Barones, vt etiam dicunt
Moder. Neap. in c. 1. de gradibus, Blondus 12.
regione col. 2. char. 390. & ſecundùm Aluarot.
11 in c. 1. de prohi. feud. alien. per Lotha. † Pro-
ceres dicuntur Barones, quorum conſilio ar-
dua Regum diſcuti, & tractari debent, vt in l.
12 Imperialem. † & dicuntur perſonæ illuſtres,
vt dicit Purpu. in d. l. 1. num. 244. quando ha-
bent in ſua Baronia Regalia & per Caſſanęum
13 in loco ſupra allegato. † & Baro æquiparatur
Præſidi Prouinciarum ſecundùm Iaco. Re-
buffum in l. 2. C. de primicerio, col. 2. libro 12.
& ſecundùm Federicum Alemanum in c. 1. quis
14 dicatur Dux. Apud Germanos † Baro nul-
lum habet cum Comite diſcrimen, ſed proce-
15 dunt à pari. † Iſta tamen authoritas, ſeu digni
tas Baronalis, non eſt Regalis, ſecundùm con-
ſuetudines feudales, quia tex. in capitulo Im-
perialem, §. prętерea, excipit Ducatum, Mar-
chionatum, & Comitatum, vt ſint indiuidua in
ter filios, ad quos ſucceſſio deuenit per vſurpa
tionem, vt dicit tex. in capitulo primo. de feu.
Marchię, & ideo Baronia diuiditur inter ſuc-
ceſſores: vt dicit Andr. in capitulo ſimiliter. de
cap. qui cur. ven. in 4. col. Zaſius in epi. feud. in
5. par. Carol. in conſue. Paris. §. 20. col. 3. Ber-
tran. conſil. 4. num. 204. ſecundo vol. & in con-
16 ſil. 291. ſecunda col. primo libro. † Comita-
tus autem, vel Ducatus non diuiduntur, quan
do ſimpliciter conceduntur purè in titulum, ſe
cus ſi non ſimpliciter: vt dicit Soci. conſi. 252.
in ſecundo libro. Ioan. Ant. Rubeus conſil. 130.
vel quando pluribus à principio: vt dicit idem
Soci. in conſi. 165. viſis ſcripturis 7. col. in 2. vol.
vel in feudis ipſius Comitatus, ſecundùm eun-
dem Soci. conſil. 67. 1. lib. & in prędicto conſil.
165. & conſi. 252. Cur. in tra. feu. 4. parte, 30. q.
fol. 43. Licet contrarium multi teneant in hoc,
de quo latè per dominum Loffredum conſilio
39. nu. 31. & per Io. Ant. Rubeum conſi. 132. Ol
dra. conſi. 237. & alios, de quibus ſuo loco di-
cam: Delphinatus autem an diuidatur, ponit
Taurinenſis in ſua inueſtitura feud. in 4. col. &
17 in ver. Dux: & in ver. Marchio. † Filius pa-
tre viuente non dicitur Baro: quia non eſt di-
gnitas Regalis: ſed filius Comitis ſic. And. ſin-
gulariter in Conſti. proſequentes allegat glo. in
c. cœpit. 24. q. 1. & ſentit in c. 1. quis dicatur
18 Dux. † Si enim Baronia diuiditur inter filios,
quilibet erit Baro, dicit Andr. in d. c. ſimiliter, ſi
cut de Marchionibus Lombardię, omnes erunt
Marchiones, diuiſo inter eos Marchionatu: cū
tex. in §. præterea Ducatus, non habet locum
19 ibi. † Sola dignitas eſt indiuidua: vt dicit Al
bericus in ver. feudū. At Io. de Platea aliter ſen-
tit in l. 1. in fin. C. vt dign. ordo ſeruetur lib. 12
20 dicens † illum eſſe Baronem, penes quem re-
ſidet caput Baroniæ, ar. l. peculium. §. quadriga.
de leg. 2. & in l. cum quidam, de fundo inſtru. &
in l. cum in diuerſis, de religio. & ſump. funer.
latè Caſſaneus in ſuo catalogo, quinta parte 56.
conſidera.

Andreas Alciatus vir laudatiſſimus, nec ſa-
tis vnquam laudatus lib. Parerg. 5. cap. 16. no-
men hoc Baronis apud Neotericos Iureconſul-
tos in vſu eſſe, & ex grammaticis quoſdam con
21 tendere, apud Ciceronem legi, † pro homine
ſtolido, atque inepto, ſecundo de finibus. Hæc
cum loqueris, nos Barones ſtupemus: tu tecum
ipſe rides: & in lib. familiarium. 9. vlt. epiſtola.
Ille Baro te putabat quęſiturum: & ad Atticū
libro epiſtolarum quinto, apud patronum, & re
liquos Barones te in maxima gratia poſui
quod ipſe vocem latinam non eſſe affirmat, quæ
22 † apud alios authores reperitetur, ac vitio im
preſſorū cedere ipſeque non Barones legi, ſed
Verones populos eſſe Hiſpaniæ: ſic à fluuio di
ctos: Cuius Martial. meminit, quos veriſimile
eſt, eligi ſolitos prægrandi corpore: quamuis
mente eſſent ſtolida: veluti nunc Germani prin
cipibus apparere ſolent, & excubias facere, &
apud Cęſarem quarto commentar. belli ciuilis
Caſſium ſemper Verones complures euocatos
cum telis habere conſueuiſſe. De hac quoque
authoritate Ciceronis meminit Luc. de Pen. in
l. fin. C. de mancipijs, & colonis patri. lib. 11. &
in theſauro linguæ latinæ, ſub eodem verbo pe
nè

nè eadem quæ Alciatus congerit, habeutur.
Inſulanus vir eruditus non Vernues legit, ſed
Barrones per duplex r. eoſque homines vaſtę
ſtaturæ, ac ſola corporis mole graues: vt ſunt
23 Barri, ideſt Elephantes, † quorum vox, Barri
tus dicitur. Per duplex verò r. eminentem at-
que maiorem poteſtatem ſignificare, Italoſ-
q; nomen Baroncelli, inde more ſuo tanquã
minorem Baronem finxiſſe: & apud Cicero-
nem hanc eandem eſſe vocem: licet alij Var-
rones interpretentur, de quibus per Iacobum
Selaſtadienſem in ſuo Lexico ſub eodẽ nomine.

Anto. de Alexan. in cap. ſimiliter, de cap. qui
curi. vend. Baronem dicit eſſe hominem in la-
boribus fortem, dictione græca: ſequutus Luc.
in d. l. fin. Frater Petrus in ſua Cronica peregri
na teſtatur, quòd poſt Italum Italiæ patrem
regnauit in ea prouincia gener eius, Bardus
ſeu Baro, vel Bari nomine, qui ædificauit ciui-
tatem Bari, à quo etiam Barlettum, quaſi Bari-
lettum, à quo Barones ferè omnes, nobiles, pru
dentes, & excelſi, diuites, quaſi Bari homines
vſque hodie aucti ſunt, ſecundùm eum.

Oldendorpius latinę vocis, ac ciuilis iuris pe
ritiſſimus in ſua claſſe quinta, in titulo de actio
nibus beneficiarijs, poſt vbi Ducatum, Mar-
chionatum, & Comitatum explicaſſet, doctius,
& verius, quàm à ſcribentibus tradatur in capi
24 tulo primo, quis dicatur Dux, † Baronem dicit
eſſe hominem, quaſi eminentis, & liberę pote-
ſtatis, de quo meminit Bar. in l. qui iuriſdictio-
25 ni, de iur. om. iudic. † differreq; ab Equite
armato, qui Romæ olim aureis anulis a plebe
diſtinguebatur: ſicut hodie aureis calcaribus,
phaleriſque vtitur, neque militem eſſe equitẽ,
prout crebrò imperiti aſſeuerant: vt plenè enu
cleat Guil. Budæus in l. fin. de ſenatoribus, vbi
de omni ordine magiſtratuum Romanorum.

De Barone fit ſępe mentio in legibus Fran-
corum, & in tit. de ſeruis & libertis, & in l. Sali
ca, in titu. de tabularijs, quas ll. recenſet Vulph.
Laxius in commen. reip. Rom. lib. 2. fol. 318.
ex Francorum gente ingenuos Barones nuncu-
patos eſſe, qui in hunc vſque diem durant: Et
idem Auctor in hiſtoria migrationis gentium
poſtquàm de Comitibus, Ducibus, & Marchio
nibus lib. . . . fuſius pertractaſſet, de inge-
nuis & eorum gente compendium facit & lib.
9. cap. 12. fol. 927. in fi. Baronum ornamenta à
nobilibus ſeu patritijs vrbis differre. Nam etſi
equeſtrem galeam clipeo ſuprapoſitam vterque
& nobilium ordo corona adiecta geſtit, eſt ta-
men aurea, ſiue aurei coloris, in Baronatu ar-
gentea ſiue ferrea, apud nobiles galea, ſic aliam
apud ciues patritij viliorem, atque clauſam
gerunt, ſcribit hiſtoricus Siculus lib. 2. cat. 407.
Georgium Maniacem Coſtantinopolitani Im
peratoris in Siciliã profectum per proditionẽ
à fide abductum ſibi Inſulam occupaſſe, & in ea
omnium primus Barones creaſſe, & Comites:
Apud Turcas barones appellari, qui caſtrũ, vil
lam, vel villas habent, ex quarum reditu regẽ
in exercitu ſociantur, tenent equites leuis ar-
maturę, alia lingua dicuntur cuſtodes: vt per hi
ſtoricum regionis Africæ lib. 12. cat. 176.

Hæc de Barone ſecundùm antiquos, & feu-
diſtas, ac alios iuris interpretes.

Ego verò, ſi vocem ſectemur gręcam, Baron
dici putarim grauem in geſtis ſuis, ſuperbum,
eminentem, ac prę alijs excelſum hominem,
ac qui in alios authoritatem habeat, & dignita
te fulgeat: & qui non mentis acie tantùm, ſed
etiam corporis ſtatura cęteros ſuperet, vt ta-
lem quoque virũ legimus à Deo electũ in Regẽ
Saul, Reg. 1. c. 19. & erat ei filius vocabulo Saul
electus, & bonus, & non erat vir de filijs Iſrael
melior illo: ab humero, & ſurſum eminebat
ſuper omnem populum, & in 10. ſtetitque in
medio populi, & altior fuit vniuerſo populo
ab humero, & ſurſum, & ait Samuel ad omnẽ
populum. Certè videtis quem elegit Dominus:
quoniam non ſit ſimilis illi in omni populo.
Maro ſuę Æneidos nono, Turni indicat proce
ritatem his verbis.

Medio Dux agmine Turnus.
Vertitur arma tenens, & toto vertice ſupra eſt.
Priami Regis à Pyrro occiſi
Iacet ingens littore truncus: in ſecund. Ænec
quoque ad inferos deſcendentis, cum Charon-
tis cymbam ingrederetur, *ſimul accipit alueo in*
gentem Aeneam gemuit ſub pondere cymba. Ta-
lem quoque Agamemnona eminentiſſimum
Gręcorum omnium deſcripſit Homerus Ilia-
dos ſuę 2. Non igitur mirum, ſi à grauitate, &
mole corporis, quę βάρος, baros propriè dici-
tur, Baro nuncupatus ſit vir ille, quem propter
eius excellentiam, & dignitatem, magno
decet eſſe corpore: quod nomen omnibus, ex re
rum viciſſitudine, vel longis, vel breuibus cõ
mune poſtea factum eſt. Nec ab re compara-
rim gręco huic nomini latinum illud, Proce-
res, qui ijdem ſunt, à proceritate corporis ap
pellati, quod nomen illorum duntaxat eſt, qui
aliqua dignitate ſuffulti inter cęteros eminẽt.
Quòd ſi Baronem Cicero pro ſtolido, & ine-
pto acceperit, non eſt, quòd admiremur, ſi vi-
rum ſine dignitate, ſine authoritate, corporis
magnitudine prędîtum, ac mentis acie obtu-
ſum, à grauitate, & mole corporis Baronem ap
pellarit, propterea quòd vſu uenit, vt qui proce
ri ſint corpore, frigidioribus ſint ſpiritibus.

26 † In Regno autem Sicilię non omnis, qui
plura habet feuda, Baro dicitur, ſecundùm An
dr. in c. primo. §. ſimiliter 4. col. de cap. qui cur.
vend. etiam quòd viuat militariter cum equis,
& armis: vt dicit Andr. in conſtit. poſt mor-
tem: ſed altero de duobus modis creatur. Pri
mò, ſi Rex ex certa ſcientia Titio feudum con-
cedat, Caſtrum, vel Villam in Baroniam, &
vult, quòd ſit Baro, erit, & appellabitur Ba-
ro: cum de re ſua poſſit diſponere pro libito
voluntatis, ſecundùm Andr. ibi, per l. quod in
rerum §. 1. & in l. planè, in fin. de lega. 1. & per
eundem Andr. in c. 1. tertia colum. de contro.
feud. apud pares termi. quem ſequitur Franci-
ſcus Curtius in conſil. 51. in tertia colum. feu-
da fiunt deſtinatione patrisfam. qui poteſt ea
vertere; prout vult, ſecundùm Andr. ibi: & in c.

1. §.

1.§.hoc quoq; de ſucc.feud.& in capitulo.quali tet vaſ.iurar.debe. domino fi. Erit iſto caſu Baro, tanquam à Rege creatus ex certa ſcientia: quia poteſt nouas dignitates creare ſecundùm Andr.in c.1.§.ſiquis de manſo.de contro.inue. Laud.in tra.de princip.nu.325.Bar. In l.1.C.de dignita.libr.12.& in l.1.C.de metropol.berito
27 † Cum ab eo fluant,& refluant dignitates ſe-
28 cundùm Bal.in c. 1. quis dicatur Dux. † Et de vna prouincia poteſt facere duas: vt in l.ſi aliquam.de offic.procon.& lega. per And. in §.cũ
29 autem,quinta col.de contro. inueſti. † Et in duobus Regnis vnum Regem præficere, ſecundùm Ray.quem referr,& ſequitur Alberi. in l. quoties.C.de precibus Impera. offeren. eſt tex. in l.in nomine domini, in ſecunda col.C.de offi.
30 præfecti prætorio † Et de vno feudo, facere plura, ſecundùm Andr.c.1.an ille,qui interfecit fratrem domini ſui,& in c.1.de contro.feu. apud patea tet. & in conſtit. Regni honorem.
31 † Solo verbo conſtituit Ciuitatem: vt dicit Laud.in ſua diſpu.Et ſolo verbo creat Doctorẽ: vt dicit Aug.in l.1.C.de ſen.paſſ. in hoc nullis ſubijcitur regulis,ſecundùm eundem Andr. in
32 c.1.3.col.de eo, qui ſibi,& hęredibus ſuis: † qa poteſt res,& bona feudalia immutare, etiam cõtra leges feudales: vt dicit Alex.conſ.16.col. in 5.vol.Alb.Brun.conſi.6.& Mayn.ibi conſil.10 Et de feudo poteſt facere burgenſaticum: vt dicit idem Andr.in d.c.& in c.1.§.ſi verò. de pace iu.fir.ſequitur Ioan.Blancus in ſumma,in titu.quæ res poſſunt in feudum dari,in pen.col.
33 † & Baroniam in demanium reducere, vt non ſit feudum ſecundùm Luc.de Pen. in l. poſſeſſores.C.de fun.patrimo.libro 11.& in l.ſin.C.de loca.prædi.ciui. & in l. contra publicam. de re
34 milit.lib.12. † Et poteſt diſponere,ꝙ Ducatus & Comitatus æqualiter inter filios diuidatur, Andr.in c.1.3.col.de feu.marchiæ: & in c.prętorea 2.col.& non grauabor inſerere, quæ poſſit Rex,ne ſacrilegij crimen incurram: vt inquit Impera.in l.2.C.de crim. ſacrile. & præſertim.
35 † Rex noſtri Regni,qui dicitur Monarcha: vt dicit Andr.in procœ.conſtitu.& in præluд.feud. & in c.1.§.ſiquis de manſo. de contro. inueſti. & in Rub.quæ ſint Regalia, in 2. colum. & in verb.committentium crimen læſæ Maieſta. & in c.1.de noua for.fi.& Andr.in c.1.de vaſ. de-
36 crepi. æta. † quòd maior eſt poteſtas Regia, quàm Imperatoris:cũ Regnum tranſmittat ad filium,& Imperator non:vt in c.licet.de vo.& dicit Bal.in c.1.§.præterea.de prohi.feud.alie.per
37 Feder. † ꝙ Rex habet in Regno iura Imperij, & eſt in Regno corporalis Deus,idem Bal.in c.
38 1.§.ſacram.de pace iu. fir. & in procœ. ſtorum † & eſt lex animata in terris, & poteſt pluſquàm lex:vt dicit in c.cum venissent,de eo qui mittitur in poſſ.& in l.ea.C.de condictio.ob cauſam: plura congerit Curtius ſenior conſi.50. 3l. col. Barba.conſili. 27. 4. colum.2. libr. in conſilio 70.in quarto vol.& Ioan.de Neuiz. conſilio 12.
39 1.col.& alij, quos omitto. † Secundo modo creatur Baro in Regno, ſi habens feudum, vel feuda, det vnum Valerio cum aſſenſu Regis, vt ab eo,& ſub eo teneatur,& Rex aſſentit huic inſeudationi,ex hoc conſtituit ipſum in Baronem, & erit Baro ſecundum Andr.in d.c. ſimiliter: in 2.colum,& in conſtitu. poſt mortem: & in conſtit.ſiquis Baro. vbi ex litera illorum textuum hoc probari videtur, ſecundum Andre.ibi & in c.1.3.col.de contro.feud. apud pares ter.iſta forma ſic concedendi eſt attendenda: quia ex hoc fit feudum quaternatum in perſona vaſalli, ſeu feudatarij tenentis à Barone, ex verbis literę,& Andr. in d.conſtit. ſi aliquis Baro. aliàs enim, ſi haberet vaſallos, qui non tenerent feuda quaternata, ſed ſimplicia, vel attenaſias etiam ſub nomine feudi, non per hoc eſſet Baro ſub iſta dignitate vocis, & effectus: ſed Capitaneus forte, vel maior valuaſor, ſecũdùm nomina feudalia; vt dicitur in c. 1. de iis qui feudum dare poſſunt, quomodo hoc ſit,& qua ratione fundetur, tex.hoc non aperit, nec Andr.ibidem declarat, & omnes noſtri periti ſurda aure pertranſeũt, nec legi apud antiquos Regni, nec recentiores ſcriptores, & affinis meus de Afflicto in pluribus locis,recitatis verbis Andreæ, leuato percurrit velo: Paris etiam in ſuo tracta.& alij Neoterici mihi (eorum authoritate ſalua) non ſatis conſtant.
40 Dico enim, quòd † Conſtitutiones ſuper feudis à conſuetudine cęperunt: vt dicitur in c.1.de feud.cogni.& in c.1.de vſu Mediol. ſecundùm quoſdam:& iſta conſuetudo cõſueuit eſſe localis,& varia in diuer.regio.vt in c.1.§. profectò,de lege Corra & ĩ c.1.quib.mo.feu. am.& in c.1.qualiter olim po.fe.ali. & cũ vnaquæque regio, ſeu prouincia ſuos habeat,vel habere conſueuerit mores: vt in l.de quibus, de legibus: & no. And.in Reg.Sici.cœpit hic eſſe mos conſtituendi feuda quaternata, & creandi Barones, quando feudatarius cum aſſenſu Regis donat feudum tenendũ ſub eo,& ab eo, vt feudum hoc And.ſentit in d.c.1. in 2. col. ibi,attendendum tamen,quo in Regno Siciliæ ſunt feuda: non.n. poteſt aſſignari vera ratio huius dicti,niſi iſta: cũ tex.in d.conſt.poſt mortem, & conſti. ſiquis Baro nõ dicant.Baronem hoc modo creari, ſed quid agendum eſt; mortuo eo, qui Baroniam
41 vel feudum quaternatum tenet ab alio. † & licet feuda quaternata, quæ tenentur ab alio annotari debeant in quaternionibus Dohanæ Regiæ; vt dicit tex. Federici in Conſtit.honorem, cuius loco ſucceſſerat tribunal Magiſtrorum Rationalium, & vidimus plurima dona in Regiſtris Caroli Primi, ſecundi Roberti, & aliorum:& nunc in Regia Camera Summariæ. Non tamen ex hoc creantur Barones. Tenere autem feudum ſub eo, & ab eo (vt vtar verbis Andr.) eſt meo iudicio, Baronem in dominum immediate, & in capite recognoſcere, ex verbis literę in d. conſtitutione honorem, ibi,vel feuda in capite à nobis teneat, vel ab alio quę,in quaternionibus eorum, ſcilicet in capite tenentur, licet textum in d. conſtitu. poſt mortem,hoc non exprimat, explicat And. in d. c.ſimiliter, vbi verbũ in capite, exponit immediate.& in c.1.ex quib.ca.feud.am. & in c.1.2.colu.

qualiter vaſ.iura.deb.dom.fid.& idem Andr.in
c.1.in §.ſiquis de manſo. in verbo, ꝙ autẽ di-
cit,in tertia colum.de contr.inueſt.ad commu-
nem formam priuilegiorum, & ego vidi priui-
legia Illuſtriſſ. Dominorum de Regno, qui ha-
bent vaſallos tenentes caſtra ab eis in feudũ im
42 mediate,& in capite.Ex † hac datione in feu-
dum in Regno conſtituta eſt dignitas Baronalis
43 Sicut † In Regno Franciæ dicuntur Barones,
qui habent ſub ſe decem feudatarios: Comites,
ſeu Marchiones habent decem Barones, Dux
decem Comites,& Rex decem Duces,vt ſcribit
Caſſaneus in gloria mundi, in quinta parte 46.
conſidera.col.3.& in aliquibus partibus Fran-
ciæ non eſt Baro, niſi habeat quatuor Caſtella-
nos ſub ſe,& hoſpitale fundatum: vt dicit idem
author in octaua parte 15.conſiderat. & vt tra-
dit Eguinarius Baro lib.1.de iure beneficiorum,
ſunt more gallico feudatarij hoc nomine: Co-
mes maior, Vicecomes, Subcomes, Baro, qui mi
nor eſt Comite, Caſtellanus, Scutarius, ſeu no-
bilis ſcutatus,& apud Germanos,alia,& diuer-
ſa feudorum nomina,& dignitatum feudalium:
vt dicit Federicus in d. c. 1. quis dicatur Dux
44 Habere † igitur feudatarium, qui teneat feudũ
in capite à concedente deſcriptum, & notatum
pro ſe in quinterno, ſeu pandecta Regia eſt di-
gnitas In Regno,& eſt pluſquam ſimplex bene-
ficiarius, ſeu feudatarius, arg. literæ.d. conſt.ho-
norem, vbi præponitur Baro militi feudatario,
& in conſtitut.ſiquis Baro,& ibi glo. Nos in Re
gno dicimus, ſubfeudũ,& ſubfeudatariũ, bar-
baro,& rudi vocabulo:latinè ſubbeneficium, &
ſubbeneficiatus nũcupatur: vt Oldẽdorpius tra
dit, & Eguinarius: Gallici retrofeudum appel
lant,& retrofeudatarij: vt dicit Caſſaneus in cõ
ſuetudi.Burg.rubrica tertia,in titulo de feu.§.
quinto, ſecunda col.fol.114.& Taurinenſis in
ſua inueſtitura feudali:Et quia ampliorem ha-
bet iuriſdictionem in feudatarium, vt dicam in
fra ad intellectum illorum verborum,immedia
te,& in capite,ideo dicitur maior: vt in §.nos
igitur in authent. de defenſoribus ciuitatum,
& in §.nolumus:in authen.vt iudices ſine quo-
quo ſuffragio. Iſta videtur meo iudicio ratio,
quare debeat habere ſubfeudatarios tenentes à
concedente feuda notata, & de per ſe ſcripta in
quinternionibus Regis: vt dicatur Baro, con
ſuetudo, mos,& obſeruantia huius Regni,& vt
dicit Bal.in c.1.in ver.Marchio, de his qui feu.
da.poſſ. In iſtis attenditur conſuetudo, & illi
eſt ſtandum ſecundùm Luc.de Pen.in rub.C.de
45 comitibus conſiſtoria.lib.12.Tertio † modo
cõſtituitur Baro in Regno ſecundùm Affl.in d.
c.ſimiliter,in 11.col.ſi dicat Rex ex ſui certa ſciẽ
tia Ioanni Baptiſtæ, vt capiat talem Baroniam
à Titio poſſeſſam. tunc erit verus Baro,authori
tate Andr.in §.ſimiliter. quod dictum non pu-
to verum: tum quia Andr. ibi hoc non dicit:
tum etiam quia eſt neceſſe, ꝙ aut Rex ipſum Ba
ronem faciat, aut tradendo Baroniam per pri-
uilegium ipſam concedat in titulum Baroniæ:
per ea quæ ſcribit Soci.in conſil.67. viſis inue-
ſtituris, in 1.libro; quòd ſi concedatur Comi-
tatus in feudum,niſi dicatur, quòd concedit in
titulum Comitatus, non erit Comes poſſeſſor,
ſeu inueſtitus: quia hoc eſt omiſſum in conceſ
ſione, & omiſſum debet haberi pro omiſſo:
cum ſimus in materia ſtricti iuris, & conſuetu-
dinaria, idem Soci.in conſilio 166. in ſecun-
do vol. Andr. in capitulo Imperialem, tertia
col.de proh.feud.alien.per Federicum, allegat
ad hoc tex.in l.quicquid aſtringendæ,de verbo.
obligati.rigor,inquit, qui conſueuit ſeruari in
contractibus,dictat,quòd quicquid non expri-
mitur, pro omiſſo habeatur, idem And.in præl.
feud.in quinta.q.ſequitur Curtius in tract. feu-
dorum,in quarta parte,in ſeptima. q. Fabianus
in tract.emp.& vendi.in ſecunda col. Ideo di-
cit Andr.in capitulo primo.§.huius autem ge-
neris, tertia col.ex quibus cau.feud.amit. datio
in feudum eſt facti, & facta non præſumuntur,
niſi probentur: vt in l.in bello.§.factæ:de cap.
& poſt.reuerſ.ad hoc tex. eſt ad literam in c. 1.
quis dicatur Dux, ibi, per feudum eſt inueſti-
tus:& in c.1.de conſue.recti.feud.ibi, & teneas
illum pro feudo,& in eo.tex.ibi, nactus eſt no-
mine feudi. Poterat ergo Rex exprimere in pri
uilegio, ſe concedere in Baroniam, omiſit, er-
go neglexit: vt in l. 1.§. ſin autem.C.de caduc.
tollen. Et hoc fortius procederet, vbi Baronia
perueniſſet ad Regem, per ea quæ dicit And. in
d.§ huius autem generis. ſtatim extinguitur il-
la dignitas ab eodem creata, niſi iterum conſti-
tuatur, prout de feudo dicitur, de quo per glo.
in Conſtit.Regni ſi dubitatio. per Inno. in ca-
pitulo verum,de foro competen.per Bal.in l. 1.
de rer.diu.& in l.1.C.de iur.dot.& in conſ.351.
in 1.lib.per Taurinenſem in inueſtitura in verſ.
inueſtiuit. Alex.conſil.24.5. lib. Curtius con-
ſil.40.& Decius conſilio 32. Nec obſtat, Regem
ex ſui certa ſcientia conceſſiſſe: quia hic defe-
ctus non arguitur poteſtatis, ſed voluntatis, dũ
non expreſſit, concedere in titulum Baroniæ.

Sed quæro hic de notabili quæſtione: Rex
concedit Ioanni Baptiſtæ caſtrum in feudum,
cum ſyluis, nemoribus, pratis, aquis, & alijs
ad caſtrum ſpectantibus cum poteſtate quòd ip
ſe poſſit alteri dare, & concedere in feudum
An hic inueſtitus erit ſubfeudatarius conce-
dentis; prima fronte videretur, quòd ſic. Nam
de iure feudorum poteſt feudatarius alteri in
feudum concedere, etiam per legem Imperia-
lem Federici; dum tamen faciat hoc ſincere, bo-
na fide,& æquali: vt in c.1.de lege Corra. & in
c.1.de proh.feud.aliena. per Locha. ſuperuenit
conſtitutio Regni, Conſtitutionem diuæ memo
riæ, quæ prohibet infeudationes: permittit tan
tùm Baronibus locare cum Rex permittit alteri
cõcedere in feudum, videtur remittere obſtacu-
lum illius Cõſtitutionis,& reducere ad primæ-
uã naturã feudorũ. ſecundùm ius cõe: arg. eorũ
quæ dicit Andr.in d. Conſtit. cum circa: ideo
inueſtitus ab eo ſuus, & non Regis eſſet feu-
datarius, & remouendo legem Conſtitutionis
videtur permittere infeudationem, prout ius in-
telligit, vt dicit Andr.in cap.1. 6.col. qui ſucc.
tene.& in c.Imperialem, in 3.col.& in c.1.§.ſed

& res,

46 & res, per quos fiat inueſtitu. † Conceſſio Re-
gis videtur facta, prout ius diſponit, per l.ſi cui
de ſeruitu. dicit Andr.in d.§.huius autem gene
ris, & in c.1.de conten. inter maſculum & fœ-
mi.& in c.1.§.ſed nec eſt alia iuſtior, tertia col.
quę ſit prima cauſa benefi.amitten. & in c.1.§.
hoc quoque, de ſucceſſ.feud. Ius autem feudo-
rum admittit infeudationes feudorum, & vt in
feudat .s ſui domini immediate cenſeatur feu-
datarius, vt in c.1. §. fina. quibus mod. feudum
47 amitta. & in c.illud, cum vulga. † & illi tenea
tur ſeruire, & nō domino mediato, vt dicit tex.
in c.pręterea, de cap.Corra. Tauri.in ſua inueſti
tura, in verbo inueſtiuit, ergo videtur Regem vo
luiſſe. idem probat in l.ſi duo. de acquiren.hæ-
redita. de qua per Bar.conſil.10.volum.2. & in
conſi.38. & in conſil.63.eodem lib. Credo con
trarium eſſe de iure verius, ꝙ hic inueſtitus ſit
vaſallus, & feudatarius Regis, ex dictis per Aud.
in c.1. 2. col. qualiter vaſall. iur. deb. domino
fid.ibi, licet in Regno Siciliæ. Idem Andr.in c.
1.in verſi.ſi verò. ſecunda col. de allodijs: & ra
tio eſt ſecundùm Andr. eadem, de qua ſupra di
ximus: quia videtur Rex concedēdo licentiam
infeudandi tradere, prout ius dictat: vt dicit
idem in §.porrò, & in c.præterea, de prohibit.
feudi alie.per Fede. Sed ius conſtitutionis non
permittit infeudationes, imò prohibet, ideo vi-
detur concedere, vt ſuo nomine hoc faciat, poſt
quam de eius voluntate concedit, & non vt ſibi
acquirat alium feudatarium. Omnia enim no-
ſtra facimus, cuius faciendi authoritatem im-
partimur, dixit Iuſti.in l.1.§.omnia.C.de vete.
iur. enucl. hoc idem ſentit Andr.in c.1.in 2. co
lum.quid iuris ſit. & in c.1. de feud.non haben.
propr.natu.feud. Probatur in l.ſi pignori, famil.
erciſc. vbi venditor dicitur alienare, ſi creditori
det licentiam alienādi, & in l.de acceſſionibus,
§. fin. de diuerſis & temp. pręſcriptio. Bald.&
Paul.de Caſtr.in l.1. C.ſi ſeruus extero. Andr.
omnino in c.1.§. præterea ſi inter duos, 5. col.
de prohib.feudi alieni.per Federi.& dicit Bald.
48 in l. inuitus, C.de procura. † ꝙ ſi dominus dat
poteſtatem procuratori ſubſtituendi, ſub.ſtitu-
tus cenſetur eſſe, & eſt procurator domini, & nō
ſubſtituentis. & in l.1.§. à præfectis, de legat.3.
vbi eſt text. ſingularis, ꝙ Locumtenens dicitur
domini, licet Locumtenens alium conſtituat.
& dicit Iacobinus in l.1.C.de procura. ꝙ procu
rator ſubſtitutus ex poteſtate data procuratori iu-
rat dominum ratum habiturum, ſecus ſi ſubſti-
tuit ex diſpoſitione legis: vt quia cum eo fuit
lis conteſtata. Hoc igitur videtur ineſſe ex con
ceſſione infeudandi in Regno, prout dicit An-
dre.in c.1. ſecunda col. quid iuris ſit, ꝙ ſi con-
cedo tibi in feudum, vt tu alteri poſſis dare, in-
telligitur in feudum: idem Bald.in c.Imperia-
49 lem, † ꝙ habens licentiam infeudandi, non
poterit concedere inimico concedentis, ſic ius
intelligit licentiam, quia inimicus, vt male me-
ritus non venit in prouiſione generali, per tex.
ſingula. in l.Lucius Titius damam.de leg.2. quē
ad hoc allegat Bal.in c.dudum, de præſumptio.
extollit Barba.conſil.11.in 2.lib. bonus tex. eſt
in l.teſtamento centurio, de manu teſta. Id, quod
ex ſui natura ineſt, ſemper videtur expreſſum,
& ſi nihil ſit dictum: vt dicit And.in c.1. in ſe-
cunda col.& ideo dicit ipſe in c.1.de feud. non
50 haben.prop.nat.feud. † quòd ſi Rex dat licen
tiam alienandi feudum, intelligitur ſi fuerit tē-
pore alienationis requiſitus. Spe.in tit.de locat.
§.nunc autem. Hanc quæſtionem proſequitur
May.in l.fi.C.de iur.emp. Flor.in l.ſi ſtipulatus,
de vſuris. Romanus ſingular.380. Cepolla cau.
13. Alex. conſil. 117. viſo. 2.col.in 5. vol. & in
conſi.104.in quarto libro, & in conſi.91.in eo-
dem libro, & per Cur.in tract.feud.in 4.parte,
in 5.col.& de h.q.dicam infra in ſuo loco. ideo
dicit And.in 1.§.huius autem generis, ex quib.
cauſ. feu.am.concedentem feudum Titio, intel
ligi etiam liberis conceſſiſſe: quia ius pro ipſis
prouidet, per l.ſi pactum: de proba. notat idem
in capitulo primo. de duobus fratribus & in §.
his conſequenter. hic fi.lex. & in capitulo pri-
mo, quemadmo.feud. ad fili.pertin.& no. Nea.
in conſu.ſiquis, vel ſi quis: in ver.à matre. de ſuc
51 ce.ab inteſt. † Papam ſcribentem de electione
facienda, intellexiſſe ſeruata loci conſuetudine,
notat Bal.in l.precibus.13.col.C.de impub. fin-
gitur cogitatum in contractu, quod ex iure re-
ſultat, per tex.in d.l.ſi duo, & in l.fideicommiſſā
§.ſi ſeruo. de legat.ſecun. illud præſumitur di-
ſpoſitum, quod vult ſtatutum municipij. Bar.in
l.hæredes mei §.cum ita, ad trabell. Alex.conſi.
36. quarta col. tertio vol. Soc.conſ. 51. pe. col.
in quarto libro: & per Barba.in conſilijs ſupra
allegatis. omitto inſerere, quæ veniunt ex tacito
iuris intellectu: vt in l.fi. & ibi plura May. qui
ſatiſd. cogantur, plenè congerit D.Loff.conſil.
52 46. † Cum ergo Rex concedit feudatario alte
ri infeudandi poteſtatem, & nō exprimit, quòd
infeudatus ſit ipſius ſubfeudatarius: iā ipſe (vt
diximus) videtur inueſtire vaſallum mediante
perſona ſui feudatarij, arg. tex.in l. vnum ex fa-
milia.§.ſi de falcid. de leg.2. vbi electus non ca-
pit ex teſtamento eligentis, ſed eius, qui iuſſit
eligi. & ibi notat Bar. quòd electus videtur no-
minatus in primo teſtamento, quod eſt vule ſe
cundùm eum ad plures quæſtiones, de quibus
ibi per eum, & in conſi.47. Caſus talis eſt; Bal.
in authen.ſimiliter C.ad l.fal. & in l. & quia, in
prima colum.& pen. de iur.om.iudicia. textum
ad idem in l.item eorū.§.ſi decurio, quod cuiuſ-
que vni. nomi. vbi electus ab eo, cui eſt data
poteſtas eligendi, cenſetur electus ab ipſo dan-
te. Non obſtat contrarium, quod videatur
Rex concedendo hanc poteſtatem tollere con-
ſtitutionem Regni, per quam prohibetur in
feudario: nam hoc nego, tum quia non fit dero
gatio legi, niſi ſit dictum, vt concludit Barto.
ad reprimen in ver.non obſtantibus: tum etiā
quia illud procederet, quando infeudario non
poſſet ſubueniri in fauorem Regis infeudan-
tis: & vt actus valeat, cenſeatur Rex hoc vo-
luiſſe de iure ſpeciali ad commodum alterius,
ar.eorum, quæ notat Andr.in c.1. ſecunda col.
quid ſit inueſti. tradit ſingulariter Inno.in c.in-
notuit, in ſecunda colu. de elec. quem ſequitur

Bal.in cap.1.§.fin. de noua forma fide. Curtius
conſil.59.& conſi.95.30. colum. Albet.Brunus
conſil.40. & per Iacobinum in l. bonorum. C.
qui admitti, debet fieri contra infeudantem in
terpretatio, qui potuit apertius à Rege obtine-
re,obſcurum eſt hoc & ambiguum, an uolue-
rit Rex l.veteribus §.fin.de pactis. nec eſt ſim-
plex gratia; vt ampliorem habeat exitum: quia
beneficium, de quo in l.fin.de conſtit.princip.
cum magis quò ad hoc ſit diſpenſatio, quàm
gratia,ideo ſtrictè intelligenda: vt in c.1.& 2.
de filijs presby. Neque etiam iſta gratia poſſet
dici inutilis,& damnoſa ipſi feudatario,ſi dimit
tere: penes illum de ſuo feudo, & non haberet
in uaſallum: quia iam aliquo caſu poteſt opera
ri.Primò: ut videatur à Rege honoratus,vt ſuo
nomine eligat, creet; & conſtituat vaſallum
alium. Secundò ponamus, quòd feudatarius
non habeat filios, vel fratres in feudo, & feu-
dum Curiæ Regis aperiretur: hoc caſu videre-
tur habuiſſe poteſtatem diſponendi de feudo,
quod eſſet recaſurum ad Curiam,nec ſua inter-
eſt habere ipſum in vaſallum, quem ſatagit
habere ſucceſſorem: ſatis eſt hanc poteſtatem
verti in ſuum commodum, & beneficium, ar-
gum.l.tutori.C.de neg.geſt. Iſto caſu eſſet Re-
gi damnoſum: cum dederit alteri facultatẽ in-
feudandi, & cogitur admittere electum à ſuo
feudatario,ſibi imputet: poterat hoc euenire,de
bebat à principio hoc exquirere,ar.l. dumũ.§.
fi.loca. Non ergo conqueratur feudatar. ſi forte
imprudenter agens infeudet alteri,ſi in hoc gra
uatur,in alio releuatur.l. eum qui, de iureiur.
Nec dicat fiſcus,hoc agi.in fraudem,feudatario
non habente ſucceſſorem,arg.eorum,quę notat
And.in c.1. qui ſucc. tenea.& in c.1.de aliena.
feu.quaſi hoc non videatur in tali poteſtate
conceſſa cogitatum,arg.l.qui cum tutoribus.§.
fi.de tranſactio. nam hoc dicere ſatis videretur
iniquum,poſtquàm poteſt pro vtroq; eſſe cala-
mitas,& incertum,ar.l.de fideicom.C.de tran-
ſactio.& l.ſi pater puellæ.C.de inoffi.teſta. Nam
aut tempore poteſtatis traditæ feudatarius habe
bat, vel poterat habere filios, & ſua non intere-
rat, & non erat ſperandus caſus mortis,& for-
tunæ aduerſæ, & ſi naturalis ſit: vt in l.inter ſti
pulantem §.ſacram.de verbo.obliga. Aut non
habebat, & ſibi imputet, quare ſibi cautius
non prouidit tempore dati feudi, dum uidet
imminens periculum, debebat ſpecialiter di-
cere, argu.eorum,quæ notat Alberi. de Ros.in
l.æde.C.locati. Satis hoc videtur in genere co-
gitatum,quod ſufficit,arg.l.qui iure militari.ff.
de milita.teſta.Volenti non fit fraus, neque iniu
ria: vt in regula iuris,ſatis dicitur voluiſſe, ubi
neglexit prouidere ſpecialiter. Nec obſtaret
tex.in argum.l.filiæ meæ egræ, & emancipatæ,
ſolu. mat. poſtquàm ſit authoritate Regis, vel
vera,vel præſumpta: vt patet ex prædictis.Hæc
autem perſtringerem,niſi ex coniecturis aliter
poſſet apparere, vt infeudatus ſit feudatarij
vaſallus,quæ variæ ſunt, & iudicis arbitrio re-
mittuntur, vel ex eadem ſcriptura, quæ hoc
indicat: vt in l.ſi ſeruus pluriũ.§.fi.de leg.1. vel
ex alijs,vel ex cõſuetudine Regis,ar.l.vel vniuer
ſorũ,de pigno.actio.vel Regionis, aut loci, aut
feudorum,ar.eorum, quæ ſcribit Andr. in c. 1.
§.præterea,de cap.Corra. vel ex grandi merito,
& ſeruitio,ar.l.ſi pater.ff.de donatio. vel ex gra-
uitate perſonæ,cui confertur feudum, argum.
l.plenum.§.equitij, de vſu, & habitatione, vel
forte in benemeritum, quem vellet magis au-
thorare, & hoc ad ſui plenioris gratię cumu-
lum,& in ſui fauorem, magis in vnum vel il-
lum caſum referri poſſet,argum.l.diuus,de teſt.
in integr.inducta in augmentum, non debe-
rẽt operari diminutionem: vt in l. legata inutili
ter,de lega.præſtan. vel ſolita res eſſet ab alio in
feudum etiam concedi,ar.l.excepto. C.locati,
53 † Diſcretus debet eſſe iudex,arg.tex.in c.1. de
feud.cognitio. vt diſcernat, nec timeat placere
alteri,& non vagetur in ſimplicibus. Strenuus
debet eſſe iuriſperitus: vt cum eueniet caſus, nõ
turbetur rugitu Leonum: ſed iuſtum det iudi-
54 cium,ex lege ſcripta,conſcientia fulgida: † In
ſipida eſt conſcientia,ſine ſcientia, & diabolica
eſt ſcientia ſine conſcientia,dicit Bal. Non ob-
ſtat tex.in arg.in l.ſi quando.C.de inoffi. teſta.
nam nulla fit ſubuerſio iuris,neque perſona in-
habilis fit habilis ad retinendum,quod non poſ
ſet ex re,vel perſona; ſed ex varijs figuris ſume-
tur coniectura,num Regis, an feudatarij fiat va
55 ſallus. † Secundò limitarem, niſi Rex daret à
principio caſtrum ſine hac poteſtate, & feuda-
tarius alteri daret in feudum, & Rex aſſentiret,
iam non eſſet hic feudatarius Regis, ſed ſub-
feudatarius inueſtiti, & ceſſarent contraria: li-
cet non efficeretur feudum quaternatum, ne-
que crearetur Baro, ex nota.per Andr. in diſt.
Conſt.ſi quis Baro.Sufficit Regi dicere, feuda-
tarium ſuum alteri conceſſiſſe in feudum ipſo
diſſentiente, tollitur obſtaculum nouę legis
Regni: & hoc procederet,etiam ſi aſſerat,feu-
di natura in aliquo non mutata, de qua clau-
ſula aliqua diſſeruit Affl.in capitulo 1. qui ſuc
ce.tenea. & dicam ſuo loco.Eius Vicarius forte
non poſſet hunc aſſenſum pręſtare; quia quò
ad hoc videretur donare, quod non venit in ge
nerali mandato,ex dictis per Andr. in c.Impe
rialem: niſi amplitudo poteſtatis aliud dicta-
ret.& hoc caſu.quando poteſtas non deeſt, no-
obſtare: clauſula apponi ſolita, quò ad expræſ-
ſa tantùm; vt quia non eſſet dictum, & peti-
tum ipſum effici ſubſeudatarium feudatarij
iam cenſetur expreſſum,quod ex narratis colli-
gitur: ſecundùm glò.in l.iuriſgen.§.quod ferè,
de pactis,no.Bar.& Imola in l.1.de his, quæ in
teſtam.delen.hoc iuris eſt, quod eſt certum: vt
in l.ornamentorum.de aur.& arge. leg̃a. habet
in pectore leges feudales propter ſuos aſſiſten-
tes peritos Conſiliarios: vt in capitulo 1.de cõ
ſti.libro 6. Dixi de hac clauſula in prima deciſio
ne feudali, etiam ſi diceret, ſe præſtare aſſen-
ſum, iuribus curię ſemper ſaluis, prout con-
ſuetum eſt ex forma cancellariæ, non munitur
ius curię: cum ſeruitium pro feudo conceſſo
exigat à ſuo feudatario & releuium, & feu-
datarius percipiet à ſuo ſubfeudatario. Domi-
nus

ous Iacobus de Ayello Præſidens Regiæ Cameræ in ſuo troctatu affirmat, fuiſſe determinatum in cauſa Illuſtriſſimi Principis Salceni, videeum, quia pooit nonnulla pulchra, de quibus aliqua attingemus.

S V M M A R I V M

1 *Subfeudatarij Baronum an habeant vocem in parlamēto generali, ſicut alij Barones, & feudatarij.*
2 *Emolumentum meretur, qui rei onus ſubſtinet: & quod omnes tangit, ab omnibus approbari debet.*
3 *Feudatarius miles dicitur.*
4 *Feudatarius dicitur ſiue à Rege, ſiue à Barone feudum habeat.*
5 *Vaſallus vaſalli mei quando dicatur meus vaſallus, & numero.24.*
6 *Epiſcopus celebrans ſynodale Concilium quos debeat vocare.*
7 *Feuda minima à maioribus non differunt, & eiſdem regulis ſubijciuntur.*
8 *Feuda vel à Rege teneantur, vel à Barone, non differunt.*
9 *Feuda de publico introducta ſunt, & quomodo:*
10 *Suafeudatarij Baronum dicuntur maiores Valuaſores, appellantur Capitanei, retinent dignitatem & præſtant iuramentum fidelitatis.*
11 *Feudatarios à malo abſtinere non ſufficit, niſi faciant, quod bonum eſt.*
12 *Subfeudatarius Baronis tenens feudum quaternatum dicitur vaſallus Regis.*
13 *Diſpoſitio, quæ fit gratia maioris frequentia non reſtringit alios.*
14 *Ciuitates, & vniuerſitates terrarum Regni admittuntur in parlamentis, & quo ordine.*
15 *Controuerſia Ciuitatis Coſentiæ cum vrbe Campana circa prælationem in parlamento generali.*
16 *Barones vſurparunt, oppida eis ſubiecta non vocari in parlamentis.*
17 *In parlamento generali ad quid vocentur Barones, ac vniuerſitates terrarum.*
18 *Iuramentū quod pro feudo præſtatur fortius eſt, quā quod præſtatur pro ciuilitate originis.*
19 *Parlamentum generale actus eſt quodammodo iudicialis: cum fiat authoritate Principis, & aſſiſtē tia ſui Vicarij, & Procerum.*
20. *In parlamēto generali illi vocandi ſunt, de quorum intereſſe tractatur.*
21 *In cōuocatione Cōcilij Prouincialis qui ſint vocādi.*
22 *Barones, & feudatarij in potiori ſignificatu intelliguntur illi, qui vtile dominium in feudis obtinent.*
23 *Subfeudatarij nō dicūtur hēre vtile dominiū ī feudis*
25. *Vaſallus Baronis non præſtat ſeruitium, & releuium Regi, ſed Baroni.*
26 *Vocari ille debet in actu, ad quem principaliter negotium ſpectat, non incidenter.*
27 *Clauſula, iuribus Curiæ ſemper ſaluis, in aſſenſu, quid operetur.*
28 *Subfeudatarius ſi admitteretur in parlamento, ſequeretur inconueniens.*
29 *Feudum licet à domino, & ſubfeudatario poſſideatur, vnicum tamen eſt, ſicut tutela, collegium tribunal, & ſimilia, licet à pluribus adminiſtretur.*
30 *Regnum totum vnica cenſetur prouincia*
31 *Baronia vnica eſt, licet à pluribus poſſideatur, & ille dicitur Baro, qui obtinet caput Baroniæ.*
32 *Rex concedit nobilitatem infeudando.*
33 *Proceres qui dicantur.*
34 *Nobiles vnde dicti.*
35 *Conſuetudo attendenda eſt in feudis, & ſi varia eſt, recens attenditur.*

1 FVit Dubitatum † in Parlamento generali Neapol. celebrato in Couentu. S. Laurentij 1549. die 11. Martij, ſi feudatarij Baronum habeāt vocē, vt alij feudatarij, & Barones in parlamētis. Nemo noſtrum attigit hanc quęſtionē, neq; dominus Paris meminit ī tra. de reinteg. feu. noua eſt, & quotidiana, mihi viſa eſt non omittenda, arg. l. legaui. de libera. leg.

Pro ſubfeudatarijs primò facit regula. l. ſecun
2 dùm naturam. de reg. iur. in 6. vbi † emolumētum meretur habere, qui rei onus ſubſtinet.

Secūdò tex. in regula l. quod oēs, eo. tit. quod oēs tangit, ab omnibus approbari debet, ſed in parlamento tractatur de intereſſe ipſorum multipliciter conſiderato, ergo ipſi debent aſſiſtere & dare vocē, tex. in c. peruenit, extra de immunita. eccl. idē ſentit, vt habeat locū in oībus etiam religioſis, ar. tex. ī c. ſi archiepiſcopi §. fi. de tēp. or. & ī c. i ſingulis §. 1. extra de ſtatu monacorū.

Tertiò facit tex. in l. 4. §. toties. de dā. infecto, ꝙ verba legis vbi adaptātur, ibi refertur diſpoſitio legis, & in c. indēnitatibus §. fi. de elect. in 6. Sed parlamentū fit per Barones Regni, milites, feudatarios, & alios Regios fideles, ad ipſos refertur ordo Regis, vt interſint parlamēto, qđ celebratur de eius mādato, in ſubfeudatarios hæc verba cōueniūt, ergo ordo, & pręceptū Regis illis cōgruit, probatur in c. 1. §. poſt natale. de pace tenen. & in c. imperialē: de proh. feu. alie. per
3 Feder. † Feudatarius. n. miles dicitur: vt dicit And. in c. 1. in prio. imper. Lotha. cū vt plurimū ſoleat eſſe miles: vt dicit idē And. in c. imperialē §. præterea, ſi quis infeudatus; de proh. feu. ali. per Fede. & in c. ſi inter. de alie. feu. pa. & in c. 1.
4 §. ſimiliter 6. col. de cap. qui cur. vend. † Siue . n. à Rege teneat feudū, ſiue à Barone, feudatarius eſt: cum in eo debet eſſe, ac conſiſtere qualitas ſubſtantialis, quæ in fidelitate verſatur: vt in c. 1. §. nulla, per quos fiat inueſti. & no. doctores in pręludijs, & in c. 1. §. beneficiū, ex quibus ca. feu. am. Dicitur. n. feudatarius Regis, licet teneat à Barone, ratione feudi per ipſum poſſeſſi, & p Regē Baroni cōceſſi: vt dicit Bal. in c. 1. §. rur-
5 ſus, quib. mo. feu. am. † vbi limitat regulā, vaſallū vaſalli mei non eſſe meū vaſallū; verū dicit ipſe, niſi teneat feudū meū, & in c. 1. §. ſi quis de manſo. per And. & Iac. de Bel. in 3. col. de contr. inueſt. Eſt. n. miles, eſt feudatarius, diciturq; fidelis. Ergo dēt in parlamēto aſſiſtere ī ter alio rōne dignitatis, vt fidelis miles, & feudatarius, & ꝗa tractari pōt de eo, qđ tāgit feudū ab eo poſſeſſū
6 † Quartò videmus, quòd vbi epiſcopus celebrat ſinodale concilium, Abbates, Sacerdotes, clerus ciuitatis, ac etiam totius diœceſis veniunt, & aſſiſtunt: vt in capitulo decernimus 18. diſti oct. & in cap. quod ſuper his, de maior.

& obed.& no.in c.ſicut olim, de accuſa. ratio-
ne ſecundùm doct.quia de eorum facto agitur.
Nec clerici,& Abbates principales tantùm, ſed
omnes totius diœceſis. idem etiam debet dici
de ſubfeudatarijs,cũ de eorũ intereſſe tractetur.
7 † Quintò hodie ſeuda minima à maioribus nõ
differunt,& eiſdem regulis ſubijciuntur,& fi-
niunt: vt in c.1.§.fi.de his qui feud.dar.poſſ.&
in c.1.de feu.dat.mini.valuaſori. & in c.1.quis
dicatur Dux: eorum eſt æquata conditio, niſi
reperiatur in ſpecie deciſum contrarium: vt per
8 Summiſtas in ſuis locis ordinarijs. † Ergo nõ
eſt adhibenda differentia, vtrum feuda teneantur
9 à Barone, vel à Rege. † Feuda enim ſunt
de publico introducta: vt dicit Andr.in prælu.
in 4.quæſt & in c.1.de his qui feud. dare poſſ.
col.4.& in c.1.§.Imperator Lutha. 3.col.dicit
eſſe ſicut caſtrenſe peculium: eandem naturã,
quam à principio aſſumpſit, retinet in hoc,nec
ideo mutatur: quia Baroni conceſſum feudum
eſt, à capite ſuo deriuatur,qui eſt Rex dominus
omnium feudorũ Regni,de publico fuit, & eſt
quia patrimonium eſt Regis,& per ſubuentio-
nes,& adobamenta; ac ſeruitia perſonalia ſub-
feudatariorum ſubſtinetur authoritas Regia,&
Regni publica vtilitas, in expulſione hoſtium,
& infidelium, ac vt Regis ſubditi in pace fruantur,
& iuſtitiæ vigor ſit omnibus æqualis. Requi
ſiti militant,& inuigilant,admitti debent in parlamento:
cum ipſi publicam gerant perſonam
ratione feudi, quod ipſi tenent,& poſſident.
10 † Sextò ſubfeudatarij Baronum dicuntur
maiores valuaſores (vt dictum eſt ſupra) & di-
cuntur habere dignitatem: vt dicit Andr.in d.c.
1.2.col.de his qui feud.dare poſſ. & appellan-
tur Capitanei, quaſi capita digna habentes re-
ſpectu aliorum: præſtant ſacramentum fidelita
tis,& iurant iuxta formam traditam in c.1.de
noua for.fide.poſſunt dominum Regem in par-
lamento adiuuare, prout negocij qualitas præſta
bit, ergo non ſunt expellendi: quia forte incur
rerent in periurium,ſi dum poſſunt,non faciũt
& non adiuuant; neque excuſarẽtur, quòd ipſi
non interuenerint, ſi forte dominus Rex aliquã
11 iacturam paſſus ſit. † Cum non ſufficiat à ma-
lo abſtinere,niſi & faciant, quod bonum eſt: vt
dicit tex.in c.1.de no.for.fid.ideo admitti dẽnt
vt dent vocẽ ſicut alij Barones domini Regis.
12 † Septimò ſubfeudatarius Baronis, qui tenet
ſub eo feudum quaternatum, dicitur vaſallus
domini Regis: vt not.in conſt.poſt mortem,&
not.Andr.in c.1.de contro.feu.apud pares ter.
Largo,& abuſiuo vocabulo Regni Baro nuncupatur,
vt ſupra diximus. Venit igitur in com-
muni appellatione: vt habetur in l.Labeo, de
ſupell.lega.Non eſt intentionis Regis, non ad-
mittere illos,qui ex communi vocabulo dicuntur
ſui vaſalli,& Barones: licet ab alio teneante
etſi foret interrogatus,veriſimiliter id ſtatueret
vt cum alijs admittantur: ergo debet haberi hoc
pro expreſſo, iuxta no.per glo.in l. tale pactũ.
§.qui prouocatur, de pactis: Ratio diuerſitatis
reddi non poteſt: cum tractetur de intereſſe Re
gis,& ſubfeudatarij: credendum eſt, illos ad-
mitti debere ex præſumpta mente domini Re-
gis,etiam ſi non conſueuiſſet Rex de illis in ſpe
cie mentionem facere, ſed de alijs indefinitè: cũ
illi frequentius cum Rege verſentur, & aſſiſtãt,
& in parlamentis conueniant: non ex hoc ex-
cluſi cenſerentur, iuxta not.per glo.in l.1. C. de
his, qui ad eccl.confu.& in l.1.in ver.ſponſam.
C.de rap.virg.& in auth.caſſ. de ſacro ſan.eccl.
13 † quod enim gratia maioris frequentiæ con-
tingit, non reſtringit alios, ſecundum glo. ſin-
gul.in cle.1.de rerum permu.& Card.in c.præ-
terea; lo primo, de tranſa.vbi dicit ipſe, quòd di
ſpoſitio loquens de religioſis habet locum in
alijs: quia in religioſis magis erat vſitatum.idem
Car.in c.ſi Abbatem, de reſcri.glo. eſt in c. dia-
coni,27. diſt. & hoc vendicat locum etiam in
pœnalibus, ſecundùm glo.in c.2.de confeſſis in
6. vbi pœna illius tex. loquens in reo, procedit
in actore; quia pro reo erat magis frequens,&
in cle.Abbates,de reſcri.vbi glo.caſum exorbi-
tantem de prælatis dicit militare etiam in ſecu-
laribus, ſequitur Spec.in tit.de locato.§.1 pro-
pè principium, vbi ponit quęſtionem de ruſti-
co promittente fructus vinearum: Cy. Aug. &
Saly.in l.1.C.de Nili aggeribus non rumpen.
14 † Octauò in parlamentis admittuntur vni-
uerſitates ciuitatum, & terrarum Regni, & in-
ter ipſas eſt ordo; vt metropolis præferatur: vt
dicit Petr.Belluca in ſuo ſpeculo Principum, in
rub.ſol.10.per tex.in l.1.C. de metrop. Berito.
lib.11.& ar.tex.in c.de priuilegijs,& in c. præci
pimus,25.q.1.& quæ habet dominationem Re
galem, præcedit alias ciuitates, vt in l. omnes.
C.vt dignitatum ordo ſeruetur,& in l.fi.ff.de al
bo ſcrib glo.eſt in c.per tuas: de ma.& ob.quæ
epiſcopum exemptum dixit in meliori loco ſe-
dere in ſinodo, & in c. ad apoſto. de priuileg.
in 6. & quæ proximior eſt Regali dignitati
15 ſecundùm authorem prædictum, ar.eorum. †
Ex hac ratione forte contendit Coſentia Bru-
tiorum Metropolis Campanam vrbem ante-
cedere: cum Primogenitus Regis ſit Dux Ca-
labriæ, qui ſit Regi ſucceſſurus immediate,& nõ
Princeps Capuæ: quod domini Campani non
admittunt ex Vrbis amplitudine, & vetuſtate,
inter tres maximas olim poſita, quæ Romani
imperij molem ſubſtinere merebatur,& ſi Auer
ſani, Cumarum,& Attellarum coloni, vtrique
oppedani, genere, regione, ac origine clari: pro
ut quidam vir eruditiſſimus luculenta oratio-
16 ne pro ſua patria diſſeruit. † Alia etiam oppi
da,& vniuerſitates vocãtur de iure, per l. nam
ita diuus, de adoptio.licet à Baronibus vſurpa-
tum ſit contrarium, authoritate eorum, quæ tra
dit Io. Fabri in §.pe.inſtit.de pœna temerè liti-
ga.ſeruari in Francia in poſitione collectarum,
vocari Prælatos, Barones,& Villas principales,
& pro alijs ſatis eſt adeſſe Barones: quod dictũ
eſſe locale,& non ſequendum, dicit D. de Aych-
lo in d.ſuo tract.col.6. & non eſſe ſpectandum,
quod fit, ſed quod fieri debet, vt in l.obſeruare.
ff.de offici.præſi.idem voluit Io. Fabri in §. in
ſumma, & in §.retinendę inſtit.de interdictis,
& in §.vlt.col.4. in ver. ſcio: de quo fuit me-

mor

mor Io.de Monta.in tra.de autho.concil.& ibi
D.Nico.Boer.in additio.in ver.& primò curia
eſt: & iſtæ vniuerſitates conſtituunt eorum ſin-
dicum,& nuntium,ac procuratorem ad compa
rendum in parlamentis,& præſtandam vocem
eorum nomine,prout vidimus ſæpe,& ſpecta-
17 mus quotidie. † Hoc ea ratione inuatur, vt
ipſi veniant: Primò vt honorentur à Rege, vel
ſciant,quæ Rex intendit tractare,& proponere.
Secundò,vt ſiquid fortè proponitur,tractatur,
aut diſcutitur,quod ad ipſorũ intereſſe, vel dã
num vertat,opponant,contradicant,proteſten
tur,ac diſſentiant: ſæpe etiam perſpeximus eo-
rum diſſenſum,ratione conſuetudinis, aut pri-
uilegiorum quę prætendunt, in quorum poſſeſ
ſione exiſtunt. Quanto ergo magis debent ad-
mitti ſubfeudatarij Baronum,qui in pluribus
poſſunt lædi, & eorum intereſſe ſatis apparen-
ter poteſt eſſe probabile,ex lege, & natura feu-
di,ex qua ad maiora aſtringuntur,quàm ſimpli
ces vaſalli burgenſes. Cum ipſi ſint etiam vaſal-
li burgenſes,ac feudatarij Regis, duplex vincu-
lum magis ligat: vt in authen. itaque,C. com-
18 muni. de ſucceſſ. † Ideo dicit Bal. conſil.277
Pridiè conſului,in 3.lib.ligat fortius iuramen-
tũ,quod pro feudo præſtatur,quàm illud,quod
datur pro ciuilitate originia: quia quando vt ci
uis iurat,& contrauenit, licet in periurium in-
currat,non tamen perdit iura ciuium,nec deſi-
nit eſſe ciuis. Vaſallus vtroque modo, vtroque
reſpectu iurabit,ſecundùm Bal. in titu.de pace
Coſtantiæ, in ver. vaſalli noſtri, & ſecundùm
Goffredum ibi, vno iuramento vtrunque præ
ſtabit,ar.l.accipientis,de autho.tuto.de hoc per
Andr.in c.1.qualiter vaſa.iur.deb.dom. fideli.
non enim vaſallus burgenſis iurat eo modo,
quo feudatarius,ſecundùm Andr.& doct.in d.
c.& tamen vniuerſaliter, quando comparet ad
mittitur,audit,aſſiſtit,præbet ſuum conſenſum
ac diſſentit. Quanto ergo fortius debet admit-
ti ſubfeudatarius, qui magis eſt Regi coniun-
ctus, ligatus, obnoxius,& aſtrictus,arg.tex.in
29 authen.multo magis,C.de ſacr.ſan.eccl. † Par-
lamentum enim actus eſt iudicialis quodam-
modo;cum fiat authoritate Principis,cum aſſi-
ſtentia ſui Vicarij, & Procerum: vt in l. huma-
num & in c.imperialem, & eſt cœtus virorum
generoſorum, & nobilium: vt dicit Petr. Bel-
luca in ſuo ſpecu.prin.4.char.allegat tex.in c.
imperialem. Quilibet pro ſuo intereſſe admit-
titur,iuxta not.in l.à ſententia.& in l. ſi perlu-
ſorio.de appellatio.Sua intereſt dare vocis ſuæ
ſuffragium,animi mentem explicare,aſſentien-
do, vel diſſentiendo, vt faciat numerum cum
alijs,poſtquàm ſic conſueuit fieri, vt ratum ſit,
quod à maiori parte præſentium geſtum ſit, per
l.quod maior, ad municipal. Quod an de iure
procedat, ſæpe contenditur; verius præſumi-
tur,quod à pluribus comprobatur,dicit Vlp.in
l.3.de offi. præt. Cœtus, & multitudo ſufficit
pro ratione,nec inſpicitur quod ſit dictum, ac
quis dicat,ſed quot dixerint: quot eandem ſint
ſequuti ſententiam: ore, pedibus, aut indicio
non curamus: hoc mortalium eſt flagitium, ne
que mundus aliter conſiſteret,ſecundùm Budçũ
in l.fin.de ſenatori.numerantur, & non ponde-
rantur voces dicentium.
20 † Nonò dicitur,quod de in parlamentis tracte-
tur de donis faciendis Regi,vel ſubuentione ſi-
bi præſtanda ex aliqua cauſa, vel diſtributione
alicuius oneris pecuniarij, prout communiter
fieri conſueuit, ipſi debent in hoc adeſſe: cum
de ipſorum intereſſe tractetur, vel vt ipſi non
ſoluant:quia dicant non teneri,vel vt minus ſol
uant,vel vt citeriori tempore ſoluant,aut alij,
qui dicunt ſe exemptos, contribuant in toto,
vel in parte,ar. tex.in l.in concedendo, de aqua
pluuia arcen.per quam l.dixit glo.in c.ſi.in ver.
prælatorum,de maio.& obed. quòd vbi agitur
de compoſitione facienda in eccleſia, omnes de
bent adeſſe, cum de omnium intereſſe tracte-
tur, ideo omnes vocari debent, & ab omnibus
approbari,allegat tex.in c.ſi archiepiſcopus: de
tempo.ord.& dicit Inno.in c.cum apoſtolus,de
cenſibus,quòd quando tractatur de impoſitio-
ne,& exactione charitatiui ſubſidij, non poteſt
hoc epiſcopus facere ſine conſenſu ſui Capitu-
li,verùm etiam requiritur conſenſus totius cle-
ri,& Innoc.ibi ſequitur Io.Andr. & Bartholo-
mæus Belencinus in tra.chari.ſubſi. in 10.q.
21 † Decimò iſta quæſtio videtur poſſe decidi ex
dictis per docto.in c.fin.de his,quæ fiunt à Præ
la.ſine conſen.Capi.quòd vbi tractatur de con-
uocatione concilij prouincialis, nedum capita
eccleſiarum cathedralium ſunt requirenda, ve-
rùm etiam alij clerici inferiores debent intereſ-
ſe, per tex. in c.in nomine domini,23. diſtin. &
in c.conuenientibus 1.q.7.& in c. fin. de cauſa
poſſ.& pro.& ſi aliqua tractentur, quæ eis præ-
iudicent, poſſent appellare: vt in c.ſuper eo.de
offic.delega.Poſſent etiam contradicere,vt in c.
in cœna,20.diſtin. Videmus enim in parlamen-
tis Barones dare vocem, & ſic indicare de re-
bus ad ipſos pertinentibus circa ſubuentionem
præſtandam,vel bona faciendum Regi de fructi
bus feudorum,quæ tenentur ab ipſis, ergo etiã
ipſi debent admitti ad iudicium: cum idem iu-
ris ſit de membris; quod de capite ſtatuitur,
quando ratio diuerſa reddi non poteſt, argu.
l.quæ de rota:de re.ven. & arg.l. eum qui ędes
de vſucapio.
22 † In contrarium, Primò facit,quòd cum Rex
vocet Barones, & feudatarios, intelligitur de
illis ſenſiſſe,qui vtile dominium in feudis obti-
nent, in digniori, & potentiori ſignificatione
ſui: vt in l.1.§.qui in perpetuum, ſi ager vecti-
23 gal. vel emphy.peta. † Sed ſubfeudatarij non
poſſunt veridicè habere vtile dominium in feu
dis; cum ſit penes Comitem vel Baronẽ, à quo
recognoſcunt feudum: vt dicitur in l. 3. §. ex
contrario,de acqui.poſſ. & per Andr.in c. 1. §.
præterea.de cap. Corra.& dicam infra,ergo Rex
non intelligitur de iſtis ſenſiſſe, vt adſint in
ſuo parlamento,& hoc eſt,quod ſæpe Andr.ha-
bet in ore, quòd vtile ſubalternum dominium
eſt ſicut quædam chimera.
Secundò facit, quod dixit Bal.in c.1.§. rur-
24 ſus,quib.mo.feu.am. † quòd vaſallus vaſalli
mei

mei non eſt meus vaſallus,glo. eſt in c. legitor.
30.diſtin.Fely.in c.quæ in eccl.de conſt. de quo
25 per Bal.in c.dilecti, de dolo, & con. † Sed va-
ſallus Baronis non præſtat ſeruitium Regi, ſed
Baroni,non dat illi releuium, ſed Baroni , cum
renouatur inueſtitura per mortem vaſalli:vt di
citur in conſt. poſt mortem : non exercet in eũ
Rex iuriſdictionem,ſed Baro, vt dicit Bal. in l.
1.de rer.diui.licet Rex in eum ſupremum reti-
neat dominium : licet dominus ſit domini ſui,
non poteſt verè dici ſuus vaſallus , & feudata-
rius : licet ſibi debeat eſſe fidelis , & Rex ha-
beat manus iniectionem,de eo intelligitur,qui
actu,& habitu ſubeſt immediate domino Regi.
Tertiò accedit,quod Inn.tradit in c. fin. de
maio.& obe.ſufficere adeſſe,& conuocari præ-
latos,& capitula,non autem totum clerũ, pro
quo eſt glo.in rub.C.quæ ſit longa conſu.quam
dixit ſing.Anani.in c. dilectus.el.ij de ſimon.
Quartò dicit Io. Monta. in tra. parlamento-
rum,& ibi Nic. Boer.in 2. parte ſui tra. ſeruari
in Regno Franciæ,non vocari habitatores Vil-
larum , & Terrarum , ſed tantùm conſules , &
principales , allegat Io. Fabri in §.ult. inſtitu.
de interdictis.
26 † Quintò in acto ille debet adeſſe, ad quem
principaliter negotium ſpectat, non autem ſe-
cundariò,vel incidenter,tex.eſt in l.1.§. denun
tiari,de ventre inſpiciendo : ibi , primo gradu
hærede inſtituto, non etiam ſubſtituto : quem
ad hoc pro no.allegat Bal.in l.ſi curatoris C.de
iur. deli.& in l. ſi ſuſpecta, in fin. prin.de inof-
fic.teſta.glo.eſt in l.de vnoquoque,de re iudi.&
in c.quãuis,de pactis,in 6.declarat ibi Domini
cus de S. Gemi. & idem Bal. in l. principaliter
C.de lib.cau.vbi tex. & plenè Barba.conſi. 17.
in 4.vol.Sed actus (vt ita dicam) intereſſendi
in parlamento,reſpicit principaliter Baronem,
qui eſt immediate inueſtitus à Rege, & ipſe ha-
bet dominium feudi , de quo inueſtiuit ſuum
ſubfeudatarium : ille autem in conſequentiam
prætẽdit intereſſe,cũ Baro habeatur pro poſſeſ
ſore,quò ad Regem,reſpectu eorum, quæ con-
ceſſit ſuo ſubfeudatario: tam quò ad præſtatio
27 nem ſeruitij,quàm releuij : † & hoc operatur
illa clauſula apponi ſolita in aſſenſo inſeudatio
nis,iuribus curiæ & alterius ſemper ſaluis, ideo
ipſe non debet adeſſe,licet incidenter, & in con
ſequentiam lædi poſſet , ex taxa & forma . hoc
autem intereſſe,iam illi poſſet eſſe ſaluum,ſi con
tigerit poſtea cum Barone contendere de quan
titate,& modo oneris impoſiti, quia prętende-
ret minus eſſe,& in quantitate,& tempore, arg.
eorum,quæ not. And.in c.1.ſi vaſallus, el ſecun
do, ſi de feudo fuer.contro. Bald.in l.ſi eo tem-
pore. C.de remiſſio. pigno. facit bona glo. in l.
cum miles,in verſ.facienda, ex quibus cauſis ma
iores.Moder.in d.l.de vnoquoque, & in l.nam
ita diuus,de adoptio.
28 † Sextò ſi admitteretur ſubfeudatarius in par
lamento, ſequi poſſet inconueniens, quòd do-
minus ſuus Baro vnum ſentiret,& ſubfeudata-
rius eſſet opinionis contrarię, & ferret ẽtor quò
ad hoc iudicia contraria : debet ſilere iudicium
ſuæ mentis, cum ex declaratione domini (ve-
luti maioris) inferatur præiudicium quò ad ip
ſum , veluti minorem,arg. l.fundi,& l. fundũ ,
de excep. rei iud. Neque etiam ſi ſubfeudatarius
idem ſentiret cum Barone,poſſent cenſeri duæ
voces , aut duo iudicia : vt faciant numerum
maiorem,cum pro vno reputentur,inſpecto ſti-
pite feudi, quod eſt vnum , & idem feudum : li-
cet vnus poſſideat directò,alius vtiliter, & vnus
totum,alius partem totius. Neque poſſent dici
duo feuda eſſe conſtituta ex hac ſubinfeudatio-
ne,cum hoc fiat gratia fructuum percipiendo-
rum,& commoditatis ex feudo obuenientium:
non vt vnum feudum ſcindatur in duo : ex his,
quæ no.Andr.in c.1.§. hoc quoque de ſucceſſ.
feud.per tex.in l.quod in rerum §.1. de legat.1.
Domini in hoc voluntas ſpectatur , quę non
poteſt cenſeri ad hoc ordinata : magis cenſetur
procurator in rem ſuam , poſtquàm ius directũ
reſpectu ſui ſit penes alium.Vnde ſi dominus ip
ſum conſtitueret procuratorem in parlamento,
non poſſet eſſe vnius voti, vt procurator, & alte
rius nomine proprio : cum hoc pendeat à con-
ſcientia ſua , quę non debet variare, niſi domi-
nus aliud expreſſum ſibi iniunxerit, per tex. in
c.ſiquis iuſto §.porrò,de electio.in 6. & ibi gl.
& not. Abbas in c.quamuis,de offic.deleg.Fulg.
conſi.118.fol.355.
29 Septimò, † Dominus,& ſubfeudatarius di
cũtur vnicũ feudum poſſidere quò ad Regem :
Ideo vnica debet cenſeri eſſe vox, & perſona
intereſſendi in parlamento . habemus ſimilia:
vnica eſt tutela,licet à pluribus adminiſtretur,
& plures ſint tutores l.tres tutores, de admini-
ſtra.tutorum.vna eſt ſocietas,licet à diuerſis ſo-
cijs gubernetur.Idem eſt collegium,licet diuer-
ſę ſectæ ſint collegiati, dicit Bar.in l.fin. de col-
legijs illicitis. Eadem eſt nauis, quàmuis diuerſi
ſint in ea officiales l. 3.ff. de iur. immun.§. fin.
omnes officiales Regij non faciunt diuerſas cu
rias, ſed vnam : ſecundùm And.in conſti.huma
30 nitatem. † Sicut totum Regnum vna eſt pro
uincia, ſecundùm Caro.in l.ſi liber.de ſortis.in
31 longobar. eadem eſt † Baronia, licet ſcinda-
tur inter plures, qui eam poſſideant,& ille dici
tur Baro,qui obtinet cap. Baroniæ per l. cum
in diuerſis,de relig.& ſump.fun.etiam ſupradi-
ctum fuit,arg.in §.quadrigę.l.peculium:de fun.
inſtr. quàmuis aliter in Lombardia obſeruetur:
vt dicitur in l.imperialem §.præterea : & hi om
nes æquè ſint principales in regimine, & imme
diate: Dominus ergo,qui habet dignitatem, &
titulum principalem , ac ferè omnem partem
feudorum , & bonorum Baronię obtinet , de-
bet admitti in parlamento,& non etiam ſubfeu
datarius , ne etiam contingat contrariari domi
no ſuo,cuius perſona debet ſibi videri ſancta,
& honeſta : vt dicit Andr.in c.porrò.& dicit Ca
rol.in conſue.Paris.in §.1.in 1.glo fol. 54. ſub-
feudum dicitur eſſe pars feudi dominantis, nec
dicitur ex toto ſeparatum,allegat tex.in l.talem,
in fin.de hęre.inſt.& ibi Bal. notat , quod vaſal-
li continentur appellatione ſuorum , & meo-
rum : & dicit glo.in proœ.conſt.regu. octa. co-
lum.

lum. quòd conceſſio Regni facta per eccleſiam cenſetur vna, licet habeat ſub ſe plura corpora, argu. l. grege. de lega. 2. & in l. cum eiuſdem, de ędil. edicto.

Octanò, ex litera c. 1. de prohib. feud. alie. per Loth. colligitur, in concilio Corradi nõ interfui ſe minimos valuaſores, qui à capitaneis feuda obtinebant: ibi dum dicit, hortatu itaque, & coofilio archiepiſcoporũ, nobiliũ ſimiliter, etiã iudicum. Nec ibi appellatinne cæterorom nobilium, de iſtis poteſt intelligi, cum ibi voluit ſimiles perſonas exponere, quoad digoitatem on bilitatis, cum ipſi non ſint verè nobiles, cum ſoleant paruum, aut tenue feudum obtinere, & re
32 oocabiliter. Item cum non ſint à Rege † ioueſtiti, qui coocèdit nobilitatem infeudando, vt dicitur per feudiſtas in prælud. & per Andr. io c. filij nati. ſi de feudo fuer. cootro. & in c. 1. de feud. marchiæ, & in c. 1. qois dicatur Dux, & cũ ibi expreſſit cæteros oobiles, iam iotelligitur excluſiſſe vaſallos ſubditos his ducibus aut comitibus, cum diſcretiuè poſuerit dignitates principales, non cenſetur voluiſſe admittere inferiores. hoc declarat lex Fed. imperialem, de proh. feud. alie. per Fede. ibi, habitu ergo concilio Epiſcoporum, Ducum, Marchinnum, & Comitum, ſimul etiam & aliorum Palatinorum, Iudicum, & aliorum Procerum: Proceres erant illi nobiles, de quibus meminerat Lotharius in illa lege. & in authẽ. habita. C. ne filius pro patre. † Pro
33 ceres enim dicuotur primates ciuitatis, vt in l. legatum, de vſu, & vſufru. lega. declarat gloſ. in procœ. pragmaticæ ſanctio. fol. 15. plura Andr. io l. hac edictali, bo. eſt tex. io l. municipib. de cõditio. & demouſtra. & in l. 1. C. de ſpecta. & tex. io d. c. dum cæteros nobiles excipit. hoc idem videtur ſenſiſſe de primoribus vrbis: † dicti .o.
34 ſuot nobiles à noſcendo, velut ooſcibiles, quod præ cæteris ooti, clari, ſpectabiles, ac hominum ſermone vulgato illoſtres celebrẽtur, vt plenius diſcurrit doctiſſimus Tiraquel. in ſuo tracta. oobilitatis, io 1. char. cum ſequent. idem io l. humanum. C. de legib. Feudatarij autem Baroouum, vt plorimum ſolent eſſe igooti, genere obſcuri, nec celebri fama cooſpicui: non eſt veriſimile iſtos in ſuo conſilio, quod celebrat cum Magnatib. & Primatibus, admiſiſſe: licet io eorum gradu, vel ſedere, vel ſtare deberent, cum non tam locus ſeſſinois inſpiciatur, quàm authoritas dandi iudicium, & vocem: niſi venirent expoſitom querelas, prout fuit ibi, dum ab eorum militibus grauarentur, vel ad militare ſeruitium.

Nonò ſatis forte videretur indecorum, videre io parlameoto ſubfeudatarios obtinentes poſſeſſionem oliueti, caſtaneti, & quandoqoe trium, aut quatuor arborum populnearom, aſſiſtere cum dominis Barooibus dando vocem, de his noo curat Prętor, vt io l. ſcio, de io integ. reſtit. necubi fit mentio in couſtitotionibus Imperialibus, aut Regalibus: & cooſtitotionnes ad eos dirigontur, qui feuda io capite obtioent à Rege, & ſpecialem reqoirunt liceotiam: vt iu pluribus ipſarum legitor: vt in conſtit. a. io aliquibus in conſti. Comitibus, in conſti. fratribus, tu conſtit. hooorem: io cooſti. couſtitutionem diuę memorię, & in quampluribus alijs: & ideo non habent ipſi iudicium Parium; vt io conſti. vt vniuerſis: & ſi ipſorum aliqui habeant ſub ſe vaſallos io paron numero, idem videretur dicendum; ex oo. per Andr. in c. 1. §. huius autem generis: io 3. col. ex quibus cau. feud. am. quamuis habeant in eos iuriſdictiooę̃m ciuilem, vaſalli tamen Baronom ſunt, qui libertis ęquiparantor: per glo. in l. ſolo. C. de liberali cauſa. Solent vt plurimum obtinere feuda plana, & de tabula, allenaſias, ac tenimenta terrarum, quę ſuot alterius naturę, quàm feuda quaternata: vt dicit glo. in conſtit. vt de ſucceſſ. Debent etiam ipſorum poſſeſſores alio iure ceoſeri, pro eorom feudis, quæ ruſtica ſunt: alia eſt ſtatuta in Regno regula, vt dicam iofra in differentijs horum feudorum ſimiliter, & ipſorum feudatarij diuerſa lege cenſeodi ſont: & ſiue à re, ſiue à perſona ſumamus argumentom, vaſalli oon ſunt Regis, oeque in cœtu oobiliom feudorom aſcripti: licet quandoque obtineant, & poſſideant feudum quaternatum.

35 † Decimò io his ſpectaoda eſt couſuetudo: vt dicit glo. in l. decernimus: in ver. archiepiſcopis. C. de ſacroſan. eccle. quam allegat Bal. in c. 1. io 2. col. de his qui feu. dat. poſſ. Luc. de Peo. in rub. C. de Comiti. Conſiſto. circa medium, verſi. vel dicit, lib. 12. idem Bal. io l. obſeruare. §. aote verò: de offi. procoos. qoem ſequitur dictus Bartholo. Cepolla in l. quod ſi nolit. in §. quia aſſidua: in 1. col. de ædil. edi. Et vbi coosuetudo fuiſſet difformis, varia, vel contraria, attenditur qood vltimò obſeruatum eſt, per tex. in l. Mela. §. ſed ſi alimenta, de alim. & ciba. legatis. & io l. ſcio. §. 1. & fin. eo. tit. vbi recens poſſeſſio inſpicitur; & in l. ſi mihi, & tibi. §. in legatis, de leg. 1. not. Bar. in l. de quibus, io 2. q. priocipali, de legib. & io l. ſemper in ſtipulationibus, de reg. iur. ſed io parlamentis hi feudatarij non dederuut voces, ergo oec ouoc ſunt admittendi: coosuetudo, dicit tex. io l. ſi de interpretatinoe, de legibus, eſt optima legum interpres, & minimè ſunt mutanda, quæ antiquã habuerunt obſeruaotiam, vt in l. minimè, de legibus, & dicit Bal. in l. excepto C. locati, per l. qood ſi nolit. §. quia aſsidua: de ędi. edi. quòd illud, qood eſt conſuetudinarium, non eſt arbitrariũ: idẽ Bal. in l. quicunqoe. C. de ſer. fugi. & io l. 1. C. de fructibus, & li. expen. ſequitur Barba. conſi. 57. 4. col. & in cooſi. 78. 6. col. in 4. vol. In hoc articulo poſſem adductis pro vtraque parte reſpoodere, & alia adducere, ſatis eſt dixiſſe: vidi tamen noo recipi procurationes ſubfeudatariorum, oec aliter fuit determinatum. Quando conſuetudo eſſet certa, ſtaremus certo: quando Rex illos vocaret, vt aſſiſterent, ſtaremus voluorati Regię: poteſt ſi vult, & oullum haberet dubiom: Sed quando ſimpliciter declarat, velle facere parlameotum, vltima pars forte videretur verior, licet ipſorum in multis interſit, quæ ſupra expreſſimus, relinquo tamen cogitandum. Audio fuiſſe in Regia Camera determinatum, quòd ſubfeudatarij uno contri-

buant

buaut in donis, quæ fiunt in pa:lamentis, decretum adhue nou legi.

S V M M A R I V M

1 *Quæſtio inter illuſtr. Princ. Salerni. & Illuſtr. Magnum Canci llarium de præcedentia in parlamēto*
2 *Regentes Regiam Cancellariam libellorum præfecti appellantur.*
3 *Dignior cenſetur, qui in capite ſedet, ſeu altiori lolo: item qui prior nominatus, vel ſcriptus eſt.*
4 *Magni Cancellarij ſeſſio, inſcriptio, authoritas, & præcedentia*
5 *Veſtis, ſiue habitus qualitas denotat qualitatem perſonæ.*
6 *Dignitas maior eſt ratione officij, quàm ratione tituli.*
7 *Epiſcopus licet ſit maior omnibus de collegio, ſi tamen ſedet vt canonicus, ſtabit in loco ſuo, vt canonicus, & non vt maior omnium, & numero 26.*
8 *Marchio, vel Comes ſi admitteretur in collaterali conſilio, non debet præcedere alios Regentes priores in tempore.*
9 *Doctor iuris cano. licet dignior ſit doctore iuris ciuilis, non propterea præcedit, vbi agitur de negotio ciuili.*
10 *Doctor an præcedat medicum, remiſſiuè.*
11 *Appellatio à ſententia Epiſcopi feudatarij Principis non fit ad Metropolitanum, vel ad Papam, ſed ad Principem, à quo tenet feudum.*
12 *Epiſcopus de iure communi non habet triceſimas, vel ſportulas, quando iudicat, ſed expenſas.*
13 *Officiales Regij etiam ſupremi non veniunt in parlamento generali, vbi fit congregatio Baronum, ſi non habent feuda: quia ipſorum non intereſt, niſi venirent cum perſona Regis, vel Proregis ad ipſum aſſotiandum & aſſiſtēdum tantum. & nu. 23.*
14 *Maior & minor quis eſſe debet diuerſis reſpectibus*
15 *Epiſcopus tenetur patri ſuo facere reuerentiam in domo, ſed in eccleſia debet præcedere.*
16 *Ciuis ſupremę ciuitatis, licet præferatur primario mediocris ciuitatis, non tamen præcedit in propria patria ipſius primarij.*
17 *Iulij Cæſaris ſententia. Mallem hic eſſe primus, quā Romę ſecundus.*
18 *Maior dum eſt in domo minoris debet ſibi honorem & reuerentiam.*
19 *Filius magiſtratus præcedit patrem ſuum, & cęteros Illuſtres, in honoribus, in loco & ſeſſione, de quo plura Romanorum geſta.*
20 *Tauri Philoſophi ſententia inter Præſidem Cretæ Prouincia, & patrem ſuum ſuper pręcedentia.*
21 *Filius Quinti Fabij Maximi, dū gereret perſonam Conſulis patrem ſuum equo deſcendere iuſſit. Et moris erat apud veteres Romanos, neminem ad Conſulem venire equo inſidentem, & ibidem de alijs geſtis & præclarè dictis de eadem re, & inter eaſdem perſonas.*
22 *Filius Regis primogenitus, licet pręcedat omnes Principes, non tamen præcedit in coronatione patris, qui eo tempore non erat filius Regis.*
24 *Epiſcopi qui habent in Regno feuda à Rege.*
15 *Epiſcopus eſt culmen dignitatū, & omnes præcedit*
17 *Officiales Regij dum ſunt in collegio non ſedent vt officiales, ſed ſuo ordine, vt collegiati.*
28 *Abbates tenentes eccleſias in Regno.*
29 *Archiepiſcopi qui in Regnō tenent feuda, & Caſtra à Cęſare.*
30 *Prælati tenentes feuda non vocantur in parlamento vt prelati, ſed vt feudatarij*
31 *Diſcipulus minor eſt magiſtro ſuo, cui debet reuerentiam.*
32 *Dyoniſius Siracuſanus dum eſſet à Regno tanquàm tyrannus expulſus, ludi magiſterium exercuit apud Corinthum.*
33 *Accacius poeta Cęſari ad Collegium poetarum venienti nunquàm aſſurrexit non maieſtatis eius immemor, ſed vt ſuperior in ſtudio.*
34 *Patronus in eccleſia omnes præcedit, & præ alijs eſt honorandus.*
35 *Medico in domo infirmi primus locus aſſignatur.*
36 *Parrochiano in Villis, & Oppidis primus locus datur in menſa, & melior cibus.*
37 *Filius ſacerdos in eccleſia, & actis ſacerdotalibus pręcedit patrem, ac ab eo recipit reuerentiam.*
38 *Vicarius in eccleſia, licet ſit ex viliſſimis parētibus ortus, omnibus tamen anteponitur, ſedens in maiori loco.*
39 *Domi ſuę quilibet eſt Rex.*
40 *Riccardus Rex à fabro alapa percuſſus, eò quòd in domo ſua receptus noluit fabro obedire, qui erat Rex in domo ſua.*
41 *Magnus Cancellarius, licet maior fuerit Principe intuitu officij, minor tamen erat ratione Feudi titulati.*
42 *Decretum Collateralis Conſilij in fauorem Magnifici Cancellarij, contra Illuſtriſ. Principem Salerni, vt præferatur in parlamento generali.*

1 ALia etiam fuit † quæſtio in eodem parlamento, inter Illuſtriſſ. D. Salerni Principem & Illuſtriſſ. D. Magnum Cancellarium Comitem Caſtri, quis eorundem pręcedere deberet, & primò vocem tradere in Collaterali Conſilio, & in cęteris ſeſſionibus, qui obtinet vnum ex ſeptem officijs Regni, ſuo inter eoſdem ordine, quoſcunque alios pręcellit & ex inſtitutione Catholici Regis, æternę memorię (vt audio) titulati Domini, qui in eodem collaterali Conſilio admittuntur, dominos Regentes
2 † Cancellariam prius receptos pręcedunt: hi libellos agentes, vel libellorum præfecti appellantur: ſic vulgus profert, & à doctorib. ſolenratur. Vlp. dicit in l. reſcriptum, in princ. de diſtra. pigno. ibi, reſcriptum eſt ab Imperatore noſtro, libellos agente Papiniano: & hoc non inconuenit ratione officij, quempiam alium digniorem pręcedere: vt dicit Fely. in c. ſtatuimus, de ma. & ob. conſiſtit honor in ſeſſione, dicit Bal. in l. quoties, & ibi tex. C. vbi ſena. vel clari. Sand. in rubr. de ma. & ob. & ex ordine ſeſſionis declaratur dignitas: vt in c. antiqua. &
3 in c. ex ore. §. 1. de priuil. & ideo † dignior cenſetur, qui ſedet in capite, ſeu altiori loco: vt dicit glo. in §. fi. inſt. de iur. nat. gen. & ciuili: tex. eſt in l. 2. §. Seruius autem Sulpitius, de orig. iu. ibi. Seruius autem Sulpitius cum in cauſis orandis

dis primum locum, aut certè poſt Marcum Tul-
lium obtineret: & in c. quia tua, 50. diſtin. ibi,
à capite incipientes, ſcribitur de Saule, 1. Regum
cap. 9. Aſſumens itaque Samuel Saulem, & pue
rum eius introduxit eos in triclinium, & dedit
eis locum in capite eorum, qui erant inuitati: &
inter illos digniſſimus, qui primam habet vo-
cem, & primò loqui debet: tex. in Eccleſiaſt. 22.
cap. loquere maior natu, decet enim te. Sequitur
Card. Alexand. in c. epiſcopos, 2. col. 17. diſtin.
Bart. in l. 1. per tex. ibi, de albo ſcriben. facit tex.
in l. fi. C. de tyronibus. lib. 12. & in l. 2. C. de pri-
mi. & in l. 1. C. de præfect. præto. eo. lib. Moder.
Neapo. 1. deciſ. plura Nicol. Boer. deciſ. 45. vel
ſeq. Cenſetur etiam dignior, qui primò nomina
tus eſt, ſecundùm glo. in clem. 1. de baptiſm.
& in §. vlti. in authent. de defen. ciuit. in verſi.
maximorum: Bal. in authen. hoc amplius, in fin.
col. C. de fideicom. hoc ordo literæ indicat, vt
qui primò ſcriptus reperitur, præſumatur di-
gnior: vt in l. generaliter. §. quod ergo, de fidei-
commiſ. liber. & ibi Ange. ad pulchram. q. & in
l. nec hi, de ſolu. & in c. mandato, de reſcrip. in
6. & dicit glo. in c. quotundam, in verſi. prædi-
ctorum, de electio. in 6. attendi ſupraſcriptionẽ
quoad præeminentias: idem glo. in clemen. 2.
de reſcrip. ſicut ſedere à dextris maior eſt digni
tas, ſecundùm glo. in c. periculoſum. 7. quæſti. 1.
quam ſequitur Bald. in d. l. decernimus, in 3. no.
C. de ſacroſan. eccle. & in l. ex hoc iure, de inſti.
& iur. Luc. de Penna in l. tyrones. C. de tyroni-
bus, lib. 12. vel ſedere propè dominum, ſecun-
dùm glo. in §. aliam, in ver. altiori. inſti. de bon.
poſſ. & ibi Ang. & alij poſt Bal. in l. obſeruare. §.
antequàm de offi. procon. vel inter duos; qui
in medio eorum eſt. ſecundùm Saluſtium in Iu-
gurtino, quem ſequitur Bar. Veronenſis in tra.
de Imperatore militum eligẽdo, vbi plura. Hæc
4 † omnia adduci poſſent pro Magno Cãcellario,
q. cum primò ſedeat ante Barones in collatera
li Conſilio, primus loquatur ante eos, proxi-
mior ſedeat penes Regem, aut Proregem. Pri-
mò fiat ſibi ſupraſcriptio in prouiſionibus,
quæ à Cancellaria prodeunt. Primus etiam in
ter duos Barones medius incedat, debet propte
rea præcedere dictum Principẽ, veluti officij au
thoritate maior: habet etiam pro officij digni-
5 tate veſtes, ut ſuo loco dicam. † Pro quibus
eius excellentia dignoſcitur, ſecundùm Floria-
num in l. ſed & ſiquid, in §. mancipiorum, de
uſufruct. allegat Spec. in c. de aduocato. §. ſequi
tur videndum, prima col. ideo dicit glo. in l. 1.
C. nulli licere in frenis, lib. 11. q. clamis Militẽ
purpura Regem, ſtola Sacerdotem, toga Aduo-
catum, & cuculla Monacum demonſtrat: ſequi
tur Bal. in c. cauſam, de probatio. tex. eſt in arg.
in l. id veſtimentum, de peculio. de quo per Lu.
de Pen. in l. 2. C. de veſtibus holoberis, lib. 11.
per Caſſaneum in ſua gloria mundi, parte 7. con
ſiderat. 44. & in 1. par. conſider. 23. & Cepollam
in loco ſupra allegato, & licet Magnus Cancella
6 rius vt Comes inferior ſit Principe, vt in c. 1.
quis dicatur Dux, Comes, vel Marchio; † ra-
tione tamen officij dicitur eſſe maior: & hoc ſpe
ctandum eſt, arg. l. quæritur, de ſta. ho. & eſt tex.
in ar. l. 1. C. de conſul. lib. 12.

Sed pro Illuſtr. Principe facit glo. in c. à colla-
7 tione in fin. de appel. in 6. q. licet † epiſcopus
maior ſit omnibus de collegio. ſi tamen ibi ſe-
det, vt canonicus, ſtabit in loco ſuo vt canoni-
cus, & non vt maior omnium, & glo. ibi dicit
ſingularem Gemin. ſequitur Abb. in c. poſtula-
ſti, de conceſſ. præben. Sandæus in c. irrefraga-
bili. §. exceſſus; de offi. ord. Caſſaneus in ſuo ca
thal. in 4. parte, conſidera. 45. & dominus Loffre
dus in c. qui clericus. in 4. col. cum ſeq. ſi de feu.
fue. contro. Ratio eſt ſecundùm doct. quia illa
qualitas dignitatis nihil confert ad negotia ca-
pituli. ideo non debet attendi, ſecundùm Ro-
manũ in. l. ſi verò. §. de viro; in 3. col. ſolu. mat.
quem ſequitur Sand. in c. ex literis 1. col. de pro
ba. Decius in c. ſignificatum 2. col. de præbẽ. &
alij doctores relati per dominum Loffredum
in loco ſupra allegato, ex quorum authoritatẽ
infert ipſe ad quæſtionem de facto, q. ſi aliquis
8 Illuſtr. † Marchio, vel Comes admitteretur
ad collaterale Conſilium, & crearetur à Rege
Conſiliarius collateralis, non debet præcedere
dominos Regentes Cancellariam, prius rece-
ptos, & admiſſos, attenta prioritate temporis,
quæ in his ſpectatur, vt in c. 1. de ma. & obe. &
in c. epiſcoporum. 74. diſtin. & in l. 1. C. de con-
ſul. quia non admittitur Marchio, vel Comes in
Conſilio, vt Comes, aut Marchio, ſed vt conſi
liarius, & inſpecta hac qualitate, non debet om
nes alios antecellere, ſed vt nouiter admiſſus
in ſuo gradu manere, vt in l. 1. de albo ſcriben
do. & in c. ſtatuimus. 71. diſt. & alia adducit, quę
omitto referre, cum congerat plurima Io. Fran.
Purpu. in l. 1. de offi. eius, cui mandata eſt iuriſ.
Prædictis addo tex. in l. honores, de decur. & in
l. fin. & ibi Bar. C. de tyron. lib. 12. & in §. ordi-
nationem, in authen. de mon. & quod notat
Bal. in §. quibus, in 1 conſt. C.

Ad prædicta facit, quod dicit Bal. in l. ſi quã-
do. C. de appel. q. ſi Rex iudicat vt Comes, ab
eius ſententia non reclamatur, iuxta tex. in l. 1.
de offi. præfe. præto. ſed appellatur, vt à ſenten-
tia lata per Comitem ad ſuperiorem in Comi-
tatu, glo. eſt in proœ. ſexti in ver. filijs, quam di
cit not. Barba. in tract. de præſtan. Card. 14. col.
Guid. Pap. deciſ. 436. Purp. in l. pri. col. 44. de
officio eius; Caſſanæus in ſuo catalogo. Idem
9 dicit Io And. in c. clerici, de iudicijs † q. do-
ctor iuris canonici, licet ſit dignior doctore in
iure ciuili, non tamẽ pcedet, vbi agetur materia
ciuiliſta vel ſi ciuiliſta eſſet magnus doctor, ille
aũt eſſet canonum ignarus, ſequuntur oẽs doct.
ibi, & in l. cum quid, ſi cer. pet. quod etiam in mi
litibus procedit; vt in actibus doctoreis miles
non præcedat doctorem, quod omnes admit-
tunt in l. centurio, de vulg. & pupil. & in auth.
habita. C. ne filius pro patre, Caſſa. plura in 7.
parte in 8. conſid. & exiſtens in collegio docto-
rum non declinat forum. vt in l. fin. C. de iur.
om. iud. aut. Caſſ. in conſu. Burg. in ti. des inſti
ces. §. 5. 20. ſal. ver. 90. Attenditur actus, qui ge
ritur, & non dignitas, quæ non congruit actui,

ex

ex hoc decidit Io.An.in c.1.de conſan.& affi.q
licet theologus præferatur canoniſtę, tamen in
beneficijs conferendis pręferendus eſt canoni-
ſta theologo, niſi eſſet beneficium in loco, in
quo hęreſes pullularent ſecundùm Gemini. in
c.epiſcopus, 17.diſtin. quem ſequitur Card.
Alex.in c.de quibuſdam, 31.diſtin.Caſſa.in 10.
parte, in 10.conſi.vſque ad 25. cum ſequen. &
10 ibi plené,ſi † doctor præcedat medicum. vel
contra, vbi videas, idem dixit Gemini.in d.c.
epiſcopus. quòd Archidiaconus ratione admi-
niſtrationis maior dicitur Archipresbytero, ſe-
cundùm glo.in c.deliberationes,de offic.leg. in
6.in diuinis tamen non pręcedet eum, ſed in
alijs extra miſſam ſic,in loco, in voce, in iuriſ-
dictione, & ita intelligit glo.1.tex. in c.1.de of
fic.archipresbyteri,Caſſa. parte 12.conſid. 12.
Anania in c.ad liberandam.de iudę. col. 10. ſic
in Rectore ſtudij,qui pręcedit epiſcopum ſcho
larem in ipſo ſtudio,ſecundùm Abb.in c.andi-
tis.3 col.de conceſſ.præben.quem ſequitur Caſ
ſa.in 4.parte 44.conſid.& in parte 7.conſid.39.
idem in canonicis cathedralis eccleſiæ, qui ſe-
cundùm Inno.in c.ſedes in 1.g o.dicuntur cle-
rici primi gradus in proceſſionibus debent pręcedere Abbates, licet maior ſit eorum dignitas,
ſecundùm Gemin.in c.quamuis, in §.quicun-
que,in 3.uo.de pręben.in 6.quem ſequitur San
dęus in c.meminimus,in 1.col.de accuſatio.plu
ra per Barba.in c.paſtoralis,de offi.deleg.

11 Accedit † etiam,quod no.ſcribit Bar. in l.
ſiquando.C.de appella.q ſi epiſcopus, vel cleri
cus tenet feudum à laico, & vigore iuriſdictio-
nis,quam habet ab eo iudicat in cauſa, non ap-
pellatur ab eius ſententia ad Metropolitanum,
vel ad Papam,ſed ad Principem, vel ad eum, à
quo tenet: per tex.d.l. ſiquando. no.doct.in c.
1.etiam de feudis, & in c.Romana, de appell.
in 6.idem uoluit in l.1.§.1. in fi.de appella. in
vlt. q. & in l.ſi conuenit.§. nulla, de pignora.
actio.Bal.in authen.clericus quoque.C.de epi.
12 & cle. & ſimiliter † epiſcopus de iure com-
muni non habet triceſimas, nec ſportulas in
cauſis,quas iudicat, & determinat, niſi expen-
ſas, vt in c.inter cętera, de offi.ord.& in c. ſta-
tutum,de reſcrip.in 6.ſi iudicat vt Baro, habet
emolumentum ſportularum, vt dicit And. de
Yſer.in conſt.de quæſtio.& ibi Moder.& in feu-
do,quod obtinet epiſcopus à laico, habent lo-
cum conſuetudines feudales, vt in c. 1. de his,
qui feu.dar.poſſ.& ligatur lege, vel ſtatuto Re-
gis,quod edit in ſuo Regno: vt dicit Anton. de
Butr.in c.non minus.extra de immon. eccleſia-
rum,notatur in c.nimis,de iureiuran. quod fa-
cit ad quęſtionem Pragmaticę Regis Cathol.
editę Thori, de quo aliàs dicendum. In hoc ar-
ticulo facit ad comprobationem prędictorum,
quod tradit D.Nic.Boer.in tra.ordinis graduū
vtriuſque fori, in 2.parte. in ver. nunc conde-
ſcendo ad aliam partem.in 2.col. quòd eccleſia
ſtici Regni Francię,quando agitur de negotijs
Regni,non debent ſedere in loco, in quo alias
deberent, vbi tractaretur de reformatione eccle
ſię,& ſic eis fuiſſe reſpōſum per magnum Can-
13 cellarium: & hoc ratione ſupra adducta. † Iſta
videntur pro illuſtriſſimo Principe poſſe addu-
ci, quòd cum in parlamento fiat cœtus, & con-
gregatio Baronum, & feudatariorum Regis,
& ſit inter eos tractandum de rebus ad eos ſpe-
ctantibus vt Baronibus, & feudatarijs Regis,
non debet attendi, quòd ipſorum aliqui ſint
officiales Regij, vel habeant vnum ex ſeptem
officijs Regni, aut ſint eccleſiarum Prælati,
Epiſcopi, vel Archiepiſcopi, non ideò inter-
ſunt, vel vocantur, quia Prælati, vel officia-
les ſupremi Regis, ſed quia tenent feuda, Ca-
ſtra, Comitatum, vel Ducatum à Rege, & ſub
iſta denominatione vocentur, & ſic fiat ſupra-
ſcriptio in Cancellaria, domino talis Caſtri,
vel terrę, vel Duci, aut Comiti, quę in iſtis atten
ditur quò ad prelationem: ſecundùm gl. in d.§.
decernimus: & in c.bene quidem 96.diſt. per
tex.in capitulo hinc autem 17.diſt.& notat Alb.
in epiſtola inter claras 2.colum.C.de ſum.trin.
& fid.catho. Vnde ſi non haberent feuda non
admitterentur in parlamento, niſi quando ve-
niūt cum perſona Regis, vel Proregis ad aſſoci-
andum Regem, vel aſſiſtendum, dum Rex, aut
Prorex, vel deputādus ab eis aliquid proponit,
& ſuo quiſque inter eos ordine recipitur,& ad-
mittitur. Sed dum Barones Regni diſcutiunt,
inter ipſos deliberant, vel decernunt, qui non
habet feudum, non debet intereſſe: quia deeſt
qualitas, qua vocantur ad parlamentum, licet
alio reſpectu poſſint intereſſe in conſilio ipſius
Regis, tanquam officiales Regis: verùm quando
non conueniunt, ibi adaptari non poteſt diſpo
ſitio legis,vel hominis, vt in l.4.§.toties, de dā.
infecto; & in c.indemnitatibus.§.1.de electio.
in 6. & ideo,ſi inter feudatarios, vel Barones,
venit ad parlamētum, conſideranda erit per-
ſona ſua vt feudataria,& in hoc gerit vicem feu
di,& non officij: licet ratione officij eſſet ma-
ior, tamen ratione feudi debet cenſeri infe-
rior hac parte.

Nec poterit hoc videri inconueniens, vel in-
14 decorum, quòd diuerſis reſpectibus † quis ha-
beatur maior,& minor,& omnia concordari,&
proportionari, ſecundùm glo. ſecundam in c.
quæritur.2.q.7.quæ allegat tex.in c.nanquam,
eo.loco,& in c.perlectis. 25.diſt.quia videmus,
15 † quòd filius epiſcopus in domo tenetur face
re reuerentiam patri,ſed in eccleſia præcedit pa
trem: vt dicit Hoſtien.in c.indecorum,de ætan
te & qualitate: vaſallus erga dominum ſuperior
eſt in cauſa,quā habet vt index, vt in c.1.§. pen.
quæ ſit prima cau.ben.amit.delegatus cum or-
dinario, vt in l.à diuo Pio.§.1.de re iud.& in c.
ſtuduiſti, de offi.lega.& in c. primo,eo.tit.licet
16 † ciuis ſupremæ ciuitatis præferatur alteri
primario mediocris ciuitatis, vt dicit Bar. quē
ſequitur Decius in c.at ſi clerici.4.col. extra de
iudicijs, tamen in propria patria, vel territorio
præcedet illum, ar.eorum, quæ dicit glo.vlt. in
l.apud eū,de manumiſſ. ſuper qua plura tradit
D.Cagnolus in l.2.in ver. vbicunq; Conſules,
17 fi.col.de orig.iu.& fertur † Iuliū Cæſarē in Al-
pibus prætereūtē oppidulum, quærentibus ami-
cis,

eis, an etiam illic ſeditiones aliquæ de principa-
tu forent, reſpondiſſe, mallem hic eſſe primus,
quàm Romæ ſecundus, & dicit Luc. de Pen. in
18 l. nihil C. de Palatinis, lib. 12. † dum maior
eſt in domo minoris, debere ſibi honorem, &
19 reuerentiam. † Filius dum gerit magiſtratū,
maior erit patre: & præcedet eum in honori-
bus, & ſeſſione, & ioco: cum magiſtratus præ
cæteris etiam illuſtribus ſedet ſuperior: vt di-
cit Luc. de Pen. in rubr. C. de apparitoribus præ-
fecti vrbis, libro 12. no. Iac. Rebuffus in l. ſecun
da C. de proximis ſacrorum ſcriniorum, libro
12. refert Aulus Gellius ſecundo noctium At-
ticarum, libro 1. filium in gerendo magiſtratū,
patri præferendum, eidemque cedere, ac præ-
ſtantiorem locum dare debere, recitando hiſto
riam viri clariſſimi Præſidis Cretæ prouinciæ,
20 † qui cum ipſe, & pater Athenas ad viſen-
dum, cognoſcendumque Taurum philoſophū
adiiſſent, ac inter eos, qui potius ſederet, ac po
tiorem locum obtineret, diſceptaretur, hanc ſu
per ea re tulit ſententiam, in publicis locis, mu-
neribus, atque actionibus, patrum iura cum fi-
liorum, qui in magiſtratu ſunt, poteſtatibus col
lata interquieſcere paululū, & cōniuere: ſed ex
tra rem publicam in domeſtica re, atque vita ſi
ſedeatur, ambuletur, in conuiuio quoque fami-
liari diſcumbatur, tunc inter filium magiſtra-
tum, & patrem priuatum, publicos honores ceſ
ſare, naturales, & genuinos exoriri conuenit.
de hoc meminit Nicolaus Boerius in loco ſu-
21 pra allegato. † Narratur quoque hiſtoria fi-
lij Quinti Fabrij Maximi exiſtentis Conſulis,
qui patrem equo deſcendere iuſſit, de qua apud
Valerium Maximum, de inſtitutis antiquis. Nā
apud veteres Romanos inſtituto cautabatur, ne
minem equo inſidentem ad Conſulem venire
debere, ſed honoris gratia antequàm Conſuli
appropinquaſſet deſcendere: verba Valerij mi-
hi ſemper viſa iocunda, & memorabilia, ideo
inſero: Idem Fabius à Senatu legatus, miſſus ad
filium Conſulem Sueſſam, poſtquàm animad-
uertit eum ad officium ſuum extra mœnia oppi
di proceſſiſſe, indignatus quoque quòd ex littro-
ribus nemo ſe equo deſcendere iuſſiſſet, plenus
iræ, ſedere perſeuerauit, quod cum filius ſenſiſ-
ſet, proximo littori, vt ſibi pareret imperauit,
cuius vocem Fabius continuò obſecutus: non
ego (inquit) fili ſummum imperium tuum con
tempſi, ſed experiri volui, an ſcires Conſulem
agere. At filius, nec ignaro quantum patriæ
venerationi debeatur, verùm publica inſtitu-
ta paterna pie tate poriora iudico. hæc eadem
ex textu Valerij recenſuit Caſſaneus in ſua glo-
ria. 11. parte, conſide. 16. colum. 3. & in 7. parte
conſide. 24. huius hiſtoriæ ratio comprobari po
teſt ex tex. l. ſed ſi vnius. §. interdum, de iniurijs
ibi, vt puta, ſi patris perſona vilis, & abiecta
ſit, filij autem honeſta, cum filius cenſeatur ma
ior, & in maiori dignitate, ideo eum præcede-
re debet, vt in c. nunquam, in fin. 66. diſtin. &
per Luc. de Pen. in l. 1. pen. col. C. de priuilegijs
ſcholarium, libr. 12.

* Idem in archipresbitero, qui in diuinorum
celebratione præcedit archidiaconum, qui ma-
ior eſt eo, cum oculus nominetur epiſcopi, glo.
eſt in c. epiſcopus 17. diſtin. & ibi Geminian.
tex. in c. primo, de æta. & qualita. & in c. primo
cum ſeqn. 60. diſtin. *

22 Nec prætermeam vnum verbum, † quòd li-
cet filius Regis primogenitus, vel quiuis de ſan
guine Regio omnes præcedat, vt dicit domi-
nus Boer. in loco ſupra allegato, & no. Bal. in l.
decernimus. C. de ſacroſan. eccle. quòd primo-
genitus Regis ſedet ad dexteram patris, autho-
ritate glo. in c. quàm ſit 7. quæſt. 1. & in Regno
Franciæ præcedat omnes Principes, & domi-
nos Regni, quinetiam duodecim Pares, qui
etiam omnes alios ipſi præcederent, vt notat
idem Caſſaneus in quinta parte ſui Cathalogi,
conſi. 41. & qui eſt de meliori ſanguine cæteris
paribus, alios præcedit ſecundùm Bald. in l. ne-
mini. C. de adnoc. di. iudi. quem ſequitur Boe-
rius in tract. de author. magni conſilij, numero
61. tamen vbi tractaretur de coronatione R e-
gis, filius primogenitus non debet ipſos antecel
lere, quia non habetur vt filius Regis, tanquā
natus antequam pater eſſet Rex, ita dicit præfa
tus doctor in d. quinta parte, conſide. 32. Ea-
dem viderentur dicenda pro iſta parte, quòd
cum dignitas officij nihil habeat commune cū
collatione parlamenti, reſpectu Baronum tra-
ctantium negotium Regis, ac ipſorum non de-
bet præſtare authoritatem præcedendi, quali-
tas feudi requiritur, & inſpicitur, non autem
officij, arg. tex. in l. in delictis. §. ſi derracta. de
noxa. Feudum, Caſtrum, Comitatus, ac curia
vocatur ad parlamentum, dicit glo. in conſtit.
conſuetudinem, quòd feudum eſt homo mutus
cuius vigore loquitur, agit, & excipit, & ſententia
fertur feudo, & contra feudum, dicit glo. ibi &
Andr. vice fungitur duarum perſonarum feuda
tarius, propria & intellectuali, & magis in-
tellectualis attenditur quàm propria, dixit Bal.
in conſilio 159. ſuper eo. libro tertio quem ſe-
quitur Carol. in conſue. Pariſien. §. 30. colum.
23 260. † Si officialis non habet feudum, cuius
nomine loquetur? ſuo non, quia eſt imperti-
nens adarticulum, de quo agitur, diſcutitur,
vel tractatur, feudi non; quia non habet, ergo
eijcietur foras, iuxta Euange. Lucæ, quomodo
huc intraſti, non habens veſtem nuptialem? er-
go ſi habet, regulabitur à qualitate, & digni-
tate feudi, & ſi hoc eſſet verum, ſequeretur,
24 quòd vnus epiſcopus, † qui habet Caſtrum
in feudum à Rege, vt ſunt plures in Regno, Epi
ſcopus Boiani pro terra. S. Pauli, Epiſcopus Tri-
carici pro armento Montiſmurro, Epiſcopus
Caſſani, Terami, & aliorū, quilibet ipſorum pro
dignitate epiſcopali deberet præcedere oēs Du-
25 ces, & Principes Regni, † cum epiſcopus cul
men ſit dignitatum, & omnes præcedat, & an-
tecellat: vt dicit Abb. in c. dilectus, in primo
not. de conceſſ. præben. & in c. cum Vintonen.
3. colum. de electio. & in c. venerabilis, de præ-
26 ben. plura Sand. in rubr. de maio. & obend. † In
collegio Neapolitano, Epiſcopus collegiatus
neminem præcedit, ſed ſedet ſuo ordine inter

collegiatos, nulla hàbita ratione dignitatis.quò
27 ad ſeſſionem,vel vocem. † Sic quò ad officia-
les Regios Conſiliarios,aut Præſidentes. Et ego
in ordine ſupra numeratorum, quo reperior
primus hodie 1550.decimo Decembris, & poſt
me alij Domini de Conſilio, quis primò gra-
dum aſſumpſerit, inſpicitur, & admiſſus, non
quis à Cæſare prius ad dignitatem fuerit adau-
ctus, ſi dignitas attenderetur, multi ſunt in Re
28 gno † Abbates eccleſiæ, earum nomine prę
cederent Comites, & alios Dominos: vt D.
Abbas Montiscaſin. qui obtinet plurima Ca-
ſtra, Abbas S.Elię pro terra Carboni in ciuili-
bus: Bailiuus Sanctę Euſemiæ, ordinis hiero-
ſolymitani,pro S.Mauro Rhodio, & alijs: ſic
etiam Bailiuus S.Stephani, Prior Bari, Abb. S.
Bartholomæi in gaudium S.Mariæ in Elce, Ab-
ba.S.Ioannis ad pirum, & aliorum,quos omit-
29 to. † Quanto fortius præcederent alios domi
ni Archiepiſcopi, qui terras, & Caſtra à Rege
obtinent: vt ſunt Archiepiſcopus Salernita-
nus, pro terris Olibani ,& Montis corbini: li-
cet non hodie,Archiepiſcopus Tarenti pro ter
ra Gruttalium, quò ad ciuilem, Archiepiſco-
pus Contiæ pro S. Menato, & S. Andrea, quò
ad ciuilem, Archiepiſcopus Barij pro Bitricto,
Archiepiſcopus Brunduſij, pro S. Plancario,
Archiepiſcopus Regienſis pro bona, & caſtel-
lace, & Archiepiſcopus Hydruntinus pro alijs
30 ſuis terris. † Hi domini non vocantur ad
parlamentum, quia Archiepiſcopi: ſed quia
feuda, & Caſtra tenent à Rege. ergo feudo-
rum dignitas, & poteſtas intueri debet: cum
veniant ad Cóſilium ſecundùm quid. hac qua
litate inſpecta, iſti erunt minores alijs domi-
31 nis, & Baronibus, & graduari debent. † Vn-
de diſcipulus minor eſt magiſtro ſuo, & ma-
giſter erit maior, & ei debet reuerentiam, vt
no.h.Cagno.in l.2.§.2.de orig. iur.& in eum
habet ius coercendi, vt in l.quemadmodum.§.
1.ad l.aquiliã.refert Val.Max.de varietate caſuũ
32 & fortunæ, † Dionyſium Syracuſanum, Re-
gno etiã Locrenſium expulſum, apud Chorin-
tum ludi magiſterium exercuiſſe,vt aliquam iu
riſdictionem,& poteſtatem retinere videretur:
nec magiſter diſcipulo ad ſcholas venienti aſſur
git:vt refert idem Valerius libr.3.in tit. de fidu
33 cia ſui. † Accium Poetã Cęſari ampliſſimo, &
florentiſſimo viro,in collegium Poetarum ve-
nienti,nũquàm aſſurexiſſe, non maieſtatis eius
immemorem,ſed quòd in comparatione com-
munium ſtudiorum,aliquantò ſuperiorem ſe eſ
ſe conſideret:& addit Valerius,vel pro Accio ra
tionem,vel exculpationem huiuſmodi inſolen-
ciæ,quia ibi voluminum,non imaginum certa-
34 mina exercebantur.Sic † Patronus in eccleſia
oẽs præcedit, & præ alijs eſt honorandus: ut in
c.piæ mentis,& in c.Frigentius.15.q.7.& in pro
ceſſionibus primum obtinet locum,& honora-
biliorem in eccleſia:vt dicit Ancha.in c.nobis.2
colum.de iur.patro.Abb.& alij in rubr.eo. tit.
Rochus idem in ver.honorificum,& ſecundùm
alios debet iri obuiam patrono in eccleſiam ve
nienti,quod improbat Card.Alex.in c.lectis, &
35 in c.imperium 10.diſtin. † Medico etiam in
domo infirmi primus locus aſſignatur in men-
ſa,ſecundùm Arnaldum de Villa noua in caute-
lis medicorum,quem refert Caſſa.parte 11.con
ſide.18.in fin.Similiter ſacerdos in ſua Parro-
chia,ſecundùm Archiepiſcopum Floren. in 3.
parte ſuę ſummę.tit.5.c.10.§.2. & ideo nó im-
36 meritò † hodie in Villulis, & Oppidulis do-
mino Parrochiano primus accubitus pręſtatur
in menſa,& melior cibus allij,& cepollarum ac
37 commodatur in ore, vt melius bibat. † Sic ſacer
dos filius in actu ſacerdotali patrem pręcedit,
& in eo actu maior eſt patre, ſecundùm Hoſtie.
in c.1.de offi.archi.ſequitur Barb.conſi.5.col.3.
in 2.lib.& in eccleſia faciet pater filio reueren-
38 tiã: vt dicit Hoſtie.in d.c. indecorum. † Vica-
rius in eccleſia etiã ſi cerdonis filius eſſet, om-
nibus anteponitur, & ſedebit in loco maioris.
Neque valeret conſuetudo in cõtrariũ, ꝙ Archi
diaconus præcedat Vicariũ, ſecundùm Abb. in
conſi.23.fuit à me quęſitũ:& in conſi.21.1. lib.
Sandæus in c.ſtatuimus de maio.& obe.& alijs
39 quos non refero breuitatis cauſa. † Fertur etiã
cõis hiſtoria,ꝙ quilibet ruſticus dicitur Rex in
domo ſua,quam recenſuit Zaberella in c. per ve
40 nerabilẽ,qui filij ſint leg. † De quodam Ri-
cardo Rege Anglicorum,qui cũ eſſet in venatio
ne cum familia ſua,& proceribus ſuis inſequen
do ceruũ, ſegregatum ſe reperit ab aulicis ſuis,
& venit in ſyluam amplã,& ignorabat, vbi eſſet
& verebatur, ne illa nocte voraretur à beſtijs.
Tandem vidit ignem in quadam caſa,ſeu domũ
cula cuiuſdam fabri,& appropinquans ad viſio
nẽ ignis venit ad domunculam fabri, pulſans,&
petens ſe intromitti, & per noctem hoſpitari,
fuit tandẽ receptus in hoſpitiũ: Faber conſide-
rans faciẽ hois, quæ videbatur viri Regis, & for
moſa ignorans eũ Regẽ eſſe, ei attulit aquam, vt
manus lauaret: Rex verò volens more aulico
pręferre hoſpitem, ſeu fabrũ, noluit manus laua
re: quare faber iratus ei alapam dedit: & ei di-
cendo imperauit: neſcis tu ꝙ quilibet eſt Rex in
domo ſua? & tandem alapa ſumpta, lotiſque
manibus manebat cum fabro, & fuit tractatus
mediocriter: de mane autem dimiſſus, & ad re-
ctam viam deductus. Caſtrum ſuum repetijt, fa
bro incerto de hoſpite ſuo relicto: Poſt paucos
dies Rex volens fabro alapam referre, quam ſu-
ſceperat,vocauit fabrum, vt ſecum pranderet.qui
cũ veniſſet vili, pro more fabrili, veſte indutus,
& pelle fabrina cinctus, acceſſit Regina opti-
mè ornata: fabrum quamquam prę timore ſtre-
pitum faceret, non ſine paruo aulicorum riſu ſu
ſcepit.& amplexa fuit more Regio. tãdem Rex
fabrum in ſuprema parte menſę, & ſupra Regi
nam locauit: quęrens, vt ſi faber recuſaret ho-
norem ſibi impenſum, alapam illatã vindica-
ret. faber verò iuxta fabrilia ſtatuta in omni-
bus Regi,& Reginę paruit, & ita abijt illęſus.
Narrat eadẽ Abb.poſt Hoſtien.in d.c. per vene-
rabilẽ.& cum in quæſtione ardua electionis Im
peratoris doctiſſimus feudiſta Henricus Aleman
nus 1.conſi.1.vol.recitaſſet, nõ fuit mihi viſum
incõgruũ eadẽ ponere, quæ ad materiam facis
con-

cōferunt; cui addo eadē Scipioni Africano eueniſſe, eumque tali offenſum contumelia dixiſſe: iuſtè iniuriam patior, nec iuſtè me poſſe vlciſci. Si magnus † Cancellarius maior eſt Prin-
41 cipe intuitu officij, minor eſt ratione feudi titulati, cui poſtponi debet: cū de feudo agitur. Acciditeriam cuidam magno, & doctiſſimo epiſcopo omnibus ornato veſtibus ſericis, cum aulicorum grandi comitiua incedēti, ad cuius manum ſiniſtram pauperrimus quidam à deſignatoribus Papæ locatus ita incedebat, vt ſe quaſi cum eo puderet deambulare, nedum in ea manu graduari: quem epiſcopus interrogauit: quā ti eſſet in redditu epiſcopatus eius. reſpondit, paria facere cum ſuo, & tanti pluris, ꝙ ea die coram Pontifice Maximo haberet eum ſe inſequētem: Iſta ſunt notanda ad multa, & ſatis menti tenenda: quia cum de honorificentia agitur, grauis cauſa tractari dicitur: vt in l. Iulianus: ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti: tex. eſt in ratione ſui in l. ſi inimicitiæ, in fi. de his, quibus vt indignis. & pari paſſu cum vita deambulet: vt in l. iuſta, de manu. vindicta. Bal. in c. 1. de vita, & hone. cleric. bonus tex. in l. miles §. ſocer. de adul. ibi, verecundum eſſe, honorem ſuum inultum relinquere. & tex. dicit in c. nolo. 12. q. 1. crudelis eſt, qui famam ſuam negligit: bo. tex. in l. ſi longius, in fi. de iudicijs. Non ab re Vlpianus tradit in l. obſeruare §. hoc autem, de offic. procon. & legat. Prouinciales magnifaciunt obſeruari eis eorum prærogatiuas. † Iſta queſtio
42 non fuit in iudicio ordinario determinata, ſed fuit decretum per dominos de collaterali conſilio, & alios dominos die ſecundo Aprilis. 1549. quòd pro nunc in præſenti parlamento Illuſtriſſimus magnus Cancellarius, tam in ſedendo, quàm in votando præferatur Illuſtriſſimo Principi, pendet reclamatio decreti huiuſmodi. Mei iudicium animi non profecam, & tenendo iſtam partem pro Principe, & alijs dominis Baronibus, ad contraria reſpōdetur: vt procedant in actibus indifferentibus, & ſuis caſibus, in quibus authoritas officij præualet: non autem in caſibus diſcretis, & ſegregatis ab officio, in quibus quilibet maior alio eſt inferior, vt ſupra ex pluribus comprobatum eſt. Rationē huius determinationis perſcrutari non valui, præſertim quòd vſus, vel conſuetudo præcedendi vetuſtioribus temporibus, vel nouiſſimis non apparet pro domino Cancellario. Credo pro qualitate temporum, negotij, & perſonarum à viris doctiſſimis, ſic temporaliter fuiſſe prouiſum quanquàm aliorum ſit ante iudicium.

DE SEPTEM OFFICIIS REGNI.

SVMMARIVM

1 *Magiſtri Comeſtabuli officium primum, & principale eſt de ſeptem officijs Regni, contra Matthæi de Afflict. ſententiam.*

2 *Manfredus Princeps Tarenti filius naturalis Federici ſecundi ſimulata morte Corradini Regnum inuaſit, ſeque Regem inſtituit.*

3 *Magiſtri iuſtitiary officium fuiſſe etiam tempore ederici, & Normannorum:*

4 *Henrici Sexti mors apud Panormum anno. 1200.*

5 *Federicus noua officia non inſtituit, ſed multa noua onera in Regno impoſuit, qui demum à Regno & Imperio deiectus apud Florentinum Apuliæ oppidum interijt anno. 1251.*

6 *Rogerius ſecundus belligerator egregius nonus Siciliæ Comes atque Italiæ Rex nuncupatus eſt.*

7 *Græcorum & Imperatoris Conſtantinopolitani dominium in Regno.*

8 *Rachis vltimus Beneuenti Dux primus Princeps appellatus more Regio à comprouincialibus ſuæ ſedis metropolis coepiſcopis ſe vngi mandauit, ſiueque ipſi Regiam coronam impoſuit.*

9 *Vandalorum & Saracenorum qualis mos in dominando.*

10 *Romanorum Imperat. ſolatia in Regno, & comitiua pro eorum cuſtodia.*

11 *Magni Comeſtabuli officium in quibus verſetur.*

12. *Magnus Comeſtabulus vox gallica eſt, & alio nomine dicitur Mareſcallus.*

13 *Mareſcalli officium in quibus verſetur in Regno, & numero 15.*

14 *Mareſcallus alio nomine dicitur Dux belli, qui vulgò Capitaneus guerræ.*

16 *Mareſcallus alio nomine dicitur Tribunus militum alio nomine Dux, alio nomine magiſter militum, & in quibus verſetur eius officium.*

17 *Magni Comeſtabuli officium in quibus conſiſtat, & ſecundùm aliquos hodie, del Maſtro di Campo.*

18 *Mareſcalli nomen vnde deriuatum, & quid ſignificet, & quale nomen.*

19 *Magni Comeſtabuli officium à Deo primùm fuiſſe inſtitutum in perſona Michaelis Archangeli Angelorum Principis & Ducis in pugna facta in cælo.*

20 *Comeſtabulis ſeu Coneſtabulis ſiue Cuneſtabilis etymologia, & quare ſic dictus.*

21. *Magnus Comeſtabulis ideo dicitur: quia plures ſunt ſub eo Comeſtabiles.*

22 *Magni Comeſtabuli officium quibus comparetur apud veteres Romanos:*

23. *Magni Comeſtabuli authoritas, officium, & poteſtas apud quos reſideat hodie in Regno*

24 *Magnus Comeſtabulis qualiter creetur, & ſub qua forma.*

25 *Magnus Comeſtabulis ſedet primus pòſt Regem, & filius Regis à manu dextera Regis.*

DE magno Cancellario diximus ſupra, qui obtinet a Rege vnum ex ſeptem principalibus officijs Regni, quod eſt vltimum in ordine officiorum. Rogatus à quam plurimis, quibus parere teneor, de ipſorum authoritate officiorum, & comparatione antiquorum pro ingeny tenuitate, non pro operis dignitate coactus, leui manu aliqua annotare conſtitui: more quidem catulorum Aegyptiorum lambentium, & non deguſtantium, & iuxta diui Ambroſii ſententiam, ſi non alijs doctoribus, aut pluribus ſatis facimus, nobis ipſis dicere, & cauere cogimur.

DE OFFICIO MAGNI COMESTABVLI.

PRIMVM, & principale officiũ
Regni eſt, † Magni Comeſta-
buli,quàmuis d.Matthæ. de Aſ-
flict.affinis meus in conſti. fide-
lium noſtrorum,in 2.col.aſſerat
primum eſſe magiſtri Iuſtitiarij;
ſed parcat,ſatis longè errat: cum primum inter
omnes,& in ſeſſione videamus magnum Come
ſtabulẽ aſſidere,& incedere,& oculo cernimus,
& vidimus: quonam tempore,& à quibus, aut
Regibus,Ducibus, vel Principibus fuerit in Re
gno introductum.mihi non ſatis liquet ex mul-
tis voluminibus,quæ in ſacro Archiuo inſpexi,
& legi,nec peritioribus conſtat,aut ętate longæ-
2 uis viris,quos interrogaui. † Ante Caroli pri
mi aduentum in Regno,hæc erant officia: cum
ijs rerum potitus(interempto apud flumen Sab
batum Vrbis Beneuentanæ Manfredo Tarenti
Principe,naturali,ac illegitimo filio Federici,ſe
cundi,qui Regnum ſimulata morte Corradini,
ex Corrado(vt aliqui affirmant)filij, annis ferè
decem inuaſerat,ſeque Regẽ instituerat,ac poſ-
ſederat,vt in libro inueſtiturarũ legimus) duos
ex ſuis Baronibus Gallicis elegit Atrapatenſem
Comitẽ Montis caueoſi in magiſtrum Iuſtitia-
rium alterum Comitem Atriani in magiſtrum
3 Camerarium. † Sub Federico etiam erant hęc
officia,cum fiat per ipſum mentio in conſt. ſua
Iuſtitiarij nomẽ, & normã:& in conſt.magiſter
Iuſtitiarius: Credo etiam eadem fuiſſe tempo-
re Normannorum, à quibus ipſe Federicus de-
ſcendit ex Conſtantia Tancredi filia,& Henrici
4 Sexti Imperatoris ſui patris vxore: cum † Hen
ricus ſextus parum regnauerit,& anno ſui Re-
gni Quarto interijt apud Panormum anno do-
5 mini.1200. † Federicus(vt in eius vita legitur
apud hiſtoricos) noua officia non inſtituit in
Regno, nec creauit, & bellicam, ac tumul-
tuoſam geſſit operam, multa onera in Regno
impoſuit; vt legimus in Ritibus Regiæ Came-
ræ: Regno & Imperio deiectus,obijt apud Flo
rentinum Apuliæ oppidũ anno domini 1251.
13.Decemb.nunc feudum eſt inhabitatum, poſt
quàm Federicus in d.conſti.de hoc officio tra-
ctauit,veriſimile eſt, ſuos ex materna linea præ
deceſſores, aut erexiſſe,aut conſeruaſſe officia,
magis quidem de nouo inſtituiſſe, cum & ipſi
Normanni de genere Valuaſorum deſcẽderint,
6 † &,Rogerio ſecundo,ex Roberto Rogerij fra-
tris herede, & ſucceſſore genito in Regem ere-
cto,omnes regiones,tum dominis, tum ſæcu-
lis in ſuam ditionem deuenerint: cumque ipſe
fuerit belli gerator egregius, nouus Siciliæ Co-
mes,atque Italiæ Rex nuncupatus, ea authorita
te Regia prefectus, nouos titulos in Regno of-
ficiorum inſtituerit, quæ apud antiquos,aut ex
7 titerant, aut in alijs vigebant Regnis: † Græ
ci an iſta induxerint,qui omnem oram mariti-
mam obtinebant, ipſique per Duces eorum,
Calabris, Enotijs, Brutijs, Lucanis, & Nea
politanis dominabantur, forte non eſſet ridi-
culum affirmare: cum aliqua cum illis conue-
niant regimina: licet tempore ſit nouatum: &
Imperator Conſtantinopolitanus per Stratico-
tos,& Catapanos, & Nead.per Principem illius
Imperium retinebat:& longæuo temporum cur
ſu Conſtantini primi in Gręciam cedentis, ali-
quo licet tempore interiecto,continuò poſſeda
rit,& deperdita recuperarit,eique vſque ad Mi-
chaelis Catbalaici tempora paruerunt Vrbes,&
populi Gothi: quibus pars illa Italiæ, cui Sicilia
attributa eſt,& Alaricus eorum nomine Rex p-
fuit,an Longobardi,qui Ducibus Beneuenti,Sa-
lerni Campaniique Principibus conſtitutis, per
diſpoſita præſidia,Samnitibus,Picentinis.Cam
panis,& Appulis,etiam aliquibus oppidis im-
perabant,crearint,ordinarint, vel induxerint
ex Longobardicis libellis, hiſtoricisque Caſini
Cœnobij Sacratiſſimi,vetuſtiſſimisque S.Vicen
tij apud Venafrum codicibus,non facile colli-
gi,vel percipi poteſt: cum & ſi non magno tem-
pore regnarint,licet Longobardi ampliore, ex
ijs quæ in tabellis officiorum deſcribuntur,non
eis ea conuenire,atque paria fore cognoſcitur:
8 † Licet Rachis vltimus Beneuenti Dux,& pri-
mus Princeps ſe appellari iuſſerit,& à compro-
uincialibus ſuæ ſedis metropolis coepiſcopis
more Regio vngi mandauerit: ac ſibi ipſi Regiã
9 coronam impoſuerit: † Vandalos, & Sarace-
nos,qui quandoque dominati ſunt,varia oppi-
da,& Regiones calcantes,arbitror non induxiſ
ſe:non illis opinio erat bene regendi ac diſpo-
nendi ordinem Regiæ dignitatis ſed excorian-
di,inuadendi,atque prædandi. A diuis Regibus
Aragoneis aliquid fuit Innouatum,ſicut a Rege
Catho.ſuper officio Logothetæ,& magni Can-
10 cell. † Poſſibile eſt Romanos Imperatores
adinueniſſe,qui Regiones,ac Prouincias, Cam
paniã præſertim videre,ſoliti erant locari, in ſo-
latijs verſari,pretoria habere,ac villis, balneis,
fluminibus potiri,certoque mari hærere,haben
tes militum,& equitum numerum copioſum,
ad ipſorum cuſtodiam & tutamen, ex his tri-
bunos prælegerint,atque conſtituerint,qui im
peratorię ſaluti incumberent,armatorum gen-
tes diſponerent,locarent,cęteraque omnia pro
ſubditorum regimine,ac rerum imperialium cu
ſtodia, ex veteribus magiſtratibus collecta ipſi
tuerentur,& regerent,prout in vnoquoque of-
ficiorum contineri inſpicitur: ſed quod verius
ſit,ac veroſimilius,vel proximum, curioſus le-
ctor perſpicere,ac ſcrutari poterit.

* Scribit Leonardus lib.1.hiſt. Francię Coneſta
biles a principio dictos Mayerdomos, poſtea
magiſtros militũ vel equitum Romanorum mo
re: vltimò Coneſtabiles ſecundùm Petrum Bu-
gianum in hiſtoria monaſtica libro 2.col.280.
apud Anglos coneſtabilis dicitur habens p om-
nia eandẽmet authoritatẽ & iuriſdictionẽ, quę
eſt apud Gallos ſcdm Sauſeuerinũ in epitoma-
re offi. Anglię, Comes ſacri ſtabuli in l. vnica C.
de comitibus & tribunis ſcolarium libro 12.l.
pen.C.de annõ. Aym. monacus lib. de geſtis Frã
corum tertio c. 43. ſicait. Theſaurarius Clau-
dorici à Cupanio ſtabuli comite de Biturico
retra-

tetractus, Vnde Coneſtabilem noſtrum origi-
nem duxiſſe quidam non ab re credant: Et eodē
lib. cap. 70. Ledegeſilus regaliū prępoſitus eq io
rum, quem vulgò Coneſtabilem vocant, & lib.
2. Reginus, inquit, Buccardum comitem ſtabu
li ſui, quod corrupte conſtabulum appellamus,
cum claſſe miſit in Corſicam, eam dignitatem
in prætio fuiſſe Amianus Marcelli. exiſtim an-
di copiā præbet, qui Valentinianū Imperatorem
dignitatem in fratrem Valentem contuliſſe, re-
fert lib. 26. de eo loquens. *

11 † Quæ autem ſint, quæ ad magnū Comeſta-
bilem ex regula ſui officij ſpectent, non explica
bo: cum omnia habeātur in capitulis officij pre
dicti: & ego omnes officiorum prædictorū for-
mulas in fine operis reponam, vt omnibus pla-
nior ſit cognoſcendi aditus: cum non ſic omni-
bus notum ſit.

* Mos fuit peruetuſtus apud reges aliquem eli
gere virum atque fidelem experientia clarum,
cui curam rerum committere potuiſſet, ipſe
etiam quieti incumberet, & hic pro auctoritate
& dignitate poſt Regē obtineret primatum: Ex
quo magri equum, magri domus, magiſtri ſta-
buli, magiſtri palatij maiordomini, pręſidentes
aut capita pro regionū vſu Gallis, Anglis Ger-
manis, Scotijs, Hiſpanis & alijs perlatum fuit.
Franci Præfectum prætorio magnum Comeſta
bilem vocant. vt Alcia. ſcribit in lib. de ſingulari
certamine cap. 34. *

12 † Nam magnus Comeſtabilis vox gallica eſt,
ſecundùm Pyrrum in tit. de magiſt. Ro. col. 2.
& alio nomine in Regno appellatur Mareſcal-
13 lus, † ad officium cuius ſpectat prouidere de
exercitu, de cuſtodia, de excubijs, de loco, vbi
caſtra ponet exercitus, & de tentorijs, ſeu bāne-
rijs Regijs, & magnatum: inſtruere acies equitū,
ac peditum, & prouidere omnia, quæ ſunt ad
exercitum neceſſaria, & alia quæ ex capitulis ha
bentur, cuius auctoritas & poteſtas durat, do-
14 nec manet exercitus. † alio nomine appella-
tur Dux belli, qui hodie dicitur, *Capitanio à
guerra*, ſecūdùm Luc. in l. tam collatores 2. col.
C. de re mil. & idem eſt officium in Gallia: ſecun
dùm Caſſ. in ſua glo. in 6. parte, in 14. conſi. &
15 Pyrrum in titulo de magiſt. Ro. † Sed ego ve-
rius puto, Mareſcallum magis dici deputatum
pro exercitio, & pro adiuuando magno Come-
ſtabulo, ſecundùm Guaguinum in ſuis croni-
cis, lib. 7. quem ſequitur Caſſ. in 9. part. conſid.
17. vt eſt dare hoſpitia euntibus ad exercitum,
curare explanari vias, pontes inſtrui, vt exer-
citus ſine periculo tranſeat. coercere rixas, de-
licta, furta, & damna, & cætera, quæ ibi fiunt
maleficia punire: omnes ſoldanerios ſub ſe ha-
bet, quorum quoque ſolutionibus intereſt, cu-
ſtodia ſellarum, frenorum, & aliorum oppor-
tunorum pro equis equinę gentis Regni, & om
nium equorum domitorum vndecunque vene
rint ad ipſum pertinet, cum alijs, quæ ponun-
tur in notula officij prędicti, cum ſuis gagijs, &
16 iure mercati. † Hic Mareſcallus alio nomine
appellatur trib. mili. ſecundùm Luc. in l. tribu-
ni 1. col. C. de re mi. lib. 12, & ſecundùm eun-
dem Luc. in l. tam collatores, pen. colum. de re
milit. Duces ſunt, qui in Regno appellantur
Mareſcalli exercitus, vel Capitanei exercitus, &
in l. 1. C. de comitibus rei mil. lib. 12. & vbique
nominatur Mareſcallus ſecundùm Luc. in d. l.
tribuni: & olim erat officium tribuni, vt dicit in
rub. de metatis. & dicit Caſſ. parte 6. conſid. 18.
quod magiſtri militum in Gallia appellantur Mare
ſcalli, aut Capitanei, licet non ſint temporales,
vt magiſtri militum, ſed perpetui, vt dicit dict.
Hier. Cagno. poſt Zaſium in l. 2. ver. deinde. de
orig. iur. & Iac. Rebuf. in rub. C. de præfectis
prætorio, lib. 12. Comeſtabilem Franciæ fuiſſe
ordinatum ad inſtar magiſtri militum, & ad eū
æquiparari. Hæc omnia ex iuris cenſura perue-
niunt: vt dicit Clau. de re mil. libr. 1. c. 5. magi-
ſtrum militum milites in caſtris continere, ad
ad exercitationem producere, claues portarum
recipere, vigilias interdum circuire, frumenta-
tionibus commilitonum intereſſe, frumentum
probare, fraudem menſorum coercere, delicta
ſecundum ſuę auctoritatis modum caſtigare,
principijs frequenter intereſſe, querelas cōmi-
17 litonum audire, valetudinarios inſpicere: †
cuius hodie officium Comeſtabilis appellatur,
ſecundùm alios: hic hodie dicitur, *il maſtro di
Campo*.

* Prothoſpatarium Galli appellant magnum
ſcutiferum, vt dicit idem Alciat. in d. c. 34. *

18 † Hoc nomen Mareſcalli à marcha dicunt de
riuari, quod equum ſignificat ſecundùm Zaſiū
in tit. de his qui feu. dar. poſſ. & equorum pre-
fectus Mareſcallus, ſeu ſtabuli magiſter, ſecun-
dùm Iac. Spieg. & d. Oldendor. in ſua claſſe. 7.
& verbum eſt peculiare Gallię: vt omnes Franci
ci ſcriptores teſtātur, & meminit Io. de Pla. in l.
1. C. de præpo. ſacri cubiculi, lib. 12. Eraſ. autem
indicat vocem hanc barbaram eſſe, vt eruditus
Spiegel. affirmat.

* Dicitur Maleſcalcus & Maneſcalcus, Quę-
ſtor, Præſul, ſeu Præfectus, *Il Gouernator de
li eſerciti & delle corti*, quaſi calcans mala, &
erat primus honor in exercitu: cum ſit in locū
Regis Boccatius. *Trouo lui eſſere Maleſcalſco
& gran ſignore l'vno de maleſcalchi del Re de
Inghilterra. Et Dante, che fra del mondo ſi
gran Maneſcalchi*, id eſt, *primi preſi daquali
l'altri ſon retti*. Et in libro ſtabilimentorum
ſeu ſtatutorum ordinis Hyeroſolimitani: Sic
habetur in titulo de verborum ſignificatione
Mareſcalcus quò Baiuliuus conuentualis eſt ve-
nerandæ linguę Aluernię vocabulum eſt mili-
tare, quod Galli à Germanis acceptum vſur-
pant, quo nomine tribunos militum vocant:
Franciſcus Sobrious in libello officiorum Fran
cię, lib. ſecundo ex ſententia beati Ronani ſcri-
bit, vocabulum, *Mareſcalco*, idem eſſe caput
& prefectum equorum à voce marcha, quę ſi-
gnificat equum, vt ex Budeo. Mareſcalcos qua
ſi maiores & Iudices in equo ſedentes, cuius
opinionē durā arbitramur, & interpretatio ex
temporum antiquitate mutata ex ignorantia
hoīum, vel euerſione alicuius ſyllabę: Gręci aūt
Mareſcaldū prothoſtratorē vocāt, ſcdm Nicetā

hiſto.Conſtanti.ſol.94.lib.7.Et apud Francos,
Magiſtri militũ Mareſcalli nuncupãtur: vt Al-
cia.refert in lib.de ſingulari certamine,cap.34.
16 † Ferunt hoc officium magni Comeſtabu-
buli à Deo fuiſſe inſtitutum, & primum: quia
poſt creationem Angelorum prælium factum
fuit in cęlo, & Michaeli fuit data poteſtas pu-
gnãdi cũ Angelis eius, quibus fuit præpoſitus,
& tanquàm Princeps exercitus, vt hętur Apoc.
12.c.Ex hac ratione arguit Caſſ. in ſua glo.par
te7.con.8. ꝙ in Regno Franciæ Comeſtabilis
oẽs officiales præcedere debet, quin & magnũ
Cãcellariũ, cum eius officiũ fuerit inſtitutum à
Deo in Paradiſo, & in ſtatu innocentię,vt dixit
idem in conſt.Burgũ.in rub.des dro. & appar-
tẽ.& Comeſtabilem caput eſſe togatorum Fran
corum dixit Volater.lib. 29.hiſto.in tit. de ma-
giſt.Græcorum. Magis tamen nuncupari debet,
20 † Coneſtabilis, ſeu Cuneſtabulis, ꝙ̃ Comeſta
bilis,quaſi cuneus ſtabilis, ſecundũ Car. in cõ
ſi.1. Paris.§.20.ſo. 200.col.3. ſeu melius, quaſi
caput conei ſtabilis, hoc eſt conſtantis & fortis,
ſecundũ expoſitionẽ. S.Tho.de Aquino D.mei
Patroni & affinis ex materna linea in libr. 4.c.
vlt.in fi. de regim. Princip. idem exponit Luc.
in d.l. tam collatores 7. col.ꝙ Comeſtabuli di-
cuntur; quia comitiuæ ſtabiles debent eſſe, ꝙ
non debent eos relinquere, ſed corrigere,& do
cere,vt in l.milit. eo. tit. hic Comeſtabilis non
poſſet milites per Regẽ cõſtitutos ad cuſtodiã
alicuius limitis Regni deputare alibi, vt eſt pe-
riculum,& illi ſibi obedire non tenerentur, li-
cet dicant quidam Principis iuſſum non eſſe
expectandũ, ar. l.ſi longius §.1.de iud. & in l.ſi
hominẽ, mandati,tex.eſt in l. neminem: & ibi
21 Luc.de Pen.eo tit. † & ideo dicitur magnus
Comeſtabilis: quia plures ſunt Comeſtabiles
22 ſub eo ſecundùm Luc. in d.l.tam collatores †
Huius poteſtas affinis eſt illi, quam olim apud
Rom.factus dictator ſtatim creabat, ſub nomi-
ne Magiſtri militũ: vt Bud.dicit in l.fi. de ſen.
& apud Reges Rom.Trib.celerũ,& in veteri te
ſtamẽto, Princeps militiæ nominabatur,quales
fuerunt Holoſer. ſub Nabucod. Rege Aſſyr. &
alij relati per Guil. Bened.in rep.c. Raynu. in
ver.vxorem nomine Adelaſiam,nu.500.Aliqui
hanc vocẽ a Iuſtiniano vſurpatam credunt, vt
Spieg. & Baronus referunt:Pyrrus in ti. de ma
giſt. Rom.Boer. etiam ſcribit in tra. de ordine
graduum vtriuſque fori,in ver.nunc condeſcen
do,col.2. qui alle.Luc.in rub.C. de perfec. dig.
23 lib.12. † Hodie autem in Regno ex forma de
legationis regiæ hæc authoritas in multis reſi-
det penes Ill.Vice. qui ob id ſolet nominari lo-
cumtenens gen. vel quia tenet curam continuo
rum, ſecundùm aliquos, & gerit in omnibus
perſonam Regis,& eius mandato bellica tractã
tur, Duces,& Principes parent,& exercitus gu-
bernatur. Nec dicitur fieri contra authoritatẽ
offi ij prædicti: quia ſic Rex ſibi reſeruat,conce
dendo officiũ, quando Illuſtriſſ.Vicerex non eſ
ſet in Regno, alio non deputato à Rege domi-
no noſtro: Comeſtabilis cum belli calamitas eue
nire poſſet, ſua in cõmiſſis iuriſdictione vtatur.

24 † Quando creatur Comeſtabilis, extenſa ma-
nu traditur ei gladius aureus, ſub his verbis.
Accipe ſanctum gladium,in quo deijcies aduer
ſarios populi mei, ſecundùm Caſſa. in 9. parte
conſidera. 12. & refert Plinius in Panegyrico:
Tyrannum cum tali cingulo ornarei præfectum
Prætorio dixiſſe: Accipe hunc enſem, vt ſi qui
dem rectè reipublicę imperauero pro me, ſin
autem ſecus in me vtaris: ſequitur Budæus in l.
fin.de ſena. & Pyrrus in titulo de magiſtra. Ro-
ma.colum. 4.Luc.de Pen.in l.tribuni,prima co
lum.C.de re milit.libr.12.Inclitus Carolus of-
ficium Comeſtabilis concedebat ad modum
Regni Franciæ: ſic iuſſit in hoc obſeruari: vt in
25 in Regiſtro. † Sedet Comeſtabilis primus poſt
Regem, & filius Regis à manu dextra Regis,
prout legimus in parlamento Regis Alſonſi
primi 1442.

DE OFFICIO MAGISTRI IVSTITIARII.

SVMMARIVM

1 *Magiſtri Iuſtitiarij magna eſt poteſtas,& iuriſdi-ctio in Regno, & in quibus verſetur eius offi-cium.*

2 *Magiſter Iuſtitiarius, & magnus Comeſtabilis per quàm neceſſarij ſunt in Regno ad regimen ipſius Regni,vt alter ſine altero eſſe non poſſit.*

3 *Iuſtitia laudes, virtutes & miniſteria.*

4 *Diuus Gregorius orauit pro anima Traiani Impera toris propter eius iuſtitiam.*

5 *Reges Iouis diſcipuli appellantur ab Homero, eo ꝙ ab eo diſcant iuſtitiam.*

6 *Iuſtitia diffinitio,& quare dicitur conſtans, & per petua voluntas.*

7 *Iuſtitiarius quare dictus eſt magiſter, & à quo Re-ge dictus,& num. 11.*

8 *Magiſter militum quare ſic dicatur.*

9 *Magiſtratus à magiſtris dicti ſunt.*

10 *Familia de magiſtro iudice vnde ſumpſit denomina tionem.*

12 *Iuſtitiarij dicuntur hodie gubernatores Prouincia-rum,& alias dicuntur Præſides,& numero 14.*

13 *Magiſter Iuſtitiarius Prætori Romano vel Conſuli comparandus, cum maior ſit cęteris officialibus Regni.*

15 *Magiſtri Iuſtitiarij ſubſtitutus Regens eſt magnę curia Vicarię.*

16 *Regnum totum vnica cenſetur prouincia.*

17 *Magiſter Iuſtitiarius iudices habet ſub ſe plures ci-uiles,& criminales.*

18 *Magiſtri Iuſtitiarij ſubſtitutus deberet ſedere in lo co magiſtri iuſtitiarij: & tamen ex quadam con-ſuetudine præcedit locumtenens magiſter. Came-rarij: & Præſidentes Regię Cameræ præcedunt iudices magnę curię,& quare.*

19 *Præcedere is debet in dignitatibus, qui perpetuus eſt.*

20 *Præcedere quis debeat iudex ciuilis an criminalis, & fuit in facto in magna curia Vicaria.*

21 *Exercitium meri imperij dignius eſt, & excellentius iuriſdictione ſimplici,& mixta, quia cõcernit pu blicam*

blicum vtilitatem, poſtquàm verſatur in coercendo, & delicta puniendo.

22 *Imperium mixtum priuatam reſpicit vtilitatem, quia priuatorum commoda concernit.*

23 *Publica vtilitas priuatæ præfertur.*

24 *Mixtum Imperium (participans de vtroque) ab Imperio potius (tanquàm à digniori) quàm à iuriſdictione nomen ſumpſit.*

25 *Iudex criminalis tanquam dignior ciuili videtur præferendus.*

26 *Iudex ciuilis habet ordinariam iuriſdictionem, omniũ cauſarum vniuerſalem cognitionem, & ex multis cauſis debet præferri criminali, qui tãtũ delegatam habet iuriſdictionem, & ad certum cauſarum genus reſtrictam poteſtatem.*

27 *Domini ſi duo ſint in vno Caſtro alter iuriſdictionis ciuilis, alter iuriſdictionis criminalis, vter eorum dicatur dominus territorij & vaſallorum.*

Iuriſdictio ciuilis, licet principaliter priuatã reſpiciat vtilitatem, ſecundariò tamen reſpicit publicam, propter effectus, qui ſequuntur ex ſententijs.

28 *Iudices criminales hodie abſque controuerſia præferuntur ciuilibus.*

29 *Quæſtio in facto inter Illuſtriſſ. Ducẽ Montiſleonis, & Illuſtriſſimũ Marchionem Vici de precedẽtia.*

30 *Ducalis dignitas maior eſt quàm Marchionalis, & ideo præcedit Marchionem, etiam quòd ſit Marchio & Comes.*

31 *Arma foris parum valere, niſi ſit conſilium domi.*

32 *Magna res non corporeis viribus aut celeritate, ſed ingenij dexteritate, & conſilij authoritate ac ſententia geruntur.*

33 *Prudens vno conſilio plures manus vincit, & de his plura ſimilia.*

34 *Magiſtri Iuſtitiarij antiquitus maior erat authoritas, quàm hodie.*

35 *Secretarius Regius prius Regius libulenſis, vel notarius Regius dicebatur.*

36 *Magiſter Iuſticiarius maius luminare à Federico appellatus, ſub cuius aduẽtu ſilet luminare minus.*

37 *Obſeruantia, quæ eſt in magna curia Vicaria magiſtri Iuſtitiarij, debet eſſe in alijs curijs.*

38 *Tranſumpta inſtrumentorum & priuilegiorũ fiũt in magna curia abſque citatione partis.*

39 *Magiſter Iuſtitiarius ſedet primus à ſiniſtra domini Regis.*

40 *Præeminentiæ plures Magnæ Curiæ Vicariæ domini magiſtri Iuſtitiarij.*

SECVNDVM officium eſt ma-
1 giſtri Iuſtitiarij, cuius poteſtas
† & authoritas deſcribitur in
pluribus conſtitutionibus, &
extrauagantibus Regni, & eius
iuriſdictio tã in ciuilibus, quàm
in criminalibus cauſis, ac etiã feudalibus & qua
ternaris de Baronia & de Comitatu, & in cauſis
appellationum, vbi etiam a delegato Regis ap-
pellatur, in toto regno fundata eſt: & habet
omnes Regni Duces, Principes, & Barones ſub
eius iuriſdictione & cognoſcit de criminibus læ
ſæ Maieſtatis, vt plenè habetur in noua conſti
tutione Federici Imperatoris incipiente, Statui
mus, & in conſti. magnæ Curiæ: & in conſt. poſt
2 magiſter Iuſtitiarius. † Ex hoc patet magna
prudentia Principis, qui officia iſthæc omnia in
ſuo Regno conſultiſſimè ſtatuat vt qui poſt ma
giſtrum equitum, poſt Ducem exercitus, poſt
Principem bellicum, poſt Tribunum celerum,
poſt magnum Comeſtabilẽ, Iuſtitiarium quoq;
iungere conſueuerit, pro iuſtitia adminiſtranda
quaſi duo ſint cunei ſimul iuncti, & connexi, ac
ea quaſi cognatione cohæreant, vt vnus ſine alio
parum, aut nihil proſit pro guberno & prote-
ctione Regni, vt notatur in procœ. inſti. idem di
xit tex. in l. 1. C. de Iuſtinia. C. cõpo. quod ſumma
reipu. de ſtirpe duarum rerum, armorum atque
legum veniens, vimque ſuam exinde mu-
niens, fęlix Romanorum genus anteponi natio
nibus, omnibusque dominari, tam præteritis
effecit tẽporibus, quàm Deo propitio in æternũ
efficiet. Iſtorum officiorum, alter alterius mini-
ſterio ſemper eget. & res militaris legibus in tu
to locatur, & leges ipſæ armorũ ſeruantur præſi
dio, & intra ſe per iuſtitiam, & extra ſe per mi-
litiam, præcipuum fit decus & ſtabilimentum
Regni, quale eſt militaris diſciplinę tenaciſſimũ
vinculum, in cuius ſinu ac tutela ſerenus, tran-
quillusque beatæ Pacis ſtatus requieſcit, vt re-
fert Val. Max. lib. 2. de milita. diſcipli. in prin. &
ob id à Romanis Mars Imperij pater appella-
tus eſt Põponij hiſtoria relata per eum in l. 2. §.
quod ad magiſtratus attinet: & in §. exactis, de
orig. iur. Congruum ſatis videretur ad prędicta
me referre, cum omnibus poſſint eſſe aperta,
qui rem Romanam non ab hiſtoricis ſed à tam
graui iureconſulto percipere velint: Poſuit ma
giſtrum Iuſtitiarium velut omnium virtutum
Principem ſecundùm Ariſtot. in 6. Ethi. dum il
la conſtat in terra. Rex regnat, dicit tex. in epi-
3 ſtola inter claras. C. de ſum. tri. & fi. ca. † Vin-
culũ eſt ſocietatis humanæ, dicit Seneca in lib.
de quatuor virtutibus, & ſine ea non ſolùm reſ
publica, ſed nec exiguus hominum cętus, nec
parua domus conſiſtit, dicit Zaſius in ſermoni-
bus, allegando Platonem, magis Regna eſſent
latrocinia, niſi iuſtitia ſuo libramine omnia ter
minaret, Pax dicitur eſſe populorum, ſecundùm
Cypri. de 12. abuſioni. tutamen patrię plebis
immunitas, & omnium hominum gaudium, &
ideo Plato omnium bonorum maximum eſſe af
firmat, in lib. de repu. quem ſequitur Franci-
ſcus Patricius in lib. de inſtit. reip. (habeo ad pẽ
4 nam) & ibi de laudibus iuſtitiæ, † & Traiani
Imperatoris, pro cuius anima diuus Grego. ora
uit, vt habetur in legenda eius. & meminit Luc.
5 de Pen. in l. 2. in 2. col. C. de exacto. trib. † &
fingit Homerus Reges diſcipulos eſſe ſummi
Iouis, à quo iuſtitiam primò ediſcant, quam in-
ter mortales obſeruent, & eã omni ſtudio, om-
6 nique diligentia tueantur † & ideo Vlpianus
diffinit, conſtans, & perpetua voluntas eſt ius
ſuum vnicuique tribuẽs, perpetua dicitur: quia
Regias ſedes per ſuccedentes generationes fir-
mat, & corroborat, vt dicitur Prouerbiorũ c. 9.
Rex, qui iudicat in veritate pauperes, thronus
7 eius in æternum firmabitur † Generoſus Rex
in inſtitutione huius officij, quod credidit per
omnia

omnia ſuo Regno neceſſarium fore, nõ Iuſtitia
rium, ſed cum adiectione magiſtri, conſtituit eũ:
vulgò dicitur, *lo gran giuſtitiero*, vt demonſtret
honorem eius, dignitatem, & excellentiam ex
deſignatione nominis, vt in §. 1. inſti. de dona. &
in l. aget. §. fi. de verb. ſigni. Appellauit ipſum ma
giſtrum, cui totius rei negotij, & Regni guber-
nationem commiſit, vt in l. 1. §. 1. de exercit. &
in l. actor, rem ratam haberi, & in l. Item magi-
ſtri, de pactis, & 2. Regum c. 10. Princeps mili-
tum, magiſter militiæ dicitur: de quo per Hoſt.
in ſumma, de magiſtris. §. 1. & docto. en. tit. &
vt ad eum præcipua diligentia omnium, quæ ad
Regni conſeruationem pro iuſtitia adminiſtrã
8 da, ac maior cura incumbat, † dictus eſt ma-
giſter militum, ſecundùm Luc. de Pen. in l. fi. 1.
col. C. de re mili. à monſtrãdo, quia debet docere
milites: vt dicit Luc. in l. fi. C. de re milit. vel quia
maior eſt in ſtatione militum, ſecundùm Caſſa
ĩ d. loco Magiſtrũ nũcupauit. De Magro militis
9 tus Liuius 4. li. 3. decadis, & de Magiſtro populi
Cicero de finibus 3. de Magiſtro armorũ Amia.
Marcelli. li. 21. 26. & 29. Dictator primò vel Im
perator erat Imperio cõſtituto: cũ Imperatoria
vox monarchię accõmodata eſt, vt inter eos di-
ſcrimen eſſet ex dictis Cicer in primo loco. Et
probatur in l. cui præcipua. de ver. ſig. cui rerũ
præcipua cura incumbet, & qui magis in re-
bus diligentiam & curam prẹſtant, quàm alij,
Magiſtri appellantur. Idem Caſſa. in d. loco.
hinc magiſtratus à magiſtris dicti ſunt, vt in l.
quibus, de verborum ſignificationem & Deu
terono. capit. 16. Iudices, & magiſtros conſti-
tues in omnibus portis tuis, vt iudicent popu-
10 lum iuſto iuditio. † Ex hac denominatione
ſumpſit gẽericulum familia de Magiſtro iudice,
à magiſtratu iudicandi, quę generis nobilitatẽ
11 ſua deriuatione confirmat. † Hoc ſtatuit Fe-
dericus Imperator in ſua conſti. iuſtitiarij no-
men & normam, & in conſti. magnę curię: vbi
normam, & iuſtitiæ ſpeculum Magiſtrum iuſti-
tiariũ appellat, ab effectu nominis, & ſupra om-
nes Regni iuſtitiarios, q plures ſunt in Regno,
Regiones varias gubernantes, & iuſtitiam ad-
miniſtrantes: ſicut in Apibus vnus Rex c. in api
bus. 7. q. 1. Ita ſupra oẽs iuſticiarios vnus Magi-
ſter iuſtitiarius, prout in Regno inſulæ Siciliæ:
vt in conſt. Fede. Capitaneorum, & in conſt. oc
12 cupatis nobis. † hodie gubernatores prouin-
ciarum ſunt, quamquam vendicant, & vſurpãt,
licet pluraliter loquatur Federicus in conſt. fide
13 lium noſtrorum. † Et ex hoc poteſt colligi
Magiſtrum iuſtitiarium Prętori Romano, vel
Conſuli comparandum, cum maior ſit cęteris
officialibus Regni, & tanquàm capitis membrũ
ſecundùm Iac. Spieg. vel ſecundùm Alciatum
in l. cui pręcipua, de verb. ſig. cum per Imperiũ
alijs ſit potentior, omnem habet coerctionem
vindex eſt omnium delictorum, omnis ſexus,
omniſq; perſona, & ſi illuſtrior ſit alijs, eius pa-
14 ret Imperio. † Federicus Præſides appellat,
in cõſt. Pręſes Prouinciarũ, & alibi glo. in proœ.
conſti. in ver. gladij. Gladius eius vibrat in om-
nes ex conſtitutione Federici Imperatoris: cũ ſe
cundùm Luc. de Pen. in l. ſi cum ingenium. C. ne
quis liber inuitus. libro vndecimo, officium
prẹſidis: vt puta, in Regno gerit Magiſter iuſti-
tiarius, quantùm ad regendam iuſtitiam, illi di
gnitati forte poteſt adaptari Magiſtri iuſtitiarij
15 ſubſtitutus, † quem Regentem magnę Curię
vocant. Pręſes, vel Proconſul, ſecundùm aliquos,
quorum authoritatem non ſequor, & ſi à Rege
deputetur, & creet ur, & nõ ab ipſo Magiſtro iu
ſtitiario, regit ipſe magnam curiam cum iudici
bus ordinariam iuriſdictionem ex antiqua con
ſuetudine obtinens, & forte ex conſt. ſtatui-
mus, licet hodie delegentur cauſæ illis, & ab eo
cauſarum fiat diſtributio, & exercet eius nomi-
ne iuriſdictionem Magiſtri Iuſtitiarij nõ ex hoc
Præſes vel Proconſul, de quo in tit. de offic. Prę-
ſidis, & in tit. de officio Proconſul. & legati, ſa-
16 tis inter eoſdem diſtat re & nomine: † cum
hodie totum Regnum vna ſit Prouincia, vt di-
cit Luc. de Pen. Nec ſatis liquet his, q de Roma
norum magiſtratibus nouiſſimè ſcripſerunt in
l. 1. de offi. eius, cui man. eſt iuriſdictio, nomen
eſt nouum in Regno. ſicut & alia plura ex Re-
gionibus diuerſa. Budęus vir doctiſſimus reſpi-
tat in comparatione officiorum Regni Franciæ,
quàmuis ei aliquid accedit ex dictis per Caſſa.
parte. 7. 10. conſi. Pyrrus, Caſſa. Tiraquellus Ni-
colaus Boerius, & alij viri or. doctrina, & digni
tate præditi, hodie nulla eſſet æquatio vel affini
17 tas, ex his quæ conſpicimus & cernimus, † vel
poteſt dici eum curiæ prẹfectum eſſe, cum om-
nibus in ea curia prẹſit, ac quatuor iudicibus in
ea aſſiſtentibus, vt vult tex. in di. cõſt. & in glo. q̃
dicit habuiſſe ortum ex. §. quia verò competens
in authen. de iudicibus, col. 6. maiores magiſtra
tus penes ſe habere debere quatuor iudices cau
ſarum experimento probatos, & legum ſcien-
tia peritos, ac iuſtitię zelatores: licet hodie ſint
ſex, & habeant diſtinctionem iuriſdictionis ciui
lis, cui duo adſunt, & criminalis, cui quatuor
incumbunt, olim erant ferè decem, ſecundùm
Luc. de Pen. in l. cõperimus. C. de proxi. ſacro.
ſcri. libr. 12.
18 † Hic Regens magnam Curiam, cum depute-
tur à Rege, & ſit locumtenens Magiſtri Iuſtitia
rij, deberet ſedere in loco Magiſtri Iuſtitiarij, cũ
gerat vices eius, iuxta no. Bar. in l. ſi filius, de le-
gatio. & eſt tex. in c. pręcipimos. 93. diſt. no. Luc.
in l. pręcipit. C. de cano. largi. titu. lib. 10. Iacob.
Rebu. in l. 1. C. de collegiatis, lib. 10 Tamen Lo-
cumtenens magni Camerarij pręcedit ipſum, &
Pręſidentes Regiæ Camerę pręcedunt iudices,
qui habent iuriſdictionem ordinariam, vel à le-
ge Regni, vel ex vetuſta conſuetudine, & appel
lantur Regij Conſiliarij, & illorum officium po
ſterius eſt in ordine officiorum, vt infra dicam;
hoc forte procedit: cum illorum officiũ ſit per-
petuum, vel ad beneplacitum, quod perinde ha
betur, vt in l. iuriſperitus, in princ. de excuſat.
tuto. Bar. & docto. in l. centeſimis. §. fi. de verb.
oblig. Iudices verò & Regens ſolent deputari
ad annum, & ad plus per biennium, quamquã
etiam Patrimonio domini Regis continuam
operam præbeant, vt illis prior ſedes, locus con
ſpectior

ſpectior; loquendi, decernendiq́ue facultas tri-
bui debeat.ar.tex,in l.2.C.de offi pręf.prætorio.
notat Io.de Platea in l.fi. C. de decurio.lib.10.
19 & in l.1.C.de præpo. ſacr. cubicul. † & in di-
gnitatibus is præfertur, qui eſt perpetuus.l.ne-
mo. C. de offi.magiſt. officio. & hoc in actibus
indifferentibus, prout in ſeſſione apud domi-
num Proregem,& alijs non concernentibus qua
litatem officij iudicum, in qua ipſi præferun-
tur,ex dictis plu.per Caſſa.in 8.parte.14.cōſid.
20.† Dum eſſem iudex in magna Curia Anno
Domini 1545.iuxta ordinem Sacrę Maieſtatis,
fuit controuerſia inter duos iudices ciuilem &
criminalē Hiſpanos quis eorum præcedere,prę
loqui, & præſedere deberet: Pro criminali facit
exercitium meri imperij,quod dignius eſt & ex
cellētius iuriſdictione ſimplici,& mixta,& ver-
ſatur circa ea,quæ publicam vtilitatem concer
nūt,coercere, & punire delicta: vt in c.vt famę.
§.fi.& in glo.de ſent.excom.

* Merum Imperium circa perſonas conſiſtit,
ciuilis autē iuriſdictio circa res verſatur, ideo
dignius.§.1. de rerum diuiſ. *

21 † Mixtum autem Imperium reſpicit vtili-
tatem publicam, iuriſdictio priuatam, & com
22 moda priuatorum, † ſed publica vtilitas
præfertur priuatę,vt in l.vnica.§.penul.C. de
23 caduc.tollend. † Et quia merum Imperium
eſt dignius,quàm iuriſdictio, ideo mixtum par
ticipans de vtroque aſſumpſit nomen ab Impe-
rio,& non à iuriſdictione, vt not.May.& alij in
24 l.Imperium,de iuriſdi.omni.iud. † Ideo vi-
debatur criminalem iudicem,veluti digniorem
25 pręferendum. † Pro ciuili facit omnium cau
ſarum vniuerſalis cognitio. & dicuntur habere
iuriſdictionem ordinariam, vt ſupra diximus.
Criminales autem delegatam.ex quo eorum po
teſtas reſtringitur ad certum genus cauſarū, vt
in l.ſolemus.§.latrunculator,de iudicijs, ideo
dignior in actibus indifferentibus,ipſe etiā in-
terponit decreta pro tribunali in cauſis occur-
rentibus criminalibus,dum regitur curia,& ad
ipſum poteſt referri tex.in l.prima de iudicijs,
26 ideo dignior. † In Regno quando vnus domi
nus habet iuriſdictionem ciuilem, & alius cri-
minalem. dominus iuriſdictionis ciuilis dici-
tur dominus territorij,& vaſallorū,& ſibi præ-
ſtatur iuramentum fidelitatis,& fit ſubuentio à
vaſallis,& non domino habenti iuriſdictionem
criminalem, qui quodammodo videtur eſſe in
dea delegatus ad vtilitatem publicam, vt defini
nit diuus Alfonſus Rex, pro Abbate Sancti Ioā
27 nis in lamis.1443.23.Ianuarij. † ſic etiam vi-
debatur pro iudice ciuili,qui licet officium ſuū
petētibus impartiatur circa priuata, ſuſtinetur
tamen reſp. ex ſua adminiſtratione, dum finem
imponit litibus,& controuerſijs, ex quibus iur
gia continuò oriuntur,ar.l.ſi quis ingenuam.§.
in ciuilibus de capti,& diffiniendo lites per ſen
tentiā, iam exercet ea,quæ publicā ſapiunt vti-
litatem, vt in l.properandum. C.de iudicijs, &
cum cauſarum ciuilium plenior & amplior ſit
numerus,& pęnè infinitus,quibus mox illicò &
confeſtim oportet vt plurimum dare reſpōſum
audire Pauperes, Mulierculas, Artiſtas, Pupil-
los, Aduenas, Carceratos, & Peregrinos. Proli-
xior eſt eorum labor,quàm criminalium iudi-
cum,qui pro tempore negotia metiuntur, li-
cet grauioribus occupentur. Ad hanc quæſtio-
nem videri poterunt, quæ ſcribit Caſſa. in ſua
gloria,parte.7.conſide.26.& Purpuratus in l.1.
28 col.40 de offi. eius,cui man.eſt iuriſdi. † Sinu
controuerſia hodie iudices criminales præce-
dunt, & ciuilibus in honoribus præferuntur,
ſed eſſet ſuper hoc plenius agitandum.Nam an
tiquior fuit cauſarum ciuilium cognitio. Item
& ipſarum iudicum creatio, ideo dignior.l.1.
de albo ſcrib.& l.1. C.de conſul.lib.12.crebior
eſt cognitio cauſarum ciuilium, & frequentius
eueniūt contractus, quàm delicta,ideo dignior
videri poteſt,qui in illis verſatur,arg.l.2.§.fi.&
ibi gloſ. de ver. ſig. fuit etiā ſub ciuilibus iudi-
cibus cognitio cauſarum criminalium, retinét
ergo memoriam amiſſę dignitatis,l. fi.C.de in-
ſtitu,& ſubſtitu.l.iure ſuccurſum de iur.dot.o-
dioſa videtur exercitatio criminalis iuriſdictio
nis,& plena mętoris propter pęnale ſæueritatis
iudicium, ideo fauoribus ampliari non debet,
arg.l.cum quidam. de lib. & poſthu. & c.odia
de reg.iur.in 6.
29 † Similiter hodie quarto Ianuarij.1551.fit
quæſtio de præcedentia inter Illuſtriſſ. D.Ducē
Mōtiſleonis aſſumptum in collaterali Conſilio
Conſiliarium,& illuſtriſſ. D. Marchionem Vici
collateralem Conſiliarium: Quia Dux præten-
30 dit Marchionem præcedere, cum maior † ſit
dignitas Ducatus,quàm Marchionatus, ex ordi
ne literæ in c.1.quis dicatur Dux, Comes, vel
Marchio,& in capitulo fundamenta,de electio.
in 6.& in c clericis,de immun. eccl.in 6.& Dux
præcedit Marchionem,etiam ſi ſit Marchio, &
Comes,ſecundùm Lodo.conſi.334.quò ad pri
mum prima col.cum nulla dignitas prædicto-
rum maior ſit ad præcedendum aliū ſecundùm
Caſſa.in ſuo Catalogo, in 5. parte conſid.46.
& in 10 parte conſid.33. & in cōſt.Borg.in pę.
in ver.Dux,& ideo fit à maiori, & digniori de-
nominano, ſecundùm Innoc.in c.ſolitę de ma-
ior.& obed.ar.l.quęritur,de ſtat.hom & in l.cū
ex aliqua.de acquir.re.dom.not.Iacobinus in
ſua inueſtitura feudali, in ver. Dux, & in ver.
Marchio, & Dux pręcedit Marchionem, quia
prius nominatur, ſecundùm Sand.in rubr. de
maior.& obedien. col.3.not.Archid.in c.1.de
decimis in 6. Mayn. plura in l.2.§.prius. & ibi
Moderni de vulgari & pupillari. Et primò fuit
dignitas Ducatus, quàm Marchionatus; vt le-
gimus in Lampridio, Heliogabalum prępoſi-
turas,& Ducatus, & officia vendidiſſe: Mar-
chionatus autem ex poſt ortum habuit,& eorū
origo obuenit à limetaneis præpoſitis,ſecūdùm
Claudium,de re militari libro tertio, c.30.qui
ab Alexandro Seuero in limitibus diſpoſiti tue
rentur pręſidijs loca, ne hoſtes irruerent: vt
idem Lampridius ſcribit in vita Alexandri, &
in dignitatibus attenditur prioritas inſtitutio-
nis: vt tradit dominus Ioannes Baptiſta Cac-
cialupus in ſuo ſolemni tractatu de pręceden-
tia

tia Religionum: & Caſſ.in 4. parte,conſid.53.
& alibi ſępe Germanica lingua,limites prouin-
tiarum vulgò Marchæ dicuntur,ſecundùm Ol-
dendorpium, & alios poſt Iacobum Spiegeliũ:
hic Dux in conſilium non ſub nomine proprio
aſſumitur, ſed appellatiuo dignitatis ſuæ,vnde
ea dignitas inuenda eſt,ar. tex.in l. pen.de ſti-
pula.ſeruorum,& in c.quoniam Abbas: de offi.
delega.& plura nota.per Abb. At Marchio ex
prioritate electionis tuetur ſe, ex l. 1. de albo
ſcriben. & ex regula.l.qui prior, de regulis iu-
ris,& in c.antiqua,de priuilegijs, quæ habet lo
cum in honoribus, ſecundùm Sandæum in d.
rubrica, per l.honores.de decurio. & titul.Du-
catus non ſit conſiderandos: cum Rex non inſi
gnia dignitatis inquirat,ſed animi iuditiũ,per-
ſonæ que ingenium, & in bellicis dexterita-
tem. Appellatur enim Conſiliarius guerrę à
conſilijs denominatur.Ergo non à dignitate ti-
tuli,domi.Rex conſilium expetit,& non monu
menta dignitatum, ex pręcepto Marci Tullij,li
31 bro officiorum primo. † Parum arma foris va
lere,niſi ſit domi conſiliũ,refert Abb.ĩ c.ex mul
ta.§. primo, extra de voto: & eiuſdem Marci
32 Tullij in Lelium dicentis. †Non enim viribus,
aut velocitatibus, aut celeritate corporum res
magnæ geruntur, ſed conſilio, authoritate, &
ſcientia: & plus habeat in ſe prudentia ponde
ris & momenti,quàm corporis robur,ſecũdùm
Homerum lib. 23. iliados, quẽ ſequitur Caſſa.
parte 11. conſideratione 8. Refert Trogus Pó-
peius libro 11. Alexandrum Macedonem victo-
riam obtinuiſſe,quia conſilio gubernauit exer-
citum,& ſcribitur Sapien.c.ſexto,melior eſt ſa-
pientia,quàm vires,& vir prudẽs,quàm fortis,
33 & melior forti eſt ſapiens vir † & prudens vno
conſilio multas manus vincit: Valerius Maxi-
mus in titulo, de ſapienter dictis affirmat, Sci
pionem dicere, Turpe eſſe viro militari dicere,
non putaram, at explorato & excuſſo conſilio,
quę foro aguntur adminiſtrari oportere arbitra
batur.Cum irreuocabilis ſit error, qui violẽtiæ
Martis committitur. Hinc ait Titus Liuius ſe-
cundo libro de bello punico. Malo te ſapiens
hoſtis metuat,quàm ſtulti ciues laudent,omnia
audentem contemnet Annibal,nil temere agẽ-
tem metuet. Pro hac prudentia adiungitur in
conſilium,cum Rex arbitretur eſſe virum ſapiẽ
tem,ar.tex.in l.poſtliminium.§.fin.de captiuis,
Ioannes de Plat.in l.prima.C.de conditis in pu
blicis horreis,lib.10. notat Luc.de Pen.in l.for
tiſſimi,ibi, quantum ſapientia.C. de eroga.mi
lit.annon.lib. 12.& dominus Bartholomæus
Cepol.plura in ſuo tractatu,de impera.militum
elig.hoc agit principaliter Rex,habere conſiliũ
viri prudentis,fideliſſimi, deuoti,expertiſsimi,
ac ſcientiſſimi,vt eius iudicio perſonã,filios, fa
miliam tueatur & Regnum.Dignitas autem ac-
ceſſoria eſt,quę iudicium dicentis magis probat
ac illuſtrat, ex authoritate proferentis, & cum
ſint talia in Duce,ex ſua perſona, vltra ſuorum
veterum fidem & dignitatem, ac gloriam pro
ſuis ingentibus meritis electus cenſetur; argu.
l.meritò.pro ſocio,dicit Fed. in conſtit. officia
quæ perſonis,& ſua induſtria attenta, ar.l.inter
artifices, de ſolut.& naturalis æquitas patitur
hominem tantę virtutis pręmio extollendum,
vt in l.& virtutũ.C.de ſtat.& ima.Nec nomina
tio dignitatis vim facit,cum ſit appoſita gratia
perſonę demonſtrandæ,ex dictis in d.c.quoniã
Abb.& not.Andr.in c.1.§.huius autem generis
3.col.ex quibus cauſis feudum amit. Vnde non
alteratur principale propoſitum, quod ex rei
qualitate dignoſcitur,& perſonę meritis, ex di
dictis per Bal.in conſi. 194.præmiſſis verbis, 2.
vol. ex no.per And. in c. 1. §.& quia,de his qui
feudum dar.poſſ.ar.tex.in l.plenum.§. equitij,
de vſu & habit.de quo per Ruy.in conſi. 104.
in quinto vol.& in conſilio 120. in ſecundo li
bro.Poſſent pro vtroque domino multa adduci
quorum aliqua ſuperius expreſſimus in cauſa
domini Principis cum domino magno Cancel-
lario.res eſt in litis exordio. ſoluent Domini iu-
dicantes pro dignitate viri clariſſimi, ac doctri
na celeberrimi,proceſſu inſtructo,circa conſue-
tudinem,vt inſpiciatur dignitas maior, & non
ordinis promotio,vt ſupra diximus,& not. Ti
raquellus in tract.nobili. c. 20. nu.54.& Iaco-
bus Rebuffus in l.prima.C.de conſulibus, lib.
12.& viſis allegationib.Aduocatorum, qui ſcri
bent doctiſſimè pro authoritate perſonarum,
ac veritate cauſæ, audio fuiſſe pronunciatum
pro Marchione: cum illa dignitas Ducalis in
hoc non fuerit ſpectanda.

Conſiliarij guerrę, an dicantur eſſe iudices
militares,qui iudicant, quid in militia & bello
ſit agendum, vel iudices militares propriè dicã
tur, *li auditori del Campo*: qui aſſiſtunt Tribuno
vel Duci, vel Comeſtabulo, proferentes ſen-
tentias contra delinquentes in exercitu,remit-
to me peritioribus.

34 Maior erat antiquitus † authoritas Magi-
ſtri Iuſtitiarij, quàm hodie, cum ſupplicatio-
nes, quæ offeruntur Regi, tam ab hominibus
Imperij,quàm Regni,ſiue gratię eſſent, vel iu-
ſtitiæ, debebant in eiuſdem deuenire manus,
qui de ſero eiuſdem diei, vel ſequenti cum con
ſilio vnius iudicis petitiones, quæ ſuum officiũ
concernebant, decretabat cum ſigillo Imperij
& Camerę. Illę verò quæ erant expediendæ ſub
forma Cancellarię Regię, vel Regia Maieſtas cõ
ſulenda erat, idẽ Magiſter Iuſtitiarius ſub ſuo ſi-
gillo remittebat per nũtium proprium, vel vnũ
ex ſupplicantibus ad Regium libellẽſem, ideſt
35 ad notarium Regium, † qui hodie dicitur
Secretarius Regius,prout exponit dominus Ni
colaus Boerius in cõſu. Bituri.in gl. in ver. no-
tariorum,fol.18.ſic ſtatuit Imperator Federicus
36 in coſt pręcipimus,in 1.libro † & non ab re
appellauit idem Federicus Magiſtrum Iuſtitia-
rium maius luminare, vt dixit in conſt.hono-
37 rem,ſub cuius aduentu ſilet luminare minus. †
Et quod ipſe in ſua curia obſeruat, aliæ Regni
curiæ obſeruant: vt dicit Andr.in conſt.puri-
tatem,quò ad deciſoria, vt dicit Andr. in cõſt.
nihil veterum,non quò ad litis ordinatoria, di
citur curia domini Regis, vt diſpoſuit Federi-
cus in conſt.contingit,& in conſt. in pecunia-
rijs

niarijs, & tribunal eſt ſupremum & veteran-
dum, vt dixit in conſt. appellationum tempora
& ideò dat reſponſa omnibus officialibus eum
conſulentibus, vt dicit Imperator in conſti. iu-
ſtitiarios, & ſine ſalario, vt not. in conſt. ſtatui-
mus, & dicunt Moderni in conſt. baiulos in 14.
38 not. † quod facit tranſumptum inſtrumenti vel
priuilegij ſine partis citatione, cui addo. d. An-
tonium de Alexandro in authen. ſiquis in ali-
quo. C. de eden. & hoc per authoritatem tribu
nalis. Hodie ſupplicationes prædictæ offerun-
tur domino Viceregi, vel illas, quæ ſunt de iu-
ſtitia, prouidet ex authoritate ſui officij Protho
notarius, vt dicit Luc. de Pen. in l. prima. C. de
Magiſtris ſcrineorum, libro 12. & dicam de eo
ſuo ordine. illud conſtat, hoc officium Magi-
ſtri Iuſtitiarij in Regno non fuiſſe inſtitutum
ab eodem Federico, ſed à ſuis veteribus, vt idẽ
Feder. affirmat in conſt. prædicta, purpurea eſt
veſtis, qua induitur idem Magiſter Iuſtitiarius
pro ornamento ſui officij, quando capit poſ-
ſeſſionem officij, vel in aduentu domini Regis
in ſolemnitatibus etiam, vel quãdo ducitur ad
39 ſepulturam. † Sedet autem primus ex parte
ſiniſtra domini regis, prout legimus in parlamẽ
to Neap. celebrato tempore Regis Alfonſi Pri-
40 mi anno Domini. 1442. die 28. Februarij † Si
quis velit ſcire præeminentias, quas habet ma-
gna Curia, quę regitur ſub Magiſtro Iuſtitiario,
videat practicos Regni, & quæ his ſimilia ſcri-
bit Dominus Petrus Rebu. inſignis practicus
Galliæ in conſt. Regia curia Magiſtri Iuſtitia-
rij, hoc habet ex pręminentia. Primò vt cogno
ſcat de pręſentationibus inſtrumentorum,
licet hoc ex forma priuilegiorum, tam Baro-
nes, quàm alię curiæ Regni cognoſcant. Secun-
dò ſuper recognitione ſcripturæ proprię manus
dando terminum ad probandum, aliàs ad ſoluẽ
dum facta ipſius recognitione. Tertiò ſuper ho
micidijs clandeſtinis. Quartò ſuper feudis qua
ternatis. Quintò ſuper guerra mota. Sextò ſu-
per delictis officialium. Septimò nunquam ci-
tatum ad recognoſcendum remittit, niſi prius
recognoſcat, & hæc ab antiquis percepimus ca
pta informatione.

DE OFFICIO ADMIRATI MARIS.

SVMMARIVM.

1 *Admiratus maris quis dicatur, quale officium ſit, & circa quę verſetur, & de poteſtate, iuriſdictio ne & cognitione ipſius.*
2 *Admirati officium quo tempore introductum an Romanorum vel Conſtantini Imperatoris & quibus nominibus antea nuncupabatur Admiratus.*
3 *Conſtantinus Imperator in Byzantium Imperium tranſtulit, quę à ſuo nomine Conſtantinopolis, ſeu noua Roma appellata eſt.*
4 *Ciuitas ſcbalarum Amalfia, ac Rauelli à vetuſtis Romanorum principalibus conſtructæ ſunt, dum ex fractura & naufragio nauium Conſtantini Imperatoris Lucaniam appulerũt in mare ſilaris.*
5 *Coſta Amalfię Colonia Romanorũ appellabatur.*
6 *Ciues Coſtæ Amalfię frequenter de nobilitate contendunt: quia ex patribus Romanorum habent originem.*
7 *Ciuitas Amalfię vna græcorum ſedes inſtituta.*
8 *Tabula Amalfia maritimas quæſtiones decidit.*
9 *Admiratus creatur à ſolo Imperatore domino terrarum, & maris, & eſt de Regalibus.*
10 *Admiratus eſt Capitaneus maritimus, cuius officium ſpectat ad Regem.*
11 *Magiſter Portulanus cuſtos eſt portus, qui dat licẽtiam, vt naues à portu diſcedant.*
12 *Magiſtri paſſuum ſunt cuſtodes paſſuum, qui ſunt cõſtituti, ne arma vel equi extrahãtur à Regno & ad inimicos aſportentur.*
13 *Admiratus an ueniat appellatione officialium.*
14 *Marinarij qui dicantur, ſeu qui dicantur viuere ex arte maris, etiam ſi aliquod officium exerceant in terra ad finem vt ſint de foro Admirati.*
15 *Admirato, ſeu Viceadmirato creditur in eius literis, patentibus, in quibus aſſeritur, aliquem eſſe ſuæ iuriſdictionis, ipſumque abſentem pro Regio ſeruitio.*
16 *Hoſtica exceptio opitulatur etiam ſeruientibus & militantibus in mari pro ſeruitio Regio.*
17 *Hoſtica exceptio locum habet, ſiue quis per ſe ſiue per eius procuratorem litiget.*
18 *Exceptio hoſtica fauore publico introducta eſt principaliter, & ideo competit etiam cõtra mulierem petentem dotem, in quo iuditio verſatur priuata vtilitas licet ſecundariò publica.*
19 *Iuriſdictio Admirati magna eſt & ad multa ſe extẽdit tam circà claſſem, quàm homines ſibi ſubditos, quàm etiam circa cuſtodias littorum, tam in terris Demanij, quàm Baronum.*
20 *Conceſſione facta terrarum non veniũt littora maris, quatenus ſe protendunt per iactum maris: neque veniunt pertinentia ipſorum terrarum quatenus à maritima trahitur per iactum baliſtæ.*
21 *Littora & maritima hodie cuſtodiuntur per Magiſtrum Portulanum.*
22 *Littora & maritima ſunt de Regalibus, & ideo nõ veniunt in conceſſione terrarum, niſi expreſsè dicantur.*
23 *Magiſtri Portulani officiũ eſt cuſtodire portus Regni, qui alio nomine dicitur Liminarcha.*
24 *Liminarcha quis dicatur contra opinionem gloſ.*
25 *Magiſtri Portulani officium neceſſarium, tum propter cuſtodiam portuum, ne inuadãtur ab hoſtibus, tum etiam propter extractionem, quę fieri poſſunt alia traiectitia & aſportabilia.*
26 *Aedificium in mari factum dicetur priuatum.*
28 *Portus ſunt Regis, & nemini in Regno licitum eſt conſtruere portum ſiue Baro ſit, ſiue priuatus, ſiue ciuitas.*
29 *Admiratus Regni ſedet à dextera Regis poſt magnum Comeſtabilem.*
30 *Admiratus Regni Sicilię utitur inſigni bireto.*
31 *Inſtrumentum ſecundum formam Ritus magnæ Cur. Vicariæ, an poſſit præſentari in curia Magiſtri Admirati.*

TER-

1 TERTIVM Officium Regni eſt † Admirati maris, ad cuius officium ſpectat reparatio & conſtructio vaſſellorum Regię curiæ, iu quibus poteſt aliquem ſuo loco deputare, & vaſella omnia cum affixis & corredis vodecunque veoeriat cuſtodire, & armatam io Regoo facere de ſcientia Regis, & ibi ſtatuere pœnam realem & corporalē, & babet iur iſdōnē ciuilē & criminalē in oēs Protontinos, Comitos, maſtros Calefatos, Caoamparios, Carpentarios, & omnes Marioarios, ſeu quoſcunſque alios, qui eorum vitam ex induſtria & arte maris ducuot: & alios plures vſque ad numerum quinquaginta, cum infinitis alijs poteſtatibus in capitulis dicti officij per extenſum poſitis & deſcriptis. Admiratus ſecundùm Eraſmum dicitur curator littorum, ſeu Præfectus maris, ignorare ſe affirmat, cuius linguę ſit, aut vocis, ex barbaro Imperio euaſiſſe putat, vt tradit. D. Iac. Spieg. io ſuo opere.

* Sarraceuica vox eſt, poſt annum Domiui 800. diuiſo imperio cum Nicephoro Imperatore Coſtantinopolitano, cui omues Sicilia, Calabria, & Appulia ceſſit. Carolo aūt Magno oīs Italia: Saraceni quatuor principes habere cępe runt, hos Admiratos uocauerunt, Fr. Thomas iu hiſtor. Scolaſt. fol. 406. Item Admiratus vox Prouenzalis eſt, *El Capitaneo dell'armata di mare & etiam di terra*, à greco ſumpta. *Ille* etiam qui pręeſt ſupra decem milia hominum dictus eſt Admiratus, qui pręeſt multis, & numerus mille pro magna quantitate ſumitur. Hinc Boccacius. *Rugier d'Orta buom di valore ineſtimabile, & all'hora Armiraglio del Rę già lo Sole minaccia. us, quando lo Amiraglio.* Dantes, *quaſi lo Ammiraglio*, In lib. rerum memorabilium 5. fol. 437. Ammiraldum appellat liminarcham regni.

2 Dicunt aliqui, hoc officium † a Romanis non ſuiſſe coguitum, oeque ab ipſis ſuiſſe creatos, ſed ſolùm tempore Conſtantini erecti ſuot iſti Admirales magiſtratus ſecundùm Petrum Coiberaum in ſuo Sced. magiſtratuum ciuiliū, in titulo de Præſidibus prouinciarum, quem ſequitur Caſſa. in nona parte, cōſider. 16. & Purpu. in l. 1. col. 28. dicit Admiralem comparari poſſe Comiti rei militaris, qui mittitur extra mare, ex quo iuriſdictionem habet in prouincia ſibi decreta, quæ eſt in his, quę in mare eueniūt & dicitur ill. ex tex. l. pri. C. de Comitibus rei mili. lib. 12. Ibi, ea reuerentia altiſſimarum dignitatum ſubinganiur, vt his locum præſtent, qui Proconſulatus inſignibus adornantur, & dicit Iacobus Rebuffus in rubrica. C. de claſſicis, libro 10. ꝙ Admirallus Regis Francię haber congregationem omoiom nauigiorum Regni, & omnium armigerorum ad id collectorum.

* Ludouicus Francorum Rex & Romanorum Imperator Caroli magni nepos Baſileo Coſtantinopolitano Cæſari ſcribēs narrat à Gallis fuiſſe occiſos tres Admirales à Saracenis conſtitutos, qui Calabriam totam depopulabantur, nec nō numeroſa multitudo Agarenorum & Yſmaelitarum & Calabritanorum interempta eſt Barenſium poteotatus diminutus eſt, Barum inde captum, & iu Fcancorum poteſtatem redactum in ea epiſtola tres Amirreodos nominat, an ſit ex errore ſcriptoris, Gloſſator ibi Admirallos exponit, colligi poteſt ex his uocem eſſe eam Gręcam, uel Barbaram, ducibus etiam terreſtibus accomodatam, de Admirato Francię & illius poteſtate ſcribit Sanſeuerinus in epithomate officiorum Galliæ. *

Tameo ex mente Titi Liuij, ſi expoſitori credimus, erat hoc officium tempore Romauorū: quod Pręfectus claſſis exercebat, licet pareret Dictatori, aut Cooſuli, in libro decimo, tertię Deca. Gneo Octauio claſſis Pręfecto nauium lōgarum, & ibi glo. dicit *lo Admiraglio (oggi ſi dice) del mare*: & libro nono eiuſdem Deca. Nauticos, C. Lælius qui claſſis Pręfectus erat, in naues ante conſcendere coactos cootinuit, & ibi glo. exponit eſſe, quem hodie Admiralem vocant,

* Prætor etiam claſsis dictus eſt, ut per Tacitū lib. 14. cuius præcipuum non ſolùm uniuerſę claſſi pręeſſe, uerùm naualia curaer, naues reficere, & his dare iura, qui claſſi, ſeruiebant unde & Pręcoris nomen tributum eſt. Liuius libr. 2. deca. 5. & lib. 7. decad. 4. non medioeris erat auctoritatis Pręcoris appellatio apud multos quaſi ipſis teſtificantibus Imperatorio nomine noo foret indignus: hunc enim honorem Pręcores iampridem io maximis belli operibus ſibi ueudicarunt: nunc autem ſub quibus decem milia in bello conſediſſent hac appellatiooe digni babētur. Cęſar autem libro 5, cum Sexti Pompei claſſem in Sicilia commemoraret, Prætorem claſſico Præfecto uidetur ſubijcere. Vulph Lazius in commeotarijs Rom. Reip. lib. 6. fol. 772. *

Cęſar de bello ciuili tertio, toti officio maritimo Bibulus prępoſitus. cuncta adminiſtrabat, eo autem mortuo ad neminem vni ſumma Imperij redijt, ſed ſeparatim ſuam quiſque claſſem ad arbitrium ſuum adminiſtrabat: & ibi Libo pręfectus ab orico cū claſſe, cui pręerat nauiū quinquaginta Brūduſium venit. Cicero in Verrem act. 7. tunc Inopes relicti à Duce, Pręfectoque claſſis eundem neceſſariò curſum tenere cęperūt, & ibi naues, quib. pręfuerat Cleomeni tradidit: claſſi populi Romani præeſſe iubet

Sed puto ex Gręcorum inſtitutis veteribus. Conſtantini Imperatoris fuiſſe inuentum. Siquidem tempore Regum Romauorum nō erat 3 ſub illis aliqua iuriſdictio maris, ſed vbi ſub cōſulib. vario diſcrimine cum Carthagioenſibus pugnatum fuit pro inſula Sicilię, in ea expeditione cooſtituti fuerunt Duces claſſis, de quibus ſupra Liuius meminit, & breue fuit ſpatiū temporis in Sardiniam, quę poſtea in poteſtatē venit Romanorū, Procooſules deſtinati ſunt ac Duumuiri nauales conſtituti, quibus naualium populorum Romanorum quoties inſtrui claſſem, vel refici oportebat, vtque naualibus ſocijs implerentur, commeatuque & armamētis inſtruerentur, negotium dabatur, nec non

aquæ-

aquæ ductuum deriuandarum aquarum, Coloniæque deducendæ, qui curam agerent: idq; muneris maritimi, qui exequerentur Duumuiros
3 fuiſſe, Spiegel. tradit. † Cum poſtea Conſtātinus in Byzantium Grecorum Vrbem Imperium trāſtulit, quæ à ſuo nomine Conſtantinopolis ſeu noua Roma appellata eſt, vt exercitum tranſueheret, ac rerum Romanarum, & vetuſtatum principalium copias duceret ι mirabili quodam nauium apparatu, viros præpoſuit, qui ex pompa & authoritate mirabiles videbantur, &
4 ex nauium † fractura atque naufragio viri Romanorum præclariſſimi, Lucaniam primò appulerunt, in mare ſilaris: & dum non tutò ibi conſiſtere proſpicerent, timentes incurſus repentinos pro tutela locorum Mineruæ Promontorium adiuerunt, ibique loca habitata, varijs conſtruère ædificijs, Vrbesque primò Scalatū Amalſiæ, & Rauelli condiderunt, prout in ve-
5 tuſtiſſimo Longobardo hiſtorico legimus. † & ex hac ratione, Coſtam, quæ ab Amalfia nun-
6 cupatur, Colonia dicta eſt Romanorum: † & libenter de nobilitate contendunt; quia deſcenderunt ex Patribus Romanorum, vt idem Croniſtra teſtatur, ab authoritate, & poteſtate, quam illi à Conſtantino Præfecto obtinebant, dicti ſunt Admitales: cum plures eſſent Præfecti, & quibus cura nautum, nautarum, & rerum maritimarum, ac totius claſſis demandata eſt: ea tempore poſtmodum in Regno cœpit hoc officium conſtitui à grecis Imperatoribus, qui omnem oram maritimam obtinebant.
7 † & Amalfia conſtituta eſt vna Græcorum ſedes, ibique Patricios Imperiales, ac Straticogos præfici, vt in quamplurimis veteribus monumentis atque chartis: hinc in Regno nō lege
8 Rhodia maritima decernūtur, † ſed tabula, quā Amalfitanā vocant, oēs cōtrouerſię, oēs lites, ac omnia maris diſcrimina, ea lege, ea ſanctione, vſque ad hęc tempora finiuntur. At ſatis de hiſtoria diximus. Volateranus autem libro vigeſimonono hiſtoriarum, apud Athenienſes, magnū fuiſſe Ducem, qui Imperatorię claſſi pęrat, cui magnus patebat Drungarius, admiratus, & prothocomes, cæterique claſſis curatores.
9 † Dicit Bal. in titulo, quæ ſint Regalia in ver. admirandiæ, quòd creare Admiratum in mari ſpectat ad Imperatorem, & non ad alium: quia eſt ius Regale, & ipſe habet iuriſdictionem in mari, ſicut in terra, vt dicit Ang. in l. inſulę, de iudicijs, not. docto. in c. vbi periculum, de electio. in 6. allegauit tex. ſacrę ſcripturæ. Et ſpiritus ferebatur ſuper aquas: Sand. inc. Rodulphus de reſcriptis. Iac. Rebof. in l. 1. de claſſicis, & dicit Luc. de Pen. in l. 1. C. de comitibus rei militaris, libro duodecimo, quòd Comites, qui meruerunt ducere exercitum Imperialē in prouincias extramarinas, & ob hoc vocati ſunt Comites primi ordinis, debent habere locum, & honorem, qualem Proconſules habent, vel maiorem, ſcilicet, vt cum venerint ad conciſtoriū aſſurgant eis, & dent locum eorum, & tales hodie capitanei uocantur exercitus, vel ad guerrā:
10 † & iſte dicitur Amiratus ſecundùm Caſſa. in non. parte. 18. conſid. & dicit Iac. Rebuffi in d. l. 1. quòd facere Capitaneum maritimum: qui dicitur Admiratus, ſpectat ad Regem qui in ſuo Regno eſt Rex Francię, & hic debet cuſtodire littus maris, vt in l. littora, ne quid in loco publico cùm iuriſdictio ſit Regis: licet ſit in bonis nullius, vt in §. littorum, inſti. de re. diui. vſus tamē eſt communis, vt in l. nemo: ro. ter. & dicit Luc. de Pen. in l. ſaluberrima. C. de litorum & itine-
11 rum cuſtodia, libro duodecimo, ꝙ in Regno † magiſter portulanus eſt, ille qui dat licentiam, vt naues à portu diſcedant, & ob id conſtitutus
12 eſt, ſicùt † Magiſtri paſſuum, ne arma, vel equi extrahantur à Regno, & ad Barbaros aſportentur: vt dixit ibi, & in l. 1. eodem titulo allegat Andr. in titulo, quę ſint Regalia, in rubrica col. 4.

Bal. conſ. 194. incipiente, præmiſſis verbis
13 infraſcriptorum. 2. vol. † format pulchram quæſtionem, ſi Admiratus nauium, galearum; ſeu aliàs magiſter nauis veniat appellatione officialium, vel rectoris, arguit primò, ꝙ ſic: cum ipſe ſit magiſter maris, & habeat iuriſditionem in eos, quibus pręeſt vt in l. 1. de bon. poſſ. ex teſtamento mili. & in l. magiſterię. C. de iuri. om. iud. & ex natura officij habet gladij poteſtatem in ſuos hoſtes, ſecundùm Cynum in l. 4 de offi. præſidis.

Contrarium Ipſe decidit; cum Admiratus in vulgari vſu non appelletur rector vel officialis, ſed habet nomen appropriatum de per ſe, & ideo non continetur in generali vocabulo: arg. l. hæres meus. §. duę ſtatuę: de leg. 3. & in l. alimenta. §. baſilicę, de alimen. & ciba. leg. Ego tamen puto Bal. bene dicere in caſu ſuo, quando priuatim quis eſt deputatus Admiratus, vt certo caſu vel tempore ſit officialis & non ſemper. At admiratus Regni noſtri ex forma ſuę poteſtatis, quæ ſibi à Rege conceditur, & antiqua conſuetudine, habet omni tempore iuriſdictionē, de qua diximus, & ī marinarios, & alios, qui viuūt ex arte maris. Crederem bene contineri appellatione officialiū, ab authoritate & poteſtate officij. p ea quę plura no. Purpuratus in l. 1. de offi. eius cui man. eſt iuriſdictio; & quia ipſe eſt vnus ex ſeptem Regni principalibus officialibus, & quò ad inferiores ſuę ditionis ſupremus.
14 Sępe dubitatur in Conſilio † quis dicatur viuere ex arte maris, ſi exercet aliquod officium in terra, & poſtea trahit retia, vel piſcatur, vel cum alijs maritimis incedit cum barcis; vide gloſ. in rubrica. C. de nauicularijs, vel ſi emit piſces, & vendit, gloſ. eſt conſimilis in l. ſemper. §. ſemper negotiatores: de iur. immunita. Inſpici debet, ſi maiorem ſubſtantiam ſuam vertit in talem emptionem, vel frequentius in hoc verſatur; vt conſiderat dominus Iacobus Rebuffus ibi, allegat. l. legatis ſeruis. §. ſi ex officio. de legat. tertio. & dicit Bar. in d. rubrica, quòd mercatores nauium non appellantur nauicularij, neque mercatores candelarum dicuntur candelarij, ſed potius negotiatores, niſi forte ſecundùm Iacobum, pu-

blicè ſe in hoc gererent, tenendo operariũ apertum, vt eſt exemplum io drapperijs, & ſimilibus, vt io l. ſciendum. §. illud, de ædilit. edicto. & in l. Labeo, de ſuppell. legata. Oportet ergo, vt ducat vitam ex ea arte, quod eſt longi temporis ſpatium viuere, vt io leg. fi. C. de ſacroſ. eccl. Nõ interpellatim vagari aut verſari, committendo fraudem: In hoc fauemns Regi, vt ſua iuriſdictio redeat ad ordinarium iudicem, quando poreſt probabiliter dubitari quia promiſcuè habet ſe ad vtrunque, arg. l. iuriſgentium. §. pactus oe peteret, de pactis.

15 Admiratus ſeu viceadmiratus † ſi facit literas patentes, quòd aliquis citatus io magna coria Vicariæ iuit vltra mare contra Saracenos, vel Turchas pro ſeruitio fidei vel domini Regis, & quòd eſt eius iuriſdictiooi ſuppoſitus, creditur ei ex authoritatc ſui officij: quia ſic eſt ordinatum per domioum Regem io conceſſione officij, & probatur in l. quod autem, in auth. vt liceat matri & auiæ, vbi ſtatur dicto præpoſiti, plura dicit Affl. io conſt. in locis demanij, in
16 8. not. † & gaudebit exceptione hoſtica, quæ datur etiam pro militantibus & ſeruientibus in mari ſecundùm glo. & Aodr. in conſt. hoſtici, & etiam his qui ſeruiunt per ſubſtitutum: vt dicit Iacobus Rebuffus io l. eos. C. de comitibns rei militaris, & dicit idem Iac. in l. in ſacr. 5, in ter-
17 tia col. C. de proximis ſacro. ſcrin. lib. 12. † ꝙ exceptio hoſtica, quę datur in Regno euotibus ad exercitum habet locũ, ſiue quis litiget ꝑ ſe, ſiue per procuratoré, ar. l. fi. ĩ princ. C. de ageu. in reb. lib. 12. & io l. qui bona. §. decem.
18 de dam. ioſe. † & hęc exceptio introducta eſt fauore publico princip. vt dic. Nic. de Ne. in l. 2. Rebuffus in l. ioſaois. C. de prox. ſac. & io l. fi. C. de com. re. mil. Et ideo competit etiam contra mulierem peteotem dotem, ex no. in d. cooſtitu. & facit differri iudicium. ꝓ out ſępe vidimus iudicari, & in ſac. Conſilio decidimus, pro Illuſtriſſi. bonæ memoriæ Marchione Vaſti, & alijs: & hoc ea ratione, quia quò ad dotem mulieris verſatur intereſſe poblicum ſecundariò ex dictis per Moder. io l. prima, ſolut. matr. At io militaute pro Rege & republica conſideratur intereſſe publicum principaliter, licet huic priuilegio poſſit in ſpecie reouuciari. †
19 Plura hẽt ſub ſua iuriſdictione Admiratus maris tam circa armatam, quàm circa homines ſibi ſubditos, & erga cuſtodiam maris tam io terris demanialibus, qnàm in terris Baronum: & vidi in regeſto Caroli ſecnndi plura capitula,
20 & Roberti etiam, † quòd in conceſſione terrarom oou veniant littora, quatenus ſe protendunt per iactum maris infra terram, neque pertioentiæ ipſarum terrarum, qoatenus a maritima trahitur per iactum baliſtæ, ſed littora, mare, & pertiocotiæ terræ per iactum prædictnm, ſub dominio, protectione, & poſſeſſiooe, re-
21 ſeruata eſſent. † Hodie per Magiſtrum Portulaoum littora & maritima cuſtodiuntur, vt prouidit idem Carolus ſecnndus ſub hoc offi-
22 cio. † Debent ergo ſingulariter littora & maritima cum earum pertioeotijs coucedi: cum cenſeaotur eſſe iura Regalia, & vide ad hoc conſilium Ludo. Roma. 271. incipiens, vis tota. vbi conſuluit de venditione terræ Sancti Locidi facta per Regem Ladiſlaum, & ibi de iure exituræ, quæ fit per mare, & propter ius anchoragij, qnod eſt vnum de Regalibus, & Regia Camera habet ſtylum, quòd iſta non veniant, niſi
23 dicatur in ſpecie. † Hic magiſter Portulanus, ad cuius officium io Regno ſpectat cuſtodire portus Regni, appellatur Liminarcha: vt in l.
24 liminarchę, de ſer. fug. † & ibi Guil. Bud. licet glo. ibi falsò exponat, Liminarcham dici Præpoſitum militibus cuſtodien obus imperij limina contra hoſtes: dictio eſt gręca, limen Gręcè, Latinè portus, & in l. muneram. §. hi quoque de mune. & houo. Alciatus in rubr. C. de fundis
25 limitrophis, lib. decimo. † Neceſſariom fuit deputare cuſtodẽ in his maritimis locis: prout ſtatuit Carolus ſecundus Rex propter extractiones, quæ fieri poſſunt à Regno per mare propter naues, vt ſi Regi opus fuerit pręſto habeat in expeditione bellica: vt leg. prima. C. de naui. non excuſan. & cum ex his locis maritimis facilis poſſit eſſe traiectus ad cæteras natiooes, ſecundùm Iacobum Selaſtadienſem: ſciat Rex, quę in littoribus maris obueniont, & qui à Regno recedunt per mare, ſi forte inſit aliqua ſuſpicio bellica, & qui veniunt, ſi ſua interſit oon admittere: vt dicit Andreas io rubrica, quæ ſiot Regalia, in fin. col. quia noo vult alienigenas exteros in Regno conuerſari, ne animos ſubditorum inficiant ex cauſa iuſta: ſicut poteſt prohibere, ne quis odioſus rem ſuam emat: vt l. fi. C. de iur. emphi. vel qoia perſonę eſſent laſciuę: ar. l. ex conducto. in fi. locati, vel timeret incurſum hoſtium propter multitudinem: vt habetur Numeri, capitulo 20. vel ne pandantur ſecreta Regni. ar. l. tertię. C. de commer, & merca. Iſtę & his ſimiles poſſunt cenſeri cauſę iuſtæ: vt dicit Andre. io rubrica, de quibus per Aoge. in l. loci corpus. §. ſi couſtat. ff. commonia prædiorum, per Taurienſem in ſua feudali iuueſtitu. io princ. operis plenè per dominom de Ripa io tract. de peſte, char. 98. & char. 113. in paruo vol.

26 † Non omitto vnum, qoòd ſi quis ædificat portum in mari, ædificium erit priuatum:
27 † Portus autem erit publicus, ſecundùm Bal. in l. prima, tertia col. in ver. ſed quęritur, de rer. diuiſi. ſequitur Cepolla in tract. de ſeruitu. ruſtico. prędio. in titulo de mari, qoia aqua eſt publica, & per ædificium non reducitur ad
28 dominium priuati: † Portus in Regno Regiæ Maieſtatis eſt, ſecundùm Andre. in titulo quæ ſint Regalia, in verb. & nemini io Regoo ſiue Baroni, vel ciuitati licet conſtruere, vt in Regiſtro Caroli Primi, qoi hoc inhibuit ſub Vicariatu Comitis Atrapanenſis, & hoc archiuum poteſt allegari pro l. ſecundùm Luc. de Penna in l. ea res. C. de iur. reipub. lib. 10.

29 Sedet Admiratus Regni iuxta Regẽ † hoc ordine poſt magnũ Comeſtabilẽ in parte dextra, vt

legitur

legitur in parlamēto Nea. celeb., 1442. habet veſtem purpuream, qua induuntur pro ornamento officij. Et dicit Luc. de Pen. in l. murilegulī.
30 C. de murilegulis, libro 11. † quòd Admirati Regni Siciliȩ viuntur inſigni bireto: & ibidem de inſulis omnium dignitatum, quȩ proſequere, vt per Caſſa. in ſuo Catalogo, in prima parte. Authoritas autem & poteſtas Admirati Regni in multis eſt diminuta, & aliter quàm ſe habet inſtitutio, & regula ſui officij, obſeruatur hodie.
31 Fuit † dubitatum in ſacro Conſilio, ſi in curia magni Admirati poſſit prȩſentari Inſtrumentum ſecundùm formam Ritus magnæ curiȩ Vicariæ: decreuit non poſſe præſentari authoritate Ritus: vt ſola cognoſcat. Nec obſtat, quòd in tabella officij dicatur poſſe cognoſcere: quia illud fuit perſonale, & ad vitæ decurſum. ſacrū Conſilium contrarium decidit. 1553. tum quia aliàs in ea curia reperitur hoc cognitum, & in regula officij hoc in ſpecie dicitur, & poſtquam apparet non immutatum in ſucceſſore, intelligitur etiam ſucceſſori eandem poteſtatem conceſſiſſe per arg. l. præcipimus. C. de appellatio. illa etenim tabella dignitas eſt huius officij, & non perſonæ illius prærogatiua, & nominibus his ſupremis officijs ſemper Rex conſueuit addere, & diminuere pro qualitate temporum, vt ipſe dicit in regulis prædictorum officiorum.

DE OFFICIO MAGNI CAMERARII.

SVMMARIVM

1 *Magni Camerarij officium quale ſit circa perſonam Regis, & neceſſaria ad Cameram Regis, & in quibus verſetur.*

2 *Magnus Camerarius poteſt appellari Comes rerum priuatarum. Item Comes ſacrarum largitionum. Item Comes ſacri palatij. Item procurator fiſci, & alijs nominibus, de quibus numero 14.*

3. *Magiſtri rationales Regiæ curiæ Siclæ, quare ſic dicti.*

4 *Prȩſidentes Regiæ Cameræ, quare ſic dicti, & qualis ſit ipſorum cognitio.*

5 *Summariæ quare ſic dicta.*

6 *Magnus Camerarius eſt generalis procurator omnium introituum Regni, & videt rationes omnium officialium adminiſtrantiū res. & introitus Regni*

7 *Magiſter Camerarius, de quo loquitur Federicus in conſtitutionibus, hodie dicitur ſecretus, & in Apulea magiſter portulanus, & quale ſit offitium, & in quibus verſetur.*

8 *Secreti offitium in Regno quale ſit, & in quibus verſetur.*

9 *Magnus Camerarius ex eo dictus eſt, quòd ſit maior omnium procuratorum fiſcalium, magiſtrorū portulanorum, ſecretorum, magiſtrorum Camerariorum, dohaneriorum, & Aerariorum quorumcunque introitum.*

10 *Quæſtores pecuniarum plures erant apud Romanos.*

11 *Magni Camerarij officium à tempore Caroli Primi traxiſſe originem.*

12 *Magnus Camerarius habet poteſtatem ſubſtituendi graſſerios.*

13 *Magnus Camerarius hodie exercet offitium per eius Locumtenentem in Regia Camera Summariȩ deputandum per Regem cum ſuis Præſidentibus, cuius iuriſdictio eſt de rebus patrimonialibus, & omnibus rebus Regium fiſcum tangentibus.*

14 *Magnus Camer. poteſt etiam appellari curator Reipu. & ſacri Aerarij Præſidens, & alijs nominibus, de quibus numero 2.*

15 *Sententia magni Camerarij æquiparatur ſententiæ Prȩfecti prȩtorio, à qua non appellatur ad finem retardandi exequutionem, ſed ab ea tantùm reclamatur ad idem tribunal.*

16 *Appellatio non datur à ſententia magni Camerarij, ſed tantùm reclamatio ad idem tribunal nulla ſuſpenſa exequutione ſententiæ, quod procedit ex tolerantia & permiſſu Regis non de iure: quia antiquitus appellabatur ad ſacrum Conſilium, & interim ſuſpendebatur exequutio.*

17 *Sententia Regiæ Cameræ non profertur ſub nomine Regio, ſed magni Camerarij.*

18 *Auditor Camerȩ eſt Auditor Camerarij, & non Papæ, & profert ſententiam ſub nomine Camerarij, & non Papæ, de quo magna fuit quȩſtio Romæ.*

19 *Camera quale verbum ſit, & vnde originē traxerit*

20 *Camberlingi offitium quale ſit in Regno, & an ſit angarium.*

21 *Magnus Camerarius quali veſte vtatur.*

22 *Magnus Camerarius ſedet à ſiniſtra Regis poſt Magiſtrum Iuſtitiarium.*

1 QVARTVM Officiū Regni eſt † magni Camerarij, cuius è authoritas & poteſtas habere curam & cuſtodiam perſonæ Regiȩ, in ius Cameram componere lectum: veſtimenta omnia ipſius, & filiorum, procurare ſimiliter, quòd vigiles facientes excubias pro cuſtodienda perſona Regia in eius Camera, bene vigilent, & bene cuſtodiant, ordinare vſcerios in Camera Regia, & mandare fieri, & diſtribui veſtimenta familiȩ Regiæ, recipere omnem pecuniam, quȩ ad Cameram Regiam mittitur, ordinare theſaurarios corrigere, amouere, & ſubſtituere tam graſſerios, quàm magiſtros arteſtorum, & alios officiales officij Regij: ſeruare pannos de auro, vel de ſirico fini, aut lana, ſyrupos, aquam roſatam, Zuccatum, ſcire iocalia, lapides pretioſos: habere notitiam & conſcientiam iurium omnium Regij fiſci, reddituum ac gabellarum, & omnium officialium, & aliorum omnium, quȩ habētur in formula dicti officij.

* Apud Francos appellatur magnus Camerarius, Primicerius cubiculi, ſecundùm Alcia. in lib. de ſingula. certam. cap. 34. *

2 † Magnus camerius poteſt appellari Comes rerum priuatarum, quatenus gubernat res Principis priuatas, nec ad publicā vtilitatem conuertuntur: vt in l. tertia, & ibi per Luc. de Pen. C. de bon. vaca. libro decimo, & in l. prima. C. de Comitibus rer. priuata. Poteſt etiam vocari Comes ſacrarum largitionum, in quantum habet poteſtatē theſauri, & cuſtodiā, & collatores,

& exactores pecuniarum tenentur reddere ſibi rationem : vt in l. in prouincijs C. de numerarijs, & actuarijs, libro duodecimo. Prout hodie eſt Regia Camera, quæ regitur ſub Locumtenente magni Camerarij, & in l. prima, & in l. præcepit. C. de canone largitionalium titulorum, libro duodecimo, & ibi per dominum Iacobum Rebuffum, & Pyrrum in titulo de rogatis ſeu Palatinis, libro primo. Poſſet quoque nuncupari Comes ſacri Palatij, quatenus Præpoſitus eſt conſeruationi, & ornamento Regalis Palatij : vt in l. vnica C. de Comitibus, & tribunis ſcholarium, libro duodecimo: & ibi per Lucam de Penna, & Iacobum Rebuffum. Nominari etiam poteſt quæſtor ærarij ſeu Præfectos ærarij, quatenus iuriſdictionem habet in omnes Theſaurarios, Commiſſarios prouinciarum, ærarios, & Perceptores introituum Regni, ac pecuniæ Regis, vndecunque ſibi obuenientis, qui tenentur ei reddere rationem, & computum, ſecundùm Budæum in l. fi. de ſenato. Pyrrum in loco ſupra allegato, & Porpura. in l. prima, duodecima col. de officio eius cui man. eſt iuriſdictio. de hoc loquitur tex. in l. aufertur, in principio. & in §. fin. de iure fiſci, & in l. quarta. §. ſi bona: ibi, ſi non certiorato Præfecto ærarij, de fideicommi. liberta. & in l. ſecunda. §. hoc inter dictum : nequid in loco publico. Dicitur etiam procurator fiſci, cù ferat iudiciū inter fiſcum & priuatum : vt in l. final. C. ſi aduerſus fiſcum : & in l. ſecunda. C. de mo. multarum. & in l. ſi quando. C. de bonis va. & in l. penultima C. vbi cauſæ fiſcales. Et hoc hodiernum eſt, & peculiare officium eius, cuius officium primitus ſub Federico regebatur in curia Siclæ per magiſtros
3 rationales, † ſic dictos à ratione, cum in eis ratio intelligendi verſari debeat, & iudicium habere, ac Regni negotia, & omnium officialium, & magiſtratuum geſta plena ratione diſcotere, vt dicit Luca. de Pen. in d. l. ſi quando
4 in prima columna. † Quorum loco hodie Summaria ſucceſſit, ac ſacri ærarij Præſidentes: Vnde in Regno tractum eſt nomen Præſideo tium, ſecundùm Luc. de Penna in l. l. omnes. C. de delatoribus, & in l. fin. C. de bonorum petiti. ſub la. libro decimo. Et dicuntur Præſidentes Summariæ, id eſt ſummæ & rationi, per quæ denotatur excellentia, & perfectio, quæ circa ingentē rationem deber eis ineſſe: ſicut dicitur ſumma
5 Trinitas, & Beatitudo, ſummum bonum. † Aliàs dicitur Summarea, vel quia ipſi ream exhibent rationem, vel quia plurimi coram eis ex cupiditate rerum, à reatibus, quos commiſerunt in officijs rei conſtituuntur: vt tradit Luc. in d.
6 l. ſi quando. † Magnus Camerarius, vt dicunt Moder. in rubri. conſtitut. Regni, de officio magiſtri Camerarij, & Camerarij, eſt generalis Procurator introituum Regni, & videt rationem omnium officialium adminiſtrantiū res, &
7 introitus Regni. † Et differt ab officio magiſtri Camerarij, de quo loquitur conſtitutio Federici : cauſas, & conſtitutio quæſtiones : & alia conſtitutio officiorum periculoſa : cuius
8 loco hodie in Regno eſt † ſecretus: vt dicit Andr. in d. conſtitutione cauſas, & in cōſtitutione officiorum: & in Apulea eſt magiſter Portulanus, qui licet ſint procuratores Regis ad benè gubernandum, & locandum authoritate Fed. in cōſt. magiſtri Camerarij : nō tamen cognoſcunt de feudis, vbi eſt quæſtio inter fiſcum, & priuatū ſed ſolùm vbi eſt quæſtio de rebus mobilibus, valde modicis, & ſtabilibus, vt dicitur in dictis conſtitutionibus: & in hoc habent iuriſdictionem ordinariam, & poſſunt nedum locare iura, & redditus Regia, ſed tenere etiam in credentiam : & ſunt iudices competentes in terris demanij, inter gabellotos, & priuatas perſonas, ac baiulos, vt diſponitur in d. conſtitutione officiorum : & à ſententia Baiulorum appellatur ad ipſos, & ipſi cum conſilio Baiulorum, & aliorum, quos elegerint, ponunt aſſiſiam in rebus, quæ de anno in annum renouantur : & vident proceſſus factos per Baiolos, ſi eſt aliquis defectos, quos corripiunt : & creant Iudicem & Notarium : vt dicitur in d. conſtitutione, & puniunt gabellotos, & paſſagerios pœna rapinæ, exigentes vltra debitum, vel aſſiſiam, vt in conſtitutione Federici, Authoritatem, quę hodie à prædictis non exercentur in multis ſed Regia Camera ſummariæ prouidet ac ponit. Erant apud Imperatores actuarij, qui à ſuſceptoribus ſpecies militibus aſſignandis accipiebant, quas ipſi poſtea erogabant : hodie in Regno ſunt magiſtri Cameræ, ſecundùm Luc. de Pen. in l. excellentia. C. de eroga. milita. anno. libro 12. & de officio ſecreti in Regno meminit Luc. in l. his quidem, fin. colum. C. qui militare non poſſunt, quod erat penes Imperatores, & vix alibi reperiri, niſi in ea lege. hodie dicit ipſe aptum eſt, non ad iuſtitiam, ſed ad prædam. Officium ſecreti eſt, ſicut Procuratoris Cæſaris, ſeu magiſtri quæſtorum, vt dicit And. in cō ſtitutione præſenti lege, & conſiſtit in conſeruandis rebus, & iuribus fiſcalibus, vt dicitur in conſtitutione dohanę ſecreti, eſt hodie in prouincia Calabriæ, & vbi eſt magiſter Camerarius ibi non eſt ſecretus, & contra, cum idem ſit officium in procurando iura Regis, & illa augendo omni attentione & cura, vt dicitur in dicta conſtitutione. & de theſauris, naufragijs, & alijs ad fiſcum ſpectantibus, ou. in d. conſtitutio. officiorum, & in conſtitutio. quæſtiones, & in d. conſti-
9 tu. cum noua. † Ex hoc dictus eſt magnus Camerarius; cum ſit ſupremus omnium procuratorum fiſcalium, magiſtrorum, portulanorum, ſecretorum, magiſtrorum camerariorum, dohaneriorum, ærariorum, & omnium quorumcunque introitus, iura, redditus, gabellas, & fiſci obuentiones percipientium, & à quibus ip
10 ſe percipit rationem. † Sic enim apud Romanos plures erant quæſtores pecuniarum, vt habetur in l. r. de offic. quæſto. quorum fuit inſtitutus præfectus, vt in d. §. ſi bona, & à principio vrbis naſcentis originem habuerunt, & penè ante omnes magiſtratus, vt in l. ſecunda. §. iiſdem temporibus : ibi, deinde cum ærarium, de origine iur. idem in Gallia, vt tradit Pyrrus in titulo de quæſtoribus magiſtratibus,

Budæus

11 Budęus in d.l. prima, & alij. † Suſpicor ego
hoc officium in Regno fuiſſe à tempore Caro-
li Primi, cum antea (vt ſupra diximus) io Re-
gno particulares rei fiſcalis, & Patrimonialis
erant miniſtri, & officiales, & magiſtris rationa
libus dabant ratiooem, & computum, vt legi-
mus in Pandecta Federici, de ſpectantibus ad ip-
ſos magiſtros rationales. Idem verò Carolus
poſtea ioſtituit hoc officium ad modum Re-
gni Gallici :io quo ſupra omnes pecuniarios,
& Perceptores, ſunt quatuor generales finao-
tiarum, ſcilicet Fraociæ, Normanię, Britan-
niæ, & Linguę occetanæ : vt aſſerit Guil. Bene.
in repe. capitoli Raynutius, in ver. & vxorem
oomine Adelaſiam, numero 510. Boerius, &
alij quos Caſſaneus refert io ſexta parte : in 16.
12 & in 17. conſideratione. † Hoc ſuadent no-
mina Gallicani ſermoois poſita in Pandecta
huius officij, dum tradit poteſtatem magno
Camerario, deputandi, ſubſtituendi, & cor-
rigendi grafferio, quod eſt peculiare verbum
Francorum : & eſt officium ſcribendi, & notan-
di, antigrafferiis coutra notare, & ſcribere :
quod nos in Regno dicimus, *credenziero in vol
gare*. Et hi à Cicerone cuſtodes appellantur :
vt dicit Budęus in d.l. prima. allegat Vlp. in l.
tertia. §. primo, in fi. ibi, dati enim ſunt quaſi ob
ſeruatores actus, & cuſtodes, de admini. tuto. ne
publicę pecunię interuertantur, quod etiam ho
die obſeruatur in exactoribus gabellarũ, qui-
bus deputatur credenzerius, ne fraos aliqua in
exactione committatur, & furandi detur occa-
ſio. Ponit etiam in tabellas magiſtros arreſto-
rum, quod eſt merum verbum gallicum, vt
apud ſcriptores ipſorum legimus : & eſt ſenten
tia ſupremæ curiæ teſte Budęo in anoo. Pande.
in l. prima de offic. Præfecti prætorio, & plura
dominus Petrus Rebuffus doctor inſignis in
tract. literarum ciuiliom, fol. 479. Harum vo-
cum expreſſio deſignat authorem fuiſſe galli-
cum : vt dicitur io libro Sapien. cap. 18. loque-
re, vt ego te cognoſcam : niſi forte dicamus io
hoc officio hæc fuiſſe à Carolo Primo ſuperad-
dita : cum poſſit hoc Rex facere, addere pote-
ſtates, & detrahere, & Rex ſibi reſeruat, quan-
13 do concedit. † Exercet magnus Camerarius
officium per Locumtenentem à Rege deputao-
dum cum Præſidentibus, & Rationalibus, &
circa fiſcalia, ac Regis patrimonialia verſatur
hodie : cum ea, quæ partes reſpiciont, & fi-
ſcum noo tangunt, etiam ſi ſunt cauſæ officia-
lium Cameræ, ex conſtitutione diui Caroli
domini noſtri ad alia tribunalia remittantur,
neque in his cognitionem exercet. Et cum ve-
tus fuerit etiam Romanorum Imperatorum,
mos habere notitiam omnium introituom ſuo
rum onerum, ac diſtributionum, hi Domi-
ni faciunt bilantium omuiom introituum Re-
gni, in quibus conſiſtant, & qoomodo perci-
piantur, ac aſſignationes ſcribunt pecuniæ attri
butæ, & aliorum onerum, & vulgari nomine,
leuamentum nominaot : vt ſciat Rex patrimo-
nium ſuom, & cum emergit bellum pecunias
expendere de ſuo, quæ ſecundùm Plautum rei
militaris eſt neruus ; aut in alium ſibi placitum
vſum conuertere, ſecundùm Budæum in d.l.
prima, de offic. quæſto. In hoc dignoſcendo. &
patrimonio conſeruando ingentem fidelem-
que operam adhibent, hoc leuamentum bre-
uiarium à Budęo vocatur : & quia plura ſunt,
breuia, ſeu pitacia nominantur : ideſt Commen
tarioli ſummã rerum continentes : de quibus
in l. actuarij. l. excellentia, & l. iubemus, la ſecun
da in fin. C. de eroga. milita. anoo. exempla le-
guotur : & in l. vltima. C. de conue. fiſci debi. li-
bro 10, iuſſerunt ibi Archadius, & Hooorius
Imperatores breuiaria, & libellos ſumma fide,
& veritate confici, ſecundùm quos ſuperindi-
cta exigantur : & Alexander Seuerus legitur ſę-
pe io ſuis manibus vertere pitacia ſeu breuia, in
quibus militum omoium nomina, ordines, &
attributæ militibus pecunię notabantur : vt ſci
ret, quos in locum demortuorum ſubſtitue-
ret, & onera bellica ſuſtineret ; in vita eius Lã-
14 pridius ſcribit. † Poteſt appellari magnus Ca
merarius curator reipub. vt in l. curator. C. de
mo. multarum, in quantum ex pecunis, quam
exigi mandat reipublicę ſuccurritur. Item Ma-
giſter ſcrineorum, ſecundùm Budæum in l. pri
ma, de offici. quęſto. Item ſacri Aerarij Præſi-
dens, ſecundùm Pyrrum in titulo de quęſto-
rijs magiſtra. per l. vltimam C. de aduo. fiſci, &
cum ſit primus & magnus in hoc officio, ceoſe-
tur Illuſtri. ſecundùm Marti. de Laude io tra-
cta. de offic. dominorum : Purpu. in l. prima, quin
ta & 6. col. de offic. eius, & ſequitur Caſſaneus
15 in 7. parte, conſide. 16. & 34. † Magnus Came
rarius hodie in ſentantijs Præfecto Prętorio
comparatur. Cum ab eius ſententia, quę io Re-
gia Camera per dominos ibi exiſtentes profer-
tur, non detur appellatio, per quam, aut tol-
litur, aut ſuſpenditur exequutio ; vt io l. pri-
16 ma, in fin. ad turpill. † Sed tantùm datur re-
clamatio, ſeu ſupplicatio, quę exequotionẽ ſentẽ
tię noo retardat : vt in l. 1. de offic. pręfect. prętor.
hoc iure vtitur ex moderna Regis toleranria :
& ad idem tribunal taotùm : iuxta l. 1. C. de ſen
ten. præfect. pręto. vel ad domioum Regem, aut
Protegem : vt in l. ſiquis aduerſus : & in authẽ.
quę ſupplicatio C. de pręci. Impera. offer. olim
dabatur appellatio, executio quieſcebat, &
etiam ad noſtrum ſacrum Conſiliom, ſine alia
noua delegatione Regis, dabatur recurſos : vidi
ego memoria mea appellari, & à Viceprotono
tario cauſas committi, proceſſus legi, & ſpi-
ritum vitę in cauſis ibidem vertentibus inſuf-
17 flari. † & ſententia in Regia Camera pro-
fertur ſub titulo, & nomine magoi Camerarij,
& non Regis : & dicit glo. in clemeo. ſecunda
in verſ. eo tamen in, ver. Camerarium, de ele-
18 ctio. † quòd Auditor Camerę, eſt Auditor
Camerarij, & noo Auditor Papę : & ſecundùm
Cardinal. pronunciat ſub nomine Camerarij,
& non Papę, de quo magna fuit quæſtio in cu
ria Romana, tex. eſt ibi de Camerario ſedis
Apoſtolicę faciens mentionem, quod ſecuo-
dum gloſſ. in curia eſt officium magnum, &
exercet iuriſdictionem in oẽs debentes Came-

ræ, et mortuo Pōtifice, & libros cōſeruat. De hoc officio meminit Inno. Tertius in c. ad audientiam, de præſcriptio. Octauianus Veſtr. de offic. curię Romanę, libellum edidit: & habetur

19 in glo. pręgmaticę ſanctionis fol. 270. † Hoc verbum Camera, verbum eſt nouum iuris feudorum, ſecundùm Andr. in c. 1. §. ſiquis verò 1. col. de pace iura. firmanda; & dicitur locus, in quo pecunia, & theſaurus Domini reponitur & continetur: ſecundùm Zaſium in epito. feudali, in tit. quæ res in feudum dari poſſunt, & ſecundùm Aluaro. & alios in c. 1. §. ſciendū, de feu. cogni. in multis partibus ſic appellatur, & in Regno dicimus in conſti. officialium: vt in defectu prouentuum, ſatisfiat de Camera, & habet ortum ex his, quæ habentur in c. primo de notis feudorum, vbi ponitur feudum de Canaua, & feudum de Camera: & ibi exponit d. Eguinarius Baro, & legi in quodam antiquo codice. Conſtantinum Imperatorem in donatione, quam fecit Beato Syluestro, Ciuitatem Neapolitanam pro Camera Imperij reſeruaſſe, quam ſemper retinuit, & per ſuos Gręculos illam poſſedit, & alij poſtmodum ſucceſſores, & dicitur Camera Regis: vt no. glo. in rub. C. de proximis ſacrorum ſcrineorum libro 12. & alio vocabulo appellatur Laterculū, ſecundùm Iacob. Rebuf. ibi, & Caſſaneū 7. parte: ſicut in Vrbe Camera Papæ: vt no. in d. c. ad audientiam. & Camera dominorum Cardinalium: vt dicit Io. Andr. in d. clem. 2. & Aquilani etiam dicūt Cameram Dominorum, qui eorum regunt Ciuitatem. & Camera Regis, dicit Luc. de Pen. in rub. C. de prępo. ſacr. cubicu. lib. 12. debet eſſe ſancta, & immaculata, & ideo non poteſt vt ſuſpecta recuſari: no. Io. Andr. in c. ad audientiam, de præſcri. de Camera Epiſcopi, vt cenſeatur locus fidatus, no. in c. nouit. de appell. & in c. poſt. ceſſionem, de proba. & Camera propriè dicitur Imperatorum: vt no. Io. Lucie, in tra. primoge. in 2. parte. 24. q. & eſt locus, in quo reponuntur bona vacantia, confiſcationes, mulctæ, ac alia, quæ ad ęrarium deferuntur. glo. autem in l. ſed addes, in §. ſi inquilinus, locati, non intellexit ibi tex. Vlp. de arca camerata loquentem, quæ ex his, quæ no. ibi Budæus, dicitur hodie, *lalettica*: qua ſolent matronæ vti, & valetudinarij; ſunt in Regno alia officia ex tempore, quæ per Camerarios Baiulorum exercentur, & iſti ſunt exempti ſecundùm Luc. in l. pręcepit. C. de cano. largitio. libro. 10. 1. col. ne teneantur ad onera perſonalia, & ad collectas. Dicit Luc. de Pen. in rub. C. de magiſtris ſcrineorū lib. 12. quod in Regno eſt Magiſter cenſus, qui pręeſt omnibus notarijs cenſus & Camerę, quique in litteris Regijs ponit ſubſcriptionem ſuę manus propriæ dicens, Dat. in Camera: & hic eſt

20 magnus Camerarius † eſt & officium Camberlingi, qui tenet pecuniam Regis in Camera; vt cum Rex vellet illam ſecreto modo diſpenſari, vt per Luc. in rub. C. de prępoſi. ſacri cubi. & in Regno, tam in terris demanialibus, quam Baronum ſunt Camberlingi, qui exigunt redditus Domini, conſeruant frumenta, vina, ordea, & alia victualia, & in aliquibus etiam eccleſijs Regni, & horum, an ſit angaria, vel onus perſonale, diſcutit. d. Antonius Capicius deci-

21 ſio. ſua. 164. † Veſtis autem, qua induitur magnus Camerarius, cum exit obuiam. D. Regi, vel in ſolemnibus feſtiuitatibus, aut nuptijs eſt

22 purpurea. † Sed & ipſe in parlamento à parte ſiniſtra poſt Magiſtrum iuſtitiarium, ſic ſe habet forma parlamenti Neapo. celebrati die Iouis. XXVIII. menſis Februarij VI. Indictionis MDXLI. in conuentu S. Laurentij.

DE OFFICIO LOGOTHETÆ, ET PROTONOTARII.

SVMMARIVM

1 *Logothetæ & Protonotarij officium, & in quibus verſetur, & qualiter conueniat cum antiquis magiſtratibus.*

2 *Bartholomæus de Capua fuit Logotheta, & protonotarius, & fuit notarius Cameræ Apoſtolicæ vir mirabilis ſcientię, & virtutis.*

3 *Seneca fuit logotheta Neronis Imperatoris.*

4 *Protonotarius in Regno eſt loco magiſtri ſcrineorum. Item eſt loc quæſtoris, vt fuit Tribonianus ſub Iuſtiniano.*

5 *Logothetæ officium à Græcis in Regno ſumpſiſſe originem, & tempore primitiuæ eccleſiæ à beato Clemente. & nu. 10.*

6 *Logotheta in parlamento generali prior loquitur & reſpondet.*

7 *Logothetæ etymologia.*

8 *Protonotarius debet examinare iudicem vel aſſeſſorem quando promouetur ad officium, ſi ſtuduit conſtitutionibus, & capitulis Regni, licet hodie non ſeruetur:*

9 *Protonotarius eſt, qui informat ſe de habilitate notarij creandi, & ne forte ſit clericus.*

11 *Notarium Regis eſſe vel Papę, vel Cancellariæ Regia dignitas eſt.*

12 *Notariorum plura, & diuerſa nomina, & quare notarius dicitur ſeruus publicus.*

13 *Protonotarius dicitur quaſi ſupremus notariorum primicerius, ſeu tribunus notariorum.*

14 *Notarij etymologia & qualiter apud veteres Græcos. Romanos, & alios notarij creabantur ex nobilibus, ſiue de honeſta familia.*

15 *Cyfrę quare adinuenta ſint, & à quibus.*

16 *Protonotarius in ſuo officio non poteſt aliquem ſubſtituere, niſi quem. D. Rex approbauerit: quia tale officium eſt perſonaliſſimum.*

17 *Bartholomæus de Capua logotheta, & protonotarius ſubſtituit ex poteſtate Regia in ſuo officio dominum Nicolaum Frecciam.*

18 *Nicolaus Freccia ſubſtitutus Bartholomæi de Capua. de quo plures laudes & officia ſub Carolo primo, & ſecundo Regibus.*

19 *Ioannes Freccia fuit Conſiliarius, Logotheta, & protonotarius ſub Philippo Tarentino & Achayæ Principe, & Conſtantinopolitano Imperatore.*

20 *Protonotarius primus notariorum Regis eſt, ſicut dicimus de protomartyre, & ſimilibus.*

21 Proto-

21 *Protonotarius multa habet emolumenta ex ſuo officio, & de quæſtione habita inter Illuſtriſſ. Ducem Caſtrouillarum protonotarium, & Dominum Cicconum de Lofredo præſidentem ſacri conſilij, & Viceprotonotarium ſuper perceptione emolumentorum.*

22 *Protonotarij dignitas Illuſtris eſt.*

23 *Salarium vnius officialis non diuiditur inter duos, quando illi officio accedit alter officialis. Sed prima prouiſio remanet primò.*

24 *Subſtitutus ſubrogatus, ſeu coadiutor an detrahat emolumentum à principali.*

25 *Subrogatus ſede vacante an faciat emolumenta ſua, vel conſeruet ſucceſſuro.*

26 *Marinus Freccia Author huius operis fuit in Regium conſiliarium aſſumptus de mandato Caroli Quinti Imperatoris, anno Domini 1539.*

27 *Logotheta nomen, & quid ſignificet.*

28 *Priuilegium, quod non eſt ſubſcriptum manu protonotarij, an poſſit dici perfectum.*

29 *Protonotarius quali veſte vtatur.*

30 *Protonotarius quomodo ſedeat in parlamento generali.*

QVINTVM Officium regni
1 eſt Logothetæ, † & Protonota
rij, qui omnes petitiones de-
bet recipere, & in his quę ſunt
de iuſtitia vel forma communi,
& ad officium ſuum ſpectant,
faciat fieri literas: non expectata audientia, &
in alijs datur forma negotiorum, & relationis
faciendæ Domino Regi, & aſſiſtent in lectura
petitionum Logotheta, Cancellarius, Magiſter
Iuſtitiarius, cũ iudicibus, & aduocato fiſci, Ma-
giſtri rationales, & alij de conſilio, & cum ve-
niunt literæ ad Regem, cum nuntijs vel ſine,
ipſe faciet reſponſales, & ponit manum ſuam
in datis literarum, & in priuilegijs dominorũ
terrarum apponitur data per ſuam manum &
Cancellarij, & alia habentur in Pandecta. Grã-
2 dis eſt authoritas huius officij, † de quo ma-
gnopere laudatur Barthol. de Capua, qui illud
exercuit in vita ita mirabiliter, ꝙ decedens ſe-
cum plurimam virtutem traxit, nec ſimilem in
officio ſucceſſorem reliquit, ſecundùm Luc. de
Pen. in l. quoties forma. 2. col. C. de vend. rer. fi-
ſca. lib. 10. Fuit etiam ipſe notarius Cameræ A-
poſtolicę, & vtrunque legimus in archiuo in-
clyti Caroli Secũdi, quæſtor, hic Protonotarius
appellatur à pluribus, vt dicit idem Luc. in l. ne
minem. C. de decurio. libr. 10. quia ad eius offi-
cium ſpectat explicare libellum Principis in Se-
natu, & ordinare de corpore iuris, & transferi-
bi in libris legum: vt vim legis obtineat, & mi-
niſtrat Imperialibus literis, vt in §. 1. in authen.
de exhi. reis, & ipſe dictat formas literarum, vt
in §. quia verò veriſimile, in authen. de nõ alie-
nãdis, & Luc. ibi. ſequitur Guil. Bene. in c. Ray-
nutius, in ver. vxorem n. 485. & Caſſa. par. 7. cõ
ſi. 7. & in Regno officium eius eſt decretare ſup
plicationes, quas ſignat & ſubſcribit: vt idem
Luc. de Pen. dicit in l. 1. C. de petiti. bon. ſubla.
lib. 10. ſic hodie fit in Regno: hic legendis libris
vacat in ſenatu, ſecundùm Luc. in rub. C. de quę
3 ſtoribus & magiſtris officiorum lib. 12. † in Re-
gno Logotheta dicitur, prout fuit Seneca Nero-
ni crudeliſſimo, & ibi mirum in modũ laudat
dignitatem huius officij, quæ nec diuitijs, nec
natalibus ſolis inuenitur, & ſuis temporibus ſo
lus Barthol. de Capua dignè promeruit, & pro
4 bè geſſit, † Et Protonotarius in Regno eſt lo-
co Magiſtri ſcriniorum, ſecundùm Andr. de
Barulo in rub. C. de magiſtris ſcriniorum, li.
12. & ibi. Luc. de Pen. dicit, ſimile eſſe officio Pro
tonotarij, licet diuerſis nominibus nuncupen-
tur, ſingula Regna diuerſos mores ac ritus ac-
cipiũt. In appellationibus, quæ ad auditorium
principis interponebãtur, ipſi formabãt breues
ſiue notas, vel formas libellorum refutatoriorũ,
qui in ipſo auditorio recitabantur, vt in l. fi. §.
in refutatorijs. C. de appellatio. Sicut hodie
ſunt ſecretarij Domini Papæ, qui circa talia,
poſt Vicecancellarium, qui quęſtoris officio fun
gitur, omnibus alijs ſunt maiores. Andreas au-
tem in c. 1. §. quoniam, de prohi. feud. alien. per
Loth. in 2. col. Protonotarium firmat in Re-
gno Vicequæſtoris officio fungi, prout fuit tẽ-
pore Iuſtiniani Imperatoris Tribonianus, vt
dicit Guido Papæ deci. 436. ver. 32. & ſub Ale
xandro Seuero Vlpianus ſecũdùm Guil. Bene.
in loco ſupra allegato, & Caſſiodorus Theodo
rici Regis Italiæ, ſecundùm Antonium in ſecũ-
da parte extollit, & veneratur perſæpe in ſua le-
ctura ſuper tribus libris. C. Arbitrantur aliqui
5 † hoc officium à Græcis in Regno ſumpſiſſe
exordium, dum Michael Catalaicus Imperator
Conſtantinopolitanus ſuas Imperio ſubditas
prouincias in Regno regeret, ſecum tuliſſe gu-
bernatorem, qui ab eo magnus interpres nuncu
patus eſt, & qui primus cum Imperatore ſermo
nem negotiorum haberet, & daret reſponſa, &
ad quem negotiorum remiſſio ordinabatur. &
apud Græcos tempore etiam Phocę Imperato-
ris huiuſmodi officium, & poſt Catalaicum, qui
à Normannis expulſus, & per multa tempora
& vſque ad Petrarchæ ætatem, dum epiſtolam
ſcripſit, quæ inter Latinas legitur ad dominũ
Martinum ſubiacetum Imperatoris Conſtan-
tinopolitani magnum interpretem.

Prothonotarius in Conſtantinopolitana aula
præfectus eorum, qui iudicandi munere funge-
bantur, ſecundùm Luitprandum, lib. 3. de reb.
procur. geſtis. li. 7. & Paul. Warneſudus ad Eu-
tropium c. vlt. hic etiam libellis reſpõſa dabat.*
6 † Logothetæ officium erat in Regno, quan-
do publicum celebrabatur parlamentum ante
7 alios loqui & reſpondere † & dicitur a græ-
co logos, quod eſt ſermo, & thetis, poſitio.
Hodie officium eſt Protonotarij, ut dicit Luc.
in d. l. neminem, & iam ex deductis in tabula
officij colligitur eſſe diuerſa officia: cum dicatur
officium Logothetæ & protonotarij: iuxta not.
per gloſ. in rubrica, de iur. & fa. igno. unitum eſt
vnum alteri, & annexum, & de Protonotario
Regni aliqua dicunt Moder. in conſtitut. pręci
pimus. & in conſtit. ſtatu. mus, 2. col. & in rubr.
conſtitutionis, inter cętera, de præſtatione iura-
menti,

8 menti, † ꝙ Protonotarius debet examinare iudicem, vel aſſeſſorem, quando aſſumitur ad officium, ſi ſtuduerit conſtitutionibus, & capitulis Regni, per capitula Reginæ Ioãnæ primæ, quod
9 hodie non ſeruatur per eum † & vbi ſupplicatur in creando aliquem in notarium, idem Protonotarius informat ſe, ſi ſit ſubiectus alicui perſonæ eccleſiaſticæ, & ipſum non admittet, per l. Federici in locis Demanij, quæ hoc prohibet, & ſi habet literas teſtimoniales officialium Regis deputatorum in eo loco, in quo ipſe deſiderat fieri notarius. In quibus debet fieri fides, quòd ille, qui petit notarium ſe creari, eſt fidelis Regius, & bonis moribus ornatus, & notas habet conſuetudines loci, & hæ literæ faciunt fidem Protonotario, ſeu Viceprotonotario ex authoritate dictæ conſti. ſicut literæ Epiſcopi, ꝙ talis eſt clericus, probant eum eſſe clericum ſecundùm Cynum in l. ſi quis per calumniã, C. de Epiſ. & cler. & licet vaſallus Baronis non poſſit creari notarius, niſi per Regem, ſecundùm And. ibi, hodie tamen habita informatione paſſim admittitur, & no. ꝙ tex. in d. conſt. nullam facit mentionẽ de Protonotario, neq; alibi legitur, forte eo tempore nõ ſic nominabatur. Hodie autem hoc officium Viceprotonotarij gerit Hieronymus Seuerinus vir genere, ingenio, ac doctrina clariſſimus, quem ſupra omnes dignitatum gradus Carolus Quintus Maximus Imperatorum, & Dominus noſter Potentiſſimus Rex, ſummis curijs præfecit: ac poſtremò omnium iudicio laudatiſſimus noſtro ſacro Conſilio præſidet: æta-te pater, & dignitate mihi dominus colendiſſi-
10 mus. Eſt etiam in Vrbe Romę Protonotarij officium, quod tẽpore primitiuæ eccleſiæ à beato Clemente fuit inſtitutum ad perquirenda, atque ſcribenda martyrum geſta: ut in Regiſtro Diui Gregorij libro vlt. c. antepe. quod refert glo. pragmaticæ ſanctionis, in titulo de cauſis. §. Romanæ, in ver. Protonotarij, & ſecundùm ſtylum curiæ Romanæ in literis uocantur notarij Papæ, ut in capitulo ſecundo, duodecima quæſt. 2. & in c. cum redemptor, 5. q. 1. & poſt ſubſcriptionem multorum Epiſcoporum, dicitur ego N. notarius ſanctæ Romanæ eccleſię &c. omitto uulgatus Protonotarios, de quib. Paulus Secũdus ſtatuit nonnulla, non referam, quia nihil ha-
11 bent commune. † Dignitas eſt eſſe notarium principis, ut in l. maximarum. C. de excuſa. munie. lib. 10. & in l. præclaram. C. de primice. libr. 12. erat ſecundùm Luc. ibi in rub. officium in palatio Imperij uel principis, quod nunc eſt incognitum, ſicut & alia plura officia, quę maximã dignitatem afferebant, & forte ut ſunt hodie notarij domini Papæ, qui iuxta eum iugi tempore iiſtunt, uel ut ſunt in Regno cancellariæ notarij, uel ſorte potius ſecretarij, prout idem Luc. ſcripſit in l. proximos. C. de proximis ſactorum
12 ſcrineorum, libro 12. † De multiplici notario rum noie, & qui cronicarij, tabelliones, catholicani, ſcribæ, ſcriptores, ſerui publici, libellenſes, memoriales, pragmaticales, epiſtolares, receptores, logographi, à logos, quod eſt ratio, & graphe, quod eſt ſcriptura: numerarij, cenſuales, ſcrinearij, chartularij, primarij, uide D. Nicolaũ Boerium in conſue. Bituri. in uerbo, uaria ſunt, fol. 18. & ſi notarius erat tempore digeſtorum, dominus Iacobus Rebuffus in l. præclaram. C. de primicerio, ſi. col. & an idem ſit ſeruus publicus, ꝙ notarius, ut per illum alteri quæratur, ad declarationem multarum legum, uide ſemper doctiſſimum Tiraquellum in tractatu de con-
13 ſtitut. in ſi. operis. Dicitur protonotarius † quaſi ſupremus notariorum, primocerius, ſeu tribunus notariorũ, ut exponit idem Iacob. Rebuff. in d. l. præclaram, & habet ea priuilegia, quæ a-
14 lijs non conceduntur, † & notarius dictus eſt à notis, ut in l. Lucius, in principio, de teſtam. milita. quem ad hoc allegat Luc. de Pen. in l. neque famoſis, 1. col. C. de dignitati. uel quia notæ ſunt ſcripturæ publicæ, uel quia de publicis negocijs fiant, ut in l. his quidem. C. qui militar. non poſſunt. At ex Catonis oratione à literariis notis, per quæ verba ſignificabant, origo tracta eſt, & Paul. Iuriſc. innuit in ea l. in princ. ibi. Titius miles notario ſuo teſtamentum ſcribẽdum notis dictauit, qui excipiens uerba dictãtis per notas & compẽdia ſcribit, hic propriè notarius dicitur, Alciato teſte, domino Oldend. & Iacobo Spiegelio, & merces, quæ ei ſoluitur, non tã pro opera, quàm pro induſtria, & aut honoramento conſtituitur, & ob id Ciceronis authoritate hic notarius non inter ignobiles habetur, apud Græcos honorificum eſt officium. Græci neminem ad id munus admiſerunt, niſi honeſtis natalibus, fide quoque & induſtria cognitum, ꝙ neceſſe ſit, eum omnium cõſiliorum forè participem, hoc quoque, ut Olden. tradit, nobile fuiſſe apud Romanos, licet aliter hodie uideatur, ut in l. uniuerſos. C. de decurio. & in titulo. C. de tabularijs, lib. 10. & ibi gl. Zaſi. in l. 2. §. poſtea autem, de orig. iur. de commendatione ſcribarum, & notariorũ, & uidimus antiquorũ monumenta à nobilibus conſcripta quàm pluribus, regeſta etiã inuẽtaria ſeu calẽdaria alia & nõ ſine graui rõne familias taceo ne legẽtib. poſteris uidear diſplicuiſſe, nõ dicã de his, qui ſerui publici à iureconſultis nominãtur, ut in l. 2. ff. rem pup. ſal. fo. & alibi ſæpe in authenticorum libris & codicis, conſtitutionibus & pandectis Regni, notę debent eſſe literæ excipientis verba dictantis, at in bellicis & ſecretioribus contrarium ſonant, cum ad occultandum conſilia, maximè in bello, propter hoſtium ſtratagemata, & inſidias tribuni & milites vſi ſunt, vt
15 ait Viglius, inſti. de milita. teſtamen. † vulgò nunc ziphrę vocãtur, eaſque primùm authore Euſebio, & Spiegelio, commentum fuiſſe Tironem. M. Tullij Ciceronis libertum: alij Cæſaris fuiſſe inuentum, teſte Tranquillo in illius vita, ſie ſtructo; literarum ordine, vt nullum verbum effici poſſit, & ſimile quoddam fuit apud Lacedo. vt tradit Volat. lib. 29. hiſto. de celeri. alia in notariorum materia longè abundeque diffuſa vulgaribus circunferuntur authoribus.
16 † Protonotarius in ſuo officio non poteſt aliquem ſubſtituere ſecundùm Luc. de Pen. in l. viris. C. de magiſtris ſcrineorum, niſi quẽ prin-

ceps

ceps duxerit approbaudum, ar. l. 1. C. de offi.
magiſtri officiorum, prohibuit idem iuſtitiarijs
prouinciȩ Federicus in conſt. duram & diram,
& omnem remouit abuſum in cooſt. 1. officia.
perſonam & induſtriam elegit domious Rex,
quæ hærent animo & Deo per alium nequeũt
explicari, hoc perſonaliſſimum eſt, dixit glo.
ſing. in l. Pompo. ſcribit, de rei vend. eique vt re
gi præſtatur, ex dictis in l. quiſquis, C. de epiſco-
pis & cler. no. Alexand. in prȩludijs feud. 1 3.
17 † col. At dominus Barthol. de Capua in ſuo
officio ex poteſtate ſibi tradita ab ioclyto Caro
18 lo ſecundo, † dominum Nicolaum Frecciam
iuriſperitum clariſſimum amicum ſuum, meũ
ex familia progeoitorem ſubrogauit aduocatũ
primò pauperum ſub Carolo Primo, & iudicẽ
magnæ Regiæ curiæ, ſub Carolo Secundo fuiſ-
ſe affirmat, laudesq; eius innumeras ex lõgæ-
uo viceproto. officio, tam grauis prȩco recenſet
io morte: vt legimus in ſermonibus illius, obijt
anoo Domini 1312. Collateralis Roberti Re-
gis Conſiliarius, vt in donis & feudis ab eodem
collatis Regia priuilegia dictant. † Fuique
19 ſub Philippo Tarenti & Achaiæ Principe, Coo
ſtantipolitano Imperatore. Dominus Ioannes,
Freccia ex attauis meȩ familiæ iuris ciuilis pro
feſſor miles Magiſter rationalis Regiæ curiæ
Conſiliarius, Logotheta & Protonotarius an-
no Domini. 1362. Cuius in cauſis leguntur pri
uilegia. & mihi duo aut quatuor in bibliothe-
ca ſuperxiſtnut libri ad peonam.

20 Protooootarius † primus notariorum Regis
vt dicit Abb. in c. 1. de priuilegijs, ſicut de bea
to Stephaoo Protomatyre, cuius primitias mar
tyrij poſt dominum ſancta veneratur eccleſia,
not. Bar. io l. eos. C. de excuſa. mu. lib. 10. tex. io
§. 1. in authen. de tabellionib. ſicut protoſpata
rij Grȩcorum, & protoſcribæ in Baro, & ſi vo-
cabulum vulgatum magis ſit quàm probum, vt
tradit Spiegelius, quæſtor candidatus appella-
tur, ſecundùm Ioannem de terra rubea, in tra-
cta. de rebellibus, io procem. char. 3. colum. 2.
cum principi legeudis libris operam præſtet,
ſupplicem ſchedulam exponat, ac de illius men
te reſpondet primus, penes ſe conſeruabat re-
geſta & acta, ideo Magiſter ſcrineorum reputa-
batur iu Regno ſecũdùm Andream de Barulo.
Lucam Penoam, & Ioau. de terra rubea, bodie
penes ſe illa nó retinet ex ordinarione diui Re
gis Catholici, ſed peues Caocellariam detinen
tia, & conſeruautur, neque prior ſubſcribit in
tus paginam priuilegiorum, ſed poſt primum
Regentem, neque ſolus ſubſcribet: cum etiam
ſecretarius formet literas & priuilegia Regia,
ex conſtitutione dicti Regis, hoc habet oouum io
ſuo officio, cætera firma conſiſtunt.

21 Protonotarius † habet noonulla emolumẽ
ta in officio ſuo: cum creatur notarius, fit ad
cootractus iudex, vel aliquis à Rege legiti-
matur, ſi à Rege deputetur viceprotonotarius,
qui babet eandem poteſtatem decretandi, &
formandi, prout babet protonotarius, an de-
beat habere emolumenta, quæ obueniunt ex
expeditionibus, quæ fiunt per d. Viceprotooo.
fuit de facto quȩſtio, inter Illuſt. Ducem Caſtro
uillarum Protonotarium, & d. Ciccum Loffre
dũ tunc Præſidentem ſacr. Concilij viceproto.
& poſtea Regentem Caocellarium digniſſimũ
d. & patrem meum ven. pro Duce allegabatur
primò percipiendi etiam ea quȩ firmabantur à
viceproto. tempore dominorum Lucȩ Tozoli.
d. Antonij de Alexand. Antonij Ianuarij, & d.
Andreæ Maricondȩ. pro. d. Cicco labor & exer-
citium, & creato ipſius ad officium per Cȩſ.
M. dicebam iſta emolumẽta nó cedere pro mer
cede laboris, ſed in dignitatis prȩmium, cum di
22 gnitas † Protonotarij ſit illuſtris, iuxta not. p
Bar. in l. 1. §. diuus, de varijs & extraordi. cogni
tio. quem ſequitur Iacobinus in l. 1. col. 4. de
offi. aſſeſſo. Item quòd deputatio Viceprotono.
erat ad releuamen Protonotarij: vt dicit Luc. de
Pen. & noo ad derogationem emolumentorũ,
quæ obueniunt ex taxa, ideo integra ſpectabãt
ad eum, ex dictis per Pau. de Caſt. in l. ſi eadem,
23 de offic. aſſeſſ. † q̃ vbi in vno officio addi-
tur alius officialis, non diuiditur prima proui-
ſio in duos, & ita intelligi l. binos. C. de aduo.
24 diuer. iud. † quando eodem tempore duo creã
tur, vel æquè priocipaliter: cum per deputatio-
oem ſubſtituti ooo fiat derogatio principali, ex
dictis per Bal. in l. 1. de offi. conſulis, quem ſe-
quitur Purpur. iu l. 1. de offi. aſſeſſ. Barba. conſi.
87. tertio vol. & conſ. 4. 1 1. col. 4. vol. Sandæus
etiam in c. poſtulaſti, de offi. ord. & ſingulariter
Bal. ſentit vnum in cooſ. 328. Rex Romanorum
4. col. 1. vol. quòd Vicarius intelligitur poni in
adiutorium Domini, & G. Benedicti in c. Ray-
nutius, ou. 87. quòd Rex deputat ſecretarium io
Cancellaria non vt deroget caucellario, ſed io
ſubleuamen cancellarij, propter multitudinẽ
negotiorum in curia & Cancellaria Regis af-
fluentium, ſequitur Caſſa. parte 7. conſi. 7. &
ideo Bar. in d. §. filius: has obuentiones Illuſtris
officij appellat beneficia, & facit, ratio ioter a-
lias poſita per Ancha. Zabarell. & alios in clem.
25 ſtatutum. de electio. † quòd ideo ſubrogatus
ſede vacante, licet habeat iuriſdictionem ordi-
nariam non percipit fructus prȩlaturæ ſede va
cante, ex quo eam exercet nomine dignitatis,
& ideo reputantur ſucceſſori, vt dicunt doct.
ibi. & ibi Zabarella. de perceptione, quæ
fit ex ſigillo, alia plurima deduxeram, quȩ noo
ſunt penes me, & ſi multa in contrarium per
eruditiſſimos aduocatos afferebantur: cum
iam pro Duce fuerat pronunciatum in prima
inſtantia in Regia Cancellaria cum adiunctis:
io cauſa reclamationis, cauſa diſcuſſa noo fuit
iudicatum grati idem Dux memor officicij à
Cæſarea Maieſtate obtinuit poſſe Cooſiliarium
eligere, qui ſibi in officio aſſiſteret, anno Do-
mini. 1534. me prȩelegit & nominauit Illuſtr.
Poregi, renui onus ſuſcipere re in cooſulatio-
26 nem deducta, † ſumpſi tandem Cæſ. manda-
ta 1539. 8. Decembris Conſiliarij nomen imme
ritus & iodignus.

27 Logotheta, idem ferè quòd ſcriba, vt expo-
oit Volater. lib. 39. in glo. in tit. de magiſtrati-
bus grȩcorum: & magnus Logothetes, & Logo-
thetes

thetes expeditionis, & Logothetes turmatũ in Regno duo erant hæc officia vnita & annexa; Logotheta,& protonotarij primum in Conſilio proponere, alterius primo ſcribere, quæ decreta erant.

28 Protonotarius, † ſi non apponit manum in priuilegio cum data an teneat: cum non habeat omnia ſolemnia, Andr. diſcurit in c. quoniam inter diuinum, in additione, de prohi. feu. alie. per Loth. Decius in conſi. 11. & 10 conſi. 84. colum. 4. a. lib. cum priuilegium debeat habere omnia, quæ ſolita ſunt adponi. l. ſacri affatus, & ibi Bal. C. de diuer. reſcri. uo. Abb. in c. ad audientiam, de confirma. vtili vel inutili. Sand. in cap. cauſam, quæ, de teſtibus, & ſi deeſt ſigillum. Collector rotæ Neap. 143. 254. 361. & 398. ad-

29 do Bal. conſi. 310. ad euidentiam, 3. colum. † habet ueſtem protonotar. purpuream.

30 † Sedet in parlamento ex dextera parte in banco magni Comeſtabilis, poſt Admiratũ, ut fuit obſeruatum tempore Alfonſi Primi 1442.

DE OFFICIO MAGNI SENESCALLI.

SVMMARIVM.

1 *Magnus Seneſcallus de quibus curam habet in domo Regis: in quibus uerſetur eius officium, & quale nomen ſit Seneſcallus, & quibus alijs nominibus nuncupetur in Regno Siciliæ, Aragoniæ, Galliæ.*

2 *Notitia rerum neceſſaria eſt, licet earum nullus ſit vſus.*

3 *Magnus Seneſcallus qualem iuriſdictionem habeat aduerſus familiares domus Regis, & ſecum contrahentes in eius officio.*

4 *Magnus Seneſcallus non cognoſcit de perſonis collateralibus. D. Regis, ſiue de Cambelanis Regijs, quia tales perſonæ cenſentur Illuſtres, & non ueniunt in generali commiſſione, niſi expreſſè dicantur.*

5 *Aulici, ſiue Camerarij, ſiue Cambellani officium magni honoris reputatur, & perſonæ nobiliſſimæ proſapia collocantur in hoc officio apud Cęſarem, quorum differentia ſiue delicta ęquius tractantur, & benignius ac mitius puniuntur per Regem.*

6 *Domus Regia omnib. prębet ſecuritatẽ, ita vt qui in dicto palatio deliquerit, acrius ac ſeuerius puniatur, licet non ſic Aulici, quorum negotia mitius & ęquius pertractantur, & ſecretè.*

7 *Magnus Seneſcallus ultra curam hoſpitij & uictualium familiæ & equorum Regis habet etiam curã foreſtarum & uenationum pro ſolatio Regis conſtitutarum.*

8 *Foreſta, parcus, inſula, ſylua, ſaltus, defenſa, nemora, quæ nomina ſint, & quid interſint, & quid ſignificent.*

9 *Negligentes in ſuis officijs debent repelli, ſalarium denegari etiam totius temporis, & alij ſubrogari.*

10 *Magnus Seneſcallus quali ueſte utatur, qualiter ſedeat in parlamẽto generali, ad pedes Domini Regis, & qualiter præmietur in feſtiuitatibus principalibus, uel alijs diebus, quando Rex portat Coronam.*

11 *Gradus ſeſſionum cunctorum ſeptem officialium Regni apud Regem.*

1 SEXTVM eſt in Regno officium magni † Seneſcalli, qui habet ſecundùm nouum modum traditum à Carolo ſecundo prouidere de victualibus, vino, carnibus recentib. ſalitis, ſpecieb. cera, & alijs neceſſarijs victui hominum, & equorũ, hoſpitijs, & de animalib. foreſtis, uictualibus, aratijs, equis, pullis, & omnibus, quæ pro hoſpitio & viuere ſecundùm temporum & locorum qualitatem expediunt: Regijs ſeruitoribus, & alumnis in dicto hoſpitio, cum poteſtate coercendi, & puniendi omnes familiares Regij hoſpitij, in curia ipſa delinquentibus & contrahentib. præterquàm de Collateralibus, & Cambellanis Regijs, & ſingulis 12. diebus dare computum expẽſarum Regij hoſpitij. Plurima continentur in tabella officij prædicti, quæ videri poterunt in ea, non referam, nomen hoc Seneſcalli vulgare eſt Gallorum, ſecundùm Luc. in rub. C. de præpoſitis ſacri cubiculi, li. 12. & eſt barbarũ, ſecũdùm Eraſmũ, quẽ ſequitur dñs Iac. Spiegelius, & ſecũdum Stephanũ Forcatulũ, de occulta iuris prudentia, dialogo 61. char. 213. dictio Seneſcalli vetus eſt, luxata interim pronunciatione, à Gallis Senonibus origo eſt, quos Gallorum fortiſſimos Roma aliquando experta eſt, vtpotè quam expugnarunt: & Etruſcos pepulerunt ab Arimino ad Anconam, vnde & Senogallia dicta eſt, quæ deinde Gallia togata, vt ſcribit. M. Cato in fragmẽto originum à qua quidem in Galliam Ciſalpinam ſerpferunt innumerabilia ferè vocabula barbara, vt feudum, vaſallus, & alia plurima: ergo Seneſcallus, quaſi σεμνος γάλλος, ſemnos gallus, hoc eſt ſeuerus, uel uenerandus gallus.

* Seneſcalcus ſtructor & architriclinus, *quello che à cura della caſa del Signore*, & Scalcus ſecũdùm Boccacium. *Io primieramente conſtituiſco Parmeno familiar di Dioneo mio Seneſcalco, & a lui la cura & ſolicitudine de tutta la noſtra famiglia commetto eſſẽdo ogni coſa del diſcretiſſimo Seneſcalco apparecchiata.*

In Regno exercet Seneſcallus officium præpoſiti ſacri cubiculi, & quamquam poſt debilitatum imperium cuncta propria uocabula ſunt

2 deleta † iſtorumq;, & ſimilium, hodie nullus eſt uſus: notitia tamen neceſſaria eſt, ſecundùm Luc. ibi: gerit etiam in Regno officium magiſtri officiorum, ſecundùm eundem Luc. in l. viros. 1. colum. C. de diuer. offi. li. 12. & in ipſo Regno prouidere de Caſtellanis & Caſtrorum cuſtodia ad ipſius magni Seneſcalli ſpectat officiũ vocatur etiam Magiſter domus, in curia Regis Siciliæ, ſicut in Aragonia, Maiordomus, ſecundùm Luc. in l. præpoſitos. C. de comitibus & tribu. ſchola. lib. 12. & hic Seneſcallus, ut plurimũ iubet epulas, earumq; inhæret miniſtris, & appellatur Comes ſacri ſtabuli, cum prouidere habeat victus equorum, & ſtabulum cuſtodit imperiale, ſecundùm Iac. Reb. in d. rub. & ſicut

ſcho-

ſcholaris in ſtudio addiſcit & ſtudet, ſic ipſe ſtu
dium habet parare epulas,& per ſimilitudinem
dicitur Comes & tribunus ſcholariũ, & ſecun-
dùm Alcia. Præfectus eſt prætorij,qui principis
ſalutem tuetur, vel verius Præfectus palatij,qui
ſecundùm Pyrrum in titu.de ingratitudinibus,
vulgò dicitur, Magiſter domus : dicitur etiam
Comes ſacri palatij, ſecundùm Caſ. in 6. parte,
conſid. 16. cum ad eum ſpectet conſeruatio &
ornamentum palatij Regalis, vt niteſcat, & fa-
milia Regis quieta perſiſtat : ut per Purpur. in
in l.1.de offic. eius, & Pyrrus in prædicto loco,
& in regno Franciæ magnus Seneſcallus voca-
tur magnus Magiſter, ſicut in Aragonia, Maior
domus,ſecundùm d.Nicol. Boer.in tra.de præe
minentia ſacri conſilij, quamquam aliter vide-
tur ſentire. G.Bud. in l.fin.de ſenat. ſed cum in
palatio principis ipſe ſit maior omnibus, & ha
beat curam de epulis, Regijs familiaribus, &
ſeruitoribus, & de animalibus,equis, & aratijs,
& omnibus neceſſarijs,& omnes ſint ſub ſua iu
riſdictione & protectione, poteſt cenſeri ma-
gnus eſſe Magiſter : dicit tamen Caſſa.in 7.conſi
der quòd inter officia domeſtica palatij, ſeu ho
ſpicij domus regalis, maius officium eſt magni
Seneſcalli, hic etiam poteſt dici Comes ſacri ſta
buli, in Gallia appellatur magnus Scutifer, ſe-
cundum Iac.Reb. in l. 1.de comitibus, & tribu.
ſcholarium, & habet ſub ſe alios miniſtros in of
ficio,ut eum adiuuent, & ob id poteſt in ſpectã
tibus ad eius officium vnum, vel plures deputa
re in aratijs,in foreſtis,in frumentis,in animali
bus, & alijs, prout ſibi viſum fuerit, non tamen
poteſt Viceſeneſcallum militem, ſuo loco ſub-
rogare, niſi Rex ſciat, & permittat, vt deſcribi-
tur in tabella prædicti officij.

3 Magnus Seneſcallus, † habet iuriſdictionẽ
in omnes curiales. D. Regis in eius palatio de-
linquentes,vel contrahentes, credit D. Affl. in
conſtit.ſtatuimus,colum.3.hoc procedere: quia
Rex ſibi hoc ſpecialiter committat. cum uide-
rit tempore Ferdinandi Primi ſignificari per ma
giſtrum Seneſcallum magnæ Curię,φ talem cau
ſam talis ad ipſum remitteret, & ſiue ciuilis,aut
criminalis fuiſſet cauſa, ex hac ſignificatoria fie-
bat remiſſio, cum cognitio curialium ſpectet
ad magiſtrum Iuſtitiarium, iuxta l.Federici ſta-
tuimus. Ego alterum de duobus opinor,quòd
aut d.meus Affl.non fuerit memor Pandectæ of
ficij prædicti, aut ipſam non viderit : cum iuriſ-
dictio iure officij ſpectet ad magnum Seneſcal-
lum,& alia noua commiſſio non requiritur. aut
curiales illi in hoſpitio D. Regis non deliquẽ-
rint,aut contraxerint, iuxta not.in l.magiſterię.
C.de iur.omn.iud.quia cum Rex dederit iuriſdi
ctionem limitatam,in alijs ſibi retinuit, & ab or
dinario non reuocauerit,ar.l.cum prætor.de iu-
dicijs,& no in c.poſtulaſti, de offi.ord.in illis ca
ſibus Regis delegatio erat delegatio : nullius iu
riſdictioni detraheret,ut in l.iudicium ſoluitur.
eo.tit. vel forte tempore Federici Imperatoris
non erat officium magni Seneſcalli cum poteſta
te cognoſcendi in aulicos & curiales in palatio
Regis commorãtes,cum idem Federicus ſtatue

rit omnium curialium in curia Domini Regis
commorantium magnam Curiam iudicem eſſe
ordinarium, cum non ſit veriſimile,ab eo cogni
tionem in certum genus hominum, & cauſa-
rum voluiſſe auferre, & aulicos & curiales ſuos
longo litis itinere defatigare, quia ſic ab eius ſer
uitio ſubtraherentur, ſecundùm ea quæ not.
Luc.de Pen. in rubr.C. de apparitoribus præfe-
cti Vrbis,lib. 12.forte hoc officium in Regno cũ
eadẽ poteſtate fuit inſtitutum à Carolo Primo,
ex vi verbi Seneſcalli, quod eſt vulgare Gallo-
rum. Item quia in eadem tabella ſunt nonnul
la verba gallica, quæ authorem iudicant fuiſſe
gallicanum.

4 Magnus Seneſcallus † non habet iuriſdi-
nẽm in perſonas Collaterales Domini Regis,
qui ſunt de ſecreto eius Conſilio, neq; ſe intro-
mittit de Cambellanis Regijs: Collaterales cen
ſentur, quaſi pars corporis ipſius Regis, vt in l.
quiſquis.C.ad l.Iul. Maieſt. Ideo non ueniũt in
iuriſdictione generaliter conceſſa,ſed excipiun-
tur, nam quodammodo videretur contra ſe ip-
ſum iuriſdictionem conceſſiſſe, quod non eſt
credendum, & eſt ratio. Quia de ſecreto eius
Conſilio ſcrutari quodammodo videretur arca-
na & ſecreta Regis, Ideo Rex denegat in hoc au-
thoritatem, ne detur occaſio per indirectum, et
his qui ſunt & aſſiſtunt ſub ſuo obſequio, & ſti
pendio, ſua intereſt : in hoc cenſentur perſonæ
illuſtres, vt dicit Angel.in d.l.quiſquis, etiam in
generali conceſſione non veniunt, niſi ſit dictũ
in ſpecie: ut diſcutit Purpur.in l.prima, de offi.
eius cui mand. eſt iuriſdictio, cui addo Bald.in
c.1.qualiter dominus pro.feu. priuetur, & Luc.
in l.i ſacris. C.de prox.ſacr.ſcrinio.in fi. lib. 12.
& ego miror quare exceperit Cambellanos Re-
gios, ut non ſubſint magno Seneſcallo, cum ip
ſi eorum iudicem habeant Magiſtrum officiorũ.
l.cubicularios.C.de præpo.ſacri cubiculi,& Ma
gnus Seneſcallus in Regno gerat officium ma-
giſtri officiorum, ut dixit Luc.in d.l.uiros.debe
rent coram ipſo conueniri, niſi forte dixeris, φ
illud de iure imperiali,quod non fuit viſum Re
gi huius Regni in hoc ſequi, & Magiſter officio
rum non ſit verè magnus Seneſcallus, licet in
aliquibus gerat & adminiſtret in multis illud of
ficium: cum officium magiſtri officiorum ſit,
authore Pomponio Læto de magiſtratibus Ro-
man.ſignificare quotannis Cæſaribus, quemad-
modum numerus militum ſe habeat, & caſtro-
rum,& Magiſtri officiorum caſtrorum præfecti,
quibus cura eſt,caſtrorum poſitiones, valla,foſ-
ſæ, tentoria, tabernacula, tormenta bellica,& hi
cubicularij Camballani nuncupantur,& ſecun-
dùm Odofr.ibi illi dicuntur,qui ponunt Domi
num Regem ad lectum,& excalceant ipſum, &
iacent in Camera ſecreta ipſius Regis, & dicit
Iacob. Rebuff. φ in Regno Francię eſt magnus
Cambellanus, vulgò *el gran Ciambelan*, qui ſupra
5 omnes cubicularios præeſt. † & reputatur ad
magnum honorem habere hoc officium, & ſecũ
dùm Caſſa parte 6.conſider.8. tempore Coſtan-
tini dicebatur, Paracemomenus cubilis, uel Præ
fectus cubilis, legitur in archiuo Caroli Primi;

& Secundi, nonnullos nobiliſſimę proſapię Cibellanos aſſumi & recipi ad Cameram ipſorum Regum: ſecreti Aulici magis honorantur, cum ſubſint iudicio Regum: vt in Pſal. Tibi ſoli peccaui & malum coram te feci: eorum ſcrineum negat alijs eſſe apertum, alijs claudit, ex cauſa tegit eorum peccata propter opiniones hominum, & diſcrimina temporum, iubet Rex aulicos non acriter puniri: cum diſſentiunt, ad inuicem ritentur, vel ad arma deueniunt, ſed diſcreto modo, paternoque affectu rem eorum finiri, vt ad concordiam reducantur. In hoc priuilegium habent à lege, & ab homine, quòd eis facilius parendum ſit aut agendum mitius, ſecundùm glo. in c. quando 86. diſt. in fi. & in c. ſi verò: il terzo, in ver. in initio. de ſenten. excō. Ioannes & Paulus fratres Iuliani Imperatoris primicerij, ad fidem conuerſi non palàm, neque publicè decollati fuerunt à Terentiano: quia non decebat eos intra aulam Regiam nutritos publicè occidi, legitur in eorū Martilogio, ſequitur. G. Benedicti in repeti. c. Raynutius, in ver. & vxorem, nume. 808. ſit remiſſio pęnæ propter ſeruitia & obſequia, quę Regi pręſtant, iuſta eſt cauſa vel ſaltim mitigandi, ſecundùm glo. in §. planè, in ver. ab hominibus, inſtit. de iur. natu. gen. & ciui. & ibi Angel. valde notat. eam dicit ſing. Caſſa. in 7. parte, conſide. vltima, & conſider. 19. quanquā ſecundùm Caſſiodorum, neceſſe eſt, viuat inculpabiliter, qui ſui
6 præſentiam duuit principibus offerendam. † Alij non aulici in palatio & hoſpitio delinquentes actius puniuntur, ſecundùm Guil. B. in d. loco, locus ipſe prębet ſecuritatem omnibus propter principis aſſiſtentiam, ſecundùm Bal. in l. 1. C. de his qui per metum iudi. non appe. & confinia etiam tali priuilegio fruuntur, ſecundùm Alb. in l. pręſenti. C. de his qui ad eccleſiā confug. & ita dicit communiter obſeruari, locus dicitur ipſe quaſi ſacer. & omnibus aſilus, & pro alapa in palatio Papæ illata, dicit Caſſ. in 5. parte, conſidera. 25. num. 125. mādatum fuiſſe à Pontifice Gallum quendam inferentem furca ſuſpendi, ſequitur Carolus in regalibus Francię, & vidimus de facto nobili inferenti in palatio Domini Cardinalis Columnę manum ſiniſtram fuiſſe inciſam, & patrem gratiam obtinere non potuiſſe, quia dicebat in palatio omnem ſecuritatem eſſe debere.

7 Magnus Seneſcallus, † habet curam de omnibus foreſtis Regijs, & de venationibus pro
8 Regis ſolatio conſtitutis †. Foreſta, ſecundū Hoſtien. in c. cum dilecti. de donatio. vulgare eſt Francię, & Angliæ, & dicitur magnum nemus ſine aqua, & ſine clauſura: in quo includuntur feræ ad venandum, parcus dicitur locus, ſeu nemus, palis aut muro clauſus: quando eſt prope flumen dicitur ſylua, quando aquis circundatur, dicitur inſula, ſequitur Zabarella ibidem in 3. col. de foreſta ibi Inno. Tertius in tex. fecerat mentionem, alibi non legitur: & ſecundùm Caſſa 6. parte, conſiderat. 21. locus dicitur, in quo ſuperexiſtunt arbores altæ & vix ſeſla caret, & non licet eas incidere, vtimur in Regno hoc nomine foreſta, & in aliquibus locis licet non generaliter forte eſt ſaltus, de quo Marcellus ſcribit in l. qui ſaltum: de leg. 3. qui ſaltum æſtiuum legauit, hoc etiam amplius, eas res quę ibi eſſe ſolent non videtur de illis pecoribus ſenſiſſe, quæ hyeme in hibernis, aut æſtate in ęſtiuis eſſe ſolent, ſed de illis quę perpetuò eſſe ſolent: Pau. idem in l. 3. §. ſaltus hibernos, de acqui. poſſ. locus erat reclauſus arboribus plenus, in quo paſcuntur armenta feręque verſantur, hinc & ſaltuarius, gratia finium cuſtodiendorum paratus, per Vlp. in l. quęſita. de fundi inſtru. & in l. inſtrumenta, eo. tit. & in l. cum quęritur, de legat. 3. & in l. ſiluæ. §. dominus, de vſu & habi. de hoc ſentit Iureconſultus, dum ſaltum expreſſit in dictis legibus de nemore ingenti, arboribus magnis pleno, pro venatione ferarum clauſo, aut armenta paſcendo in ęſtate, vt ſunt ī Regno & planitie Apulię ī hyeme, & montes in ęſtate in præcurijs, & Vlp. meminit in l. peregrè. §. fi. de acquir. poſſe. & bene explicat Maynus in d. §. ſaltus. loca eſſe ſiluestra, in altum arbores habentia, allegat glo. in l. 1. C. de paſcuis publi. & in l. nulli, de fundis patrimo. libro 11. Cepolla in tractat. de ſeruitut. ruſtic. prædio. in tit. de montibus, & Caſſ. in conſuet. Burg. in tit. de foreſta, rub. 13. fol. 365. Hodie autem in Regno foreſta appellatur defenſa ſecundùm Mod. in conſt. authoritatem. la 2. in 4. not. quę ex l. Ferdinandi Primi fieri non pōt per Barones in præiudicium vaſallorum, ſequitur Caſſa. in d. conſt. Burg. fol. 371. & ibidem multa ad materiam defenſarum foreſtarum per plures columnas, in tit. de iuſtitia. §. 7. verſ. quinctò expeditus, char. 66. & dicit prædictus author eo. titulo, numero 28. char. 13. quòd pignorare aliquem in foreſta eſt exercere actum mixti Imperij.

9 Magnus Seneſcallus, ſi in viſitatione inuenerit maſſarios Regios in eorum officio negligentes, poteſt eos demouere & alios ſuſtituere, hoc eſt regulare, vt negligens in officio repellatur, per l. ſi quis. C. de offi. Præfecti prætorio, & alius ſui loco ſubrogetur, vt ibi tex. dicit ibi, alijs vice eorum ſubrogatis, & perdit negligens ſalarium, vt l. purpurę. C. de veſtib. oloberis, lib. 11. & in l. pen. de anno. & tributis. Bal. in l. mancipia C. de ſer. fug. Corſetus ſingu. 28. ſalariū etiā totius temporis, & non pro rata temporis ſecundùm aliquos, de quo per dominum Iacobū Rebuffum in d. l. pen. & expulſio ab officio ex negligentia fit ſine mora, cum reip. inferatur præiudicium ſuſtinere negligenté, vt per Abb. in c. cū ad monaſteriū, & ibi glo. de ſtatu monachorum. Magnus Seneſcallus nonnulla poteſt, ſi Rex committat cauſam Seneſcallo, an eius Locumtenens cognoſcat argui ad partes. d. Iaco. Rebuffus. in l. ex eo. C. de prox. ſacr. ſcrin. lib. 12.

Magnus Seneſcallus ex inſtitutione ſui officij non ea omnia per ſe ipſum exercet, ſed alij ſunt deputati miniſtri & officiales, tam in hoſpitio Regio q̄ foreſtis, & alijs in ſuo officio contentis, de vltimis appellationibus ad Regem intentus cognoſcebat, cum interuentu vnius iudicis,

iudicis per Regem eligendum, & vno notario, & hoc antiquioribus temporibus, & in meo regeſto, Inclytus Carolus Secundus nouum modum inſtituit, de quo ſupra aliqua expreſſimus. Credunt aliqui magni Seneſcalli officium in regno id eſſe, quod exercuere ij, quos apud Græcos Conſtantinopolit. Imperatores, pro regimine huc miſſos Protoſpatarios, primò appellatos fuiſſe perhibent.

* Apud Gallos, qui cognoſcit de cauſis appellationum inter plebeios, quique his cauſis Præfectus eſt, vulgato nomine appellatur Seneſcalcus, ſecundùm Petrum Nact. in conſuetu. Pictonum, in uer. hic imprimis. folio 13. *

10 Habet Magnus Seneſcallus † pro ornamentu ſui officij ueſtem purpuream, & in feſtis quatuor principalibus, ſcilicet, omnium Sanctorum, Natiuitatis, Paſcatis, & Pentecoſtes, quando cum Domino Rege preſens fuerit, & ſeruiret de ſcutella ultra gagia, in quolibet feſto habet vncias 25. quando dominus Rex portat Coronam, ſi fuerit in aliquo ipſorum feſtorum quatuor, habebit prædictas vncias 25. duplicatas, & ſi alio die Dominus Rex portaret Coronam, & ipſe ſit præſens & ſeruiet, habebit ipſo die ratione Coronæ vncias quinquaginta, & tam cum ſeruiet in alijs feſtis, quàm in quatuor prædictis, & quando Rex portabit Coronam nihil habebit pro ipſo ſeruitio, niſi vt ſupra dictum eſt. ſedet ipſe in parlamento ſeu in curia Domini Regis ſubtus pedes Regios: ut legitur fuiſſe obſeruatum tempore diui Alfonſi Regis Aragonum in prædicto anno 1442. die ultimo Februarij, in generali Parlamento Neapo. celebrato, cauſa autem huius ſeſſionis, vt ſubtus pedes ſedeat fertur, meo iudicio fabuloſè, cum aliqui velint, ut quaſi ipſe recumbat in ſinu Regis, & in fœliciſſimo aduentu D. noſtri Caroli Chriſtianiſſimi & potentiſſimi Imperatoris. 1535. in hāc principem Vrbem, capta fuit informatio ab antiquis: & non ſeruatus ordo ſedendi prædictorum dominorum neq; aliorū magnatū, & Baronum Regni. Sed ſine delectu & norma, prout quiſq; potuit in parlamento accūbere. credo hoc, ut non derogetur ordini, & dignitati, cum non fuerit deliberatum, neq; peritum ab his dominis, qui habēt pro magno honore ſeruare eis antiquas eorum prærogatiuas, ut Archadius Iuriſc. tradit in l. munerum, §. præterea, de muneribus, & honoribus, ſui tēmos hic ſedendi magni Seneſcalli ſumit initiū ex ijs, quæ dicit Luc. de Pen. in l. 1. C. de comitibus & tribu. ſchola. de comite ſacri palatij præpoſito cuſtodiæ conſeruationi, & ornamento Imperialis palatij, qui erat architector peritiſſimus omnium, ante pedes regios primus incedēs; auream uirgam ferens in manu, ſecundùm Caſſiodorum, refert etiam Caſſa. hoc in 6. parte conſid. 16.

* Sedent apud pedes Regis Pares Franciæ, & in gradibus caraphilis, ſecundùm Boerium in tracta. de auctor. mag. conſ. nu. 107. & conſiliarij Papæ ad pedes illius, ſecundùm Bald. in l. Iuriſperitos, de excuſ. tuto. *

Et magnus Seneſcallus Comes eſt ſacri palatij: ut ſupradixi, ex more, uſu, & conſuetudine. Iſta hærent in officijs, uel à Regum nutu, qui nouas dignitates inſtituunt, & ueteres abducunt pro arbitrio voluntatis, ar. l. in re mandata. C. mandati.

DE OFF. MAGNI CANCELLARII.

SVMMARIVM.

1 *Magnus Cancellarius ſigillare habet omnes literas, & omnia priuilegia Regis, & in eiſdem ſe ſubſcribere, & alia agere, in quibus uerſatur eius officium pro more regionum.*

2 *Marchionatus, & Comitatus dignitas pro regione præcedunt & poſtponuntur.*

3 *Magnus Cancellarius licet ultimus ſit in ordine graduum officiorum apud Regem in regno Siciliæ, eſt tamen primus in Gallia: & in Vrbe Roma apud Papam.*

4 *Magnus Cācellarius, quandoq; Vicecancellarius dicitur ſecundùm morem regionum & beneplacitum Principum.*

5 *Cancellarius à cancellando, hoc eſt rumpendo, & lacerando dictus, uel à cancellis; & quare.*

6 *Cancellarius ab antiquis ſcriptoribus uarijs nominibus nuncupatur.*

7 *Magnus Cācellarius dicitur perſona Illuſtris, & iudicat ſecundùm conſcientiam, maximè dū aliquis promouetur ad doctoratum, qui pōt quādoq; iudicare præter opiniones doctorū de collegio.*

8 *Collegij doctores cenſentur eſſe loco teſtium, & ſecundùm aliquos loco iudicum.*

9 *Magnus cancellarius pōt alibi doctoratū examinare, ipſumq; reprobare, ſi nō adinuenit idoneū.*

10 *Approbatus ſemel poteſt ex cauſa reprobari, cum hoc interſit reipub. ne ſub præſumptione gradus doctoratus ad ea promoueatur, ad quæ non eſt habilis. & num. 12.*

11 *Salarium an debeat reſtitui reprobato ab illis, qui ipſum approbauerunt.*

13 *Magnus Cācellarius in Regno Siciliæ ex poteſtate ſibi data poteſt creare doctores, & ad dignitatem promouere.*

14 *Doctor creatur à Rege ſolo uerbo.*

15 *Doctor qualiter promouebatur ad gradum doctoratus in Regno antiquis temporibus.*

16 *Studia generalia omnium ſcientiarum fuerunt inſtituta in ciuitate Neapo. à Federico Imperatore, Anno, & quo tempore.*

17 *Collegium doctorum, in quo promouentur doctores ad gradum qualiter, & quando inſtitutum fuit à Regina Ioanna.*

18 *Papa tanquam Chriſti Vicarius habet poteſtatem diſpenſandi circa ſcientias.*

19 *Doctorandi & inſignium forma quo tempore inducta fuerit.*

20 *Magnus Cācellarius retinet ſigillum Regis, pro ſigillandis omnibus priuilegijs Regis.*

21 *Magnus Cancellarius creat & diſponit de Bidellis & Stationarijs, qui ſunt cuſtodes Gymnaſiorū.*

22 *Bidelli qui dicantur, & quod ſit eorum officium.*

23 *Stationarij qui dicantur, & quod ſit eorum officiū.*

24. *Magno Cancellario quomodo fuit ſibi per Federi*

cum & Carolum ſecundum, data iuriſdictio & po
teſtas cognoſcendi de clericis & perſonis eccleſia
ſticis.

25 *Regnum Siciliæ fuit patrimonium Beati Petri.*

26 *Reges primitus erant ſacerdotes.*

27 *Sacra Cæſarea Maieſtas, quare ſcribitur Imperato*
ri, ſiue Regi.

28 *Capellani Regij qui dicantur, & quis Capellanus*
maior, & quomodo habet aliquam iuriſdictio-
nem, ſiue exercitiũ circa officium magni Cancel
larij.

29 *Regentes Regiam Cancellariam à Rege Catholico*
deputati ſunt, & quod ſit eorum officium.

30 *Magnus Cancellarius hodie quid exerceat, quod*
ſit in uſu.

31 *Exemptus an & quando poſſit conueniri coram or*
dinario de rebus & adminiſtratis in prouincia.

32 *Priuilegiatus an & quando poſſit conueniri corã*
non ſuo iudice de rebus alibi geſtis & adminiſtra
tis.

33 *Neapolitanus, qui ex priuilegio trahit & non tra*
bitur, an poſſit conueniri in prouincia de ibi ge-
ſtis ratione feudi, uel iuriſdictionis.

34 *Magnus Cancellarius quo ordine ſedet in parlamẽ*
to generali Domini Regis.

35 *Gradus ſeſſionum cunctorum ſeptem officialium Re*
gni apud Regem.

SEPTIMVM, & vltimum
1 officium regni eſt magni † Can-
cellarij, ex inſtitutione Caro-
li Secundi Regis, qui ſigillare
habet quàm ſecretius literas,
& omnia priuilegia ſub titulo
Regio miſſa ſibi ſub ſignis eorum, ad quorum
officium ſpectat, & vbi in eis errorem apparet, con
ferre debet cum illo, qui ſignauit. Aſſignat
etiam ex parte Regis librum licentiæ recipien
tibus conuentum in curia Regia, diſponit de
Stationarijs, Bidellis, & alijs omnibus, quę ad
ordinationem, & curam ſtudij pertinere no-
ſcuntur, apponit datam per ſuam manum in
omnibus priuilegijs, habet iuriſdictionem in
clericos domini Regis; percipit nonnulla e-
molumenta, & gagia, cum alijs notatis, &
deſcriptis in pandecta prædicti officij, cum
2 iure ſigilli, & literarum † Habent officia
pro vſu regionum dignitatem ampliorem, &
minorem, ut tradit Vlpianus in lege obſerua-
re, in verſicul. magni enim facinor; de offic.
proconſu. & legati. In Regno Marchio præ-
cedit Comitem: quia maior reputatur digni-
tas, ex textu in capitulo primo, quia dicatur
Dux, & in Alemania Comes præcedit Marchio
nem, ut dicit Federicus in dicto capitolo pri-
mo, & ſic in Italia, ſecundùm Lucam de Penna
in rubrica, C. de comitibus conſiſto. libro duo-
decimo. Caſſaneus cathalogo gloriæ mundi,
parte quinta, cõſideratione quadrageſimaſepti
3 ma. † inter officia Regalia Regni magni Can
cellarij vltimum eſt in ordine, & in Gallia di-
gnius eſt alijs, ſecundùm Budæum in lege fina
li, de Senator. Pyrrhus in tractatu de magiſtra.
Romanorum. Purpur. in lege prima, numero
nonageſimotertio, de officio eius. Caſſaneus
parte ſeptima, conſideratione ſeptima. & alias
in Vrbe Romæ maior eſt omnibus poſt Papam,
& quia quandoque cum Papa certabat quaſi de
4 pari, ſublatum † eſt nomen Cancellarij, &
vocatur Vicecancellarius, vt in capitulo prin
cipum, de pœnitentia, diſtinctione ſecunda,
Guiliel. & alij in clementina, ne Romani, de
electio. Iſta ſunt ad placitum principum, & ex
more prouinciarum recipiant authoritatem,
quandoque etiam ex qualitate negotiorum, &
perſonarum & temporum, vt de magiſtratibus
Romanorum, ſub Regibus, Conſulibus, & Cæ
ſaribus legitur dignitates de nouo conſtitutas,
& veteres ampliatas.
Apud Anglos magnus Cancellarius Regni,
ut vnus ſedet proximior, conſiliarius cancella-
riæ pręſidet, in qua priuilegiorum ſupplica-
tionum, edictorum, & aliorum ad ſtatum ſpe
ctantium curam habet, ſecundùm Sanſubtinũ
in epithumate officiorum illius regni, per om
nia ſimile magno Cancellario Galliæ.
5 Cancellarius † dicitur ſecundùm unam ex-
poſitionem a cancellando, hoc eſt rumpendo,
& lacerando, quia literas patentes de iuſtitia,
vel gratia ſibi præſentatas, ob malam eorum
dictationem, ſcripturam, uel iniuſtitiam pro-
priis manibus deſtruere debet, argumentu l.
primæ, & ibi in gloſ. in. ver. libellis, de offic. aſ
ſeſſ. & ibi nota Maynus, vel dicitur à cancellis,
quia ſicut per cancellos clarè videmus, quę in-
tus ſunt, & abſque ianuæ ingreſſu, ſic Rex per
ſui Cancellarij eminentem ſcientiam clarè vi-
det, & percipit, quæ agenda, & cauenda ſunt,
vt dicit dominus ioann. Munta. de authorita-
te magni Conſilij, in prima parte, in tertia co-
lumna, ipſe enim principis reſcripta, mandata,
& reſponſa inſpicere debet, ſecundùm Bu-
dæum in rubrica de officio pręfect. prętor. ma-
lè ſcripta cancellare, & benè ſcripta ſigonculo
ſuo ſigillare, & ad latus Regis ſemper aſſiſtit,
& eius comitatui hæret, ſecundùm Lucam de
Pen. in l. unus. C. de ſuſcept. præpo. & archa.
libro decimo, allegat Caſſiodorum libro ſexto
variarum lectionum, de authoritate huius of-
ficij, & quòd omnia præter tribunum militum,
eius tribunal fugit, omnia poteſt: putat Caſſa.
parte ſeptima, conſideratione ſeptima, nomen
hoc latinum non eſſe, & officium modernis tẽ
poribus inſtitutum, neque apud probatos re-
periri authores quidam credunt, niſi quòd Fl.
Vopiſcus ſcribit à Carino Imperatore factum eſ
ſe Pręfectum Vrbis vnum ex Cancellarijs ſuis,
quod dominus Oldendorp. in epiſtola ad Can
cellarium Heſſiæ improbat, neque reperiri uo-
cem, qua magiſtratus magis explicari poſſit, ab
expungendi functione, qui uerſo ſtylo multa cã
cellet ex his, quę parum prudenter introducta
ſunt, & ita quidem recepta, vt non à quolibet
homine ſine piaculo mutari poſſe videantur,
fuiſſeq; nomen Cancellarij eã ampliſſimũ offi-
cium ſub principatu Iuſtiniani Imperatoris ex
verbis Aur. Caſſiodori lib. 11. variarũ lectionũ,

ibi dú ait, reſpice quo nomine nūcuperis, larete
non poteſt, quòd inter cancellos egeris, & pau-
lò poſt. vide quo te antiquitas voluerit colloca
ri, vndique conſpiceris: quia in illa claritate ver-
ſaris.
6 † Cancellarius ab antiquis iuris ciuilis ſcri-
ptoribus varijs nominibus appellari ſolet, quan
doqoe enim dicitur quæſtor, vt in auth. vt diui-
næ quoque iuſſiones. col. 8. & ibi glo. & Luc. de
Pen. in l. ſecuoda C. de petit. bon. ſubla. aliquan
do oominatur Archigrámatheus: quaſi prin-
ceps ſcribarum, ſecundùm Pytrum io d. loco.
& G. Benedictum in d. ver. vxoré nomine Ade-
laſiam. aliquando Pręfectus prætorio ſine adie-
ctione loci, ſecundùm Luc. in d. l. duos: Budæum
in d. l. fin. Purpu. in d. l. prima, & alios ex Roma
nis magiſtratibus, aliqua mutuata ſunt à Regi-
bus in eorum Regnis pro rep. ſubſtinéda, prin
cipum authoritate, pro regula iuſtitiæ, & pro
populorum, & ſubditorum ſalute, quorum vi-
ciſſitudines in aliquibus conueniunt, & in plu-
rimis diſſentiunt, neque verè voum alteri con-
ferri poteſt: hic etiam principis candidatus di
citur, ſecundùm Feneſtellam. & Iureconſulto-
rum mihi lepidiſſimus Hieronymus Cagnol.
in l. 2. ver. deinde cum ęrarium, de orig. iur. Cá-
cellarios inſtitotos huic loco affirmat à Regi-
bus, vtpote quòd ea, quæ Principibus aliquan-
do contra leges obrepunt, cancelleot, & ad ęqui
tatem redigant, ſuper quo verſus illi circun-
feruntur.

Hic eſt qui Regni leges cancellet iniquas,
Et mandata pÿ principis æqua facit.

Et Dominus Zaſius ibidem de quæſtore can-
didato, & inter illuſtres veluti inter ſenatores
primi ordinis, cuius poteſtas à Cæſaribus po-
ſtea aucta eſt.
7 Magnus Cancellarius dicitur † perſona illu-
ſtris: cum ſit ſubrogatus loco candidati quæſto
ris: vt dicit Purpur. in d. l. 1. nu. 91. de offic. eius:
& ideo poteſt iudicare ſecundùm conſcientiam
iuxta ea quæ ponit Bar. in l. 1. in fi. C. vt quæ de
ſunt aduoca. quem ſequitur Guido Papæ. q. 29.
& Galiaula diſcutit in rubr. de verbo. obligatio.
col. 44. ex hac ratione firmat Saly. in l. nemini.
C. de aduo. diuerſo. iudi. quòd ſi Cancellarius
ſtudij videat doctores Collegij approbare vel re
probare, ex eorum affectione inordinata, non
tenetur eorum voces ſequi, ſed poteſt propria
authoritate approbare, aut reprobare, cum ta-
les approbationes, ſint potius eius conſcientiæ
commiſſæ, quàm deputationi, & ſecundùm Por
8 pu. in d. l. 1. nu. 159. † Doctores collegij cēſentor
eſſe loco teſtiū, ſecundùm Fely. in c. ex literis in
vlt. col. de conſt. teſtimooium perhibent de peri
tia iuuenis, ad doctoratum promooendi, & tan
quàm periti ad hoc adhibiti debent iurare ſecū-
dùm Barba. in c. propoſuiſti, col. 12. cum ſeq. de
proba. licet contrarium ſentiat. D. Cagnol. in d.
l. 2. in proœ. ff. ve. nu. 85. cenſeri eos, vt iudices à
caocellario aſſumi, & ideo non iurant, prout io
pleriſque fit ſecundùm Decium in d. c. propo-
ſuiſti, io fi. col. quamquam Bal. ibi dicat, promo
tores debere iurare, & nō debere dare voces per
breuia: cū duplici officio fungi non poſſint, &
idem Decius dicit io d. c. ex literis, quod idē D.
Cagno. improbat: cum actus ſint compatibiles,
& qñ pręſentatur coram Collegio nō iurant: &
in approbatione alius ſit actus, in qoo non pro-
hibetur, ſicut alij vocé dare. in noſtro Nea. Col-
legio promotores nō dāt chartellas ſeu breuia,
ſed annuūt, qñq; ꝓ doctrina & ĩgenio graduādi
9 Magnus Cancellarius. † In hoc Regno alibi
doctoratos iterum examioabat, & ſi eos idoneos
& peritos non reperiebat, ipſos reprobabat, di-
cit Nic. de Neap. io l. iuriſperitos. §. ſed & repro
bari, de excuſat. tuto. quem ſequūtur Moder. in
conſtit. In locis demanij: & Archiepiſc. Capo.
tunc Cancellarios exercebat officium: & quao-
doque approbatos excludit, ſecundùm Paridem
10 in tract. ſind. † hoc eſt regulare: quòd ſemel ap
probatus poteſt reprobari, ſi reperiatur indoctus
& inſufficiens: vt in l. vt gradatim. §. reprobari,
de mune. & hono. no. Abb. & Sand. in c. 1. in fi.
de magiſtris: ſicut doctor, qui ſe inutilem ſcho-
laribus præbet, ſecundùm Bar. in proœ. clem. in
4. col. & dicit Car. Alex. in c. quibuſdam, circa
11 principium. 37. diſtin. † quòd debet reſtitui
ſalarium ei. qui reprobatur ab illis, qui ipſum ap
probauerunt: ſed alius Cardinalis tenuit con-
trarium in clem. 2. in 6. q. de magiſtris: cum ſa-
larium debeatur pro labore veniendi, & ſiue ap-
probetur, ſiue reprobetur, ſecundùm Firmanū
in verbo doctor: quamquam Cagno. in proœ. ff.
ve. nu 91. tēperet hoc dictum, vt aliquid debea-
tur, & non totum. cum pro licentia & gradu ſol
uatur, fuit non loogo tempore de facto in Colle
gio quidam non admiſſos ad gradum, & diſtri-
buit pecuniam dominis de Collegio, cui fuit in
iunctum, vt bene ſtuderet & inuigilaret in labo
ribus ſtudij, qui cum iterum fuiſſet præſenta-
tus, & repertus idoneus, fuit graduatus in vtro-
que iure ſine alia ſolutione, idem dicit Abb. in
c. cum ſecundùm Apoſtolum 3. col. de pręben.
ꝙ ſemel examinatus & approbatus in licētia, po
teſt in examine reprobari: vt qoia intermiſſo ſtu
dio oſtendit ſe inutilem & indoctum: idem Bal.
in l. fi. C. de hęr. inſtit. quòd ſi comittitur cauſa
doctori & viro docto, quem talem reputabat
committens, debet commiſſio reuocari, ſequi-
tur Felyn. in c. 1. de magiſtris, idem Ioan. And. in
add. Spec. in tit. de inſtru. edi. §. nunc aliqua, ver.
ſed nunquid, vt reuocetur diſtributio facta per
exequutores in ſtudentes, qoos credebat eſſe eru
ditos, & poteſt repeti, ſi reperti ſunt indocti:
idem glo. in c. veniam 35. q. 9. ꝙ electio facta pre
lati ad falſum rumorem doctrinę ſuę, caſſanda
12 eſt, ſi indoctus reperiatur. † regulare eſt, vt
reprobetur adprobatus ſecundùm Bar. in l. gra
uia. C. de profeſſ. & med. libro 10. & hoc fauo-
re publicę vtilitatis: cum propter præſumptio
nem gradus doctoratus ad multa publica of-
ficia admittantur, & pimperitiam multos læ-
dunt, ſecundùm Abb. in c. de illis, de deſpon.
impu. & in c. cum ſecundùm, de pręben. in c. 1.
io fin. de magiſtris.

13 Magnus Cancellarins † In hoc gerit vi-
cem, & authoritatem Regis in hoc Regnn,
quòd poteſt creare doctorem, & ad dignita-
tem promouere: vt Pompo. tradit in l. 2. §. pri-
14 mus diuus. de orig. iur. † Rex creat doctorem
ſolo verbo, ſecundùm Ang. in l. 1. C. de ſent. paſ
ſis, ſi eſt ſufficiens ad gradum ſuſtinendum.
15 † Erat conſuetum in Regno Cancellarium
aſſumere aliquos peritos, qui examinabant do-
ctorandum, & cũ eorum iudicio videretur ido-
neus, & peritus, iuxta l. magiſtros, referebant
magno Cancellario, & ipſe dabat licentiam le-
gendi librnm legalis ſapientię, cum traditione
paternæ benedictionis: & toto terrarum orbe
in Regno promotum proclamabat. D. Bart. de
Capua Regni Protonotarius, qui aderat in
cœtu, & approbatione, vt legimus in plurimis
eius ſermonibus in pergameno, & credo autho
16 ritate Imperiali † cum Federicus in hac om-
nium ſplendidiſſima Ciuitate anno. 1244. gene
rale ordinauit ſtudium omninm ſcientiarum,
vt in archiuo legimus, & ſi vetuſtioribus ſem-
per fuerit literarum alumna, & mater, & ingens
erat propter ſtudia Romannrum ſeceſſus: vt
Blondus tradit, & alij, & D. Barto. de Capua
longiorem fecit ſermonem de laudibus eius, &
magnus Cancellarius viſa approbatione docto
rum dabat licentiam aduocandi: vt legi, ſub re-
gula huius officij tempore Federici prædicti,
ſub data per magiſtrum Petrum de Vinea de Ca
pua Regni Protonotarium 1228. & habetur in
conſtitutione Iuſtitiarios, & in conſtitutione
aduocatos: quæ ſumpta eſt ex l. nemini, & l. iube
17 mus. C. de aduoc. diuerſo. iur. † Poſtea autem
Ioanna Secunda die 15. Naij. 1428. per priuile-
gij normam collegium doctorum inſtruxit, in
quo præeſt magnus Cancellarius, & hoc nouo
iure vtimur in Regno circa graduandos: hoc
collegium audio fuiſſe approbatum à Papa Pau
18 lo ſecundo, qui tanquàm Vicarius Chriſti † ha-
bet facultatem diſpenſandi circa ſcientiam ſe-
cundùm Io. Fabr. in l. 2. C. de ve. iur. enu. & in l.
2. C. de iudæis, no. in clem. ſecunda de magiſtris
19 † Forma autem doctorandi & inſignium, quo
fuerit tempore inducta, diſcutit Alciatus vir do
ctiſſimus, & noſtrę ætatis delitiæ, in libro Pa-
rergo. 8. fatetur non ſatis eſſe compertum: at
Spiegellius promotionem doctorum in iure
viu cœpiſſe affirmat circa annos Imperij Lotha
rij Auguſti Saxonis, qui mãdauit publicè ĩ ſcho-
lis leges Romanas tractari, quas cum doctiſſi-
mos quoſque (quemadmodum in re noua fie-
ri ſolet) amplecti viderent Monaci, ſcripturæ
autem ſacrę cognitionem frigeſcere, & con-
temni præ ſtudio Iureconſultorum, ipſi quo-
que theologicum ſtudium auſpicari cœperunt:
atque exemplo iuriſconſultorum diſputatio-
nes ſcholaſticas de rebus ſacris inſtituerunt.
mox, quàm & apud illos doctorum numerus
augeretur, æditæ ſunt conſtitutiones de pro-
motione, de numero annorum, & ſancitum eſt
vt de diuinis differentes non modo recepta
ſcholæ decreta ſequerentur, ſed & vocabulis, te
rentur, & loquendi formulis in ea ſchola natis
circa doctores, multa ſcribit Luc. de Pen. in l.
grammaticos. C. de profeſſ. & medi. & Moderus
in authentica habita, ne filius pro patre, & Caſ-
ſaneus parte 10. conſid. 36. & doct. poſt Zabarel.
in clementina 1. de magiſtris, & ibidem de ſcho
lis ſtudiorum, & dignitatibus, ac prærogatiuis
doctorum, & infulis licentiatorũ, & baccelorũ.
* Magnus Cancellarius in regno Franciæ gra-
tias concedit & ſecuri percutit, abſque regis li-
centia, contumacibus indulget: cum Rege be-
neficia eccleſiaſtica confert, ſignat literas, &
magnum ſigillum retinet, ex epithomate offi-
ciorum Franciæ. *
20 Magnus Cancellarius † retinet penes ſe ex
authoritate officij ſui ſigillum Regis, quo priui-
legia, & Regia negotia perficiuntur: vt in c.
inter dilectos, de fid. inſtr. Dec. conſi. 175. col. 6.
1. volum. & dicit Bal. in c. 2. eo. tit. in fin. quòd
Cancellarij principis, quibus commiſſum eſt ſi
gillum, præſumuntur habere commiſſa ea, quæ
conſueuerunt committi Cancellario Imperato
ris, de quo confidit tanquam de perſona pro-
pria. l. prima §. his cunabulis, de officio pręfe-
cti prętorio, & poterit ſigillare ſub nomine
principis confirmationes, & renouationes feu-
dorum, quæ conſuerunt fieri per principem:
vt in l. vel vniuerſorum. de pigno. actione. &
cum magnum ſit hoc munus, & fides à Regi-
bus attributa magno Cancellario, dici poteſt,
quòd Spartianus dixiſſe ſcribit, Adrianum à
Turina, nihil ſe habere amplius, quòd in eum
conferri poſſit. Ab exercitio huius officij abſti-
nere debet Epiſcopus, dicit Luc. in l. milites,
la ſecunda. C. de re milita. libro 12. cum plerun-
que ſigillet literas, quarum vigore ſanguis hu-
manus per ſeculi poteſtates effunditur, quod
eſt ſatis illicitum. & in c. ſententiam, ne cleri-
ci vel monaci, de authoritate & dignitate triũ
Cancellariorum, qui Imperatorem Romanum
eligunt, gloſa eſt ſingularis in capitulo ad
apoſtolicę, de re iud. plenè Germani in l. ſe-
cunda §. poſtea autem, cum Appius Claudius,
de origine iuris. de domeſticis, qui porri-
gunt iudicibus libellos ſupplicatorios, & il-
los legunt, & Cancellarij dicuntur, cum eis ali-
quod arcanum à iudice pronunciatur, eſt tex. in
l. omnes. C. de decurio. Spiegellius etiam eos no
tarios nuncupat, in verbo aſſeſſores. & de ſecre
tarijs principum ponit Aretinus in §. fin. inſti-
tutio. de exceptio. de ſigillo multa ſcribit Caro-
lus Carcaſſa in libro Regalium Francię, lib. octa
uo, Iuri. 13. fol. 143.
21 Magnus Cancellarius † authoritate meliri
Caroli Secundi creat, & diſponit de Bidellis, &
22 Stationarijs. † Bidelli dicuntur cuſtodes gym-
naſiorum ſecundùm Alciatum libro Parergo.
7. cap. 22. & poſſunt appellari epiſcopi, ex
græca voce, de qua Archadius Iureconſultus
meminit in l. fin. §. item epiſcopi, de muneri. &
honorib. & dicuntur hi, qui præſunt pa-
ni, & cæteris rebus venalibus, quæ ciuitatum
populis ad quotidianum victum vſui ſunt: vt
ſunt

ſunt hodie in oppidis Catapani, & in hac Vrbe.
d. Electi. & cum Bidelli præſint cuſtodiæ, & clau
ſuræ gymnaſiorum, & ad hoc ſuperintendunt
Epiſcopi appellantur, ſequitur Spiegel. idem
23 quod Alciatus diſſeruit † qui autem intelli-
gantur Stationarij in hoc loco, cum ipſorum va
ria ſit ſignificatio, vt in rub. C. de curſori. & ſta
tiona. lib. 12. late explicat Alci. lib. Parer. 6. cap.
19. & in eadem rubrica, dicam hic poni pro ſer-
uientibus diſpoſitis ad adiuuandum Bidellos,
ad regimem eorum, quæ pro cura ſtudij occur-
runt, in qua ipſi ſtare debeant & inuigilare. Sũt
etiam & Stationarij electi ab agẽtibus in rebus,
qui curſu publico præſunt, ut ſuis manſionib.
& ſtationib. iumenta ijs preſtò eſsẽt, qui ſecũdũ
euectionis tenorem proficiſcebantur, quod ho-
die munus eſt magiſtri poſtarum, de quo in l. 3.
C. de curſu publico.

Quomodo autem Carolus Secundus, & ante
24 ipſum Federicus † in magnum Cancellarium
iuriſdictionem contra clericos contulerit, vt de
eis cognoſcat, & faciat iuſtitiam, quave ratione
aut authoritate diſpoſuerit: non legi, vt laicus
Laico contra clericum, quamuis ſuo conſiſtat
obſequio iuriſdictionem cõmittat: habet enim
iudicem ſuum de iure diuino, canonico, & im-
periali, nec princeps ſuper eo manus imponit,
ſtat & cadit ſub domino ſuo, dixit text. in cap.
nimis. de iur. iur. & non eſt credendum, tantum
Regem, qui ſub ſuo conſilio ſapientes habebat
viros, in alienam meſſem ſalcem impoſuiſſe, aut
impoſitam ab alio ſuſtinuiſſe. Credidi alterum
25 de duobus: primum fortè, † quod cum Regnum
hoc de patrimonio ſit Beati Petri, vt in cap. ad
Apoſtolicæ, & Reges à ſede Apoſtolica recipiũt
inueſtituram, Videantur etiam de hoc inueſtiti,
niſi ſit exceptum, ita vt videantur Reges eſſe mi
niſtri & delegati ſedis Apoſtolicæ. Item & cum
26 † Reges primitus erant ſacerdotes ex hac cau-
ſa Reges huius Regni non cenſeantur merè lai-
27 ci: † & ob id ſcribitur ſacræ Regiæ Maieſtati,
ſecundùm Andr. in prologo conſt. Regni, & ibi
ponit nonnulla ſingularia verba, ex quibus po-
teſt ſuſtineri authoritas, & præexcellentia Regis
huius Regni in multis, quę uidemus crebrò fie-
ri: quod pro nunc non affirmo quò ad hunc arti
culum. Secundò, quòd tam Fedèricus, quàm Ca-
rolus habuerunt poteſtatem ſpecificam à ſede
Apoſtolica: vt deputent vnum iudicem in ipſos
clericos Regios, qui vulgò Capellani Regij no
minantur, & cum videretur hoc forte indecorũ,
laicum etiam delegatum a ſede Apoſtolica exer
cere iuriſdictionem in clericos, à diuo Alfonſo
Primo Aragonum Rege, audio deputatum eſſe
vnum ex ſuis Capellanis in eorum Iudicem.
28 † qui cum habeat iuriſdictionem in alios Ca-
pellanos & clericos Regię Capellæ, dictus eſt Ca
pellanus maior. & hoc cum licentia ſedis Apo-
ſtolicæ, ex hoc paulatim aucta eſt authoritas, &
poteſtas huius maioris Capellani, qui ex delega
tione Regia in multis ſe intromittit & refert,
quæ agenda occurrunt: inſtitutionem huius of
ficij, ſi officium dici poteſt, vel tribunal, non vi-
di, nec legi, ſed ex quodam proceſſu antiquo
excepi, quæ ſupra dixi, erat tamen ſub Federico
Capellanus Regius in Cancellaria aſsiſtens, qui
præſtabat iuramentum partibus, ſiquid ultra
quàm erat taxatum erogaſſent, aut promiſiſſent,
& vbi in Cancellaria in expeditione literarum,
aut ſigilli pars opponebat data copia, duo iu-
dices magiſtri Iuſtitiarij ſedentes legebant, &
ſi approbabant, ſigillabantur, & per ſigillato-
rem aſsignabantur dicto Capellano hoc tempo
re Federici, ſed ſub aliis Regibus, non legi in
Pandecta huius officij, ſed ab ipſis nouus mo-
dus legitur, hodie autem in multis diminuta eſt
authoritas, ac quaſi deleta, non enim in Cancel
laria libelli leguntur coram Cancellario, & cũ
aſsiſtentia iudicum & aliorum officialium, ne-
que certi dies aſsignantur, prout antiquitus Lu-
næ, videlicet, Mercurij, & Veneris, non etiam
de literis decernit, tam gratiæ referendæ, quam
Iuſtitię, nec illas lacerat, ſi uideantur iniuſtæ,
reijcit, vel expungit. ſed à diuo Catho. Rege
29 deputati ſunt (vt audio) Regentes † ſub adie-
ctione Cancellariæ, quorum munus eſt, nomi-
ne magni Cancellarij libellos excutere, priuile-
gia inſpicere, & in memorialibus (vt dicitur)
decretationes facere, quod eſt libellos agere, vt
Vlpianus dicit in l. reſcriptum, de diſtra. pi-
gno. & vbi cauſæ cognitio requiritur non ſit ex
peditio per libellos, cum poſtea decretum in-
terponatur, quę hoc modo percipitur l. nequic-
quàm, §. vbi decretum, de offi. procon. & legati.
conſueuerant principes in libellis reſponſa da-
re, quibus præfecti erant uiri acutiſsimi ingenij
& omnifariam ſcientiæ: prout Papinianus Æ-
milius, Colonia Beneuentanus ſub Caracallo,
qui & poſtea fuit Pręfectus prætorio ſub Alexã-
dro Seuero optimo Principe, Domitianus, Vl-
pianus Phœniciæ Vrbe Tyro natus ſub crudele
Nerone Anneus Seneca, apud Gallos, Iacobus
de Rauẽna, Petr. de Bel. pert. & Ioann. Fab. &
apud noſtros Reges, & diuum Carolum omniũ
principũ principum viri doctrina, ingenio & fi-
de clariſs. hi. D. ad latus Regis in Collaterali Cõ
ſilio aſſumpti aſsiſtunt, nec Cancellarij nomi-
ne nominantur, ſed quia ipſis eſt impoſita cu-
ra Cancellariam regendi, Regentes dicuntur ab
eo munere, ipſi ſubſcribunt libellos, non ma-
gnus Cancellarius, ipſi manus, ut ita dicam, in
priuilegijs apponunt, non magnus Cãcellarius,
neque etiam ſcrinea ſeu regeſta penes Cancella
rium aſſeruantur, prout ex norma officii, & iu-
ris regula, ſed penes ſecretarium, qui etiam in
Conſilio pro libellis cõſiſtit, fertur hoc ex diuo
Catho. Rege inſtitutum, de clericis non cogno-
30 ſcit, † ſigilla tantùm retinet: Dominis de col-
legio præeſt, in quos habet iuriſdictionem ex
ſingulari iure Ioannę Secundæ, Bidellos eligit,
nec alia quæ ad cancellarij dignitatem attinent
exercet, quaſi nudo nomine verſatur auis ſine
plumis, ſunt ad placitum Regum, qui ueteres di-
gnitates debent, & nouas inſtituunt, quandoq;
pro commoditate populorum, aliquando pro
dando munere dilectis uiris, ut hi dignitatem
ſuſtineant, perſępe euenit etiam ex natura, quæ
nouas deproperat edere formas.

31 Quæro hic de no. q. magnus † Cancellarius
eſt Comes ciuitatis Caſtri in regione Salentino
rum, in qua per ſuos miniſtros & officiales exer
cer iuriſdictionem ciuilem & criminalem, ſi cõ
tingat forte cauſa aliqua ciuilis vel criminalis
inter eum & tertium de geſtis ratione dictę iu-
riſdictionis, an poſſit ibidem conueniri in pro-
32 uinciali audientia: † Dominus Antonius Ca
picius tenet, quòd ſic, deciſ. ſua 69. per tex. in c.
1. in fin. de priuilegi. libro ſexto, vbi affirmat:
33 † Neapolitan. quamuis exemptum ab omni-
bus officialibus Regni, poſſe conueniri in pro
uincia de geſtis ratione feudi, tam ciuiliter,
quàm criminaliter: hanc quæſtionem plenè di
ſcutit glo. pragmaticę ſanctionis in titulo de
cauſis, in §. romanæ. in verbo comprehendi,
fol. 270 allegat tex. in d. c. 1. & in c. cum capel-
la, eo. titul. idem ſentit: quia cum hoc priui-
legium ſit in perniciem ordinarij iudicis, & ter-
tij debet reſtringi & ſtrictè intelligi quantùm
poteſt, iuxta not. per glo. in c. ordinarij, in verbo
diſpenſationes, de offic. ordinarij in ſexto, vnde
cum hoc priuilegium poſſit operari in caſu ſuo,
non debet trahi ad alium caſum, tex. eſt in l. ſe-
cunda. §. comes. de iudicijs, vbi Indulgetur pri-
uilegium euntibus Romam ex cauſa neceſſa-
ria: vt habeant ius reuocandi domum ex cauſa
neceſſaria. ſi ibidem contrahunt & delinquũt,
ibidem conueniri poſſunt, l. eum qui. §. iulia-
nus, de conſtitura pecunia. dominus Iacobus
Rebuffus, idem tenet in l. 1. C. de ſuarijs, libro
12. per tex. in d. c. 1. prędictis accedit ratio, quã
ſupra diximus, ꝙ feudum eſt illud, quod agit &
conuenitur, ſecundùm glo. in conſt. Regni con
ſuetudinem; perſona aliàs priuilegiata, exem-
pta, ſeu immunis cenſetur & reputatur alia &
diuerſa ab intellectu iuris: vnde ſecundùm
quid non eſt exempta, & ſecundùm quid cen-
ſetur ſubdita; nec inconuenit, quòd ex diuerſis
qualitatibus, ſit diuerſi iuris, vt ſupra aliàs de-
duximus: ideo videtur poſſe trahi coram eo iu-
dice reſpectu feudi, & iuriſdictionis feudalis:
cum feudum fuerit cauſa & origo obligationis
& contractus ex geſtu ratione feudalis præemi-
nentiæ & iuriſdictionis: non debet retorqueri
in damnum eius, qui ſe fundat in iure commu-
ni, poſtquàm in ſpecie de hoc non apparet pri-
uilegiatus debet contra eum fieri interpretatio,
tum quia prouincialis agens tractat de damno
vitando, vt ſuum vel ſibi debitum reſtituatur,
conuentus autem de lucro captando, vt dixit
glo. ſingul. in d. l. 3. in §. conuenire, ꝙ ille qui de
clinat forum, vt habeat plures iudices, dicitur
certare de lucro, & ſecundùm Ang. ibi minor ex
cluſus ab hoc non petit reſtitutionem in inte-
grum, allegat Inn. in c. corã. de reſt. in int. & ibidẽ
d. Iac. dicit eſſe valde notandũ, & hoc videtur ſa
tis eſſe ęquũ, ne prouinciales à proprijs laribus
diſtrahantur, qui pro re (vt aſſolet) non magni
momenti cogantur plus expendere, quàm res
valeat, ar. l. mediterraneæ, timidi & exteri i alie
nam patriã cum potente vel fauorabili homine
in eorum ſedem venire cogãtur. Omitto diſtin
ctionem Abb. in c. fi. & in c. dilecti. de foro com
pe. & aliorum ſcribentium, cum in re dubia ſan-
ctior ſit iſta opinio, quæ neminem lædit in ſtatu
cauſę.

Habet veſtem magnus Cancellarius Purpu-
34 ream. † Sedetque vltimus trium in ſcanno ma
giſtri Iuſtitiarij, prout legimus obſeruatum in
parlamento Alfonſi primi. 1542.

Hæc ſunt ſeptem officia Regni dico Regalia
ſuntque alia quamplurima, de quibus habetur
in regeſto Caroli, tam Primi quàm Secundi, Ro-
berti, & aliorum Regum Regni, de quibus nõ
fuit mihi viſum aliquid dicere, quamquam vi-
ctus præcibus, de his ſeptem aliquid ſupra te-
tigerim.

35 In codice leuamenti † quæ tranſmittitur
Regi Catholi. VIII. Aprilis. M D V. circa ſeſſio-
nem officiorum prædictorum ſic ſcriptum ha-
bet, quando Rex Siciliæ citra ſarum eſt in ali-
qua cerimonia publica aſſiſtũt, & ſedent penes
Regem in hunc modum, videlicet.

A dextera ſedent prædicti in hoc ordine.

Magnus Comeſtabulus.	Primus.
Magnus Admiratus.	Secundus.
Protonotarius.	Tertius.

A ſiniſtra Regis ſedent.

Magiſter Iuſtitiarius.	Primus.
Magnus Camerarius.	Secundus.
Magnus Cancellarius.	Tertius.

Magnus Seneſcallus ſedet in pede Regis.

Dum Carolus Tertius Vngariam peteret an-
no Domini. 1386. in vltimo parlamento prout
in quodam pergameno Cancellariæ legitur, hos
Dominos ſic aſſediſſe.

A dextero latere Domini Regis.

Thomas de Sancto Seuerino Comes Marſici,
& ſancti Seuerini magnus Comeſtabilis.

Thomas de Marzano Comes Squillatij ma-
gnus Admiratus.

Rogerius Acciozamura magiſter Iuſtitiarius

A ſiniſtro latere.

Gualterius de Eugenio Comes Copertini
Protonotarius.

Iacobus Stendardus Comes Alipharum ma-
gnus Camerarius.

Honorius Sauellus magnus Cancellarius.

Et inter genua Regis in quodã ſcabello qui-
dam de Carrata magnus Seneſcallus.

In quodam alio libro legi extra hanc regulã
conſediſſe, dum tempore reginæ ſecundæ Ioan
nę Ioannes Caracciolus eſſet magnus Seneſcal-
lus, cæteris alijs digniorem ſe eſſe prætende-
bat, cum cuſtodia Domini Regis ſibi commiſ-
ſa ſit, & ideo apud pedes Regis cubet, vt perſo-
nam exponat ſuam pro Regis ſalute, & aggre-
dientem primò ipſum interficere oportet, quàm
Regem,

Regem : ſed Ioanna pro Octino Caraccio'o magno Cancellario pronunciauit, non eſſe ordine poſteriorem.

Hæc ſunt, quæ circa officia regni ſuprema mihi occurrunt, peſſimum & ignarum me met ipſum ſequendo præceptorem, cum hoc Regnum tot ex diuerſis nationibus regulas habuerit, ex omnibus pro more eorum vetuſtæ gentis fuiſſe adinuenta, & pro tanto numero, cum inter tot & magna Regna ſimilis non legantur.

DE ANTIQVO STATV REGNI, Regibus, Principibus, Ducibus, ac Comitibus eiuſdem.

SVMMARIVM

1 *Regium nomen quo tempore, & apud quos populos ſumpſit originem.*

2 *Zeleucus Rex ob ſpretum eius edictum a filio nocturno tempore incedente, ob quod utroque oculo plectendus erat, alterum ſibi, alterum verò filio effodit, vt ad unguem ſatisfacto edicto minus quam poſſet, læderet filio.*

3 *Rex vnus Apuliæ fuit de familia Peponiana de Ranello.*

4 *Reges Apuliæ ex falſa opinione coronabantur in ciuitate. Bari.*

5 *Barum Ciuitas nobilis eſt, & vetuſtiſſima & pluribus nominibus appellata, ac à pluribus Dominis occupata.*

6 *Barum Ciuitas metropolis eſt Regalis ſedes, & caput omnium ciuitatum Apuliæ, habetque conſuetudines ſcriptas per iudicem Andream.*

7 *Calabria creabat regem, cui omnes oppidani parebant.*

8 *Tarentum mater omnium Ciuitatum regionis.*

9 *Regium Ciuitas metropolis eſt Brutiorum, ſeu Calabrorum.*

10 *Coſentia Ciuitas metropolitana Calabrorum plures habebat iuriſdictiones.*

11 *Regij & Coſentiæ Ciuitatum authoritates, & iuriſdictiones.*

12 *Lacinium promontorium templum Iunonis erat magnæ venerationis, quod hodie, lo capo delle colonne, dicitur.*

13 *Lucani populi, ſiue Lucania prouincia Baſilicata, à quo nomina ſumpſerunt.*

14 *Mos apud Samnites circa matrimonia præter parẽtum voluntatem.*

15 *Campania Regio omnium fœliciſſima & fertiliſſima, à quibus deriuata, & quibus authoritatibus, & iuriſdictionibus fungebat, & plura de hac regione.*

16 *Longobardi quo tempore Italiam inuaſerunt, & quo tempore expulſi fuerunt.*

17 *Longobardi nouas condiderunt leges, & ſex crearunt magiſtratus, videlicet, quatuor Duces, & duos Marchiones.*

18 *Marchio dictus eſt quaſi præſidens in prouincia, & quale nomen ſit, ſub hoc ſignificatu.*

19 *Beneuentum ac templa Beneuentana, Duces, & plura de eis per diſcurſum habentur.*

20 *Capuæ primus Princeps quis fuerit.*

21 *Saraceni quo tempore Italiam inuaſerunt.*

22 *Saraceni quo tempore Neap. applicuerunt.*

23 *Regũ regni Neapolitani Genologia per diſcurſum.*

24 *Rogerius ex Roberto Rogerij fratre primus Normanorum Rex in regno, quando creatus fuit, & quo tempore regnauit.*

25 *Guilielmus filius Rogerij ſecundus Rex in regno quo tempore obijt.*

26 *Rogerius Rex tertius in regno quot annis regnauit.*

27 *Tancredus Rex quartus in regno, & quot annis regnauit.*

28 *Federicus ſecundus Rex ſextus fuit in regno creatus ac depoſitus, & poſtea reconciliatus, & Imperator factus, & quot annis regnauit, & qualiter interijt.*

29 *Corradus Septimus Rex in regno, & quot annis regnauit.*

30 *Mãfredus octauus fuit rex in regno, & quot annis regnauit.*

31 *Carolus primus, nonus rex in regno quando creatus & quot annis regnauit.*

32 *Carolus ſecundus, decimus rex in regno fuit, quando coronatus, & quo tempore interijt.*

33 *Robertus undecimus rex in regno fuit, & quot annis regnauit.*

34 *Ioanna prima regina. xij. in regno, quot annis regnauit, & qualiter interijt.*

35 *Carolus de Duratio tertius, tertiusdecimus rex in regno quando coronatur, & quot annis regnauit.*

36 *Ladislaus quartusdecimus rex in regno fuit, quando coronatus, & quot annis regnauit.*

37 *Ioanna ſecunda ſoror Ladislai 15. regina in regno quando coronata, & quot annis regnauit.*

38 *Alfonſus primus de Aragonia. 16. rex in regno qualiter aſſumptus in regnum, & quot annis regnauit.*

39 *Ferdinandus primus regis Alfonſi filius naturalis, 17. rex in regno, legitimatus, inueſtitus, & quot annis regnauit.*

40 *Alfonſus ſecundus 18, rex in regno, & quot annis regnauit.*

41 *Ferdinandus ſecundus 19. rex in regno, & quot annis regnauit.*

42 *Federicus. xx. rex in regno, quando coronatur, & inueſtitus, & quot annis regnauit.*

43 *Ferdinandus de Aragonia. 21. rex in regno, quando creatus, & quot annis regnauit.*

44 *Ioanna de Aragonia tertia. xxij. regina in regno, qua natus eſt Carolus V. Imperator.*

45 *Carolus V. Imperator filius Philippi de Auſtria regis Hiſpaniæ, & Ioanna de Aragonia regina Neapolitana.*

46 *Normanni quot annis regnarunt in regno.*

47 *Sueui quot annis regnarunt in regno.*

48 *Andegauenſes quot annis regnarunt in regno.*

49 *Aragonenſes quot annis regnarunt in regno.*

50 *Auſtria à quo tempore cæpit regnare in regno.*

51 *Reges quis ab anno. 1525. in regno dominati ſunt, & regnum à ſede Apoſtolica obtinuerũt in feudum.*

52 *Regnum Siciliæ quomodo fundetur fuiſſe patrimoniũ Beati Petri, & an hoc ſit uerum, uel ex cõſuetudine cæperunt infeudationes fieri ab eccleſia, vel ex donatione Conſtantini Imperatoris, vel ex iuramento*

ramēto ligij Roberti Guiſcardi inuaſoris Vrbis Beneuentanæ, & demum victi à Leone Pontifice.

53 *Robertus Guiſcardus inuaſor Beneueati victus demum à Leone Pontifice, qui reconciliatus vt regnum Siciliæ potiretur, efficitur ligius Romanę Eccleſię.*

54 *Beneuentana Ciuitas, ſedis Apoſtolicæ occupata à Roberto Guiſcardo recuperata fuit à Leone nono Pontifice.*

55 *Robertus Guiſcardus reconciliatus cum Papa Leone, & ligius eccleſiæ factus ab ipſo Pōtifice creatus fuit Dux Calabriæ & Apuliæ.*

56 *Conſtantinum Imperatorem ferunt donaſſe regnū Siciliæ Papæ Syluestro, quapropter dictum ſit patrimonium eccleſiæ, ſed erroneum.*

57 *Iuſtinianus Imperator plurimas regni ciuitates donauit Monaſterio Caſſineus.*

58 *Regnum Sicilię hodie nihil aliud præſtat eccleſiæ Romanę niſi cenſum.*

59 *Comites in regno fuerunt etiam ante aduentum Normannorum, & tempore etiam Longobardorum.*

60 *Comites vnde dicti, & quid ſignificet dicta vox ſupra Longobardos & Germanicos.*

61 *Intellectus capituli primi, quis dicatur Dux, Comes, vel Marchio.*

62 *Dux, Comes, Marchio, Princeps dignitatum nomina ſunt, licet noua & barbara.*

63 *Ducatus officium erat ducendi exercitum.*

64 *Feuda liberè & abſque obſtaculo donabantur à Comitibus eccleſiis & prælatis eccleſiarum pro ſalute animę.*

65 *Comes Pennæ anno Domini 974 amplam donationem fecit eccleſię Caſæ nouæ de rebus comitatus.*

66 *Morticia bona quę dicantur.*

67 *Gentilicia bona quæ dicantur.*

68 *Filij comitum omnes pariter ſuccedebāt in feudis vetuſtis temporibus.*

69 *Feuda Normannorum tempore tenebantur in allodium, & omnes filii pariter ſuccedebant, & in bonis, & in titulo dignitatis, & quilibet conferebat beneficia infeudando, & valuaſores faciendo.*

70 *Normanni Chriſtianiſſimi fuerunt, ac Religioſiſſimi, vnde nonnullas eccleſias & cœnobia conſtruxerunt ampla dote aſſignata.*

71 *Soles duo Normannorum tempore in cælo pariter viſi fuerunt.*

72 *Mare per biduum dulce factum eſt Normannorum tempore à Neap. vſque ad Cumas.*

73 *Familia Ruſulorum de Rauello regnauit Normannorum tempore, habens pluſquam nonaginta milites, Romites & Barones, & ipſorum duo erant Præfecti maris.*

74 *Salernitani Principes, qui antea Duces Salernitani dicebantur fuerunt etiam Normannorum tēpore.*

1 PRIVSQVAM Annus Chriſti Domini Noſtri Saluatoris Mundi. 1124. verteretur, cōſtat ex hiſtoricis nullum fuiſſe Regium nomen, quod ab exteris & Regni populis cultui & venerationi fuiſſet. Felynus Sandęus in Regni epito. Micha. Ricius patricius Neap. in lib. Regum Siciliæ, alijq́ue graues ſcriptores nonnihil attigerunt, fuiſſeque regiones & populos ſub diuerſis Dominis Comitibus, Principibus, vel Ducibus, eorumque ſubſtituiſſe magiſtratus, legesq; tuliſſe veluti à ſupremis latas authoribus: Sed qui eſſent hi Domini, Comites, Duces, aut Principes, ſi Regem aliquem, eccleſiamq́ue Romanam, aut Conſtantinopolitanum recognoſcerēt Imperatorem, tanquam ab his feudali titulo, vel inueſtitura tenerent: non ſatis aperiunt, cum nonnulli ipſorum in priuilegijs & beneficijs, quæ conferebant, neminem, præter Deum Optimum Maximum, in Comitatibus, Ducatibus, & Principatibus ſuperiorem eſſe teſtarentur: ſubijciam ego quæ ſentio ex vetuſtioribus collecta, ac Longobardicis græciſque codicibus, qui ad manus meas quandoque peruenerunt.

Antequam Romani rerum potirentur Imperio, Regioneſque eſſent à varijs accolis, & authoribus habitatę, vt ex hiſtoricis liquet, ipſi eorū ritibus conſiſtebant, & adminiſtrationē à nemine obtinebant, leges ipſi populi, & Reges cōſtituebant, & à Senatu eorum omnia obueniebant iura, conſtitutiones, plebiſcita. Et quicquid ipſis placitum erat, lex erat, nec confirmationem à Romanis conſulibus, principibus, aut ſacerdotibus, vel maximis Pontificibus requirebant: cum & ipſi pari quodam iure, aut ſociali conſtarent. Sic enim antiquitus, teſte Trogo, quæque ciuitas & gens rerum publicarum imperium penes Reges habebat, quos ad huiuſmodi faſtigium maieſtatis non ambitio popularis, ſed expectata inter bonos moderatio prouehebat. Tarentum Lacedoniorum opus Apuliæ & Calabriæ quondam caput Regem ſibi deligebat vt Herodotus tertio libro ſcribit, tempore Darij & Milonis Crotoniatæ, & inter alios Regem fuiſſe Ariſtophilum, ſecundùm Albertum Bononienſem in octaua regione Italiæ, fol. 205. & à Caſſaneo in ſua gloria traditur, & à Carolo, Regalia annotante Gallica, inter cęteros mundi Reges, Tarentinum populum Regem habuiſſe: ipſe enim à libero populo eligebatur, & ſi magis officii, quàm tam ſuperbæ dignitatis nomen eſſet & titulus: Lucani à Samnitibus orti populari regebantur ſtatu: vt Volaterenus tradit libro 6. belliſque ingruentibus Regem Magiſtratuſque, ipſi deligebant: Locrenſes populi fortiſſimi Regem creabant: ciuitas erat in Brutijs, ſecundùm aliquos, vbi nunc Giratium nuncupāt & Geratium a falconis augurio Græcorum co-
2 lonia † Zeleucus Rex erat, qui iuſtas ac ſanctas conſcripſit leges, vt ait Ephorus & Seuerus in obſeruatione ipſarum, qui cum filius eius contra ſanctionem ſuam nocte incedens, vtroque eſſet orbandus oculo, vnum ſibi, alterum filio eiecit oculum, vt dicit. M. Anto. Sabellicus, & meminit. D. Petrus Rebuffus in præfatione gallicę conſtitutionis, col. 13. Appuli populis ſuis dabant Regem Latonicus erat Principatus, ſecundùm Ariſtotelem in tertio Politicorum, & Latonia Apuliæ prouincia dicebatur, ſecūdùm Rodoricum Epiſcopum Zamorēſem in tra. Regum, in prima parte, col. 13. Et in hac prouincia

tia Rex fuit Agamennon, & Rex dabatur Re-
gno, quia non erat dominus omniũ de ſuo Re-
gno, iuxta eius voluntatem, & durabat vſque ad
ini vitam, & noo habebat hęredem, ac eo mor-
tuo alium eligebant prouinciales. Meminit Stra
bo in hoc loco Regem Dauoorum ſocium fuiſ
ſe Tarentinis, vt dicit idem author Albertus ca.
char.205.& Daunia, ſecundùm omnes hodie
dicitur, *la Puglia piana*, † Scribit Statius Ve-
nuſinus de ſitu vrbium Regni inter nobiles fa-
milias Rauelli fuiſſe Peponiam, ex qua virum
fuiſſe ex hac proſapia regẽ Apuliæ, q̃uis non lon
go regnaſſet tempore, non dicam de modernio
ribus in Apulia Regibus, qui vel à Normãnis,
vel à Gallis ſub hoc titulo dignitatis ſumpſere
faſtigium, cum ab eccleſia recognouerint in do
minium, ac hæredibus eorum proſpexerint, &
eorum Principatus à Philoſopho Lacedominí-
ca appellatur. refert autem Albertus Bononien
ſis in deſcriptione Italię regione 10. fol.224.cũ
4 ſeq. † Reges Apulię coronari in ciuitate Bari.
Et ibidem hodie inſpici veſtes, & alia Regalia
inſignia, quibus & coronabantur, & conſecra-
bantur. credo tamen in hoc authorem deceptũ,
quòd in eccleſia Regali ſancti Nicolai inſpexe-
rit in Regia Capella à latere eccleſiæ, in manu
ſiniſtra nonnulla Regalia ornamenta, quę aut à
Capellanis ipſius, aut aulicis Regijs, aut proce-
ribus ibidem relicta ſunt: cum necubi legatur
apud authores Bari Reges coronari, neque ea
ornamenta ob id exhibeantur, veluti Regum in
ſulæ, quibus ad coronam aſſumebantur: & ve-
teribus illius eccleſiæ nobilibus aut ciuibus no
tum non ſit, & cum illos de hoc interrogaſſem,
pridie octauo Aprilis.1551. quaſi mirandum au
5 diebant, & eſſe apud eos omnino inauditum †
Ciuitas hęc nobilis eſt & peruetuſta à Strabone
Barin & Baretum, à Plinio Barionó, à Tolomeo,
& Cornelio Tacito, & Mela Pomponio Barũ,
præclara eſt Metropolis ſancti Sauini Canu-
bni Epiſcopi deducta, vtriuſque tenet dignita-
tem, ſitu pulcherrima, ferax fructuum, & regio-
nis a ſuo nomine mater, mari adiacens, paruo
ad inſtar portus manlo, ſeu, molo, vt dicitur,
grandi extructo impẽſa, nobilibus, & ciuibus
ornata, nouis accolis habitata, cum a Cæſaribus
Baſilio, & Conſtantino Imperatoribus Conſtan
tinopolitanis Italiam venientibus, vi capta ſub
Benedicto Septimo, Anno Domini . . . vt
Blondus libro. 13. ſcribit, gladio interem-
pti, alij ciues Conſtantinopolim relegati fue-
rint, anno Domini Colonia effecta. 868. indi-
ctione prima, ſub primo die Februarij, con-
tra Ludouicum Francorum Regem magnum
impendit exercitum, eodẽq; anno à Gręcis ha-
bitari cœpta eſt, ſub Gregorio Stratico Baiulo.
Et anno 884. Indictione prima, Alo creatus eſt
Princeps, & ſub anno 86. inter Gręcos & Tra-
pegios magna fuit clades. & ſub. anno 900.
mortuo Alo, frater ei ſucceſſit Vrſus, & 946. in
dictione. 4. menſe Decẽbrij, inter Ciues homici
dia. Et ſub ann. 966. indictione quartadecima,
Marancius, & Theſulus, magni Duces Bari com
buſti fuerunt. Et Nitiforus Vrbem ingreſſus
eſt, & 969. indictione 12. Otho Rex hanc Vrbem
obſedit, & nil profecit. Et anno 982. indictio
ne nona, venit in manus Calochiri patricij dicti
Delphino, à Sergio & Theophilato fratribus.
Et 987. indictione quintadecima, quintodeci-
mo Februarij, à ciuibus Barenſibus, Sergius Pro
toſpatarius occiſus eſt. Et ſub anno 988. indi-
ctione prima. Sarraceni deprędati caſalia Bari,
homines & mulieres omnes Siciliam deduxe-
re captiuos. Et 998 indictione 11. menſe Octo-
bris, Smaragdus vi per portam orientalem in-
greſſus eſt Barim, & cognitis inſidiis receſſit.
Et anno domini 1003. ſecũdo Maij, Sophancus
Apoſtata ſex menſib. obſedit eam, & auxilio Pe-
tri dicti bonæ memoriæ liberata eſt. Et 1016. Si-
phea Catapanus, capta Apulia, Bari obiit. Et an
no 1013. 11. Aprilis obſeſſo Bari à Baſilio Cata
pano, & habita ea pacifice, facta eſt ſedes magno
rum virorum Græcorum. Et 1021. indictione
4. Melus Dux Apuliæ vrbem Barim ingreſſus
eſt, equitans ſupra Aſinam 15. Iunij. Et 1041. mẽ
ſe Nouembris, Michael Protoſpatarius à Sicilia
adueniens in Apuliam, Barim ingreſſus eſt, &
iuſſit omnes ciues furca ſuſpendi in muro dicto
Bitonnno 17. Martij. Et 1042. Moriente Michae
le Impetatore Conſtantinopolitano Argirus
creatus eſt Princeps Bari, & Dux Italiæ. Et 1071
indictione 8. Robertus Normannus obſeſſo Ba-
ri iuſſit fieri pontem in mari, quo clauderet por
tum Barenſem. Habuit hæc Ciuitas Argiuo
rum, Græcorum, & Normanorum mutationes
diuerſas, & nunquam ferè in eodem ſtatu perſti
tit ſpatio temporum, & refert quidã antiquus
ſcriptor annalium Regni, eo anno quo Barim à
Mirrea Barenſes quidam corpus Sanctiſſimi Ni
colai Confeſſoris, & Epiſcopi tranſtulerunt an-
6 no domini. 1087. indictione decima, † Barim
vrbem caput fuiſſe omnium Ciuitatum Apu-
liæ, quod ego uerum eſſe mihi perſuadeo, & dũ
de Rege Apuliæ legitur in c. veritatis, de iureiu.
Barim eſſe Metropolim Regiam ſedẽ, & totius
Regionis Principem, conſuetudines habet in
ſcriptis redactas per iudicem Andream, & circũ
feruntur in cauſis, vt ſæpe vidimus in conſilio,
uetuſtas quidem quibus in Ciuitate vtendum,
& uiuendum eſſet, ſeipſam omnibus laudãdam
exhibet, & meo non valet riuulo irrigari, habeatque authoritatem uirorum Illuſtrium, &
delectorũ in dignitate huius præclarè Ciuitatis
7 Calabria † creabat Regem, cui omnes oppi
dani parebant, & ſub Tarentino Rege (vt dixi
mus) ſuberat: eo enim tempore, quo Calabria,
8 & Apulia vno regimine tenebatur, Tarẽtum ma
ter omnium Ciuitatũ illarũ Regionũ, ſuo oĩa diſpo
nebat arbitrio: nõ ea eſt Regio, q̃ ſic hodie vulga
riter profertur, ſed à Brundiſio incipit vſque
ad Iapigium promontorium in Salentinis, &
hodie dicitur, *Terra d'Otranto. Iapigia, Meſapia,
Calabria*, & Salentini, ex temporum mutatione
nominum eadem eſt Regio ſecundùm Solinũ
Appianum, Plinium, Vergilium, & alios, in non
9 nullis differunt. † Brutij habent hodie Cala-
10 briæ nomen, quorum Metropolis Rhegium †
11 & Coſentia ſunt nullius † iuriſdictioni ſube-
rant,

rant,& ſi à ſuis patribus & dominis diuertiſſent
illorum fugitiui,ſeu rebelles, ſecundùm aliquos
hiſtoricos pari iure cum illis decertare cęperũt,
obſiſtere,& contendere , non aliorum Regum,
vel Ducum obſeruabant leges, vel obnixi erant
mpio, ſuo ritu, ſuis morib cõſiſtebãt,caſtra du-
cere,cõſtituere,bella mouere, religionẽ cõſtitue
re,rapinas facere,vicinos p̃dari, & brutali more
in ylnis & montibus viuere licebat : quaſi hoc
eorum propriũ ius eſſet,adeo etiam in libertate
conſtitui viri potentes ,qui neminem recogno-
ſcebant, vt multos ſibi populos ſubieciſſent: A-
lexandrum Regem Epirotarum Græcis opem
ferentem ciuitatibus occiderint, donec & ipſi
ab Agatocle Siciliæ tyranno in ſeruitutem re-
dacti ſunt,& Græcis parere & obedire, pręſtare
obſequia,leges pati,& imperio ſubijci coacti fue
runt.Gręci aborigines littoralem Brutiorũ te-
nebant oram,Vrbes condidere, qui prius Luca-
nię ſedem conſtituerant magnæ Gręcię nomen
obtinuere,Sicilię & totius Maritimę iugum im
poſuerunt,ob grandi habitantium Græcorum
numero auctas ciuitates,magnę Gręcię exordiũ
ſumptum eſt: Locros, Croton, Sibaris , Petilia,
Thurium, Syrus,Heraclea,Sillaceum, Metapon
tus,& aliæ Ciuitates, quæ à diuerſis conditæ au-
thoribus,& à Græcis ipſis nonnullę conſtructæ
Gręcorum Imperium virorum habebant , eorũ
Duces Græci , leges Græcæ , & religio Græco
12 more obſeruabatur. † Lacinium templum Io-
nonis,apud authores celebre ęditum, vnde pro-
montoriũ Laciniũ, de quo Diodorus tertio lib.
hiſtor.Virgilius in tertio Æneidos, Alexandri-
nus in quinto,& narrat Liuius libro 24. hoc tẽ
plum magnę apud populos venerationis fuiſſe,
diues opum & honorabile,& in altare poſitos ci
neres nunquã à vento ſubmotos.& in 28.apud
hoc templum Annibalem ęſtate moratum aram
conſtituiſſe,in qua lapideam collocaſſe tabulam
& omnia eius geſta Chartaginẽſibus , ac Gręcis
literis conſcripſiſſe deletum fuit authoritate Se-
natus conſulti , & hodie nihil conſpicitur, niſi
columnæ altę ſatis & magnę,& vulgò in huc pro
montorio dicitur, *lo capo de le Colonne* . Graue
eſſet munus de his Vrbibus, viris,& geſtis aliqua
ſcribere,de Senatu, de ſitu, de bellis,mollitie, vel
fortitudine,tam animorum , quàm corporum,
authores antiquiores & moderni plenius attige
runt.Dico igitur has gręcas Vrbes, hanc magnę
Græcię Regionem ſibi ipſis ab eorum patribus
tuliſſe leges,paru ſſe Imperio, & decreta Sena-
tus ſeruaſſe,donec & Croton per inſidias ex ru-
pibus in manus Dionyſij Siracuſani & ditionem
deuenit, & iterum obſeſſa ea ab Annone Char-
taginẽſe Brutiorum auxilio capta eſt , & vt ait
Liuius libr.14.deditionẽ magis Annonis, quàm
Brutiorum ſubſtulit, ne Brutiorum moribus &
legibus viueret : & dum Hanno Brutiorum ali-
quos in hanc ciuitatem habitaturos miſiſſet,illi
magis cum Locris cęperunt habitare, quàm cũ
Brutijs in patria conſiſtere.

13 Lucani, † à Lutio Samnitum Duce proge
niti,& qui Morgetos,Siculos,Italos,Enotios,&
Pelaſgos,ac Poſſidoniates magnę Gręciæ oriũ-
dos habuere habitatores ab ipſiſmet populari-
ter regebantur:& bellis imminentibus Reges ip
ſi conſtituere , & creauere magiſtratus,authori-
tate Strabonis , ac Plinij, vt Volateranus tradit
lib. tertio,hodie vulgariter Lucania appellatur ,
Baſilicata , à lucorum & montium aſperitate.
Samnites potentes & belligeri populi a Sabel-
lis orti , Sabini à patribus , à Græcis Samnites
ab Vrbe Samnia nuncupati , nullum habebant
Regem in dominum, neque Ducem alienæ gen-
tis ſuperiorem, ipſimet populi Reges, ijdem Du-
ces,ipſi ijdem lex, ſanctio, authoritas,& maieſtas
ita grandi potentia aucti, vt vſque Ardeam Lati
norum prædantes perſtiterint, & fęlicem Cam-
paniam inuaſerint,damno affecerint, & afflixe-
rint, Romanis bella indixerint longæuo tẽpore
& temporum ſpatio, ſecundùm aliquos per an-
nos 80.alios quinquaginta,bello Romanos vi-
cerint,ſociali iure vixerint , & de ipſis victores
extiterint : & Romanos Conſules apud caudi-
nas furcas dignitate nudarunt,& iniuria affece-
runt,Duce eorũ Iuniore Herẽnio, vt Liuius i 9.
Lutius Florus de bello Samnitico , & alij tra-
dunt authores.Regiones ſub ſe has habet Sam-
niti nomen, Ferẽtanos, Caracenos, Pelignos,Ve-
ſtinos,Marruchinos, Pręcutinos,& Hirpinos,de
qbus ſcriptores plenè i eorũ locis, & Coſmogra
phi,de ſitu locorum,de Vrbium magnitudine ,
de claritate virorum, de pugnis ſæpe cum Ro-
manis geſtis,de triumphis & victoria , de eorum
occaſu,de cæde maxima,& fide fracta ſępius , &
interitione virorum omnium vſque ad vnum,
vt Samnium in Samnio vix nomine reperiri
potuerit, Duce Papirio,de religione Samnitum
tradit Liuius in octauo,filiorum dijs ſacra feciſ-
ſe:& in decimo, Lucium Papirium Conſulẽ exer
centem duxiſſe in Aquiloniam, quæ hodie ſecun
dùm Blondum, Anglone dicitur,& ibidem ma-
gna cerimonia Religionis Samnites milit es fi-
delitatem iuraſſe , quorum numero electi ſunt
14 16.& nominati Linteati . † Scribit Albertus
fol.229.Legem fuiſſe apud Samnites parentibus
cui voluiſſent non licuiſſe filias matrimonio tra
dere , ſed annis ſingulis decẽ eligi ex pulchriori
bus & honeſtioribus,& pari ordine iuuenes, q-
bus traderentur nuptui.ita vt ſi à virtute ceſſa-
rent, vxores perderent , & potior fuit cauſa , vt
vxorio amore armis pollerent , nec vitio incum
berent,aut famam inedia deturparent. † Cam-
pania, quam omnium fœlicem regionem Italiæ
plurimi aſſeuerant,& Plinius dicit in 30. vno in
ſinu gaudentis opus eſſe naturæ, vel à camporũ
latitudine deducta,aut poſita , vel ab Vrbe Ca-
puæ,vel à Campis Leporinis,ideſt terra Leporis
primitus appellata, hodie , *Terra de lauoro* , ſuo
Senatu regebat regionem ſuam, nulli parebat Re
gi,nullum reuerebantur antiſtitem,arbitrio pẽ-
debat proprio,& legem non ferebat ab alio, ip-
ſi populos regere ſuos, magiſtratus creare,de bel
licis decernere,Duces conſtituere, in ſacris ver-
ſari, religionem inſtituere,& tueri. Campanorũ
erat authoritas,& maieſtas:& quę omnium Ita
lię formoſiſſima,& potens erat Regio, ita Prin-
cipem omnium in regẽdis populis fuiſſe autu-
mo.

mo: Omitto, quæ viri illuſtres, grauiſſimi Authores, Vetuſtiores, & Neoterici, & Græci & Latini de hac omniū præclariſſima Regione de Viris, & Vrbibus, deque etiam vlterioribus oleribus ſcribunt; eſſet difficillimum dare exitum, & adinuenire principium, ſua cœli ſerenitate primariam obtinet dignitatem, omnibus prona ſedes ad ſtudia, ad virtutes, ingenia clariora virorum, locorum apricorum, & Fontium & Maris amenitas glorioſa, quæ Exteros, & Viros, & Fœmellas, & Duces, & Reges trahit ad otia: dignam totius orbis Imperio, Marcus Tullius Cicero affirmauit. Hæ ſunt, quas expreſſimus hodie, & quę ſui initio appellatę ſunt Regiones, quas Regni denominatio iunxit in vnum, & quod pluribus tenebatur Rectoribus, vno cingitur Regno, & vnius Monarchę ſuſtinetur Imperio.

Poſtea autem quòd Romani cœperunt iure, aut iniuria ſociorum, aut amicorum ſpreta religione, vt aſſerunt, aliorum inuadere terras, ab amicis diſcedere, & potenti animo victricibus armis alijs prędominari, Prouinciarum, & Regionum Domini appellati ſunt, ac veluti Antiſtites, Duces, & Principes, ſubditis gentibus leges conſtituere, & Præſidem creare cœperunt; cum Regiones, quas denominauimus, in eorum vim, ditionem, poteſtatemque deduxerint. Ipſi enim de Samnitibus victis habuere triumphum, Lucio Papirio Conſule cæſo, & interempto, vrbibus eorum dirutis. Liuius in 9.1. Dec. Lucius Florus de bello Samnitico, Lucani, & Appuli in Romanorum amicitiam & ſocietatem recepti & fœderati, vt Tit. Liui. lib. 8. 1. Dec. tradit: bellis imminentibus cū defeciſſent, Romanis inſeruire, eorumque ſubſtinere imperium coacti ſunt Lucio Plaucio Cōſuli datis obſidibus, vt dicit idē Liu. lib. 9. 1. Dec. & lib. 8. fol. 77. Brutij cum Annibali adhęſiſſent omni dignitate priuati ſunt à Romanis, deleta authoritas magiſtratus, bonis omnibus proſcriptis, pœna ſuper impoſita, vt tabellarij officium exercerent, idem Liuius 14. lib. 3. Deca. Gręci, qui omnem maritimam Regionem obtinebant, capti à Romanis, Romanorum ſerui facti ſunt, vt ſcribit quidam hiſtoricus à penna. Locrenſes à Romanis malè habiti ſunt ob eorum defectionem, ipſorum agris fidelibus aſſignatis Scipione Conſule: quoniam Pleminij Legati regimen aſſumpſerunt eorum ſtatu à Senatu nōn diminuto: cum decreuiſſent prius cum ſtatis Romanis, quàm cum beneuolis & amicis Chartaginenſibus viuere, vt tradit Liuius libro 9. 3. Dec. Tarentina gens pręclara, ac potentiſſimi viri, terra, marique Romanorum amici fœderati & ſocij, Romanorum ſpreto fœdere, ſociali auxilio Chartaginenſibus adhærentes à Romanis capti, Conſule quinto Fabio, omni ære, ac agro diruti & ſpoliati ſunt, triginta millia ſeruilium capitum, argenti 20. ſignatique auri 82. milia pondo ſigna, tabulæque propè, vt Siracuſarum ornamenta æquauerint. Liuius lib. 7. 3. deca. Lucius Florus de bello Tarentino.

Campani nulli orbis fertilitate, aut dignitate ſecundi, ſocij, & Romanorum amiciſſimi ſanguine iuncti, fœderati, Vrbium amplitudine prępotentes, longæua fortunæ fœlicitate gaudentes, dum Romanum æmulantur Imperium, cum Afris cōuentione habita, Annibalem recipientes in ſedibus, genti, & exercitui præbentes pabula, hyberna præſtantes hoſpitia, longa atque dura obſidione aſtricti, Appio Claudio, & Quinto Fuluio Conſulibus in Romanorum deuenere poteſtatem à Fuluio Flacco virgis cæſi, capite puniti, bonis omnibus, auro, & argento denudati ſunt, ager eorum publicatus eſt, militibus aſſignatus, Senatores atque eorum ſenatus delectus eſt, in ſeruitutem redacti ſunt, ita vt eorum ciuitas ſedes eſſet aratorum, & domus ſeruatæ ſunt, horrea vt forent frumentorum, eis Prætore aſſignato, vt Liuius ſcribit lib. 5. 3. Dec. & 6. eiuſdem gladio interemptis ſenatoribus circiter 70. nobilibus 300. carceri traditis, ciues venundati ſunt, vt nullum eſſet in Campana Vrbe ciuilitatis nomen; ſed vtilitatis gratia accolæ eſſent & habitatores, artifices, agricultores, inſtitores, ac libertini: hic rerum Campanarum finis & totius Regionis prouincialis, quę nunc Regni dicitur exitus, vt qui iure viuebant proprio, & amici ac ſocij erant Romani populi, illi parere & inſeruire coacti ſint, omni libertate ſummota, iureque reipub. cuiuſquo regionis penitus extincto, nutu penderent alieno, omnibus (vt diximus) in poteſtatem Romanorum deductis, cœpere Romani magiſtratus, ac præfectos ſubditis populis atque prouincijs mittere, qui ipſorum nomine ius traderent, ac regiones gubernarent, quorum aliqui ſuffragio populi creabantur in aliqua oppida, vt Capuam, Cumas, Caſilinum, Vulturnum, Linternum, Puteolos, Acerras, Sueſſulam, Atellam, ac Calatiam: alter Vrbanus Prætor quotannis legibus mittebatur, vt Fundos, Formias, Cerę, Arpinum, & alia quàmplurima, ſecundùm Feſtū, quem ſequitur Dolec. 1. parte ſui operis. char. 1017. dùm caſus emergebant Conſules, aut Proconſules deſtinabant, pro qualitate cauſarum legatos, & iudices deputabant, qui lites ipſas dirimerent & finirent, vt de Q. Fab. Labeone. 1. offi. ſcribit Cicero inter Neap. & Nolanos de agri finibus contendentes, & de C. Iulio Cæſare qui dum mercatores Lucrini lacus remiſſionem peterent. eo quòd mare in piſcinam exiſtentes piſces ſubita vi proijceret, à Senatu miſſus viſo lacu, per muri interiectionem mare continuit, ne piſces euelleret à piſcina, & alia cō plura ſic tractabātur omnia p Romanos, vt dominos, miſſis lictoribus & deſtinatis militib. vt qui rei eſſent criminis punirentur, & qui ab ipſis deficerent, perduellionis arcerentur pœna. per tēpora hoc obſeruatum eſt plurima, dum Rom. Popu. Conſul. regeretur, polleret authoritas Senatus, & populi vigeret maieſtas, dum etiam magiſtratus mutata ſunt nomina, & perpetuam dictaturam Cęſar inuaſit, à quo Imperij amplitudo ſumpſit occaſum, & in vnius monarchiam collocata ſunt iura populi, Imperij atq; Senatus, Imperatores Romani nomen Regni,

quę

quæ nunc, tenebant oram, Prętores in oppidis, & Præſides in prouincijs creare conſueuerunt, qui ſubditis populis iura redderent & exercetēt Vrbes reficerent, vias ſternerent, fluminū meatus comprimerent, paludes purgarent, Theatra, & amphitheatra ſacra tuerētur, pontes cōſtruerēt, maria & portus diſpoſitis militibus, vt vectigal percipi ex omni cōmercio, ac impoſitū ſtipēdium potuiſſet, & ipſi per tempora in oppidis verſari & habitare cœperunt, præſertim in Campania, Puteoli, Baijs, Crapi, Neap. Nolæ, & alijs Vrbibus habentibus pomeria, prętoria, & ab eis conſtituta ocia, vt Cæſar Puteoli, & Octauianus Nolæ, & oppido Octauiani. quod ab eo nomen accepit, & Tiberius Crapeis, quod vſque ad Cōſtantini primi Conſtātinopolitani Imperatoris ætatem perdurauit, & per ipſorum Auguſtorū manus ad ipſius ſeculum obtentum eſt.

Conſtantinus ex Helena Conſtantij ad Imperium aſſumptus, quo die ſecundùm Lact. Firm. in princ. ſuarum inſtit. fœliciſſ. orbi terrarum illuxit dies primus Roma. Principum repudiatis erroribus maieſtatem ſingularis ac veri Dei cognouit & honorauit, aliorum facinus expiauit; ſalutatem vniuerſis & optabilem principatum pręclaro initio auſpicatus, ita Chriſtianam puritatem amplexus eſt, vt præter egregia dona diuorum templis illata, Chriſtum ab omnibus colendum præceperit, templaque illi & alijs numinibus erexerit, vnde primus Rom. Princ. magni cognomentum aſſumpſerit, Romanique Imperij mole per ipſum apud Bizantium tranſlata, q̄ noua Roma, & ab eius nomine Conſtantinopolis nuncupata eſt. Regni Oppida, Vrbes, Regiones, atque prouinciæ, ab Imperatore, & eius ſucceſſoribus tenta, & poſſeſſa ſunt, varijque, nominis rectores Græci conſtituti, vt Catapani in Apulia, & vulgò hodie Capitinata profertur, quę Catapanara dicitur, ex Catapano Græco nomine atque miniſtro, & conſtructione oppidorum & Caſtrorum ab eo factorum, ſecundùm hiſtor. Caſſi. fol. 54. & id ſignificat, quod Capitaneus apud nos, in Brutijs & Calabria Protoſpatarij, in Salentinis & Barenſi regione Protoſcribæ, in Campania Duces & Conſules, vt Neap. Dux & Cōſul, Surrēti Dux & Cōſul, quē legimus fuiſſe olim Sergiū de magiſtro iudice: Amalphiæ Ducē qn̄q; patriciū, & Samnitibus, qn̄q; Ducē, quandoque Seniorem conſtitutum legimus, dū Græcus ibidem impetitaſſe conſpicimus, ſic etiā Salerni Straticotos, quod clari nominis oppidū Metropolisque illuſtris, Lucam imperitabat Græcis authoribus, eratq; ſedes primaria illius regionis. Lego etiam apud antiquum ſcriptorē Chroniſtam, Surrenti à Græcis ſeniorem elegi, & Amalfitanis ſeniorem præfici; & à Conſtantino Imperatore Neapol. Ducem atque Conſulem pręelectum, vt in archiuo Siclæ inter regeſta Roberti inſertum eſt priuilegium, quòd legi perſæpe, & authenticum ſumpſi, & vſque annos octingētos viguiſſe vſum huius regiminis conſpeximus, ex edictis ſingularibus vſq; ad Guilielmum Coronium, vt in Ritibus Regiæ Cameræ mentio habetur, fuit etiam Neap. Athenaſij Epiſcupi Neapolitani pater Dux & Conſul, Sergius & alij poſt eum. cœperunt etiam populi Græca authoritate Ducem ſibi ipſis eligere, qui Imperiali numine ius dicebant, maris cuſtodiā retinebant, ac eis monetā cudere fas erat. Gothi etiā Neap. dominati ſunt, vt Procopius ſcribit libro primo. Mortuo Phoca Imperatore anno Domini. 612. Ioannes Conſtantinopolitanus Neap. ſe Regem effecit, quo ab Eoleterio exarcho interempto ad Imperij dignitatem redijt, iterum in poſſe Sarracenorum deuenit, donec ipſis expulſis per tempora certa per eccleſiam tenta eſt. Ferunt, Conſtantinum Imperatorem dum lepra fuit mundatus, & Baptiſmi lauacrū ſumpſit à Syluestro Romanę ſedis Epiſcopo, illi vniuerſum Occidentem donaſſe, & quaſi maiori Principi ab Vrbe decedentem ceſſiſſe. Vrbem autem Neapolitanam pro Camera Imperij ſibi retinuiſſe, vt legitur in hiſtoriali Sanctæ Mariæ *del Principio*, & alibi etiā legimus omnem oram maritimam præſeruaſſe, quo facilius ſibi marę eundum & redeundum eſſet, ac exercitus nauales ducere poſſet intrepidè. quamquam enim nō nulli graues authores de hac donatione & baptiſmate varia & cōtraria ſenſerunt, vt Volateranus, Egnatius, diuus Antoninus i hiſtoria, Platina, Zaſius, Alciatus, Oldendorpius, Spiegelius, Sebaſt. Munſter in deſcriptione Germaniæ libro ſecundo, ſol. 223. & nonnulli ętatis ſuæ ſcriptores: eam tamen authoritate & decreto Apoſtolicę ſedis ex longæuo temporum vſu veram fuiſſe arbitror tot ſeculis inſinuantibus & affirmātibus, ipſisq; Auguſtis Principibus approbātibus, ut ex Caroli primi Pipini filij, Stephani Papæ, Othonis, Henrici, Ludouici Caroli filij verbis in edictis poſitis. & ſi Laurētius Valla in ſuo Epitomate falſam & mētitam eſſe contendat. Auguſtinus Steuchus, Eugubinus quoq; verbo verā fuiſſe cōprobat, ad ſingula reſpōdens cōtraria: vniuerſam oporteret deſtruere machinā: & totius orbis ſedes vertere; & qui nunc Reges ſunt, aut iuſti Principes, falſi eſſent, & tyrannici dominatores: dum ſub Chriſti Vicario tenutam recipiunt; Regium nomen & diadema, infulas & Regalia inſignia, & germanica euelleretur electio Principum Germaniæ, Cæſarum & Imperatorum. Pium eſt nobis hoc credere, quī in plerisque etiam Regni oppidis eccleſias ab hoc Principe erectas audimmus, & donationes innumeras ab eo emiſſas, ſi Caſſinenſi Chroniſtæ adhibemus fidem: & in noſtra hac Vrbe Partenopea ex multis comprobatur, & eccleſiaſticę teſtantur machinæ, S. Mariæ *del Principio* S. Io. Maioris. S. Mariæ maioris, & aliorū, & tēporum non potuit delere memoria: quamuis affirmēt fuiſſe auditam vocem in cœlis dicentē, hodie cecidit venenum in eccleſia Dei. Ipſi. n. Græci Imperatores per eorum Duces, Conſules, Catapanos, Protoſpatarios, Protoſcribas, & alios miniſtros Regni Oppidis, Prouincijs, & maritimis locis dominati ſunt, nec præter eam donationem, quam diximus a Romana ſede, vel Romanorum principe tentum quicquàm vel poſſeſſum eſt, ſed omnis Populus & Regio

Ducib.

Ducib. & Regib. Imperialibus regebatur: & Carolo Magno in Romanorum Imperatorem à Stephano, alij à Leone Tertio electo, pax cũ eo & Nicefaro tunc Conſtantinopolitanorum Imperatore firmata eſt, vt quicquid Antapoli vſque ad Sipontum, nunc Manfredoniam infero ſuperoq̃ mare abluitur mare cum Siciliæ inſula illius dominio teneretur, quo hactenus tentum fuerat, quod etiam per longęua tempora vſque ad Normannorum gentem durauit: à qua Robertus magnis precibus à Nicolao Secundo Pontifice impetrauit, ingentibus antea bellis Calabriæ & Apuliæ geſtis, Ducem ab eodem Pontifice Calabriæ creari, & Apuliæ; ſponteque ſe dedentem in vaſallum, ligiumq́ue Romanæ eccleſiæ obtinuiſſe dignitatem Ducalem. ſed dum Robertus ſingulari prudentia vir ex Pontificis priuilegio ad augendum imperium viam ſibi pararet, idẽ Pontifex terras alienas partas labore breui momento in ſubiectionem Romanæ eccleſię tradu xit, quod omnium ius primum & antiquiſſimũ eſſe eccleſię Romanæ ferunt, allegantes pro Ferdinando Rege primo contra Andegauenſes, in libello coram Pio Secundo Pontifice apud Bononiam degente: licet primus Nicolaus Pontifex, qui fuit anno Domini. 868. Michaeli Græcorum Imperatori ſcribat ſuæ eccleſię fuiſſe conceſſa Calabritanum, Siculumq́ue patrimonium, ſibi debere teſtatus, mortuoque Nicolao Secundo, idem Robertus Tarentum & Matheram ab Imperatore Græco deficientes in deditionem accepit, cum eſſet Græcorum Imperator Romanus, cognomento Diogenes, & Latinorum Henricus Tertius, & Petri cathedram Alexander Secundus obtineret, & cum orientale Imperium inteſtinis diſcordijs magis in dies laceraretur, Romanus Pontifex eundem Robertum ligium eccleſię, ac omnino ſubiectum accepit, & vexillo Petri Apoſtoli, cum quo Michaelem Diodici Imperio Conſtantinopolitano eiectum reduceret, donauit, & his ſecũdus traditur locus Apoſtolici iuris, de quo Sabellicus, ſecunda parte ſui operis, Eneados nono, libro tertio, folio 346. quamquam Troiam Apuliæ vrbem, quæ prius caſtra Annibalis dicebatur Henrici Secundi tempore, Anno Domini. 108. Bubagano in Vrbis Speciem munitam, Græcorum colonia inde deducta pro Romanis infeſtandis ſpeciali quodam iure ſibi vendicet, ſicut Beneuentum, & alia quædam oppida. Tranſlato itaque Imperio Romanorum in Græcos, orta inter ſucceſſores ſciſmata, bella, & contentiones ſunt, quę & Imperium attriuerunt, & non Imperium dici poterat rebus eorumdem peſſimè habitis: Italicę etiam Regiones non eundem gradum ſortitæ ſunt, quæ ante Imperij delationem in Græcos ſortiebantur: & cum Italia annos iam trecentum & triginta ſine numine fuiſſet Imperij, inſtaurato Imperio Occidentis ſub Carolo magno ab Adriano anno Domini. 801. Orientis & Occidentis Imperia diminuta videbantur, vt quaſi opimis menſa tradita fuerit in latro

num incurſus, & cuilibet licentia obuenerit, &
rapiendi, & inuadendi, quæue gens validior,
& armis potens erat de vtroque Imperio capere
& retinere potuiſſet, hebetatis oculis, obtu-
ſis auribus, claudis pedibus, & nudis manibus
16 regulorum non Imperatorum † Longobardi
Italiam inuaſerunt, Rege eorum Albonio, an-
no Domini circa noningenteſimo, ſi authores
rectè tempora colligunt: licet aliter computet
Sebaſt. Munſter. in Coſmograph. German. libro
ſecundo folio 222. fuiſſe extinctos Reges Lon-
gobardos anno Chriſti, 776. Ipſiq́ue potentes,
& validi ex vecordia, Principum Græcorum, &
Romanorum Regem Papię ſtatuerunt, regna-
runtq́ue annis. 204. Triginta duobus eorum Re
gibus ab Albonio eorum primo, vſque ad De-
ſiderium eorum vltimum Regem à Carolo Ma
gno captum & relegatum Lugduni, vt in prin-
cipio diximus, Paulo Diacono, Blondo, & Sa
bellico hiſtoricis. Decreuerant hi Longobardi
potentia celebres effecti, poſt Narſetis mortem
17 maieſtatem delere Romani populi, nouas † con
dendo leges, quæ hodie leguntur cum gloſſis
Caroli Longobardæ, ex quibus mutatio fiebat
morum populorum, & linguæ etiam immu-
tatio facta eſt, & vocabulorum antiquarum la
gum, tam Romanarum, quàm Cęſarum. Et
hac cauſa ſex ſtatuerunt in Italia magiſtratus,
quorũ quatuor eſſent Ducatus, duo autem Mar
chionatus. Ducatus autẽ hi, Spoleti, Taurini, Fo-
rum Iulij, & Beneuenti, de quibus nulla erat in
hæredes ſucceſſio, ſed in eoſdem Longobardos
redibat poteſtas diſponendi. Marchionatus erãt
Anconę, & Triuiſij, qui poterat ex teſtamento hę
redes in his inſtituere, ſecundùm Albertum Fer
rarien. in 13. deſcriptione Italicæ Regionis, & ſi
gnificat hæc vox Marchionatus in lingua Lõbar
dica, ſecundùm Blondũ, & Petrũ Razanum Epi
ſcopum Lucernenſem Apuliæ in hiſtoria Nea-
politana, perpetuum magiſtratum, & ſecũdùm
Marium Æquicolam in commentarijs Man-
tuanorum lingua Italica Marchio, præſidens di
citur, & Ricobaldus aſſerit nomen eſſe Galli-
cum, & eorum lingua Marca prouinciam ſigni-
ficat, ſcribit tamen Andreas Altimerus in ſcho
lijs Cornelij Taciti de ſitu Germaniæ, quòd ij,
qui in villis ius reddebant, antiquitus Mar-
18 chiones nominabantur, † & nomen hoc eſ-
ſe Germanicum, & Principes Germaniæ dictos
Marchiones, ideſt Pręſidentes in Marchis, id-
eſt in prouincijs: & ſecundùm Andream Alcia-
tum in libello edito ad Regem Franciæ, de ho-
diernis dignitatibus, nomen hoc originem tra-
hęre à magiſtris equitum, qui in lingua Galli-
ca dicuntur Marchiones; hęc hiſtoria conclu-
ſionem adiuuat, de qua ſupra diximus, feuda à
Longobardis originem traxiſſe: cum Mar-
chionalis; & Ducalis dignitas eorum in Italia
ſit inſtituta. Capto Deſiderio vltimo
Longobardorum Rege, rebuſque eorum peni-
tus euerſis: Longobardis qui Beneuentanis,
& Foroiulienſibus inſerti erant, clementiſſimus
Carolus Cæſar permiſit, vt ex ſuo corpore

Duces haberent, ſecundùm Sabellicum, ſecunda
parte ſuæ Eneados, libro octauo, folio 306. &
per huius authoritatem Principis Longobardi
Duces ſibi creauere per annos 330. Primo eo-
rum Duce Zottone, qui Caſſinenſe dirupit cœ-
nobium, diruturus incendit, incenſum ſolo æquat,
ſecundùm Sabellicum Eneados octauo, libro
quinto. Idem etiam Duces pro eorum arbitrio
Principes ſe appellare conſueuerunt. Et primus
eorum fuit Archis gener Deſiderij Regis Prin-
ceps, qui ab Epiſcopis vngi ſe fecit, coronam ſi-
bi impoſuit, in ſuis chartis in fine ita ſcribi iu-
bebat, ſcriptum in veſtro ſacratiſſimo palatio
19 intra mœnia Beneuenti † templum domino
opulentiſſimum decentiſſimè condidit, quod
græco vocabulo ſanctam ſapientiam appellauit;
Monaſterium Virginum erexit, ſororique ſuæ re-
gendum ſtatuit, & ſanctorum 12. corpora fra-
trum martyrum diuerſis locis per Apuliam, vbi
decollati fuerant, condita cum honore congeſ-
ſit. Corpus etiam ſancti martyris Chriſti Mer-
curij, aliorumque martyrum & confeſſorum
triginta & votus numero, ex pluribus Italiæ
partibus attulit, & per diuerſa altaria per gyrum
maioris altaris conſtituta reuerenter diſtributa
locauit. ponit hæc Hercempertus in hiſtoria
Longobarda poſt Paulum diaconum ſcripta, ſe-
cundùm croniſtam Caſſi. libro primo, cap. 10.
fuerunt plures poſt Archis Principes. Grimoal
dus filius, Guaiferius, Ayon, Siron, Adelchis, Si
conolphus, Radelchis, Sicardus, ſub cuius tem-
pore anno Domini. 379. de inſula Liparitana
Apoſt. Bartholomæi corpus Beneuentum eſt trãſ
latum ſecundùm Platinam, & Sabellicum, pri-
ma Eneados, nono libro, & ab Othone ſecun-
do Imperatore combuſta ciuitate Beneuentana
Romam exportatum, ſecundùm Albertum
in hiſtoria Hirpinorum folio 240. quod Bene-
uentani non affirmant: & dicit cronica Caſſin.
libro ſecundo. cap. 24. quòd cum Otho petijſ-
ſet corpus S. Bartholomæi ſibi tradi, illi cum ne-
gare non auderent, corpus ſancti Paulini epi-
ſcopi Nolani, quod erat in maiori eccleſia ciui-
tatis honorificè conditum oſtendère. Ille ni-
hil fraudis ſuſpicans, eo ſublato receſſit, quod
vbi reſciuit corpus ſancti confeſſoris, apud in-
ſulam honore congruo condidit: Beneuentum
verſus aduenit, cum nihil in obſidione profice-
ret, Romam rediens apud oppidum paterni ve-
neno (vt dicitur) interijt. & alij principes vſ-
que ad annum Domini. 891. quo tempore Sim-
baticius patricius Conſtantinopoli profectus
Beneuentum obſedit, menſibus fermè tribus,
eamque cœpit 15. Kal. Nouemb. ſub hoc Simba-
ticio fuit extinctum nomen Ducum, & Prin-
cipum Beneuenti, qui Longobardi erant, & ex
earum gente deſcenderant, & à Græcis ſub
hoc patricio dominari cœptum eſt. poſt eum præ-
fuit Georgius patricius, & cum præfuiſſet in
ea annis tribus, & menſibus nouem, adue-
niens Guido Dux, & Marchio, pulſis inde Græ-
cis duos fermè annos ibi reſedit. poſt hunc Ra-
cheldis annis duobus, deinde Athenulfus ex

Capuano caſtaldeo, iam Comes cum filio Lan-
dulfo, ac cæteri deinceps per generationes ſuos
in ea dominati ſunt, annis fere 177. hæc croni-
ſta Caſſiodorus, libro primo, cap. 52. vnum ta-
men referre non omitto, primitus. Ducem, vel
Principem, qui Beneuenti præerat ex Longobar-
dis progenitum, tam Capuanis, quàm Salerni-
tanis imperium diuiſiſſe, vnumque fuiſſe Princi-
patus, vel Ducatus ſtatum ſub Beneuentano Du-
20 ce vel Principe. † At Capuanorum factio ne
diuiſus eſt. Primusque qui Capuæ appellatus eſt
Princeps, ab ipſis electus fuit. Sinolfus filius
Principis Siconis, qui tunc Tarenti exulabat de-
creto Ludouici Imperatoris, dictusque eſt Prin
ceps Capuæ, & Salerni, qui poſtmodum ab eo-
dem diuiſi ſunt, vt ex hiſtoria colligo Caſſinenſi,
cap. 26. & 27. & ex hiſtoriali vetuſtiſſimo ſancti
Vincentij propè Vulturnum, quibus Principi-
bus Capuanis mos fuit apud eccleſiam ſancti
Marcelli quinta die ſancti Paſchæ procedendi
re, vbi annotantur plurima poſt Caroli Ma-
gni aduentum in Regiones Regni ab anno
845. Habebant tamen Capuani tunc quendam
Caſtaldeum, qui eis præerat (vt dicamus) Do-
mini factorem, vel gubernatorem curiæ, vt
nota: in cap. primo. de feudo guardia, & erant
aliorum Comitum in Regno tunc Caſtaldei,
& Theſaurarij, vt caſtaldeus Comitis Aquini,
Teleſij, Bouiani, Venafri, Theani. Salernita-
na autem Ciuitas ſub Archis Beneuentano pri-
mo Principe primò addita eſt tempore, quo
Carolus Magnus contra eundem cum Pipino fi-
lio cum exercitu contendit, qui in neceſſita-
tem deductus coronam, & maximam theſau-
ri partem, & geminam ſobolem, Grimoal-
dum ſcilicet, & Adigiſum eidem pacis Obſides
tradidit, ſecundùm Croniſ. Caſſin. cap. decimo
quarto. Sublatis itaque Regibus Longobardo-
rum, ſedibus eorum in Caroli deditionem mu-
tatis eiuſque permiſſu toleratis, cum eorum gens
& nomen ſic permiatum eſſet cum Italis, vt
nullo modo deleri potuiſſet, quia maxima Ita-
21 lorum pars eorum intentione deleretur † Sarra
ceni iã Italiam inuaſerant, ex Babylonia, & Afri-
ca venientes. Siciliam ingreſſi ceperunt Pa-
normum anno Dominicæ incarnationis. 820.
claſſe Romam deducta, eccleſiam ſanctorum
Petri & Pauli multis ibidem interfectis depræ-
dati ſunt, per Appiam viam aggreſſi ad Fun-
danam peruenère Ciuitatem, quam igne com-
buſſerunt: tam captis, quàm etiam interem-
ptis ciuibus omnia per circuitum vaſtantes, ſe-
cus Gaietani, applicantes caſtrametati ſunt, Ga-
ietam deinde obtinent, & ad habitandum Gar-
rilianum directi ſunt, vbi annis fermè quadra-
ginta conſtituti innumera vndique mala geſſe-
runt, multumque Chriſtiani ſanguinis effude-
runt: in Apulia dominati ſunt, in monte ſancti
Angeli, Tarentum obtinuerunt, Barim eunde
Salernitanorum, Amalfitanorum, Neapoli-
tanorum, & Gaietanorum fœdere iuncti Ro-
mam noualibus deprædationibus agitabant: Lu
douicus, p. Lotharij filius Italiã ſortitus Abbatis

Caſſinen-

Caſſinenſis Baſſatij præcibus Beneuentum ve-
nit, vbique Radelchis Princeps, ac Beneuentanis
Sarraceni omnes traditi ſunt, quos omnes ipſo
die vigiliarum ſanctæ Pentecoſtes extra Vrbem
duci, atque ad vnum iugulari iuſſit. Inter quos
Maſſar etiam illorum Dux capite ceſus eſt. io-
ta Beneuentana prouincia inter Radelchiſin &
Siconolphum omnibus Longobardis euocatis
ab eodem Imperatore æquo iure diuiſa, anno
Domini 851. At qui Bari degebant Sarraceni
Calabriano omnem Apuliam, & totam regio-
nem Beneuentanam affligẽtes Rege eorum Seo
dam Capuam venere, eam in circuitu vaſtantes,
in Neapolitano campo, figentes tentoria, occi-
ſere quamplurimos: & Maielpoto Teleſino, &
Buandelperto Bouianenſe Gaſtaldeis interem-
ptis. Seodan ea victoria elatus cuncta per cir-
cuitum caſtra preter Vrbes præcipuas cœpit,
penitusque deſeuit ſacrato calice bibens, aureis
turibulis offerri ſibi thura iubebat. Monaſte-
rium ſancti Vicentij apud Vulturnum à Paldo,
Taſo, & Tato germanis fratribus Beneuenta-
nis patritijs conſtructum anno Domini 874.
ſub Zacharia Pontifice incenſum eſt, annosque
triginta deſolatum permanſit. Iterum Sarra-
ceni ipſi omnes apud Garilianum degentes, miſ
ſo à Leone Græcorum Imperatore Nicolao pa-
tricio, cui Picigli erat cognomen, Landulfo,
& Atenulfo Principibus Capuanis Guainiano
etiam Principe Salernitano Græcis & Appu-
lis omnibus adiuuantibus trucidati ſunt anno
Domini 905. menſe Augusti, Indictione ter-
tia. Hi Sarraceni Montis ſancti Angeli domi-
natores arcem ibi extruxerunt, in qua iſtatis in-
curſionibus oppidis, & regionibus ſe recipere
conſueuerunt: Vrbem Beneuentanam vi cœpe-
rant, deprædantes recuperant, combuſſerant,
& à fundamentis euerterant. Fuit etiam ſub
Totila Gothorum Rege hæc Ciuitas euerſa ſe-
cundùm Blondum Hiſtoriarum libro ſexto, &
Volateranum libro ſexto, folio octuageſimo-
octauo & à Longobardis refecta, & eorum pri
maria inſtituta ſedes, & dum ab ipſis Sarrace-
nis diruta fuiſſet, fugitiui ſuperſtites ciues ite-
rum extruxerunt Vrbem, quæ ſimiliter ab Ot-
tone Secundo Imperatore capta, combuſta &
diruta eſt, ſublatis oſſibus diui Apoſtoli Bar-
tholomæi in Vrbem, in inſulam Iouis, & de-
inde in Licaoniam tranſlatis, ſecundùm Blon-
dum hiſtoriarum libro tertiodecimo, eam-
que Guilielmus Normannus de nouo extruxit
Adriano Pontifici Quarto conſignauit in eccle-
ſia ſancti Martini, dum Rex Regni fuit ab eo de
claratus, & fidelitatem iurauit Romanæ eccle-
ſiæ, ſecundùm Platinam in vita Gregorij Noni
Pontificis, licet eam Carolus Magnus primò do
nauerit Romanæ eccleſiæ: & legi in archiuo
Caſſinenſi. Hanc Vrbem fraude magna adhibi
ta Federicus Secundus à Roma rediens cœpit,
& diruit, licet ignotum ſit à quibus reædifica-
ta extiterit ſecundùm Albericum Ferrarien-
ſem in deſcriptione Samnitum, folio 240. Fuit
hæc Ciuitas ſemper celebris regionis Metropo-
lis Ciuitatum prouincialium Antiſtes: virorũ
celeberrima inſignium, Ducum ſua tempeſtate
clarorum: quibus perpetuam dedere memoriã
Romani Conſules T. Vecturius Caluinus, &
Spurius Poſthumus ſub Caudinis furcis in iugũ
miſſi, Heremno eorum Præſide militum. Ponti
ficem Maximum genuit Gregorium Octauum
virum ſapientiſſimum, ſecundùm Blondum hi
ſtoriarum lib. 16. & Platinam in illius vita. Or-
bilios habuit grammaticos Ciceronis tempore
floridos patrem, ſcilicet, & filium ſecundùm
Oratium, auſterum in diſcipulos magiſtrum, gra
ues produxit iureconſultos: & noſtra hac ætate
quibus fortuna inuida non extitit: Gloriabatur
colonia Beneuentanorũ, Papinianus iureconſ.
in l. hęredes mei. §. cum ita, ad trebell. & ego ẽt
matre mea apud Beneuentum orta, Sueua Vin-
timilia, ex illuſtr. Siculorum genere, de ea om-
nes ſcriptores plenius loquuntur, & penes an-
22 tiquos notiſſima eſt amplitudo illis Vrbis. † hi
Sarraceni ſecundùm antiquum Chroniſtam.
Neapoli anno Domini 788. Nauium apparatu
Neapoli applicuerunt, vicina vaſtantes lo-
ca. Neapolita. obtinuerũt ex cuniculis factis ſub
tus portam Donnurſi, Palatium Imperiale Con
ſtantinopolitani receperunt: Ducem Theophi
lum occiderunt, valida manu præliati ſunt, &
mortui circa 400. milia cũ Regibus Africæ, Per
ſiæ, & Sciæ, & Neapolitanorum tota cecidit
nobilitas, & ciuiũ, & nouis incolis repleta eſt, ſe
cundùm eundem, ac templum Tiberij Taiſt
factum eſt eccleſia ſancti Pauli de Aduentu. De
Sarracenis in Italiam, & ad regiones Regni,
& de eorum geſtis plenius ſcripſit M. Anto-
nius Sabellicus Eneados nono libro ſecundo,
ſexto, & nono, alibi perſępe. Chronica Caſ-
ſinenſis primo libro hiſtoriarum, Blondus
etiam quarto, & Sebaſtianus Munſter in de-
ſcriptione Germaniæ, libro ſecundo. Exacti
poſtremò Sarraceni, pulſique ab eorum ſedi-
bus, dum Sicilia, Calabria, & Apulia, Con-
ſtantinopolitano regeretur Imperio: aliæ au-
tem regiones per Carolum Magnum, & eius
ſucceſſores (ſic enim partita erant dominia)
ad ætatem vſque Nicephari Imperatoris cogno
mento Thomæ. 914. tentę eſſent: dum etiam
Imperatores ipſi adinuicem contenderent, non
obſtante, quòd ſub Carolo Magno portio quæ
dam Italiæ fuerit Regno Orientis aſcripta, Nea
polis, Calabria, & Apulia, cum reſpondenti-
bus maris Mediterranei Inſulis, ubi Limes
fuit deſignatus vtriuſque Imperij Conſtantino-
politani, & Romani, ſecundùm Volateranum
libro ſexto, folio 74. quem ſequitur Sebaſtianus
Munſter. in deſcriptione Germanię, libro ſe-
cundo. ipſi inquàm Sarraceni iterum inuaden-
tes Italiam, Siciliam, & Italiæ magnam partem
ſibi iterum vendicarunt, ac Maltam inſulã, quã
Ptolemeus Melitam appellat, incoluerunt: erãt
enim validæ eorum opes, vt omnibus gentibus
meritò formidoloſæ viderentur. & in Hiſpaniã
tranſgreſſi, quicquid terrarum à mari ad Pyre-
næum longè, lateque patet, Cantabris duntaxat
& Aſturis exceptis ſuæ ditionis fecere: ipſi enim
à Gręcis opprobrij cauſa Agareni appellati

ſunt tanquam ab Agar Abraami ancilla oriun-
di, ſecundùm M. Antonium Sabellicum Enea-
dos 8. libro ſeato, fol. 280. ſępe fit de Agarenis
mentio in libellis hiſtoriarum Regni, & aliqui
arbitrantes affirmant aliam eſſe gentem, quàm
Sarracenorum, vt in hiſtoria rerum Barenſium
legimus, rebus prouinciarum ſępe mutatis ex
incurſibus Sarracenorum, qui vel per centum
annorum tempus poſſidentes poſtremò expul-
ſi (vt diximus) ſecundùm aliquos priores cæ-
ſi, & interfecti fuerunt, vel ſecundùm alios cõ-
tinuantes in tyrannide potentiſſimi effecti ex ſe
cordia imperatorum Græcorum, & Romano-
rum, qui dum inter ſe ipſos contendunt, alijs
propria occupanda dimittunt: neminem illi ti-
mere videbantur, ac nullius videbatur manus
eſſe potentis, vt contra illos manus conſereret
cum illis congredi, ac parare armorum poſſet
eſſercitum. Occurrit Robertum cognomento
Guiſcardum, quod erronem, eorum lingua ſi-
gnificat, vulgo *girator di paeſe*. Inter Norma-
nos natum in Italiam ad quærendas nouas ſe-
des veniſſe, vbi Apuliam colonis paucis, atque
ignauis habitatam aſpiceret ſuos domo cum
exercitu aſciuiſſe, breuique tempore eam re-
gionem, ac Siciliam expulſis Gręcis ſimul &
Sarracenis in ſuam poteſtatem redegiſſe. aliquo
rum hęc eſt fama ſecundùm Volateranum lib.
6. hiſtor. Sed ipſe affirmat crebriorem eſſe opi-
nionem ex Tancredo Normanno armorum
gloria viro inſigni, cum immenſa prole finibus
ſuis egreſſo in Italiam Æmiliæ regione, quę ho-
die Romandiola appellatur, conſediſſe. Saler-
nitano Principe bello laceſſito: cum filius eius
cognomento Ferrabaccum Malocho pręfecto
Michaelis catalaici Imperatoris Conſtantino-
politani, qui Calabrię, Siciliæque pręſidebat,
cum eodem Principe inijſſet fœdus, vt ſi Cala-
briam à Sarracenis recuperaſſet, eam in parte
poſſideret. Quam dum armorum vi cœpiſſet,
ac ſpe conditionis deceptus, paulò poſt vnà
cum quadraginta milibus Normannorum, qui
ad expeditionem Hieruſalem eo tempore ſe ac-
cinxerant, Siciliam, Apuliam, Calabriam cœpit,
ac Melphim ędito in colle, quo impedimenta
congereret, ædificauit: atque ita Imperium
moriens reliquis ex ſucceſſione fratribus dimi-
ſit, qui Comites Siciliæ dicti 43. annorum ſpa-
23 tio magna fœlicitate creuerunt. † ex Blon-
do, Volaterano, Sabellico, Pandulfo, Ricio, San
dęo, Alberto, & alijs ſcriptoribus de Norman-
norum hiſtoria plenius deſcribitur, de qua ali-
qua per Chroniſtam Caſſinenſem lib. 2. cap. 37.
& ſatis diuerſa ab alijs ſcriptoribus. Ab hoc
Normannorum genere obuenit Regalis titulus

24 † Et primus Rogerius ex Roberto Rogerij
fratre genitus, de quo per chroniſtas creatus an
25 no Domini 1125. & regnauit annis 25. † Gui-
lielmus filius modico tempore, dum nuptias
ambibat Conſtantinopolitani Alexij Imperato-
ris, ſpe fruſtratus, & à fratre Rogerio Regno
eiectus obijt Salerni ſine liberis anno Domi-
ni 1125.

26 Tertius Fuit Rex Rogerius, † qui annis re-
gnauit 12. Panormi interijt, aliqui ſcribunt, eũ
fuiſſe primum Regem, qui Anacleti Pſeudopon
tificis partibus fauens contra Innocentium Se-
cundum vtriuſque Sicilię Rex declaratur, cum
Innocentius à Guilielmo filio huius Rogerij
Calabrię Duce vi preſſus apud Caſpulæ Caſale
præter Regiam dignitatem omnia conceſſerit:
& annis regnauit, 24. Primus omnium Neapo-
lim in ſuam ditionem recepit; quæ vſque ad ea
tempora ſub Imperatore Conſtantinopolitano
regebatur, & Neapo. perſtitit cum Pontifice ma
ximo biennium, pluribus ſibi collatis muneri-
bus, ſecundùm antiquum Chroniſtam Villa-
num, fol. 30.

Secundus Fuit Gulielmus ab Innocẽtio quar
to creatus, qui annis regnauit, ſecundùm ali-
quos 12. ſecundùm alios 14.

* Ducatum Caliſto primo reliquit ſub tutela
Conſtantinopolim petit Imperatoris filiam du
cturus ſpe fruſtratus à Rogerio ducato ſpolia-
tur alij dicunt Adrianum quartum de regno in
ueſtiſſe. *

Tertius, Fuit Guilielmus, quem tertium di-
cunt iuxta primam computationem Regni.
hic Alexandro Pontifici tertio maximè fauit. &
expeditioni Hieroſolimitanæ opibus contra
Soldanum præſtò fuit: Sicilię tantùm profuit,
quantùm pater ante nocuit. montem Rega-
lem, Vrbem, & eccleſiam extruxit, & pauperi-
bus ſemper aſtitit, boni cognomentum accepit
comparatione patris, qui malus eſt appellatus:
obijt Panormi ſine liberis, poſtquàm per annos
25. religiosè regnaſſet, Alex. III. auctoritate re-
gni coronam ſumpſit.

27 Quartus fuit † Rex Tancredus ex genere
Guiſcardi natus: Panormi eligitur à proceri-
bus, & cum Rogerio, & Guilielmo filijs in Re
gia dignitate perſtitit annis ſex, contra quẽ Cle-
mens, & ſucceſſor eius Cœleſtinus tertius acri-
ter obſtiterunt, ac Regnum repetentes, vt aliò
rem transferant, Conſtantiam Rogerij Regis
filiam Gulielmi ſororem Deo dicatam Abbatiſ
ſam Monaſterij donnarum Pannormi Henrico
Sueuo Federici Imperatoris filio dicti Barbaroſ
ſæ, ſimul cum Regni iuribus in matrimonium
tradunt, anno Domini 1191. Ex Petro Bogiano
in hiſto. mor. lib. 8. car. 28.

Quintus fuit Henricus, Tancredum bello
perſequens, Neapoli demum obſeſſum interſi-
cit. & ſecundùm aliquos per triennium, aut qua
driennium regnauit, ſecundùm aliquos ſeptem
primò Sicilia, poſtea autẽ recepta Neapoli quin
tus Rex ex Conſtantia filio Federico ſecundo
ſuperſtite, quẽ triennẽ puerũ Innocẽtio tertio
commendauit. Ferunt hanc Conſtantiam ætate
grãdæuam annorum 60. prægnãtem, omnibus
re innixa, & ferè incredibili, tentorijs in Panor-
mi, alij in Exea ciuitate Germaniæ conſtructis,
in quibus duo milia matronarum affuere, pepe
riſſe Federicum anno domini 1192. Scribit au-
tem

tem Sebaſt. Muoſter, partum Federici fuiſſe ſoppoſitum, lib. 2. fol. 235 hiſtor. medicorum conſilio ventrem iotumui ſe vetulæ mulieri, anoos longè egreſſæ fœcundos, ac vno tempore mulieſculas noo longè à Reginę domo prægnantes tres peperiſſe, phyſici, molendinatij, & aucupis vxores, incertum cuius ex tribus allatus, & ſuppoſitus Reginæ, vt ab ea genitus credere tur. Conſtantinum ſoboli ſuò nomine expetebat. Henricus ... cum falconibus vſum in Italia induxit, venationi incumbens obijt Meſſanæ: 1198. & Paoormi ſepellitur, ex Henrico ſexto.

28 Sextus fuit Rex Federicus ſecundus, † annis regnauit 32. depoſito Othone quinto vix annum agens 20. ab electoribus Rex Romanorũ deſignatur Aquiſgrani Pontificis iuſſu coronatur, & ab Honorio corona Imperiali inſignitur ętatis anno. 18. matre defuncta, prolapſus in vita cum Soldano fœdera inijſſe comprehenſus à Pontifice depooitur, in Italiam reuerſus à Gregorio Pontifice pacem impetrat, iterum Rex, & Imperator prouinciarom ſoluns centum, & viginti milibus vnciarum, & excommunicatos ab eodem, ab Innocentio quarto iterum deponitur, ſtodium generale omnium ſciẽtiarum Neapol. inſtituit, de hoc Principe multi multa ſcribunt, quę videri poterunt apud hiſtoricos. primò fuit veneoatus apod Florentioum Apuliæ ciuitatem, & cum medicorũ auxilio conualeſceret, à Manfredo filio ſpurio ſublatus eſt, veneno in clyſterio poſito, ſecoodùm diuom Antoninum io hiſtoria, & ſecũdùm Sebaſtianum Műſterum libro tertio, ab eodem Manfredo fuit ſuffocatus, eo ꝙ Conradum filium hæredem inſtituiſſet. Panormi ſepulturam habuit aono Domini. 1251. ex hoc Federico cœperunt Reges Regni appellari Reges Hieruſalem, cum vnam ex vxoribus habuerit Iolantem filiam Regis Hieruſalem, ex qua natus eſt Cõradus. ſcribuot quidam ab Honorio Tertio regno priuatum.

29 Septimus fuit Rex Conradus † ex Iolante, & Federico progenitus tribus regnauit annis, Aquioum deleuit, Capuam, & Auerſam depopulatus eſt, Vrbem Neapolitanam muro ſpoliauit, & nobilium ædes euertit. à fratre Manfredo veneno extingoitur, anno Domi. 1254. Superſtite Conradioo filio, ſecundùm aliquos ſcriptores, & ſecundùm alios oullis ſuſceptis filijs. Sed tantùm Conradioo ex Henrico fratre Primogenito Federici ſecondi ſuſcepto. Poſt Conradom Mãfredus Tarenti Princeps ſub Conradini nomioe tutor Regni curam ſuſcepit. & ſimulata illius morte ſumpto paludamento mortem illius deflet, Regnum iouadit: ſuo nutu Regem Regni ſe oũcupat, à prælatis, quos elegit, benedicitur.

30 Octauos Rex Maofredus † anoos 10. intruſus occupat: à Cleme. IIII. priuatur, & Regnum Carolo fratri Caroli Regis Franc. concceditur, qood & Vrba. IIII. exequitur aono Do. 1265.

Bello cum Carolo inito iuxta pontem Beneuenti excõmunicatus lo tertijs lapidibus proiectis. iuxta flumen ſepultus, cuius hiſtoriã vltra alios ponit Villanus in cro. Flor. lib. 7. fol. 169.*

31 Nonus ſoccedit Rex † Carolus à Clemente IIII. 2. no. Nouemb. 1265. inueſtitus ab Vrbano quarto primo anno ſui ponti. per duos Cardinales io eccleſia Lateranenſi, in die Epiphanię an. Domini 1266. coronatur, alij 1265. vnà cum regina, poſt vbi dubio Marte cum Mãfredo fuiſſet pugnatum, & interfecto Maofredo 1265. 6. Feb. ipſe victor extitit: Neap. Caſtellum Nouũ mutato loco monialium extruit. & per annos. 24. ſecundùm aliquos, & ſecundùm alios. 18. Regno vtroque potitur: obijt Fogiæ 1284. poſt diem Epiphanię religioſiſſime Neapo. in maiori eccleſia Archiepiſcop. ſepulchri ſedes eſt. Omnes iſti Reges vtroque Regno ſunt potiti Siciliæ, & Apuliæ, donec ſub eodem Rege memorabile fertur Veſper Siculum, & Ioanne de Procida Salernitano Duce, omnes Galli vno die per totam Siciliæ Inſulam gladio ſunt interempti, & Regnum illud ad Petrum Aragoneum Manfredi generum Conſtantiæ maritũ à populis, & proceribus vertitur, Regno Apuliæ Carolo remanente. Hic incipit Regnorum diuiſio ſecundùm Stephanum lib. 2. hiſt. fol. 254. & ex vno Regno duo facta ſunt. Siciliã Aragonẽſes, & Andegauenſes Apuliam obtinent: & qoia primaria Ciuitas eſt Neapolis, Regia, & Princeps Ciuitatum & Vrbium, ex Neap. dictum eſt Regnum Neapolitanum, quare authores hiſtorici ſcriptores & noſtri doctores dicant Regnum Apuliæ, non video, cum primi Normanoi dominatores hac dignitate non fuerint fulciti. Sed primus Apuliæ & Calabriæ Dux à Nicola. II. inueſtitus ſine cenſu vt legi, fuit Robertus anno Domini 1040. certis conditionibus, quas ipſe non ſeruauit, & io inſcriptionibus poſteriorum Regum, & inſtrumentorum dicitur Dux Apuliæ, & nuñ cõſueuit dici Rex Apuliæ: omoes doctores poſt Bal. & Roma. i. l. 2. C. unde legitimi, ponũt quæſtionẽ de Rege Apuliæ, qui ab eccleſia recepit Regnũ, ſi concedit Comitatũ in feudum, quod dominiũ ipſe retineat, & Comes erga ſuos ſubfeudatarios, de qua quæſtione ſuo ordine dicã. Alij etiã antiqui Regni ſcriptores Regnũ Apuliæ appellant, & Euſtatius Veonſinus de ſitu Vrbium Regni ſcribit, nobilem familiam Peponiam Rauelli habuiſſe Regem Apulię, ſiue autem Regnum fuerit, vel à principio Ducatus, & poſtea Regnum ex opinione gentium & electione populorum, credo primariam ſedem Regiam, & omnibus fuiſſe antiſtitẽ Barenſem Vrbem Metropolim, q̃ omni digna eſt authoritate foueri.

* Fuit Carolus filius 2. genitus Ludouici Regis Francię ex Blanca Regina filia Regis Caſtilię cũ Carolo infraſcripti dñi Galli & familię venerũt de Brena: de don Martino, de Baro, de Sulia, de Appia, de ſauilla, de Laureto, de Extãdardo, de dignis mico de Balgis, & de Sabrano: de Bautio, de Agnto, de Cãtelmo, de Scoto, de Artuſo: Ex codice vetuſto mea manu excepi, amicorum gratia poſui. *

32 X.fuit Rex Carolus † 2.Caroli primi filius Princ.Saler.à Nico.IIII.anno.do.1289. corona tur ſecundùm aliquos,& ſecúdùm alius à Cœleſtino V.1285.ſecundùm aliquos 14.filijs.nouem maribus,& quinq; fœmellis pautus regno ann. 22.molum magnum conſtruxit, vrbem Nea.amplianit,Portam Realem extruxit,obijt Neap.an. do.1309.5. Maij 7. ind. in ædediui. Dominici manſeolum nunc etiam eſt.

* Ex Beatrice filia & hęrede Raymundi Berlingarij prouinciæ comitis ſuſceptus eſt, Mariam habuit vxorem filiá Regis Vngariæ & hęredē.*

33 XI. Rex ſuit Robertus, † vir omni ſcientia ſapiens, ac prudentiſſimus, tertiogenitus Caroli ſecundi,qui cum filio primogeniti de Regno contendit,& obtinuit pro ſe ſententiam à ſede Apoſtolica,ſub Pontifice Bonifacio VIII.af ferunt allegationes doctiſſimorum virorum, quis eorum debebat ſuccedere in Regno, ſi filius primogeniti, vel ſecundogenitus,varia ſententies inter ſe ipſos videri poterunt in eorum ſcriptis: hic enim propter prudentiam ſuam populorum & procerum voces prælatus eſt nepoti,coronam ſuſcepit in Auinione ſub Clemente Quinto vnà cum Sancia eius ſecunda vxore,primo Auguſti 1309.annis regnauit 34.

* Villanus hiſto.Flo.lib.9.cap.112.die 8.Septembris,alij dicunt regnaſſe annos 23. menſes. octo,dies 15. *

Secundùm aliquos,maſculina prole non ſuperſtite. Sed tantùm ex Carolo filio defuncto, 1332.quem Vicarium fecerat Regni à quo tempore Vicariæ nomen exortum eſt, fœmina primogenita Ioanna,obijt Neap.1343.in caſtro nouo 10.Ianuarij anno ętatis ſuæ 68. apud ſanctá Claram grande monialium Monaſterium. Sanciæ etiá ſuæ vxoris opus Regiú extat ſepulchrú.

* Patre viuente vxorem duxit Violantem Petri Regis Aragonum filiam ex ea Carolus dux Calabrię natus.Dum Robertus erat Calabriæ Dux aliam duxit in vxorem Sanciam regis Maioricæ filiam, nemo ex his genitus, hęc Sancia mortuo viro religiosè vixit monaſticam profeſſa vitam in monaſterio Sanctæ Crucis de Neapoli. obijt anno 1345. *

34 XII.Rex, fuit Ioanna prima † quæ pluribus nupta regnauit annis 38.ſecundùm aliquos. 29.Auguſti.1344. in manibus domini Americi Cardinalis Romanæ eccleſiæ iuramentum homagij pręſtitit.

* Diſpenſat Clemés matrimonio Lud. die pentecoſtes 1352.coronatur mortuo Rege Vngariæ nupſit Iulio Regi Maioricę poſt eum Ottonem ducem Bruſch, quem creauit Tarenti principé nemo ex his natus eſt. *

Fatum virorum, ac fatum huius Reginę referant,qui eius percurrunt geſta.Bal.autem ſanctiſſimam,& ſapientiſſimam appellat licet, impudicam.Si impudica,quomodo ſanctiſſima? ſi ſanctiſſima,cur impudica? forte propter pœnitentiam.dicunt aliqui laqueo ſuſpenſam in monaſterio ſanctæ Claræ, ex retributione iudicij in Andream primum eius virum.alij carceri detentam de mandato Caroli tertij, in Caſtello Ciuitatis Muri diem ſuum clauſiſſe extremum,anno Domini 1382.& ſecundùm aliquos 1385.

* Ex Andrea poſt eius mortem natus ſuit Carolus & à Ludouico Rege Vngarię vnà cum alijs proceribus ducitur in Vngariam. *

Hęc Regina ex viricidio exul à Regno Auinionem ſe contulit,Andegauię Ducem adoptauit,cum conſenſu Clementis ſexti Antipapę, ex qua ius Andegauenſes prętendunt, & Aragonum Reges fundamenta etiam iactant.& Bal.late diſcutit in l.mulierem C.de adoptio. habuit ſua ætate ſciſma mirabile ex creatione dicti Clementis in Ciuitate Fundi, dum eſſet Pontifex Vrbanus ſextus Neapolitanus.amplè pertractat de oîbus Bellamera in c.1. de his quæ vi, met.

* Martinus quintus Ioánam, quam primò coronauerat,regno priuat, & Ludouicum tertium Regem declarat: ferunt Ioannam carceratá eúdem Regem ſucceſſorem reliquiſſe,ſcribit Mat. Villa.hiſto. Flo.lib.3.cap. 5. Ioannam die Penthecoſtes 27.Maij à legatis Cardi.a Clem.Neap. poſt ſolemnem miſſam Reginam coronatam & primò Ludouicum virum in domo principis Tarenti receperunt homagium à Baronibus,torneamenta publica facta ſunt,remiſſio adhęrentibus pro Rege Vngarię, equitante verò Ludouico prope portum in porta petricinella ex iactu florum & roſarum per mulieres,equi habenæ fractæ ſunt,Rex illico ſe proiecit in terrá cecidit corona,in tres fracta eſt partes, qua religata ridens equitauit per ciuitatem, eodem die vnica filia obijt, prodigia mala ex his conſiderata ſunt. *

35 XIII.Rex creatur Carolus † de Pace, qué tertium appellant, hic enim ex linea deſcendit Caroli primi,quamuis de Duratio cognomentum aſſumpſerit Duratij Dux,ex filijs Caroli ſecundi genitus ab eodem Vrbano Regni inueſtituram ſumpſit, & coronatur anno Domini 1380.Margaritam vxorem duxit, quæ etiá ipſa mortua Ioána ſine liberis fuiſſet ſucceſſura in Regno,verbis inueſtiturę inſpectis tanquam filia Marię ſororis dictę Ioannę, ſecundùm aliquos chroniſtas, quamuis etiam idem Carolus ſe proximiorem prętenderet, eademque Margarita Neap.coronam ſuſcepit,25.Nouemb.in eccleſia Coronatę,quæ prius vicus corregiarum dicebatur, ſecundùm Ricium in libello Regum à proceribus Regni Vngariæ vocatus,mortuo eorum Rege ſine filijs anno Domini 1386. vltimo die Decembris in Vngariæ Regem ſolemniter coronatur,aſtantibus Regina Heliſabeth cóſorte,& Maria filia quôdá claræ memorię Ludouici Regis Vngarię,conſentientibus coronationi prædictę, & ipſo die & hora coronationis eiuſdem,ſecundùm aliquos chroniſtas,eclypſatus ſuit Sol,& de maiori eclypſi memoria nó habetur.ſeptima deinde die ſequenti Februarij ex ordinatione dictæ Reginę Heliſabeth, dictus Rex Carolus fuit percuſſus, & captus in Caſtro Budæ,& miſſus ad Caſtrum Miſgrali die 27.eiuſ

dem

dem menſis veneno obijt, & ſepultus in Monaſterio ſancti Andreæ ordinis ſancti Benedicti propè dictum Caſtrum ſine aliquo honore: & ſcribit diuus Antoninus in ſua Chronica, quòd vna cum medelis fuit ſibi miniſtratum venenum in vulneribus, vt citius moreretur, regnauit Carolus tertius, ſecundùm aliquos per annos ſex.

36 XIIII. fuit Rex Ladiſlaus † filius dicti Caroli tertij, contra quem veluti adoleſcentem Ludouicus Andegauiæ Dux adoptione Ioannę primæ ad Regnum aſpirans exercitum potentiſſimum parauit, ac quaſi totum Regnum in ſuam poteſtatem recepit: ipſeque Regno deſtitutus Caietanę Ciuitatis fultus præſidio, quæ eum in Regem recepit ac recognouit, per Bonifacium Papam nonum in eccleſia principis Apoſtolorum inueſtitur & coronatur anno Domini 1390. ſed ſecundùm diuum Antoninum coronatur Gaietę per medium domini Cardinalis Florentini, appellati domini Angeli de Azarolis, tituli ſancti Laurentij in Damaſo, presbyteri Cardinalis, & de Regno ipſo inueſtituram cœpit anno prędicto 1390. reuocatis quibuſcunque cenſuris contra Carolum tertium eius patrem, olim editis auxilio dicti Bonifacij, qui fuit ex nobili genere Thomacello: Ludouicum prædictum ſecundum à Regno expulit, & annis 27. in pace regnauit, obijt. 1419. & dum ad Vngariæ Regnum, & patris vindictam aſpirans cum validiſſimo progrederetur exercitu veneno interimitur ex vulua amicę medicatâ, ſine filij, & in eccleſia ſancti Ioannis ad Carbonariam Regia ſepultura reconditur. Habuit hic Ladiſlaus vxores duas, quas neceſſitatis gratia duxit, vt ſuis neceſſitatibus ſubueniret, primam filiam Manfredi de Claramonte ciuis Siculi, à qua maximam habuit auri ſummam, eamque in Regnum perductam repudiauit, & in vxorem dedit vni ex Comitibus Regni, alteram deinde duxit Reginam Mariã matrem Ioannis Antonij de Vrſinis Principis Tarenti, ex qua ſimiliter nullos ſuſcepit filios.

* Innocentium 7. ab vrbe eiecit, Gregorium 12. bello perſequitur, & ab eorum regno priuatur, Lud. regnum defert, Plati. in vita Alex. V.

37 XV. In Regno ſucceſſit † Ioanna Secunda, ſoror Ladiſlai Regis, filia quondam Caroli tertij authoritate Martini quinti de Regno ſumpſit inueſtituram, & coronam anno Domini 1417. Contra hanc Reginam Ludouicus tertius Andegauiæ Dux ex adoptione primi Ludouici aui prętendens Regno ſuccedere bellum mouit, & Coſentiæ interijt fratre Renato ſuperſtite, qui à Regina in adoptionem Regni ſubrogatur, cũ prius Alfonſum Aragoneum Siciliæ Regem, in Regni ſucceſſorem filium pręelegiſſet, animi mulier inconſtantiſſimi, ſecundùm omnes authores, deceſſit Neapol. falſo ac ſuppoſito teſtamento, teſtibus corruptis Regni tranſlationem ad alios deponentibus. 1434. ſepulturę corpus traditur in religioſiſſimo Xenodochio diuę Annunciatę, poſtquàm inconſtanter, impudicè, & variè, vt ſcribunt, regnauit annos 21. Regno per Alfonſum poſſeſſo.

38 XVI. fuit Alfonſus Rex † Aragonens, qui Ferdinando Rege Aragonię patre defuncto Regnum prudenter adminiſtrauit, adoptatus à Regina Ioanna in Regno Neapolitano diſſuadentibus amicis expeditionem in Italiam ſumpſit, Reginæ opem tulit: Ludouicum Andegauẽſem Ducem, qui Regnum ſibi iure hęreditario debitum affirmabat, pluribus prælijs afflictum expulit, Reginam adoptionis pœnitentem, minimeque promiſſis ſtantem coercuit, Renatum Regni æmulum ab Eugenio inueſtitum & coronatũ bello ſuperatum cedere compulſit. Ioannem Vitelliſcum Alexandrię Patriarcham magnis copijs contrauenientem Regno fugauit. Gaietam bis cœpit, ſemel acri pugna deuictam, & iterum ab altera ciuium factione cum defeciſſet, Neapolim à Renato defenſam tamen expugnauit, ingreſſus Vrbem per tubos occultos, ſeu puteos à fabro quodam cementario monſtratos, ſicuti & olim Beliſario Iuſtiniani Imperatoris Duce contigit, dum teneretur à Gothis, eccleſiæ Romanæ obedientiſſimus multa beneficia præſtitit, Romaniſque Pontificibus perſonalia tam munera quàm dona impendit, ab Eugenio Pontifice quarto, reuocatis alijs diſpoſitionibus conditionaliter in Renatum factis, non adimpletis ac reſolutis, per legatum Apoſtolicum Terracinam miſſum de Regno inueſtituram ſumit, ac per bonę memoriæ Cardinalẽ ſancti Pauli vulgariter dictum, bullam deſtinauit, qua vt ab omni Catholico antiſtite coronam recipere permiſit, quam Nicolaus V. inueſtituram ratam habuit. Glorioſiſſimus hic princeps, inter omnes ſui ſeculi proceres & Reges non ſolùm armis ſed etiam ſapientia ſummis viris comparandus, iuſtitia ac pace Regnum poſſedit, vt non lictoribus, non faſcibus, aut ſecuribus, non armatis militibus, ſed inermi Principum, nobiliumque iuuenum caterua comitatus ſpatiaretur in ſyluis, omnibus accepriſſimus ſubditis, de cuius dictis & factis Antonius Panor. volumen edidit à Neapolitanis triumphali curru receptus, natura mitis, religionis ſtudioſiſſimus, literatorũ amantiſſimus, iuris reddendi peruigil, qui Conſilium conſtituit ſapientiſſimorum virorum cõſeſſum, ad quod omnes ex toto ſuo Regno appellarent. Cui Archiepiſcopum Valentiæ Præſidentem vocatum inſtituit, cũ prius ad Vicariæ Tribunal, aliosque minores Regni iudices confugere, ac ius petere cogerentur, ac poſtea Nicolao quinto ſucceſſit, & Calixtus eſt appellatus, ętate ingrauaſcente 60. anni, cum annis regnaſſet 16. febre correptus, anno Dñi 1458. ſecundum Volateranũ mẽſe Iunij vita functus eſt in arce Lucullana, quam vulgò vocãt, *lo caſtello dell' Ouo*, ſuperſtite Ferdinãdo filio hęrede ex teſtamento in Regno, alij 1457. in æde D. Dominici regiam ſepultura.

* Alfonſus ſecundùm aliquos hiſtoricos non fuit de regno inueſtitus, ſcribit tamen Barth.

Farius hiſtoricus rari ingenij lib. 8. rerum ab Alphonſo geſtarum fol. 190. pacem cum eo ex Eugenio reconciliata Regem Neap. fuiſſe conſtiturus Regem pro mora appellari omnia illi aſſignata, quæ alijs Regibus data erant. Et idem libro 8. fol. 194. per Protonotarium legatum & pacis & confirmati regni diploma miſit Ferdinando filio poſt eius mortem deſtinati regni faciat ſucceſſorem.

39 XVII. fuit Rex idem Ferdinandus † quẽ primum vocant, prædicti Alfonſi filius licet illegitimus, ab Eugenio tamen legitimatus, quem idem Alfonſus antequam moreretur in ſolio ſedentem videre voluit, & vt Regem per ſe primum, demum per cunctos alios aſtantes principes adorari, ſacris omnibus, omnique theſauro, Regia ſupellectili, fortiſſimis arcibus conſignatis in Ciuitate Capuana ob peſtẽ Neapoli vigentem concordi omnium Procerum animo, ac populorum aſſenſu recognitus, & ſalutatus Rex, ac public: acclamatus, viuat Rex Ferdinandus, à ſede Apoſtolica ſub Pio Secundo Pontifice Regni inueſtituram ſuſcepit, quarto idus Nouemb. 1458. Coronam ſumpſit à Latino Vrſino Legato in caſtro Baroli, Regnum prudenter gubernauit, iuſtitia ſuos ſubſtinuit populos, & felix hic Princeps dici poteſt, ſecundùm Volateranum, quòd ter in ſummum periculum eductus enaſcerit, morbo correptus ſexagenarius deceſſit anno Domini 1494. 25. Ian. cũ per annos 39. Regnum obtinuiſſet, filio ſibi primogenito exiſtẽte Alfonſo Duce Calabriæ.

* Caliſtus Alfonſo mortuo regnum Eccleſię deuolutum declarat, Sixtus Quartus, & Innocentius Octauus Pij Secundi inueſtituram regni Ferdinando traditam comprobarit. •

40 XVIII. fuit Rex † Alfonſus Secundus, qui ex Cardinale Montis regalis, legato Alexandri Pontificis propinquo Regium ſuſcepit diadema in eccl. Neapol. magno apparatu, atque lætitia feudi inueſtituram obtinet, ob Carolnm Gallorum Regem veniẽtem timore percuſſus, ſimulq; quòd infenſum ſe populis eſſe conſpexerat, vix toto vertente anno regno ſe abdicat, filioque Ferdinando Secundo permittit, cum bonis, quibus potuit, in Siciliam ſecedit: in cœnobio Montis regalis ſe continuit abſtinenter cum monacis, vix tantùm poſtea biennio vixit, filio in regno Ferdinando inſtituto.

41 XIX. Rex fuit † Ferdinandus Secundus Gallorum aduentu territus Neapolitanos oratione, ac lachrymis commouet, quam Sabellicus, & Volateranus exprimunt, ab Innocentio inueſtitus, vix biennio dominatur regno, pulſis Galiis à ſuis receptus, ſine filijs ſuum diem clauſit extremum, anno Dom. 1497.

42 XX. Rex fuit Federicus, † qui Neap. Ferdinando ſucceſſit in regno inſpecta forma inueſtiturę, & qui de eodem regno fuit inueſtitus ab Alexandro Sexto Idus Iunij 1497. coronatur Capuæ, vix completo quadriennio regnat: aduentu Ludouici 12. Gallorum Regis exercitu in Enariam proximam Neap. inſulam cum tota familia confugit, deinde in Galliam conceſſit, regno per Lodouicum, ac Catholicum Regem poſſeſſo, qui Duce Magno Capitaneo, & ipſe à partibus regni expulſus eſt, & Regnum Catholico Regi totum authoritate Alexandri pontificis Sexti obuenit.

43 XXI. fuit Rex † Ferdinandus de Aragonia Rex Hiſpaniarum ſapientiſſimus vir & Catholicus Rex, qui ſnper geſtis & diſpoſitis per prædictos Aragoneos Reges pragmaticam ſanctio nem edixit, vt poſſeſſores à litibus remoueret, & Regnum turbinibus non inuolueretur, imitatus Alfonſum primum, qui edictum penitus ſimile ſtatuit, quod Athenienſes etiam primò ſanxerant: cum ex tyrannis illis triginta eorum reſp. teneretur, ne maiori damno ac litium tumulo implicaretur: rem ita haberi & teneri à poſſeſſoribus, prout ipſos habere compertum erat. Sapiens & prudens Rex inueſtitus à annis regnauit Superſtite filia Ioanna Regnorum omnium hærede.

44 XXII. Rex, eſt Ioanna prædicta, nupta Illuſtriſſimo, ac Sereniſſimo Principi Philippo de
45 Auſtria archiduci; † ex quibus natus eſt Carolus Quintus Romanorũ Imperator inuictiſſimus, qui cum matre regnat, & cum ſuis Illuſtriſſimis ac Sereniſſimis poſteris, fœlicibus & longæuis ſæculis ſemper uiuat, & ab eccleſia inueſtituram habet.

Summula Regum.

46 Normanni, regnauerunt annis 192. alij an. 184. primo Comitis: poſtea ducis titulo, poſtea autem regio.
47 † Sueui, annis 45.
48 † Andegauenſes, annis 172.
49 † Aragonenſes annis 79.
50 † Auſtria regnat ab an. 1517. æternumque
regnabit. Licet aliter tempora cõputet Sebaſt.
51 lib. 2. hiſtor. fol. 140. † Hi ſunt Reges qui ab
anno domini 1125. in Regno dominati ſunt, &
Regnum à ſede Apoſtolica in feudum obtinuerũt: vt teſtatur Innoc. Quartus, in c. ad apoſtolicę, de re iud. & in clem. paſtoralis. Clem. Quin-
52 tus eodem tit. † Quomodo hoc ſit, quod idem Pontifex teſtetur, Regnum Sicilię ſpeciale eſſe patrimonium Beati Petri, hoc ſatis non liquet ex his, quæ ſupra hiſtoricè ſunt expoſita, in libello Ferdinandi Primi, in quo iura omnis Regni notata ſunt, dicitur, hoc ex cõſuetudine fundari, & propter hanc conſuetudinem ad eccleſiam pertinere, cum ipſa fuerit aſſueta in feudũ concedere, ex qua utile dominium in Regem transfert, & directum retinet: ſed unde ſumpſerit originem hæc conſuetudo, an ex donatione Cõſtantini primi, de qua ſupra diximus, uel Ludouici Caroli primi, aut Pipini filij, vel aliorum, aut patientia ipſorum Regum, vel Ducum Regni, certum non eſt, niſi quòd vetuſtas, &

ſedis Apoſtolicæ anthoritas, & innetetata poſ-
ſeſſio infeudandi, hoc certius reddiderunt, &
Andr. de Iſer. in 3. q. teſtatur vidiſſe priuilegiũ
Ludouici, ſed nõ originale, in quo multa eccle
ſię donata coutinentur, & cæteri Imperatores
confirmarunt. At Volaterauns grauis author
ex voluntaria deditiõne ex ordine cępiſſe affie
53 mare videtur: cum enim Robertus † Gui-
ſcardus Normannorum ſuorum viribus viciſ-
ſet Græcos in Apulia eriſtentes, qui Michaeli
Imperatori Conſtantinopolitano ſubditi erãt,
54 Vrbem Beneuentanam, quæ † ſedis eſt Apo
ſtolicę, & elatus victoria occupauit, ad quam re
cuperandam Leo nonus Pontifex Maximus co
pias ab Hẽrico Tertio ſibi aſſignatas duxit: præ
lio victus, captuſq; eſt à Normãnis, ſed idẽ Ro-
bertus, quęrendæ beneuolentiæ cauſa in Italia
intentus, Romanum Pontificem ſummoperè,
venerandeque à Beneuentano clero in Romam
deduci iuſſit, quo defuncto à Nicolao Secũdo,
vt Calabriam multis ac granibus erroribus col
lapſam, ac ipſam etiam Apuliam emẽdaret, cor
rigeretque magnis præcibus Ducem ſe creari in
his regionibus poſtulauit, ac ſponte ſe vaſallũ,
ac ligium Romanæ eccleſiæ de cętero futurum
affirmauit, ea etiam lege, vt quandocunque iu-
beret Pontifer, cum omnibus copijs Robertus
pręſto eſſet. Pontifex autem vt victricem ſibi na
tionem conciliaret, ipſum Robertum ab excõ-
municatione primò abſoluit, ex quo Troiam
Apulię nouam Vrbem eccleſiæ obnoxiam vſur
55 pauerat: † Ducem ipſum Calabriæ & Apu-
liæ creauit & conſtituit. Robertus Ligius pro
miſſi non immemor adimpleuit ſuas bellicas
gentes Pontificis Imperio aſſignauit, quibus
agitati Romani territorij primores, qui Capi-
tanei dicebantur ad Pontificis obedientiã ſunt
compulſi, author etiam Blondus hiſtoriarum
lib. 4. Cum enim Calabria, & Apulia tenere-
tur a Gręcis, qui à Normannis electi ſunt, &
eccleſia ſolam Troianam Ciuitatem ſui iuris eſ
ſe contenderet, non ſpeciale patrimonium tũc
erat quod in ſui poſſe non fuerat, niſi ex volun
taria Roberti recognitione propter tituli de-
cus à Nicolao aſſumptum, à quo etiam cęteri
Principes, donec Rogerio Regio titulo inſlam
matus ab Anacleto inſignitus eſt, & ſic eccle-
ſia non dedit, ſed accepit, non tranſtulit, ſed ab
56 alio occupatũ recepit. † Dicit Affl. in p̃lu. cõſt.
q. 22. Conſtantinũ hoc Regnum donaſſe Sylue
ſtro, & ideo fuit patrimonium ſedis effectum:
hoc fama fertur, affinis meus hiſtoricus nõ eſt,
57 auditu percepit. † Sed tamen legi in archiuo
Caſsi. priuil. Iuſtin. Imp. donãtis ſacro illi cęno
bio terras, & plurimas regni ciuitates, Sueſſã, Fũ
dos, Aquilonian, Calatiam, Arpinum, Soram,
Gaietam, Sulmonẽ, Venafrum, Pennã, Theanũ,
& totum Aprutium: Ergo ipſe erat dominus, er
go nõ Eccleſia: nõ enim pro anima & religione
donaſſet aliena. à Conſtãtino ad Iuſtinianum de
currerãt pluſquàm tercentũ anni, niſi etiam alia
uetuſtiora eccleſia afferre uideatur, cuius iuditio
& authoritati me ſemper ſubmitto, & ſanctum
arbitror quodcunq; decernit: ſanctum enim
aut uidet, aut facit.

Hodie autem certum habeo, prout ſemper
habui, quicquid S. Sancta Rom. Eccleſia decre
uit & ſtatuit, neque aliud eſſe quàm quod piè
cenſuit, idque verum eſſe confiteor, neque tot
Regibus & prouincijs dignitatis faſtigia, & co
ronas condonare potuiſſet, niſi & ipſa ſancta
mater & domina orbis Romana Eccleſia, id iu
re potuiſſet, Zenonis Imperatoris, id dictat au-
thoritas: vt l. diui C. de natura. libe. ibi, diui Cõ
ſtantini, qui veneranda Chriſtianorum fide Ro
manum muniuit imperium & Coſtantinopo-
lim condidiſſe, ut not. in c. Coſtantinus. 36. diſt.
& Iuſtinianus recenſuit in auth. de non alienã.
in princ. ibi, poſt Coſtantinum pię memoriæ
chriſtianę fidei inter Imperatores principatum
auxit, & conſtituit ſacrarum eccleſiarum hono-
rem, & in auth. de nupt. & alibi ſępe, & contra
Laurentiũ Vallam, & eos, qui nõ ſine hæreſis
ſuſpicione impugnã: moderniores in tract. con
ciliorum Auguſtini de Eugubio, Renus epiſco
pus Paduanus de vitis Pontificum, & alij Catho
lici ſcriptores, quorum monumenta apud
me extant, & decretum Coſtantini grecè ſcri-
ptum ex libro exiſtente in bibliotheca palatina
Conſtantinop. in quo iura omnia eccleſiæ, &
ordines & gradus eccleſiarum continentur, &
moderniores in tracta. de prima. eccleſiæ, & alij
plenius ex mutationib. principũ, & nouis genti
bus barbaris, Gothis, Sarracenis Iſmaelitis Ita
liã ipſam & prouincias deuaſtantib. & euerten-
tib. trans flumina, mõtes ſolẽ & lunam, ac om-
nia cęleſtia, rerum veritas in opinones uerſa
eſt, fuit olim Inſula Siciliæ eccleſiæ Rauenna-
tis, poſtea ad eccleſiam Romanam translaa
ecundùm Ioan. And. in addi. Spec. in titu. de
iur. calũ. c. reſtat uidere. Fran. Mar. deciſ. Delph.
1249. fol. 413. forte Gothorum tempore, &
poſtea Romanę Eccleſię reſtituta.
58 † Hodie tamen in Regno nihil obtinet præter
annuum cenſum, omnibus in Cæſarem Domi
num noſtrum glorioſiſſimum, eiuſq; fœlices hæ
redes translatis: extant penes me quamplurri-
mæ inueſtituræ Regum, in quibus forma eſt
tradita cum Regnum conceditur ſi Regnum ſit
hæreditarium, ut dicebat Federicus in conſtitu.
cum hæreditarium, uel ex pacto, & in quibus
quò ad feuda, comitatus, & ſubfeuda, ſpero ſuo
ordine dicemus.

Supereſt (poſtquàm de Regibus aliqua narra
uimus, ac de Principibus) ut de Comitibus etiã
59 diſſeramus. Legimus † ueterrimis tẽporibus
fuiſſe in Regno Comites, & ante aduentum Nor
mãnorum, & tempore etiam Longobardorum:
ut de Comitibus Aquini, de Comitibus Theani,
de Comite Pẽnæ, à qua dictus eſt Apenninus.
60 † Fuerunt enim à principio dicti Comites,
eo, ꝙ Ducem belli comitarentur, cum quo mit
tebantur: uel ꝙ ab eius latere non diſcederent,
ſecundùm Oldendorp. in tit. de beneficiarijs a-
ctio. et iuxta leges Longobardas, iudices, qui
deputabãtur in oppidis pro diffinitionibus cau
ſarum, appellabantur Comites, ſecundùm Se-
baſt. Munſter. hiſtor. Germanicæ, libro iij. char.

316. Præfectus ciuitatis, aut regionis ab Imperatore deputatus, Comes dicitur in Germania, & ſic tota Germania fuit plena Comitibus inter quos quidam erant Langrauij, ideſt Regionum Comites, & lingua Saxonica Comes dicitur iudex, & officium eſt, in quo filij hæredes non ſuccedunt ſecundùm Speculum Saxonicū, cum perſona ſit electiuè conſiderata, non ſan-
61 guis, induſtria, ars, & ingenium: † & iſto modo poreſt intelligi tex. in cap. 1. quis dicatur Dux, Comes, vel Marchio: licet ibi etiam ponatur pro dignitate in ueſtiti. Quando Romani certam Regionem edomuerant deuictis Regibus, permittebant nonnunquàm illorum Regnorum adminiſtrationem, & nomen Regium commutabant in nomen Ducum, vel Comitum ſic in regno, cum Longobardi Beneuentiri Metropolim conſtituerunt ſedem, eius Capitaneus Dux dicebatur, in alijs etiam Regionib. per eoſdem poſſeſſis, fuerunt per eoſdem deputati Comites Ducibus minores, vel quòd ipſi Comites eorum Duci parerent & obſequerentur, vel quòd eſſent officiales ac iudices Regionū præfecti, in quibus ius redderent: cum lingua Longobarda ſecundùm Sebaſtianum prędictum iudex dicatur Comes, qui admonetur, ne de pupillis faciat iniuſtitiam, & viduis in eorū cauſis. ex hoc principio, quod erat in titulum officij temporarium, cœpit hæc dignitas exordium, vt etiam ad filios veniat, & ab eiſdem Longobardis in titulum dignitatis concedi.
62 † Barbara etenim dignitatum nomina ſunt, & noua: Dux, Comes, Marchio, & Princeps, ſecundùm Spiegellium, & Oldendorpium, nec priſcis cognita temporibus, niſi quòd in Lampridio legitur, Heliogabalum peſſimum Imperatorem, Ducatus, & alia officia vendidiſſe, &
63 ſic eo tempore † Ducatus erat officium ducendi exercitum, & ideo Dux dicitur, qui præcedit, & ſequentem ducit, authore Virgilio, *Dux fœmina facti*: vnde ducere bellum, pro gerere, ſæpe dixit, ibi *bellum aſſiduè ducunt cum gente latina*, hi in Regno regionum prędecti plurium oppidorum, aut caſtrorum, poſtquam fuerunt inueſtiti in feudum, cœperunt dici Comites, ex conceſſione eis facta in hunc titulum dignitatis. nec credo fuiſſe à principio hoc ſub figura & ſpecie aliqua prerogatiuę, de qua doctores dixerunt, niſi quatenus uſus induxit, & frequētia conceſſionum innouauit, paulatim cœperunt minima magna fieri, & experientia ad alntura trahi. populi etiam ſibi ipſis exigebant Duces, vt de ciuitate Caietæ legitur in hiſ. Caſſin. lib. 2. c. 76. quæ ſibi elegit in Ducem Adenulphum Comitem Aquini. gloriabatur bonæ memorię Regens Ciccus Loffredus, ex ſui familia Ducem habuiſſe Gaietæ ea bis, quæ deſcribit idem Chroniſ. & ſtrenuo Marchioni eius filio Salentinorum proregi affirmaui ex authoritate
64 ipſius. † Iſti Comites in regno donabant liberè, & plenariè, præſertim eccleſijs, & eccleſiarum prelatis, & immenſitas illi erat modicum, quòd Deo pro animæ ſalute, & fidei religione, ac peccatorum remiſſione donabant, non erat illis obſtaculum lex Rogerij, aut Federici vſus forte feudorum, non erat eo modo, quo ab Imperatoribus inductus eſt, & Carolus Magnus deuictis Longobardis, capto & relegato eorum Rege Deſiderio, vxore, & filijs, liberam vnicuique conceſſit licentiam in eccleſiam diſponendi, vt
65 in titulo de beneficijs, in Longobarda. † Comes Pennę anno Domini 974. in eccleſiam Caſæ nouę in præcutijs, vbi ſuus erat Comitatus, ampliorem bonorum fecit donationem, exprimēdo bona gentilitia, & mortitia, vnde freqnēs
66 in regno eſt ſermo in conceſſionibus. † ea. n. bona, quę à Comite conceſſa, ob caducitatem ſucceſſorum ad Comitem reuertebantur, mortitia appellabantur, ex quo ob mortem alterius iterum transferebantur, ſicut ea, quæ mortis cā capiūtur in l. 1. de don. cau. mor. & tex. in c.
67 morib. ſi de feu. fuer. contr. † gentilitia ſunt etiam hodie in Abrutio, quę nullum habent onus, aut pręſtationem aliquam faciunt pro his bonis, ſicut pro alijs. Et ideo exprimit in priuilegio gentilitia, ideſt nobilia & libera, abſq; angaria, uel cenſu alteri pręſtando, quàm con-
68 cedenti, ſecundùm ſeriem conceſſionis. † Et iſti ſuccedebant Comites in regno omnes pariter filij, ſicut in Lombardia, hoc induxit lex noua Federici, in conſtitut. vt de ſucceſ. ſi bene intelligatur, cum videamus ex hiſtoricis, vno eodemque tempore in eodem Comitatu duos & plures Comites, in Comitatu Theani, in Co-
69 mitatu Venafri, & Aquini, & aliorum. † Quādo enim omnes regiones regni venerunt in poſſe Normannorum, habebant ipſi in allodium dominium, & proprietatem, Prouincias, Regiones, Caſtra, Flumina, & Maria: & ipſi omnes pariter ſucceſſores dicebantur domini Duces, & Comites, prout eis libuerat, vt de Duce Mutulatum, qui donauit eccleſię ſancti Angeli, & ſanctę Mariæ de Leone grancias Cauenſis cœnobij, anno domini 1148. & Domina Emma Comitiſſa terrę Seuetianæ, quę hodie dicitur Mons Caueoſus, Abbati ſancti Angeli, in quo viget cœtus virorum religioſorum ordinis ſancti Benedicti, donat bona plurima, anno domini 1153. & Robertus Dux Salerni Petro Abbati eam partem agri Salernitani, qui nunc Caua dicitur, cum regionibus ſuis, anno domini 1080. & alij complures de gente Normannica, ideo Dei gratia Duces, aut Comites alicuius oppidi appellabantur, cum neminem in dominum aut ſuperiorem tenebant, pulſis ab eis Græcis in Calabria, & Apulia exiſtentibus Dei adiutorio ipſi uictores extiterunt, donec Robertus ipſe à Nico. Pont. vniuerſę regionis Dux appellari voluerit, cum & illi nullum fuiſſet impedimentum voluntatis determinatio, ſi voluiſſet, inſpecta etiam primæua populorum denominatione, qui Regem ſibi ipſis conſtituebant probiorem ex populo conſtantem, ac iuſtiorem eligentes, tempore horum Normānorum ingens fuit copia Comitum, Baronum, & militum in Regno, & frequens cœpit eſſe vſus infeudandi: legi quamplurima priuilegia cōceſſionum in feudum, ſub præſtatione militaris ſeruitij, pro-

ut

ut nunc in regno vtimur, hi etenim Normanni in eorum prouincia erant de genere militum valuaſorum, qui ſub ſtipendio dominorum militabant, & ab alijs feuda tenebant, poſtquam in regno facti ſunt potentes domini Reges, Duces, ac Comites cœperunt, & ipſi alijs in feudum dare, & alios habere valuaſores, qui in valuis aſſisterent, ſicut ipſi erant ab eis adiutoria percipere; quanquam & tempore Longobardorum credam fuiſſe etiam conceſſiones in feudum factas ab ipſis. priuilegia tamen ego non vidi, nec legi, niſi dationes in libellum, quæ illis ſimiles ſunt, & temporum decurſu ab eis in feudum dationes, cum utraque forma eorum fuerit inuentum. Federicus in ſuis conſtitutionibus dat legem, quid ſit faciendum mortuo Barone, vel feudatario, qui ab alio tenet feudum, non enim Federicus Imperator dationem in feudum in regno induxit, ſed ſuper diſpoſita ſtatuit, & ſic de adiutorijs præſtandis, de quibus aliqua attingemus.

70 † Fuerunt hi Normani religioſiſſimi ac Chriſtianiſſimi, qui in honorem Domini Noſtri Ieſu Chriſti nonnullas eccleſias & cœnobia conſtruxerunt ampla dote aſſignata, & ſecundum Chroniſtam Neapolitanum, vt Auerſæ Monaſterium ſancti Laurentij ordinis ſancti Benedicti, eccleſiam ſancti Pauli, quæ ſedes eſt Pontificalis, Ciuitate eidem, in eccleſiam Trinitatis Venuſinæ, opus ſane præclarum, & Regium, licet imperfectum: eccleſiam Metropolem ſancti Matthæi de Salerno, pulcherrimum opus, & in eam corpus eiuſdem Apoſtoli aſportarunt à Ciuitate Peſtana Brutiæ anno Domini 954. tempore Philippi Principis Salernitani, ſecundum ſcriptores faſciculorum temporũ, condiderant eccleſiã Melphitanã, Ciuitatẽ & Caſtrũ, ac alia quãplurima. Quo tpe duo Soles pariter in cœlo

71 viſi ſunt, & p biduũ menſe Iulio, mare dulce factum eſt, à Neap. vſque ad Cumas, ſecundum Caſſinen. Chroniſtam, necnon & Caſtellum Capuanæ, vbi nunc Pretorium eſt Regium, & omnes Cæſarei Officiales, pro reddendo iure conueniunt. Munifici fuerunt in omnes, qui eis obſequia præſtiterint, habẽtes magnã copiã militum in eorũ expeditionib. tam in continẽti, q̃

72 in maritimis regionib. ſic & horum temporibus floruit illuſtr. familia Ruffulorum de Rauello, ſecundum Dyoniſium Chroniſtam habens plus quam nonaginta Milites, & Comites, ac Barones eodem tempore, & ipſorum duo præfecti erant maris; hodie ſolo hæret, viris ac fœmellis orbata, in maximam primitus paupertatem collapſa, vilis habitatore tam nobiliſſimæ ſedis conſtituto, in ipſius partes diſpari domino habitatæ, temporum facto & hominum.

73 † Sub iſtis et Normannis fuerunt Principes Salernitani, qui prius Duces Salernitani, & poſt alios Duces fuit Robertus, qui duxit Sicleatham ſororem Philippi Principis: Cui ſine liberis defuncto ſucceſſit idem Robertus cum titulo tamen Ducis, vt legimus in ipſis priuilegijs obſeſſa & per vim capta ciuitate Salernitana, cum eſſent Principes Salerni diuiſi à Principatu Beneuentano, ipſi totam Regionem Lucaniæ, & partem Campaniæ poſsidebant: Salerni ponentes ſedem, de quibus in Chronica Caſſinenſi, & ſancti Vincentij, & alijs libellis hiſtoricis. in regno fuerunt alij Comites, Duces, & Principes modernioribus temporibus, de quibus non expedit notitiam habere, cum ſatis ſit antiquitatem recenſuiſſe, pro hiſtoriæ notitia & cognitione terminandum.

DE PROVINCIIS ET CIVITAtibus Regni

SVMMARIVM.

1 *Regnum Neapolitanum conſtat ex duodecim prouincijs.*
2 *Diœceſis in iure Pontificio appellatur prouincia.*
3 *Prouincia terræ laboris, quæ & Capuana dicitur, quot terras habet habitatas.*
4 *Prouincia Comitatus Moliſij quot terras habitatas habet.*
5 *Prouincia Aprutij vltra quot terras habitatas habet.*
6 *Prouincia Aprutij citra quot terras habitatas habet.*
7 *Prouincia Capitinatæ quot terras habitatas habet.*
8 *Prouincia terræ Bari quot terras habitatas habet.*
9 *Prouincia Baſilicatæ, quæ Lucania dicitur, quot terras habitatas habet.*
10 *Prouincia terræ Idruntiquot terras habitatas habet.*
11 *Prouincia Principatus citra, eadem Lucania à priſcis dicta, quot terras habet.*
12 *Prouincia Principatus vltra quot terras continet.*
13 *Prouincia Calabria citra quot terras continet.*
14 *Prouincia Calabria vltra quot terras continet.*
15 *Regnum Neapolitanum quot terras & ciuitates habet.*
16 *Regnum Neap. quot ciuitates epiſcopales et archiepiſcopales, & Suffraganeas habet.*
17 *Archiepiſcopatus Neapolitani origo.*
18 *Neapolis dicta quaſi noua ciuitas, quæ primò Parthenope dicta à Sirena.*
19 *Epiſcopi Nolani origo.*
20 *Nolana ciuitas Romanorum colonia, de qua plures laudes.*
21 *Puteolorum ciuitas vnde dicta.*
22 *Epiſcopus Puteolanus præſentatur à Rege Sedi Apoſtolicæ.*
23 *Acerrarum ciuitas Romanorum colonia.*
24 *Epiſcopus Acerrarum præſentatur à Regia curia.*
25 *Iſola Inſula nuncupatur olim cum Inſula Procida.*
26 *Auerſa à quibus conſtructa & deſtructa fuit.*
27 *Archiepiſcopus Capuanus à quo primò creatus & à ſede pulſus Capuam receptus eſt.*
28 *Capua ciuitas deſtruitur propter terræmotum, ſicut Iſernia.*
29 *Epiſcopi Theani creatio & plura de ciuitate Teani.*
30 *Cales ciuitas Romanorum colonia.*
31 *Venafrum ciuitas ab olei bonitate laudatur.*
32 *Aquinum ciuitas patria eſt multorum Illuſtrium.*
33 *Salernitana ciuitatis laudes, & ſedes regalis & illuſtrium.*
34 *Archiepiſcopus Salernitanus præſentatur à Rege.*

35 Ra-

35 *Rauellenſis ciuitas laudes & nobilium familiarum deſcriptio.*
36 *Amalphitana ciuitas retinet corpus ſancti Andreæ Apoſtoli, ex quo manna ſcaturijt, & plura alia de dicta ciuitate.*
37 *Surrentum ex aeris ſalubritate ac vini perfectione laudatur.*
38 *Caſtellum maris de ſtabia quare ſic dictum, & ex quibus rebus laudetur.*
39 *Tarentum ciuitas celeberrima, & ex quibus laudetur, & vnde dicta.*
40 *Archiepiſcopus Tarentinus præſentatur a Rege.*
41 *Brunduſium ciuitas à quibus erecta, & ex quibus laudetur.*
42 *Archiepiſcopus Brunduſinus præſentatur à Rege.*
43 *Brunduſium ciuitas unde dicta, & ex quibus laudetur.*
44 *Epiſcopus Gallipolis præſentatur à Rege.*
45 *Licium ciuitas pluribus nominibus nũcupata, à quo condita, & ex quibus laudetur.*
46 *Licij ciuitas auditorium continet regium, & totius prouinciæ, quod ſacrum concilium appellatur, cuius ſententiæ per appellationem non retardantur in executione, de feudis quaternatis cognoſcit, & baluum dat feudatarijs.*
47 *Barium ciuitas Regina Apolloniæ, & ex quibus laudetur & fulgeat.*
48 *Luceria ciuitas unde dicta, à quibus conſtructa, & plura de ea.*
49 *Manfredonia vnde dicta, à quo ædificata, & ex quibus laudetur.*
50 *Beneuentum ciuitas, & ex quibus laudetur.*
51 *Aquilana ciuitas à quibus condita.*
52 *Aquilanus Epiſcopus à Rege præſentatur.*
53 *Epiſcopus ciuitatis Gaietæ præſentatur à Rege.*
54 *Epiſcopus Reginenſis à Rege præſentatur.*
55 *Crotona ciuitas ex quibus laudetur.*
56 *Roſſana ciuitas ex quibus laudetur.*

1 REGNVM Neapolitanũ ex duodecim conſtat † regionibus, quas prouincias vulgariter nũcupant: dictæ enim ſunt, quòd procul ab Italia armis victæ ſunt, in quas Proconſules & Legati mittebantur, qui ius redderent, & tributa exigerent. Alci. in Rubricam. de ver. ſig. In iu-
2 re pontificio † pro diœceſi accipitur, vt in c. ſcitote. 1. q. 2. in qua decem, vel vndecim ſunt ciuitates, quibus, qui dominatur, Rex dici poteſt. Inuehit Alci. contra authorem illius literæ, cum in vna ciuitate Rex conſtitui poſſit, vt in l. 2. §. 1. & ibi Cagn. de orig. iur.

* Primus Neap. Rex Henricus 6. filius Federici Barbaroſſæ ex inueſtitura Celeſtini Tertij, & Inſulæ Siciliæ & pro vtroque regno Romæ coronã ſumpſit, ex Petro Bugiano in hiſto. monaſt. in vita Conſtantiæ Imperatricis occidentis lib. 3. fol. 28. Alij ſcribunt primum Regem Neap. Titulatum fuiſſe Carolum Primum.

3 Prima, eſt terra Laboris † Campania habet terras habitatas 183. compræhenſa inclyta ciuitate Neapolis, Inſula Iſclæ & Procitæ.

4 Secunda eſt † Comitatus Moliſij continens ſub ſe terras habitatas 99.
5 Tertia eſt † Prouincia Aprutij vltra habens terras habitatas 120.
6 Quarta eſt † Aprutij citra continens ſub ſe terras habitatas 147.
7 Quinta eſt † Capitinatæ partium Apuliæ aliàs Catapanata habet terras habitatas 69.
8 Sexta eſt † terra Baris, continet ſub ſe terras habitatas 59.
9 Septima eſt † Prouincia Baſilicatæ Lucaniæ terræ habitatæ in ea ſunt 98.
10 Octaua eſt † terra Hydrunti, terræ illius habitatæ ſunt 161.
11 Nona eſt † Principatus citra, etiam Lucania à priſcis dicta, habet terras 134.
12 Decima eſt † Principatus vltra, continet terras 149.
13 Vndecima eſt † Calabria citra, terræ in ea prouincia habitatæ ſunt 114.
14 Duodecima eſt † Calabria vltra, habet terras habitatas 131.
15 Et † computatis omnibus terris & locis huius regni terræ & ciuitates ſunt 1563.
16 Inter † quas ſunt ciuitates Archiepiſcopales 20. & ciuitates epiſcopales 107.

* Diuus Alphonſus Primus Arag. regnũ Neapol. in ſex principales Prouincias diuiſit, vt exactiones fiſcales facilius exigerentur, videlicet, in terrã Laboris, principatum, Baſilicatam, Calabriam, Apuliam quæ in tres partes eſt ſub diuiſa, in terrã Bari, Hydruntis, & Capitanatam, & alteram Aprutij prouinciam, hæc quidem diuiſio ſeminarium diſcordiæ inter cath. Regem & Carolum Octauum fuit in partitione regni, dũ Galli regni prouincias computabant, iuxta regiones veteres, illi autem ſecundùm nouiſſimã, tandem deputati fuere Iudices & ad arma deuẽtum eſt, quibus Galli à toto regno repulſi ſunt vt latius deſcribit Guicciardinus hiſtoriarum Italiæ lib. 5. char. 186.

Archiepiſcopales autem & eorum ſuffraganei ſunt, videlicet.

17 Archiepiſcopus Neapolitanus † primò Par-
18 tenope † Regina Trinachiæ à Syrene, vel meretrice, quæ cum prætereuntem Vliſſem cum ſocijs cantu non deceperit, in mare ſe præcipitauit, vnde in eum delata eſt locum, quæ Palepolis dicta eſt, deinde Neapolis noua ciuitas, & ſingulis annis Neapolitanos faces in eum tuliſſe tumulum à Cumanis condita, qui & ipſi ab Euboea Inſula Calcidẽſium oriundi ſunt à ſancto Aſpren per Apoſtolum Petrum ſedes Chriſti fit Vrbs & ciuitas princeps ciuitatum ſub fortunato pontifice Romano à ſuis pulſo in Archipreſulem erigitur.

* Grimoalt Beneuẽtanus princeps contra Neapolitanos mouens bellum, eo quòd Dauferium receperant, regnante tunc in ea vrbe magiſtro militiæ grauiſſimum certamen comiſit cum illis, tantamq; ſtragem hoſtium cœpto bello mari, terraque fecit vt fretum adiacens vix per ſeptẽ

&

& eo amplius dies ernore occiſorum porgaretur: egreſſę mulieres virorum interemprorum gladijs Loogobardos inſequebantur: Grimoalt autem vſque ad portam quæ Capuana dicitur cum Neap. cógreſſus Neap. duce octomille aureos accipiens iam dictũ Bauſeriũ in grat am recepit, Neapolita. duce fortiter defendente.

De Neapoli Lodouicus Francorum & Italiæ Rex Imperator Augoſtus Baſileo Grecorum Imperatori poſt multa in epiſtola hæc ſcribit. Poſtremò de Neapoli oobis in chriſto fraternitas tua quaſi inſerimus populum ooſtrum ad incidendas arbores & meſſes igne cremandas, & hanc ditioni ooſtræ ſubdẽdam, licet ab olim noſtra fuerit, & parentibus noſtris Pijs Imperatoribus tribota perſoluerit, verum oos ab eius ciuibus præter ſolitas functiones, nihil exigimus niſi ſalutem ipſorum &c.. deſererent contagia perfidorum, & plebem deſiſterent inſequi Chriſtiaoorum: nam infidelibus arma, & alimenta & cętera ſubſidia tribuentes per totius Imperij noſtri littora eos ducunt, & eum ipſius totius beati Petri Apoſtolorum principis territorij fines furtim depredari conantur, ita vt facta videatur Neapolis Panormum, vel Africa: eumque noſtri Saracenos inſequuntur, ipſi vt poſſint euadere Neapolim fugiunt, quibus non eſt neceſſarium Panormum repetere, ſed Neapolim fugientes, ibidemque quouſque pręuiderint latitantes, rurſus ex improuiſo ad exterminia redeũt, ſuper quibus ſępe illos monuimus, ſed ex admonitione peiores effecti ſunt, adeo vt epiſcopum proprium: quoniam eos vt euitarent conſortia malignorum monitabat, ex vrbe proiecerent, & illuſtres ac proceres ciuitatis compedibus alligarunt: ergo ſi ſocietatem oou diſſoluerint infidelium ſecundùm Apoſtolum, qui pręcipit dicens. Nolite iugum ducere cum iofidelibus, & paſtorem ac epiſcopum proprium non receperint: portionem eorum ponemus cum his, quo om libenter amplexi ſunt vnionem & in vna lancea appendemus vtroſq́; & alia de Neapolitanis recenſet, quæ ponere non fuit viſum, hæc ex antiquiſſimo codice ferè coactus poſui pro gloria noſtræ patriæ: quę ſi eo tempore cum Agarenis ſocietatem habuerit, hoc pro tuitiooe ipſorum peragebat, cum à Longobardis, Beneuentanis, & Salernitanis ſepiſſime vexabantur, Capuanis etiam adiuuantibus. Neapolitani ſemper extitere religioſſimi, & Chriſti fidei ſectatores. Es his ẽt colligi poterit, antiquarum hyſtoriarum veritas, quas perlegerit curioſus. Poſſunt ex his verbis Ludouici Cęſaris notari plura: Primò, ꝙ tẽpore Ludouici Romanorum Imperatoris ciuitas Neapolitana erat ſub iuriſdictione Imperatoris Græcorũ Baſilij. Secundò, ꝙ eodẽ tpe Neapolis tributũ pręſtabat Romano Imperatori, & duobus Cæſaribus ſubdita erat; Tertiò, ꝙ Neapolis ſemper in ciuitate ſua habuit proceres & viros illuſtres, & Gregorius in c. . q. . Scribit Nobilibus, & populo Neapolitano. de epiſcopo Neapolitano quem elegerant, ꝙ diuiſi erant Nobiles a popularibus in regimine vrbis, prout pleræq; ciuitates in regno, quo tpe, & qoo modo noo eſt tẽpus, aliàs ẽt ꝓpriũ ep̃m è ſede expulerũt & Sergiũ Surrentinũ Ep̃m ibi cõſtituerũt in pontificẽ vt legitur in cronicis Ep̃orũ Neapol. tempore.

Athenaſius Neapolis Dux ac magiſter militũ filiã ſuã Gẽmam noĩe in vxorẽ dedit Landolſo filio Atenolphi Capuæ comitis, pacẽq; inter ſe ipſos iureiurando firmarũt cõtra Beneuẽtanos & Salernitanos: optauerat.n. primò Athenolphus Comes filiam Guainarij ſenioris Salerni Principis ſuo filio tradere, teſtitit Principiſſa cũ ſuo ſubdito nuptias cõtrahere, cũ ipſa ex regali ſtegmate orta eſſet: yota & ipſa Guaimarij vxor vocabatur, dũ à Salernitanis creberrimè Athenolphi tellus deprædaretor, neceſſitate coactus cũ Athenaſio ouptias cootrahit, hæc Erempertus lib.3.

Si qs legeret Epiſtolã Ludouici Imperatoris, quã Baſilio Grecorũ Imperatori ſcripſit, multa pcipiet de regionibus, ex quibus regnũ hoc Neapolitanũ cõſtat, & de veritate donatiõis p Coſtãtinũ factæ, ipſe.n. Baſilius cõquerebatur, Lodouicũ ſe Imperatorẽ inſcribere, eo ꝙ ipſe ſolus & verus eſſet Impera. Imperio p Coſtãtinũ trãslato, qđ quatuor Patriarchalib. ſedibus Dei prouidẽtia firmatum erat, ad quæ alia rẽdet Ludo.

Suſcepto Sicone principatu, fœdereq; cũ Frãcis innouato, bellũ ab eo cũ Neapolitis creberrimũ motũ eſt ciuitate valide obſeſſa, tellure, põtoq;, ac fortiter iaculis, & ſcorpionibus oppugnata ferè capta eſſet, ſi defuiſſet ingeniũ, nã iuxta orã maris muro arietibus ac machinis funditos eliſo, cũ iã cateruatim populus igredi vrbẽ niteretur, dus iã dictæ ciuitatis data mox obſide gẽtrice ſua, ac duobus ꝓpris liberis magnopere cũ calida arte efflagitans p nũtios miſit ita Tua eſt vrbs cũ voiuerſis q̃ intra ſe retinet, placeat ergo pietati tuę, ne i p̃dã detur, craſtina aũt die cũ tropheo victorię ĩgredere poſſeſſurus nos oĩſq; noſtra. His ergo ſugeſtionibus Sico fidẽ accomodãs diẽ ſuſtinuit venturũ, ſubſequẽti verò nocte iterrupta vrbs muro firmiſſimo ſolidata eſt & crepuſculo, quo ſe, ſuã q; pollicitus eſt ciuitatẽ arma bellica ſuſcipiens cõtra eũ ſe erexit ingenti certamine oppreſſi, igitur durius à genitore & filio p ſexdecim anoos cõtinuos ciues p̃ fatæ vrbis cũ . . . . maximã pueoiſsẽt ad Frãcorũ ſe cõtulere p̃ſidiũ, ipſe aũt Sico poſtea gladio occiſus ẽ à ſuis iuſto Dei iudicio eũ Grimoaldũ Bñuenti principẽ & ipſe iterfici paſſus eſt.

Poſt mortẽ Honorij anoo Dõi 1130. Honorio defuncto Innoc. II. ſuceſſit, cõtra Rogerium bellũ ꝓſequitur, q anoo Dñi. 1129. Idibus Maij Panormũ Rex ſalutatos coronatur, & vngitur cuius coronationi Siculi, & Neapolitani proceres interfuerunt ad ſanctum Germanum oppidũ, vbi i Caſtris erat Rogerius, nihil tale metuẽtẽ acriter adorſus ĩ caſtro gallutio obſidet, Guilielmus filius ex Eluira vxore & Tarẽti priceps cõparato exercitu patrẽ liberat, profligato Romano exercitu Inno. Cardinaleſq; q cũ eo erãt cępit & coegit i carcerẽ: Rogerius aũt viri ſãctitate & dignitate maieſtatis motus reuerẽtiſſimè & religioſſimè cũ Senatu dimittit, cui Põtifex vt

G beni

bem Neapolis, quæ vſque ad ea tempora Græcorum Imperatori paruerat, cum reliquo terræ laboris Apuliæ, & Calabriæ ad fretum vſque Siciliæ conceſſit. Ex modernis ſcriptoribus.

✱ Inter Neapolitanos & Beneuentanos in die Sancti Michaelis Archangeli de menſe Maij grandis pugna fuit, & omnes Neapolitæ cæſi. Erempertus. ✱

Archiepiſcopus Neapolitanus hos habet Suffraganeos

19 Epiſcopus Nolanus, † tempore Valeriani
Imperatoris anno Domini 259. ſub Felice mar-
20 tire epiſcopus à populo ordinatur † clara &
vetuſta ciuitas, Romanorum colonia, Romanis
fidiſſima, ſenatu regebatur ſuo: Anibalis voce
collaudata, quem Claudius Marcellus omnium
primus vinci poſſe edocuit, emporium primò
Pompeiorum, & Nolani populi gens gloriæ effuſiſſima, quæ etiam cælos tenet: Primus Paulinus, & alius Paulonus iunior in ſanctorum cathalogo & veneratione digna populorum ſuũ habet Homerum virum doctiſſimum Ambroſium Nolanum, qui Nolana edidit chronica.

21 Epiſcopus Puteolanus, hinc † Puteoli, & Puteolum ab aquarum putore, vel puteorum multitudine, ab Octauiano Romanorum colonia Senatus, & Amphiteatrum, otiis & delitiæ Cæſarum: à beato Celſo Apoſtoli Petri diſcipulo in fide Chriſti regitur & inſtituitur in loco, qui Quartus hodie dicitur, quarto ſcilicet miliario diſtans ab vrbe, de mirabilibus eius extat libellus antiquus.

22 † Dominus Rex præſentat epiſcopum ſedi Apoſtolicæ.

23 Epiſcopus Acerrarum, Romanorum † colonia citra ſuffragium Anibalis inſidijs Senatus eius in puteum proijcitur, antiquiſſima ciuitas ab eius igne crematur, a Virgilio, Liuio, Appiano, Syluio, & alijs memoratur: lanio flumine & alijs cladibus quaſi eſt ad nihilum propter inundationes aquarum & aeris intemperiem redacta.

24 † Curia regia præſentat epiſcopum.
Epiſcopus Iſclanus Ænariam vocant, antiqui
Inſulam Iſclæ, de qua etiam fabuloſa poetę emit-
25 tunt † Et iuncta olim cum inſula Procidæ di-
uiſa eſt in duas, & procidæ diuiſio græcorum ſedes primò ex Euboea venientium, à quibus & Cumei, & Partenopei

• Iſcla nouum nomen, Homerus, Arimen, Plinius Enarium, Virgilius Inarime: Strabo Pythecuſam appellat a Græcis dicta, Volaterranus & Platina Siculus, à miſeno promontorio terræ motu diſcreta: vt auctor eſt Strabo, cuiuſuis generis frugum & anni feraciſſima, balneos habet plures, & ad delitias & ad valetudinem æquè ac cõmoda: hanc Tretrienſes, & Calcidenſes primi incoluerunt, quos ob feracitatem ſoli fortunatos Timeus vocat. Hiero Senior Syracuſarũ Tirannus, qui poſtea ei & Campaniæ dominatus eſt: illis ob ſeditionem pulſis colonos ex Sicilia tranſmiſit, qui oppidum Gerundam cognominatum ædificarunt horum tempore collis in medio inſulę ſitus, cui nomen Epomeus terremotibus frequentibus concuſſus, mox ingenti dia maxima aperto hyatu euomit; quibus conterriti Siculi & oppidum & Inſulam deſeruerunt Lucio Martio, & Sexto Iulio Conſ. & dein de Cęſare Auguſto, Tito Antonino Quarto, atque Diocletiano imperantibus populum combuſſit: & alio etiã tempore adeo vehemens proruptus plurimis brutis, ac multis hominibus cõſumptis, cęteri homines in fugã cõuerſi proſſimum Pãdatariam, vel Capreas, vel Baias ſe contulerint, ns iura municiſſimum edito atque exceſſo in monte ſitum ſyrenatum olim diuarum, & hodie ſedes Auolæ familiæ generoſiſſimæ induſtria machinis oppletum inexpugnabile eſt.

26 Epiſcopus Auerſanus † exemptus eſt, Auerſa noua eſt Normannorum ſedes habitatio & ciuitas ex Raynulpho Comite olim Cumanorum & Atellanorum Colonia in codice Pontificis inſcribitur: Epiſcopus Atellanus, Cumanuſque, agri fertilitate ſecundę: Cum campanis de antiquitate contendit, dicta eſt & poſita à Roberto Normãno: vt Neap. & Capuę aduerſaretur, à Carolo primo à fundamentis deleta.

27 Archiepiſcopus † Capuanus ab Ioãne VIII. Pontifice erigitur anno Domini 970. qui dum à ſede pulſus eſſet in Capuam receptus à Principibus religioſè habitus eſt, Landulphi Principis Ioannes frater primus conſecratur, & poſt hũc dominus Leo Caſſinenſis monacus, & poſtea Gibertus ſub Germano Primo Epiſcopus, cuius ſacra oſſa in Franciam à Ludouico Imperatore delata ſunt. Ciuitas oſca iuxta Vulturnus caput
Campanię nemini ciuitatum ſecunda, ſæpe mu-
28 tauit locum, olim † terremotu collapſa anno
Domini 983. ſub Landulpho principe, ſicut & in anno Domini 847. per omnem regionem Beneuentanã ita fuit ingens: vt Iſernia vna ea ſeptẽ Samnij vrbibus à fundamentis ferè tota corruerit, epiſcopo & populo quaſi vniuerſo interemptis, ſcribit hiſtoricus Caſſinen. lib. 2. c. 6. & 12. ex Terremotu Capuę campanas per ſe ſonuiſſe: Capua veterrima vbi extat mirandum Theatrum: Cęſaris iuſſu Colonia deducta a viris 20. olim Imperio Romanorum ęmula, donec Ienſericus Vandalorum Rex eam deleuit, & Narſetes Iuſtiniani dux reſtituit, Oſtrogothis deletis Capuam veterem, quę & Sicopolis dicta eſt, in monte Eriphiſto ædificatã: cũ ſępius igne cremaretur à Lãdo comite & Landulpho Epiſcopo cũ ſuis propinquis apud pontẽ caſulini, ſicut hodie cernitur, conditã fuiſſe anno Domini 856 huius vrbis difficillimũ eſt recenſere, de qua veteres ſcriptores. tradit Plutarchus, Annibalẽ vidiſſe Capuam longa libidinantem fœlicitate, fortunę Principes Capuę, Theani etiam Comites, & primus princeps à ciuibus electus Landulphus nominatus *capo de ferro*, & ſex poſt eum principes, & Iodarnus Roberti frater vltimus princeps anno Domini 1120. ſeparataque eſt Capua a regione Campanię, & addita eſt regno Apulię ſecundùm croniſtam.

Suffraganæi Campaniæ Epiſcopi ſunt, videlicet.

29 Epiſcopus Theani † creatur à populo. Primus

mus Paris coofeſſor ex Grecia oriuodus Silueſtro approbante Pontifice miraculis claruit vir religioſiſſimus, poſt hunc Terentianus Theani patronus celebratur. Theanum ſidicinum à Caſtello Vollcorum metropolis & ſydicini populi vrbs antiqua à Cicerone celebratur in oratione ad Rullum. Amphiteatrum habet amplum; regio frugifara, amęnitate locorum & fontium copia in Campania ſolget, & viris noſtra ætate doctiſſimis, Theani Gaſtaldeus: Theani comes: Theani Princeps ſub dominio Illuſtriſſi. Aloyſij Carrafę Principis Hoſtiliani.

.. ſico ſpoletinus vir Illuſtris à patria exul ob metum Pipini vnà cum vxore, & filijs à Romoalt Beneuentanorum principe cum magno honore receptus eſt; Acharentiæ comes ab eo ordinatus eſt poſt mortem Grimoalti ab Arrichis Cópſiæ comite interfecto auxilio Roſrit & aliorom Beneuentanorum princeps erigitur cõciliato populorum fauore plurima largitus dona; loca perquirebat tuta, quibus ſe tueri quandoque potuiſſet. Landollo Capuę comiti præcepit: vt eam ciuitatem à planitio in montem transferat. Idem Landollus vnà cum epiſcopo Landolfo germano ſuo, alijſque Capuanis: per iuſſionem prędicti principis ciuitatem in móte, qui triſliſcus dicitur, conſtruxit, eamque ad finem perducta, cum non paucis Capuanis Beneuentum venit; vehementer eflagitans: vt idẽ princeps cum ſuis proceribus Capuam properaret, qua noua ciuitate recognita interrogat ſuos quo nomine vocaretur: recuſantibus illis Sicopolim appellat. Et vt Capuanis ruinam impeſare potuiſſet, inter Capuanos, & Beneuẽtanos connubia iungit, ex Eremperto hiſtorico libro primo, ſed dum hæc noua ciuitas: in monte conſtructa creberrimè conſumaretur ab igne; tota igne crematur, nec vna domus remanſit inuſta, hac occaſione Lando Capuanus comes cũ prędicto epiſcopo & alijs Capuanis ciuitatem ędificare conatur ad pontem, qui caſulinus dicebatur iuxta Vulturnium flumum: quo cognito Adimarius princeps iratus cum valida manu Capuã venit; Turrem, quæ tunc denominata erat ſancti Angeli, aliàs Sancti Eraſmi, ad ſolum proſternit, Capuamque diruturus, Capuanis cęptum opus minimè deſerentibus, nihil ei profuit cum exercitũ aduenilſe, nihilq́ue aduerſi ei fecerunt propter iuſiurandum, quod ei iamdudum iuraueraut, Capuæ ipſa Deo annuente illeſa permanſit ex Eremperto lib. 2. cap. per idem tempus.

Conſtantinus Imperator Helenæ filius in veterrima vrbe Capuæ conſtrui fecit eccleſiam ad honorem beati Stephani prothomartiris, quam Arrichis Beneuentanorum princeps ad honorem omnium Apoſtolorum dedicari pręcepit: beatiſſimus tamen Germanus eiuſdem vrbis epiſcopus collatas ab eodem imparatore reliquias beati Stephani prothomartiris, nec non & Beatæ Agatæ Virginis ſub nomine Sancti Stephani vocari iuſſit, hoc facit prò veritate hiſtoriæ: Conſtantinum fuiſſe baptizatum à Papa Syluestro, prout Sancta canit Romana Eccleſia, & non in mortis articulo, ſecundùm aliquos ſcriptores, ex quorũ ſcriptis nonnullæ hæreſes ꝓceſſerunt.

Athenulphos Capuę comes creatur à principe Beneuentano præcibos Capuaoorum ad modum arundinis ſe gerebat, nam pacem cum Athenaſio duce Nea. & magiſtro militię, interdũ cũ Guarmario Saleroi principe, plerũq; cũ Græcis iniebat, & ei, qui potens erat in armis, fidem ſeruabat ſubdolè tamen, poſtea primus creatus eſt princeps & Capuaous & Beneuentanus: quia etiam Beneuentanis imperitabat, oec tonc facta fuerat aliqua diuiſio dominiorum, omoes tunc ſuberant Beneuentano principi excepto Salerno ex diuiſione pricipatũ facta p Titũ virũ diſertiſſimũ, pro qua habuit caſtrũ vnũ in premiũ.

Capuæ Gaſtaldeus, Capoę comes & princeps: credo etenim Gaſtaldei nomen eſſe gubernatoris & adminiſtratoris forte ad propriam vtilitatem, qui ratiooem reddere non teneretur, vocemque eſſe Longobardam, diuerſæ tamen ſignificationis ab ea, q́ pooitur in c. 1. de feo. guardiæ & caſtal. Ex his, quæ penes hos auctores Longobardos legi, vel ſi ſit eadem, vt in c. 1. de conſue. rec. feud. quia detur in procurationem, erat ſui certioris perceptor & dominus; ſcribitur tamen per G. & nõ per C. fuit hic etiam gaſtaldatus in medietate Capuæ, alia medietas penes principẽ Beneuentanum, Athenulphus gaſtaldeus primus omnium comitẽ ſe vocari præcepit, pro quo Capua præces principi dederunt; vt deleto nomioe Gaſtaldatus comes appellaretur. Marelporus Theleſinus Gaſtaldeus, & Guandelpertus Booianenſis duces exercitus contra Sangdan regem Saracenorum irruentes victi ſunt, & idem rex Capuam depopolatus eſt.

Attenolphus Princeps in caſtro Calui captus fuit, Lando Germanus cæpit illud conſtruere, extructo, vallatoque Caſtro poſt biennium igne conſumptum eſt. Iterum ab eodem reparatom, eſt ad fortiorem formã euectũ; Erẽpertus in fine.

Defuncto Landulpho Comite Capuę ioter tres filios ęqua diſtributione iureiuran. Capua diuiſa eſt. Athenolphus ædificare cępit caſtrum in ciuitate Calui.

Theanum Caſtaldatus ſub principibus Beneuentanis mortoo Landulpho comite Capuæ quatuor filijs ſuperſtitibus, Landulphos Theanum regebat ſub Comitiali titulo. Henricus tẽpore Clementis Imperator Italiam veniens Pandulfum principem Capuaoum victum capiens ſuper Troyam, in qua reſidebat illum in Alemaniam aſportauit, Pandolfumq; prædictum Theanenſem Principem ordinauit. Ex crooicis Cæſarum Longobardorom.

30 Epiſcopus Caluenſis, Cales † ciuitas & mons monicipium muro ductum colonia Romanorũ à Calai filio Boreæ condita; de Campanorum cęſione Cales facta à Fuluio, Liuius, Sylnius, Virgilius, & Donatus memiore ea paocis & villicis habitata, neminem ſupra ſeptemnium puerorom ad ætatem, vel quàm raiò perducit.

Epiſcopus Caſertanus, nonum eſt oppidũ ex fragmentis ſecundæ Capuæ, vt & alia cõuicinia. Poſita eſt io planitie cuiuſdã montis in Terra Laboris inter Capuam vrbem & Magdalonum,

olim in excelſo monte poſita: dicta eſt Caſerta à caſa irta ſecundùm Erempertum lib. 3. hiſtor. Landulphus Princeps Landonis frater poſt obſeſſionem caſam irtam cœpit,& in ſuam ditionem redegit: Landulphoque præſule defuncto illius nepotes inter ſe diuiſerunt ſub interitum. Capuam æqua diſtributione, Pandonulphus vrbem Theanenſem, & caſam irtam Erempertus. Caſertæ in ciuitaté redactæ comitalis titulus adauctus eſt, glo. Marini meminit in l. regni, poſt mortem.

In eo bello, quod inter Carolum Andaganieſem primum Neapol. Regem & Manfredum geſtum eſt, Ioannes cognomento de Ratta Caſertæ comes: quia violatá vxorem à Manfredo cognouit, cum eſſet eius copiarum dux conſtitutus, eam vlturus iniuriam clam cum Carolo conuenit, eique intra regni Neapolitani fines viam patefecit. Idem fecit Ioannes Procida Salernitanus violata à Carolo eius filia, fuit Caſertæ ciuitas in dñio dñorum Aqueuiuæ, prout ſcribit in ſermonibus D. Bartholomeus de Capua, prout nunc quoque eſt & habet militarem comitem atque religioſiſſimum.

Federico Secundo Cæſare defuncto Conradus ex Coſtantia filio teſtamento Rege Siciliæ ſuffecto Caſerta, Aquinum, Capua & Neopolis in Pontificis maximi poteſtatem redactę ſunt Conradus euertit Neapolim anno Domini 1252. Capuam populatur, Aquinum comburit, & Caſertam ciuitatum euerſarum cauſa. Rex puer Corradinus mortuo patre odio habitus eſt ex auctoribus modernis · à Federico II.

Saraceni, qui in Sicilia habitabant, iterum anno Domini 1243. menſe Iulio deſciuerunt ad Ictum & Intellam, in editiſſimis oppida ſita montibus ſe recipiunt à Riccardo Caſertę comite illius duce ſuperati ſunt, atque funditus deletis oppidis: Nuceriam reiectis inde populariter Chriſtianis habitandam. idem Federicus conceſſit, quamobrem adhuc Nuceriam Saracenorum appellant, ex hiſtorico Siculo libro octauo poſterioris decadis, car. 480. *

Epiſcopus Calatię, vna eſt ex ciuitatibus Cãpanię, Syllius, antiquitate fulget ex auctoribus, Reſpublica olim.

Epiſcopus Caleni hodie Carinola, apud antiquos habet denominationem ab optimo vino ab Oratio, melle Calenum: à Plinio lib. 14. c. 6. celebratur, Dolerus primo lib.

Epiſcopus Sueſſanus, Sueſſa & Sinueſſa ſecundùm aliquos eadem eſt ciuitas Dometia appellata iuxta montes maſſicos, Romanorum colonia deducta de ea, Liuius in octauo. Alicarnaſſeus in quinto, Plinius, Syllius & alij.

31 Epiſcopus Venafri † ab antiquis olei bonitate laudatur, & à campis oliuarum ſecundùm Plinium, Doletum & alios. Iuuenalis.

Venafricio piſce profundit oliuo.

Liuius, Appianus, Ptholomeus, & Syllius habet amphytheatrum, in quo ludi exercebantur, dirutum prope hortos ciuitatis inſpicitur, ſæpe ob terremotum diruta, ſedes mutatæ: dicunt liquorem mánæ prodire ex corpore martiris Nicandri, quam deuoté ſuſcepi.

32 Epiſcopus Aquini † magna hodie etiam antiquitatum cernuntur monumenta, à Strabone Aquinum, à Cornelio Tacito Aquinatém coloniam Iuuenalis patria; Peſcennius niger Imperator Romanorum ex ea natus eſt ſecundùm Herodianum 2. lib. Ceſarum: Victorinus optimus Geometra Thomas ex illuſtri proſapia Aquinatum Virgineus ſanctiſſimus mihi patronus, & ex materno genere coniunctus à comitibus regebatur antiquitus, qui ſui iuris erát, hic à Gregorio Septimo anno Domini 1073. magna ſolennitate dux Apuliæ, & Calabrię creatus eſt, Robertus Normannus à Conrado rege deleta eſt, hodie Villici incolunt, aeris & lacus cauſa impedimeto eſt, vedio ibi viri habitantes viuant, ſinus eſt notabilis.

Epiſcopus Caſſinenſis nunc cœnobium olim erectum in eccleſiam cathedralem per Ioanné XXII. anno Domini 1334. nullius Diœceſis, deducta, colonia Romanorũ, ſæpe dirutum à Federico Secundo expulſis monacis deputati latrones ex ſacris vaſis moneta cuſa, ſecundùm Blondum lib. 17. tempore Licinij Craſſi, & C. Caſſij longi, ſecundùm Plinium. Caſſini fœmina poſtea inuentus eſt vir, habet religioſiſſimos monacos contemplationi diuinæ hęrentes, & ſub Benedicti viuentes regula.

33 Archiepiſcopus † Salernitanus, alias Salernitanus, Salernum olim Picentiæ emporiũ, Romanorum colonia citra ſuffragium primaria vrbs metropolis & nobiliſſima ciuitas, Principibus decorata titulis, artium & diſciplinarum alumna, & mater Illuſtriſſi. familię ſanſeuerinę Vrſinæ olim & Colũnę: vt ex Volaterano libro hiſtoriarum 22. Regia nunc vrbs & omni æuo digna veneratione, Regum regia & Cæſarum ſedes, ſe ſub Normannis & Carolo Primo, qui filio Carolo primogenito conceſſit titulo principatus omnimoda iuriſdictione intra murorũ ambitum tranſlata, corpus Apoſtoli Matthei tenet anno Domini 1124. Robertus dux Normannus pulcherrimo dicauit templo, corpora etiã ſanctorum martirum & Chriſti confeſſorum reſident, in eo feriæ celebres ſeptemb. et maij

Dominus Rex præſentat Archiepiſcopum Papæ.

* Primus Salerni epiſcopus fuit Sanctus Beroſius, II. Sanctus Ciramacius, Tertius Sanctus Verus, Quartus Sanctus Euſterius, V. ſanctus Valentianus, VI. Sanctus Gaudioſus, & alij, prout in Cronicis Salernitis: corpora horum ſanctorum venerabiliter iacent in eccleſia ſancti Matthęi.

Eccleſia Salernitana metropolitana decernitur à Papa Bonifacio VII. anno domini 698. . . ſub Ottone Secundo Imperatore exiſtente Ioanne Salernitano Principe. Alij ſub Tertio Ottone affirmant, ſed eo tempore non erat Pontifex huius nominis Bonifacius. Giſulphus Princeps Salerni religioſiſſimus è finibus Lucaniæ tranſtulit Salernum capus beati Matthæi Apoſtoli anno domini 964. 11. die Maij, Arnefi primus Amatus, Ganferius Grimoalt, Michael, & alij.*

Suſ-

Suffraganei Archiepiſcopatus Salerni.

Epiſcopus Caput Aqueoſis dictus, ex quo ſub monte caput aquarum inſurgit: Olimpe-peſtanus & Peſtum oppidum, & ſinus peſtanus olim à Græcis Poſſidonia, à veteribus authoribus collaudatur agri fertilitate & roſarum, quæ bis in anno naſcuntur. Plinius, Pomponius Mela, Strabo, Claudius Tholmæus, & alij authores. Caput olim Lucaniæ Romanorum Colonia Pyrri tẽpore cũ Samnitibus arma contra Romanos tuliſſe deleta ciuitas eſt pulcherrima, ex cuius clade. Alij oppida vicina affirmant, alij Rauellum, Amalphiam & Schalas ciuitates fuiſſe extructas. Euſtachius Venuſiuus ruinam illius deflet, de ſitu vrbium regni dicit verſus.

Pontificis ſedes, quæ cum fulgida tellus.

Vrbis peſtanæ filia digna fuit.

Epiſcopus Cauenſis exemptus eſt, ciuitas receſſit ſoli Salernitani quondam ſitus, ab heremo ſub caua montis conſtructo nomẽ ſumpſit, in quo viri ſanctiſſimi tenuerunt, tenentque iocolatum, cœnobium hodie habet celebre, loci eſt amœnitas, aeris ſalubritas, vrbem appellat Blondus, Vetuſtatem magnam exhibet in eo loco, qui mitilianus dicitur, & Sanctus Cæſarius ſedes ibi Normanorum Ducum fulget militib. vtriuſque diſciplinæ. Honorius Tertius memi nit in cap. r. de offi. iud. & Eugenius III. in c. in ſuper, de teſtibus.

Caua, ſeu Cauez ex eo etiam denominatio nem accepit, quòd dum Landulphus cum filijs à Capua exul Salerni receptus eſſet à Giſulfo religioſiſſimo Principe Caſtro Lauri ciuitate Sarni, atque Marſici de demanio Salernitano cum omnibus fiſcalibus præter conſilij ſui voluntatem ſibi dono collatis proditionem tentauit contra Principem: vt Salernitanum Principatum inuaderet, re cognita & ferè fide non adhibita propter tantæ rei turpitudinem Neapulim venit, ſequuturus nefandi, & ingrati animi opinionem: Giſulſus Salernitanus princeps congregari iuſſit hoſtium multitudinem, moxque locum, qui flumicellus dicitur, miſit itinere eo eſt, quo itur per Veteram ad Nuceriam, Cauæque ſunt ibi antiquitus factæ veluti in tutiſſimo loco, neque Landulfus peregit tunc fœdus opus quod tentaret timẽs ibi ſuũ exercitũ opprimi, caueis ibi conſtructis reuerſi ſunt milites ex Principis iuſſione ad ꝑprias ædes eo loco funditus derelicto, hoc veriſimilius eſt à caueis illis Cauam dictam, antiquiores erant benefundatę, & militiæ cuſtodia tempore proceden te habitationem ſumpſere, & vici & oppidi nomen prætermiſſum noua ciuitate conſtructa ex donatione Rogerij ſen magis Roberto Ducis erga ſanctiſſimum illum Erami ſub caua montis cultorem, quæ hodie etiam inſpicitur, ex hiſtoria Erempertì libro ſecundo cap. habebat nanque nefandiſſimos, capto & excæcato (vt ferunt quidam) Deſiderio Rege Italiæ per Carolum Magnum, bellumque proſequentem contra Arrichis Beneuentanũ Principẽ generũ Deſiderij, cognatumq́; ſuum, eo quòd regium diadema in ſuo capite impoſuiſſet, duas duntaxat filias Deſiderius habuerat. Idem Arrichis Pauli diaconi monitione ductus Salernum properauit, quod Beneuentano tunc Principi ſuberat, neque titulo aliquo venerabatur, mœnia ampliauit, turres ſtruxit, & propugnacula inſtituit, compoſita inter eos pace, ſtationibus epiſcopium Beneuenti, atque Salerni eo mortuo Romualt filius precibus Beneuentanorum erga Carolum creatus eſt Princeps ea ſub iuramenti lege, quòd muros Salerni euerteret, & Agerentiam dirueret, volens muros diruere; & Salernum alibi conſtruere cœpit apud veterem Salerni vicum murorum pedamenta ſtruere, & in monte etiam turrim i dolens ex animi tedio pulchram Salernitanam linquere ciuitatem reuiſo veterum vico, & loco, teſtabatur in ea terra conſtruere ciuitatem, qua nec currus, nec vehiculum aduenire poſſit, in ſcopulis, & montibus illis conſilio Longobardi petitiſſimi, qui mundum aduenir ſeruandi iuſiurandi muros Salerni euertit, & vlterius nouos conſtru xit, Paſcali aurea veſte pro dono recepta, ab ea intentione deſtitit, & in veterum non fuit ciuitas ædificata: hoc facit pro habitatoribus illius loci, qui cæteris eminentiores cenſentur. Scribit etiam Erempertus libro tertio hiſtoriarum capitulo incip. Longubardorum ſeriem egreſſumque, colum. quinta, verba hæc iuraſcri pta. Depoſitis quippe in itinere inſidijs: vt dũ Perponam proficiſceretur vererrimę vrbis ad prædictam Vrbẽ Salerni properans &c. fuit ibi ciuitas adeo antiqua, quam veterrimam nuncu per, vt eius nomen ignoretur, an fortè Romanorum an Græcorum in littore maris, an Picentinorum, an Agareni ibi eam ſtruxere: Veterum nomen hodie vulgare eſt, & honorabile: vt hi glorientur, qui ex eo loco nati ſunt, pòs quaſi ho die in loco anguſto cum itur Salernum, ductus aquarum vetuſtus in maris littore antiquitates ædificiorum hanc ſuadent, illam fuiſſe veterrimam vrbem, de qua Erempertus. Anno ſalutis . . . . Pontifex maximus pontificatu ejicitur in Cauenſi monaſterio virorum ſanctisſimorum exilio detruditur: Enuſtius Veronen. in hiſtor. Pontifi. & Cardinalium.

Epiſcopus Policaſtrenſis ſub ſuo ſinu, aliàs Tempha ab antiquis, aliàs Saus amnis, Saus ciuitas, & Saus ſinus, hodie portus ſapri.

Epiſcopus Nuſcitanus.

Epiſcopus Sarnenſis. ciuitas à Sarno deducta flumine. Virg. in 7.

& quæ rigat oppida Sarni.

Lucanus lib. 2. Syllus in 8.

Sub dominio Salernitani principis, in qua nemo recipi poterat Beneuentaneuſis, prouinciæ Guaimarius princeps donauit hanc ciuitatem Laudulpho Comiti Capuæ exuli cum omnibus regalibus vnà cum ciuitate Marſici, & terra Lauri, à quo proditoriè captus, & deiectus à viro, tam nephandiſſimo, ingratiſſimoque filijs patrem proditorem adiuuantibus,

nephandũ ſcelus, quod Erempertus Iudæ proditoni comparat.

Epiſcopus Marſianus Illuſtris familię Sanſeuerinarum, prima titularis dignitas, comitalis, nunc regiæ curię.

De Principatu Salernitano, dono dedit Guaimarius Landulpho Capuæ comiti cum omnib. regalibus exuli Salerni benigniſsimè recepto cũ filijs, à quo dolo captus principatu deſtitutus eſt, Erempertus.

Epiſcopus Nucerinus, olim Illuſtris Campaniæ ciuitas Romanorum colonia, quæ adiutorium præſtitit. Ab Annibale proditoriè capta vſque ad mare habebat ſuos limites. Apud antiquos celebris eſt memorię, & nunc etiam aliquos nobiles habet familias.

Nuceria vel à copia nucum, vel quia primò nux in eo loco inuenta: ſicut Campania à campana ibi reperta, vel à nocendo, aut à Nuceria muliere, quæ primò ibi incolatum fecit, vel forte milites, qui à Romanis applicuerunt nocte aduenerunt, & componitur à nox & erat, ſicuti in Apulia Luceria lux erat tunc Apuliæ, cape quam velis: cur dicta eſt Nuceria paganorum, ſeu Saracenorum, nemo etiam ex vrbe illa rationem aſſignat: & cauſam ſcribit Siculus lib. decimo prioris decadis char. 233. Sarracenos in modum extructi propugnaculi inie cto oppido inedioſſimo, & vndique prærupto monte ſibi à Federico Secundo Cæſare deſciuiſſe: longa obſidione capta vrbe, quoſcunque viuos cœpit ad Nuceriam non procul à Neapol. habitandũ tranſmiſit. Vnde à paganis huic vrbi vſque ad hanc ætatem factum eſt cognomentum ſetenſibus pro ſeditionis crimine cum ipſis in Nuceriam relegatis. Idem char.

Agareni omnia deuaſtantes contra Neapolim & Salernum conſurgentes à Guaimario Salernitano Principe icto crudeli bello victi, & cæſi ſunt prope Nuceriam in loco, qui hodie pogna dicitur, Erempertus lib. 2.

Epiſcopus Rauellenſis exemptus, Colonia Romanorum deducta ſub Coſtantino Imperatore aeris ſalubritate celebratur nobiliſſimis habitata viris, præclaris fundata ædibus ab Euſtachio Venuſino, & deſcriptore Italiæ nouiſſimo collaudatur, gentilitijs fulgentibus: & Ioanna Secunda ſui regni anno ſexto, primo Nouẽbris 1419. plures ex progenie nobiles, enumerat familias, quæ non populi viuunt iudicio, & immunes à munijs certis decernit ipſorum meritis, & propter tenues nobilium facultates quidam Chroniſta patricius Neap. Campaniæ; & Picenię deſcribens gentes in hac vrbe 24. deſcribit hac ſerie videlicet. Ruffula, Frezza, Marra, Griſona, Foggia, Pepune, ex qua vnus fuit Apuliæ Rex, licet paruo regnaſſet tempore, Ruſtica, Boue, Acconziaioca, Rogadeo, Caſtalda, Muſcottula, Campanile, Fuſca, Pironia, Oſeria, Confalone, Appenditane, Salauite, Storbaioco: hodie non omnes incolunt ex eorum paupertate, ſunt & aliæ nobiles familiæ, ſed Neapo. & in Apulia militariter nonnullę viuunt.

Furcella Rauellenſium Villa non procul ab oppido Tramonto homines habuit ex ea genitos, ſtatura proceros miræ altitudinis palmorum decem, & vltra, ferè gyganteos, fortiſsimos, grauiſsima, & vltra modum grauiſſima quęque pondera baiulantes. viſa & comperta ſunt in eccleſia ſancti Sebaſtiani (ibidem conſtructa) oſſa pedum & bracchiorum cubitorum quatuor, & vltra. Dum prætenderet Amalfia iuriſdictionem ad ſe ſpectare, eo quòd mortui ſunt ſub Præſule minoreſe ſui ſuffraganei & bayulum Amalfię generalem in omnibus poteſtatem exercere. Rauellenſibus viris aſſerentibus ipſis ſolùm ditionem competere, neque alijs fore permiſſum, & à tempore immemorabili ipſis dumtaxat veluti ſuæ urbis hominibus hoc licuiſſe, diſtinctamq́ue eſſe iuriſdictionem, & morientium, & viuentium Imperiali concilio apud Nuceriam celebrato anno Domini 11. . pronunciatum fuit, eos homines de iuriſdictione Rauellenſium eſſe, hodie autem deſolato ſolo abſque habitatoribus iacet.

Habet Cathedralis eccleſia ſub titulo diuę Mariæ aſſumptionis Epiſcopium pulcherrimũ gradibus columnis ſepoſitis in alijs, difficilimũ eſt credere, quomodo illuc adductę in mõtem: porta ęnea extructa à Sergio Muſcepiula: altare maius marmoreũ in quatuor colũnis de muſco: lectorile, in quo Euangeliũ legitur, ſub marmoreis leonibus, ac columnis pulcherrimis de muſco à Nicolao Rufulo condita an. Do. 1260.

Habuit ſancta Rauellẽſis eccleſia canonicos 24. presbiteros 20. vltra diaconos ſexaginta, & vltra, conferebat Eccleſias, capellas, & parrochias, dũ florebat populi frequentia, & nobiliũ amplitudine. Licterenſi Epiſcopo ad certos redditus, & Granianenſi capitulo ſubdito, & etiam plurimas habebat dignitates, nemini ſubeſt, niſi ſummo Pontifici, quoſdam Abbates, & grandes redditus pluſquam ad quinque mille, ſic habetur in cronicis Dioniſij de Sarno patritij Neapolitani, qui a monumentis antiquis extraxit.

Aliqua etiam ſcribit idem Croniſta de Nobilium progenie, & de illuſt. familia Rufulorum, erant ſub Rogerio Siciliæ Comite de familia nonaginta equites viri potentes, qui bello, mariq; prudentia militari valde floruerunt, aucta in ea progenie ducali dignitate Sori, mari etiã Admiratos, quæ ad tempora Caroli Secundi 46. peperit equites alijs prædefunctis Vrbanum Quartum cum Cardinalium cetu Rauelli in eorum palatio exceperunt mirando apparatu celebrauit, in eccleſia cathedrali indulgentias effudit, & ad limina Andreę Apoſtoli Amalfiam ſe contulit, admirandum, & ſumptuoſiſſimum in ea vrbe extructum palatium, turribus ſedilibus rotundis magnę altitudinis columnis innumeris, marmoribusq́ue duobus, ac etiam tribus clauſtris tã ſuperiorib. quàm inferiorib. varijs figuris lapidum ornatis potentes claſſico nauigio contra Amalfitanos nauali prælio victoriam potiti, quorum ſtatuæ in valuis poſitę, licet non oẽs inſpiciantur: viri Chriſtianiſſimi, eccleſiarũ ſtructores de hac familia cecinit Statius Venuſinus

de ſitu

de ſitu vrbium regni, dum dicit. Eo rufula nanis, & Henrice fama Rauelli. ęſtiuo tempore Reges Carolum Secundum, & Robertum filiũ ſumptibus domi ipſorum ſuſceperunt: vt idem Dioniſius relatur: Credo ego à Carolo Primo defeciſſe, & adhæſiſſe Manfredo transfugis in alienam regionem Raguſij, & alijs locis ſepoſitis, quos poſtea Carolus filius in gratiam recepit, hoc audio ab antiquioribus. Nec mirum videri debet, ſi in mercimonijs naualibus operam dediſſent, prout Boccatius nu. 33. de Lãdulfo loquitur. Nam ea ætate, & pro loci qualitate non videbatur verecundum in ea verſari, præſertim in locis finitimis: Illuſt. Viri tam Veneti quàm Ianuenſes verſantur in illis filios diſponunt vt prudentiores euadant: tenuis valde ea regio eſt, poſtquàm populi illi à Romanis oriũdi accolunt, nulla ſeges eſt, vini, & olei ſterilis, aliunde neceſſe eſt vt victum ducant, nidi Neapo. aſciti. Fuit ex hac familia Nicolaus Rufulus Iurecõſultus acutiſſimus Sori Dus, de quo Bal. meminit in l. addictos C. de epiſco. aud. Vir Magiſtralis in regno & alij Epiſcopi, & proceres, bello, & peſte cedidit tam excelſa progenies, ædibus partim collapſis: tum etiam ad alienam gentem translatis. Audio in Apulia iactare ſe ex ea oriũdos. Nemo Rauelli ſupeſtab annis 80.

Fuit ex nobili gente ortus Henricus Acconciaiocus doctor celebris, & acuti ingenij, de quo Luc. de Pen. in l. ſi apparitor C. de coartali, libro 52. Andreas, quem de Barulo nominant, Donatus, Ioannes, & Laurentius Accoociaioci Regij omnes Conſiliarij, & Albericus ſub Federico Secundo Imperialis Iudex, hanc familiam inter patritias Rauelli Ioanna Secunda anno Domini 1419. interſerit, Neap. etiam in nidi platea receptas eorum ſublimes domos a ciuibus poſſidentur poteſtate collapſæ ſuſtinentur, ex ingenuo Viro non ſuperſunt, liberi Baroli. Audio vetuſtioribus temporibus quendam fuiſſe Magiſtrum portulanum, & ex eo ducere genus.

Alter fuit Henricus de nobili familia Griſonorum militia clarus, de hoc Venuſinus dixit. Dominus Iacobus Griſonus patricius Neap. ſæpe mecum lętatus eſt. Nemo illi ſuperſtes ſemirutæ ędes. Sergius Griſonus poſtea Epiſcopus Rauelli ob vitæ ſanctitatem creatur Archiepiſcopus Amalfitanus anno Domini . . Iacet in epiſcopio Angelus gloſator capitulorum regni ex Cron. Amalf.

De viris, & quidem Illuſtribus ex proſapia Matrę ſuperfluum eſt ſcribere, primò in Siciliã in Apuliam domini oppidorum multorũ, qui à Rauello receſſerunt: Sicuti, & aliæ præclarę gẽtes palatio inſigni derelicto à nobilibus confalonibus habitatur, Viri quidem militares bello fortiſſimi, & nobiliſſimi.

Extincta quoque proles eſt Oſeria tam Rauelli, quàm Neapo. in ſeſſione nidi aſcripta.

Caſtaldorum etiam generoſa proſapia interijt, neque certum eſt, qui verè ex eo diſcendãt ſtipite, quanquàm hoc nomen multi amplectãtur, diuerſis tamen inſignibus.

Rogadeorum proſapia inclita, & religioſiſſima extructo nobilium monialium Sacroſanctæ Trinitatis Cœnobio a Francono Rogadeo milite anno Domini 944. viget & hodie: vt monialis genere tum nobilis admittatur es lege in fundatione adiecta: Vetuſtiſſima monumenta in eccleſia Sancti Triphonis ſunt extra muros Rauelli monaſterium Buiontum quidam ſub hac familię nomine degunt, & nobiliter viuere affirmant.

Inter primas nobilium familias Ioanna Secũda Regina Frecciã ponit. Hyſtoricus autem Cãpaniæ deſcriptor ſecundam nominat eo tempore, aut Rufula diminuta, aut Freccia exauſta, ſed primariam Rufulam hiſtoricus ſcribit, & hoc verius putat. nam ſublimiora ea ſunt tecta ædificiorum, quanquàm & illa ſimul coniuncta, quæ diuiſis ędibus extructa ſunt, ſublimia tamen, & nobiliſſima ſunt, Sergius Freccia ſub Rogerio Siciliæ Rege Syponti Archiepiſcopus doctor decretorum hodie Manfredoniæ nomen tenet non procul a veteri vrbe per miliariũ vnum Albertus Freccia Cayetæ Epiſcopus, de quo Spelucanus in libro notariatus, Ioannes Tramonti Comes, Nicolaus Freccia Iuriſperitus pauperũ aduocatus, Iudex magnæ Curiæ, & tempore Bartholomei de Capua Viceprothonotarius, & vltimò Roberti Regis Conſiliarius eius vitam, mores, genus, amicitiam, & in regendo iuſtitiam manus mundas extollit idem Logotheta Cariſſimus amicus ſuis in ſermonibus, habeo ad poenam. Iacobus Freccia Caroli Secundi Conſiliarius, Andreas Roberti Conſiliarius, & Iuſtitiarius partium principatus, Vicariuſque Caroli Ducis Calabriæ Vicarij generalis Roberti, Albericus etiam. Ioannes alter Philippi Conſtantinopolitani Imperatoris, Tarentique Principis Prothonotarius, Ioannæ primæ Conſiliarius, & magnę curiæ Magiſter rationalis, quod erat nobiliũ graue, & maximum officium; Gaſpar Sancię Reginæ Vicarius, alij quàm plures prouinciarum auditores, Magiſtri rationales ſecreti, & in Apulia portulani, vetuſtioribus temporibus, Leo iuris peritus Ardaldus. & domini oppidorum tam cappellam in Sancto Dominico & antiquum dormitorium conſtruxerunt, tã in Cãpania, quàm Lucania. Neap. plures ædes nobiliſſimas habuerunt inter patritios Nidi aſciti fuerunt ex monumentis liquet: Neap. oriundi bello & peſte Rauellum ſe receperunt, veluti aſilum tutiſſimum, nemo noſtra ætate potitur honorib. ſeſſionis illius, erit quoque dies ſua vt veri & antiqui nobiles in priſtinum reponantur.

Fuſca fuit celebris familia in Lucania plurĩũ oppidorum domini fuerunt, & aliæ ſunt quorum palatia vetuſtate, & ruina collapſa generoſam progeniem exhibent, monaſteria tam virorum, quam mulierum, templa & ſacra.

Scribit Croniſta Longobardus, quòd Scalenſes, & Rauellenſes libentius de nobilitate contendũt: quia deſcẽdunt ex patribus Romanorũ.

Inno. Papa Secundus & Imperator Lotharius claſſibus Piſanorum, & auxilio Romanorum Amalfiam, & Rauellum vtranque vrbem . . . Blondus de Italia illuſtrata libro . . . . Felynus

nus in epithomate regni, dum Gothi Italiam innaſiſſent, vrbemque Romam obſediſſent, Romani vrbe derelicta hincinde per prouincias & regiones diſperſi ſunt, plurimi Rauellum eorũ Coloniam aduenerunt, ibiq́ue permanſerunt, eorumq́ue nuntios, & tabellarios non permiſerunt Vrbem Rauelli adire, ſed ſupra montem lacteum eorum litaras, & tabellas aſſignabant Rauellum Romanis delaturi, hinc locus ille poſtea littera denominatus eſt, in eoq́ue loco grauis pugna inter Narſetem Iuſtiniani Ducem, & Theiũ Gothorum vltimum Regem acta eſt, Gothi victi, Theius interemptus licentia obtenta eſt: vt ſuperſtites recederent incolumes, iure iurando præſtito, ne vnquàm Romam inuaderent. Lacteus mons non procul à Nuceria, de quo Leonardus Aretinus IIII. Gothorũ lib. in fine, & ab hyſtorico quodã ex vetuſto Codice.

Archiepiſcopus Amalphitanus. Amalphia Romanorum colonia ex Conſtantini militibus, vt legimus in chronico Longobardo, vt ſupradiximus: Metropolis antiſtes agri picentini oppidorum, quæ in ora conſiſtunt maritima: nobiliſſimis habitatoribus recepta, ſuis legibus, & conſuetudine conſtans, à Græcis principibus ſedes & dux electa anno Domini 914. ſub Sergio Tertio Pontifice maximo à populo & clero ac eorum Duce metropolis conſtituitur ex epiſcopali approbante eodem Sergio. Tenet hæc ciuitas corpus Apoſtoli Andreæ, ex quo manna ſcaturit: olim Petrus Capuanus Tituli Sancti Marcelli presbyteri cardinalis nobilis Amalphitanus in eandem vrbem tranſtulit anno Domini 1208. cum alijs corporibus ſanctorum digno locello locauit: ſub dominio eſt Ill. D. Alphõſi Piccolhominei dono quondam Ferdinandi Regis ano ipſius Pij Secundi Pontificis nepote ſecundùm Volaterranum, & Alfelani populi dicebantur ſecundùm eundem Volaterranum, qui nunc coſtam accolunt Amalphitanam: olim ex donatione regis Rogerij Rom. eccleſię: & ob id Clemẽs VI. Irrita fecit alienationem factam per Ioannam, & Ludouicum virum: Et Innocentius ſequens Pontifex ſuo diplomate comprobat: Felinusq́ue Sandeus in ſua allegatione diſcutit & temporis curſu innouatum eſt. Roger. Sicil. comes cum 20. milib. Saracenorum & cum omnibus Apuliæ comitibus Amalphiam obſedit, & poſito ſigno crucis in ſpatulis dimiſſa ea acceſſerunt ſanctum capturi ſepulchrum.

* Amalphia dicta eſt à loco nominato melphis. Romani poſtquàm è Lucania aduenerunt, eum locum, in quo poſtea Amalphiæ nomen impoſitum fuit, aſcenderunt montem, qui ſcala dicitur, & ab accolis illius loci rogati ſunt, ne diſcederent: poſtea aduenientes cum omnibus à mõte diſceſſerunt & ibidem conſtruxerunt ciuitatem: plura etiam oppida a loco vel monte nomen habent: ſicuti Sueuia à monte ſueuo: Item Olani à lanis fluuio vltra danubium, & alij s Hinc dicti ſunt Amalphitani: Erempertus plenè in hiſtorijs, cui concordat Cronicon Longobardum meum à penna ſine auctore in pergameno: dum coloniam Romanorum à Conſtantino Bizantium eunte eas ciuitates appellat ſcalam, Rauellum, & Amalphiam; & idem poteſt colligi ex vetuſtiſſimo codice Epiſcoporum Neapolitanorum in littera Lõgobarda, ꝙ mons, q ſcala dicitur &c. Et alia ponit de bellis ibi geſtis: Atranum dictum eſt ab obſcuro, atra obſcura dicimus: hoc oppidum ſic congruè appellatum eſt: quia ardua mole ſaxorum hincinde deſuper extenduntur, a Rauello Vrbe: Amalphitani primò comites ſibi pro regimine eligebãt, & anno primo Redelchiſis principis Beneuentani Calen. Setembris ab incarnatione Domini 840. primo Petrum, ſecundo anno Sergium ordinarunt, ſingulis annis mutabant comites, qui dictus erat Iudex: poſtea etiam duos elegerunt, quos proſequere in chronico Salernitano, & Amalphitano, & per Erempertum ibidem de bello inter Amalphitanos & Salernitanos, & ꝙ à Longobardis ciuitas bonis & omnibus hominibus ſpoliata eſt, & Salernum ducuntur ad habitandum, & dona illis à principe collata ſunt, qui data oportunitate cum ingenti præda exuſta ciuitate Salernitana Amalphiam redierunt. Amalphitani poſtea amiciſſimi & conſanguinei Salernitanorum effecti ſunt. Primus princeps Salerni Siconolphus auxilio Amalphitanorum à Salernitanis creatus eſt; diuiſo poſtea principatu inter Salernitanum & Beneuentanum; princeps vnus erat ab initio Beneuentanus, qui toto ferè regno potiebatur Amalphitani Salernitano principi ſubditi, & Beneuentano, ſicut alij chari recepti ſunt ad habitandum, in Salerno primùm redierunt & in eo loco Atranenſes locati ſunt, ne ciuitatem colerent, qui Veterum appellatur Salerni vicus, auxilium præſtitere Amalphitani Salernitanis, dum ab Agarenis ipſi longo tempore obſiderentur; pacem poſtea fecerunt Salernitani, Neapolitani, Gaetani, & Amalphitani cum Agarenis, quorum numerus ab Africa uenerat vltra 72. mil. & ipſi cum nauibus graui Romam depopulatione anguſtiauerunt. Carolus Iuditæ filius Romæ inſigne ſceptrum ſuſcepit Lambertum Ducem, & Guidonem germanum Ioannis Papæ in auxilium dedit rupto fœdere Guaiforij principis Salerni, plurimi ex his perempti ſunt. Amalphitani Græcis ſubditi à quibus patritius anno quolibet deputabatur, & poſt eos Stratigotus.

* Fuere in ea familię nobiliſſimæ, inter quas Marramaura, de Alaneo, Capuana, de Duce, de Iudice, Dentice, & de Arcu, quibus tot viri Illuſtr. clariſſimiq́ue fuerunt, & in ſeſſione Nidi aſcripti, & inter alios Landulfus Marramaurus ſub Bonifacio IX. Cardinalis Sancti Nicolai in carcere tulliano, & Archiepiſcopus Barenſis: Andreas Marramaurus vir ſtrenuus, & tempore Caroli Primi Dux, & pręfectus claſſis, cum Nicolao de Iudice eius cognato, Vgo de Alanio Regni Sicilię magnus Cancellarius & Burelli Comes, Marianus de Alanio Bucchianici Comes, tempore Alfonſi Primi, Nicolaus de Alanio, Roccę Raynolæ, & turris annunciatæ dominus, Cęſarius de Alanio Archiepiſcopus Salernitanus anno Domini 1290. Petrus Capua-

nus Sup. Thomas Capuanus vir præclariſſimus et 30. oppidorum dominus, Matthęus Capuanus miles Illuſtr. & ſtrenuus, cuius ſepulchrum in æde diui Dominici exiſtit, qui licet Bouianũ, & 20. Caſtra poſſederit, demum per fœminas in alienas familias tranſlata fuere: nam maxima pars fuit ceſſa Franciſco Pandono Venafri comiti, reliqua Nicolao Sanframundo. Marinus de Iudice Cardinalis Sanctę Pudentianæ ſub Vrbano VI. Archiepiſcopus Tarentinus Sãctæ Romanę eccleſię Camerarius ac Legatus in Vngaria, Maſius de Iudice locumtenens magni Siciliæ Camerarij ſub Carolo II. Andreas & Buffillus Iuſtitiarij prouinciarũ milites, & Cãbellani Caputacij ciuitatis terræ trentenarię Agropoli baronię caſtrimaris de bruca & aliorum feudorum domini, Marinus alter ſub Roberto miles, ac Iuſtitiarius Calabriæ, Loyſius & Carolus milites, & Cambellani, ſub Ladiſlao. Petrus Epiſcopus Caſſanenſis 1374. Naccarella Deotice Regni Siciliæ Mareſcallus miles, & cãbellanus, & aliæ præclarę gentes quàm plures Magiſtri rationales ſecreti, & in Apulia portulani, conſiliarij; milites, & Cambellani, & pluriũ oppidorum domini, quorum, & aliorum nobilium maiores fundatores religionis Hieroſolimitanę fuiſſe teſtatur Gulielmus Tyrius de bello ſacro, lib. 18. cap. 4. fol. 427. *

Suffraganei ſunt.

Epiſcopus Lacteranus, aliàs Licterenſis, quæ hodie mea eſt ciuitas, & quondam maternę gentis, ex clariſſima Licterę familia, à lactero, vel lacteo monte, ex ruinis ſtabiæ condita, & Gauanũ oppidum, quod Granianum vocant ſecundùm Ambroſium in chro. Nolano.

Licteræ: de hoc monte lacteo loquitur Leonardus Aretinus libro 4. belli gothici, in penul. char. dum ſcribit ſingularia certamina inter Narſetem ducem iuſtiniani & Theiã regem Gothorum, & de vtroque exercitu eorum circa fluuium, qui dracon appellatur, & refertur non procul ab vrbe Nuceria, & à radicibus montis veſuuij, fontes ſunt dulcium aquarum, ex quibus is fluuius fit: Gothi in hunc montem abierunt; Narſes autem cum eos propter aſperitatẽ montis inuadere non valeret, circa radices eius montis conſedit; Gothi autem rerum penuria preſſi ſtatuunt bello certare, ſuperiorique loco hoſtes nihil tale ſuſpicãtes adoriuntur; atrox fuit pugna, & cruentiſſima in hoc monte, refugi pené obſeſſi, & milites Narſetis fortiter dimicarunt heroica quodam virtute Theius inter primos pugnatores. In ſcuti mutatione percuſſus interijt; Gothi mortuo Rege miſſis ad Narſetem oratoribus cedendum ab Italia obtulerunt ſi incolumes abire, ſuaque aſportare permitteret; quod & Narſes re in conſilio diſcuſſa permiſit. Antiquitates quędam in Licterenſi ciuitate & propè radices montis hoc manifeſtant, & aliæ in ſuperiori parte montis: Romani enim qui ab vrbe territi Gothorum aduentu Rauellum eorum coloniam propter ſalutem ipſorum ſe receperunt, non permittebant nuntios, & tabellarios vrbem Rauellum aduenire, ſed eorũ literas eodem in monte Lacteo deponebant nuntijs Rauelli aſportandas. ex hoc Literarum nomen ea ciuitas ſumpſit. Tribus propterea I I L. pro inſignis fulget cum deſcriptione quatuor literarum S.P.Q.L. Habui hoc ex quodam codice non tamen multùm conſpicuo exemplaro ab alio volumine, veteres ſæpe mihi retulerunt, qđ in prima editione nõ memini, in pleriſque peruetuſtis monumentis in ſingulari ſcribitur: & in præſentationibus militum huius familiæ clariſſimi nominis de Litera legitur, & habeo in alijs ſcripturis: Nullus ex hac ſupereſt progenie maſculini generis. *

Epiſcopus Scalarum, aliàs Camenſis nobiles habet familias hodie pauperes.

Epiſcopus Capritanus, Caprearũ inſulæ Tyberij Cæſaris clauſum pomerium. Iſti tres ſuffraganei eodem tempore, & anno à duce, populo, & clero Amalphitano eriguntur in ſedem epiſcopalem: vt in eodem antiquo eſt chronico deſcriptum: qua etiam hoc fiat auctoritate, & poteſtate non legitur.

Epiſcopus Capritanus, Capream & Capreas appellant à promontorio atheneo

Lo capo de Maſſa

Campellarum, nominata Turriſie, hodie dicto Terremotu conuulſam. *Strabo* ſcribit: nobilis tum coturnicum multitudine tum pręcipuè Cęſaris & Tiberij frequenti receſſu, eam Aproxopolim gręcè, ideſt, apricam ciuitatem ob amenitatis receſſum Auguſtus appellare conſueuerat. Tiberius verò ad ſenectutis ſolatium & delitiarum ſuarum latebras ac ſeuitię officinam arcem in ea inſignem condidit: quam ingrauescente ætate indignis voluptatibus, & dira ſæuitia infamem reddidit, vt Suetonius, & Plinius memorant. Hi duo Cæſares plurimum ea ſunt delectati, quòd vnico, eoque paruo littore adiretur. Nemoribus, antris, locis abditiſſimis, ac apricis domeſticarum arborum fructibus, vndique circumſepta aquarum abundantia, aeris amęnitate & piſcatu inſignis, Situm Capri eſt venerandum diui Iacobi Apoſtoli cœnobium Cartuſienſium religioſé viuentium à Iacobo Arcuccio Capritano equite Monoruini comite, Altemuræ domino, Regni magno Camerario ſub Ioanna prima Neapolis regina 1365. extructum: amplo redditu dotatum, ex quo pauperibus largæ eleemoſinæ impenduntur. Epiſcopium vetuſtũ ſancti Conſtantij Epiſcopi & cõfeſſoris in antiqua ciuitate ſupra littus maris, in quo corpus quieſcit, feſtum celebrant 8. die Iunij, miraculis fulget. Diuus Pius Auguſtus hanc Inſulam à Neapolitanis redemit: vt ea otio potiretur, in Amalphitanorum ditionem poſt venit. Ciuitatis hodie gaudet titolo immunis, regia nunc eſt & fidelitate imperiali præfulget à Turca Tyranno chriſtianæ fidei hoſte acerrimo deuaſtata eſt. *

Epiſcopus Minorenſis, Olim Reginella appellata, pomerium horti, & villa tunc nobiliũ Rauellenſium.

Sacrum

Sacrum diuę Triphomenæ Virginis & martiris corpus, quod diu in portu regino Calabriæ metropoli deguit: Longobardis inuadentibus ab Amalphitanis tranſlatu eſt à Minore, in ę de Sanctæ Mariæ Amalphiæ cathedrali dignè locatũ eſt, eam veluti vrbis patronam venerabãtur. mulier vna cęteris impudentior ex membris eius fecit rapinam & furtim quæ potuit diripuit intempeſta nocte quando ſopore graui feſſa præmũtur corpora, Petro amalphitano epiſcopo in extaſi poſito ſubicunda pallio cooperta apparuit, minaciq; compellatione dixit. Cur, Epiſcope, meum temerè tumulum auſus es violare, pariterque meum cunctis corpuſculum reuelare popellis, & ex corpore meo quoſdam artus violenter euelli, quia nullus pudor mei ergo fuit, ſcias te de proximo mori, meritoque tuum cadauer ex ſepulchro expellendum. Non multo poſt Longobardorum falanx cum magna audacia à Sicardo Beneuentano principe abſoluta Amalphim deuenit, & ciuitas ipſa abſque tamen humani ſanguinis effuſione capta & depopulata eſt: dum Longobardi hac, illac ciuitatis loca luſtrando pergerent, circuirentque cubiculorum penetralia, & eccleſiarũ aditus, ſi forte theſauros occultos inuenirent, opibus erant valde ditari: veniunt tandem ad locum, vbi epiſcopus è vicino ſepulchro iacebat: ſperantes ob recentis fabricæ obſtacula in præſulis tumulo aurum, argentumque latere, confringunt & inueniunt epiſcopi iam fętidum cadauer in monumento compage corporis & penè membris omnibus ſolutum. O incomprehẽſibile Dei iudiciũ, turba omnis retrocedere coacta eſt, & ſepulchrum dimiſſum eſt patens: excidio peracto, cunctiſque mœnijs ciuitatis dirutas, adhuc ibidem morantibus ciuibus: canes rapido ore latrantes maturo curſu currẽtes ex tumulo abſtrahunt prędictum cadauer epiſcopi, vti vaticinatum fuerat à ſancta Chriſti martire. Longobardi omnia, quæ ad ornatum erant eccleſiæ & ędiũ diripiunt, depopulantur cuncta vrbem denudant, & ſacratiſſimum corpus ſanctę Triphomenæ ſecum in Salernum deferunt tripudio magno, quod & per viſionem prędicti Principis cum debito honore Beneuẽtũ perducitur. Ex chronico Eremperti Longobardi codice uetuſtiſſimo excerptum mea manu Stabijs anno Domini 1560. die 29. Auguſti. Credunt aliqui in cathedrali Minorenſi eccleſia corpus quieſcere, quod luminaribus nocte accenſis ſub fouea magna veneratione colunt, cuius feſtiuitas die XIII. Iulij celebratur. locum quippe veneratur, quo ſanctiſſimum corpus reconditum fuit, quo ve multis præfulſit miraculis, & grandi deuotione ab indigenis & exteris quotidie inuiditur; huic fideli hiſtoriæ erroneum credere non puto.

Archiepiſcopus Surrentinus anno Domini 913. inſtituitur à Sergio Tertio. Leopardus ſub Gregorio Pontifice anno Domini 842. epiſcopus, de quo idẽ memini in cap. primo, de religio. domi. Syrenum primò ſedes Græcorum vrbs cęli benignitate ſulcita, aeris ſalubritate & amęnitate loci inter primarias orbis ciuitates in libro coloniarum ſic ſcriptum eſt. Surrẽti ager ex occupatione tenebatur à Græcis ob Neruæ conſecrationem, ſed & mons Syrenſicus limitibus pro parte Auguſtinianis eſt aſſignatus, cæterùm inſolutus remanſit, iter populo debetur, à Syllio, Ptolomeo, Plinio, & alijs ſcriptoribus celebratur. vini bonitate laudatur, Cęſarẽ Tiberiũ medicorũ ſententia vina ſurrentina ex eorũ nobilitate laudaſſe, & in vrbe Roma certare cũ Falernis, ſectinis & calenis. Ex Vlpi. diſſeruit in l. fi. de vin. tri. & oleo lega. olim reſpub. ſub ducibus & conſulibus ſub dominio poſtmodum reg. vrbs, nobiliſſimas habet familias. Et etiam legimus in libello nobilium familiarum & ciuitatum in ſuo promontorio veterimum oſtendit templum Syrenum, erant Surrenti prętoria habitatione, vt Doletus in primo lib. dicit. Calices etiam ſurrentini ſecundùm Martialem.

Surrentina bibis,
Nec Myrrina picta nec aurum.
Sume dabunt calices hęc tibi vina ſuos.

De ſitu & limitibus vrbis Surrentinę, & quantum ſe protendunt, Ambroſius in chronicis Nolanis. Sinus crateris vel ſurrentinus, ex Pomponio Strabone & alijs: patronos gloriatur habere in cęlis diuum Antoninum martyrem.

Sub Gulielmo cognomento Malo Siciliæ rege dum cuncta iam in regione Neapolitana, quàm Sicula, & Appula turbidine eſſent oppleta, Robertus Surrentinus iure hęreditario principatum Capuæ ad ſe pertinere aſſerebat, copijs adauctus à Capuanis ſuſcipitur & pricipatu potitus eſt, hyſt. Sycul. lib. ſeptimo. car. 447. Multi dicunt, Robertum hunc ortum ex nobili familia Serſallum viris quędam pompeiana dicta ſurrentum Campaniæ vrbem tranſlata. Plin. lib. 14. c. 2 in fi. vina ad inſtar græcorum Summę (vt ita dicã) ex communi nomine nobiliſſima inter alia Cęſar in conuiuio apponebat.

Zatus ſeu zato Beneuenti dux Barbarica, atque beluali rabie excandeſcens ad inſtar ferarũ ignatus, in quos primus exardeſcens exſurgeret, veluti in Deum cęli prophanus in ſacrum Caſſinenſe cœnobium irruit, & hoſtiliter inſurrexit, dirupit penitus, atque vaſtatum vſque ad fundamenta ignibus vorandum ſub nullo prętextu atque velamine dedit, in quo cum ſanctus Dei Antoninus vitam celebem ſemel Deo oblatã (vt pium eſt credere) degeret cum alijs Deo famulantibus fuga ſeruatus: ſe ad catellũ moribus atq; vita inſignem & fama vulgatum Stabienſis eccleſiæ pręſulẽ ſe contulit, atque illi adheſit, ex vitæ ſanctitate in cœnobio Surrentino, Abbas ab initio inuitus conſtituitus, Syrentinorum patronus appellatus eſt, aduerſus Ramaldum Beneuenti principis Surrentum, eiuſq; ſuburbana inuadentem ferro flammam lachrimali direptione vaſtantẽ defendit, Principẽ noctu alloquutos deterruit, & Surrẽtum liberauit: obijt Surrenti XVI. Cal. Martij anno ſaluris 825. miraculis claruit, & vexatos à ſpiritibus, quos arreptitios vocant, in ſua eccleſia aductos à languoribus eximit, ex hiſtoria Caſſinenſi, item &

chro

chronicon Surrentinorum & Longobardorũ Surrenti dux, Amalphiæ, Gaetæ & Neapolis regione maritimæ quandoque in vnum fœdere iuncti. *

Suffraganei Archiepiſcopi Surrentini.

Epiſcopus Equẽſis, ciuitas dicta eſt vicus: modica ciuium habitatio ſicut vicus: olim pulchra vberrima fructuum & vini, æſtate delectabilis: olim villã Surreatinam affirmant.

Epiſcopus Lubrenſis tenet hodie nouum nomen Maſſę, quod deberet eſſe antiquum, ſi montes hic ponimus maſſicos ea vini bonitate celebres a Plinio. iuxta Surrentum, agri eſt Surrentini, villa, & colonia Surrentinorum ciuium, qui ad habitandum, agroſque colendos fuerunt conſtituti in codice camerę Apoſtolicæ Equenſis, & Lubrenſis ponitur, non vicus, neque Maſſa.

Epiſcopus Caſtelli maris de Stabia. deleta vrbe Stabia à Lucio Sylla gens eius diffuſa fuit in vicos ſecundùm Plinium. Lacteus ſeu lacteus mons: quia ibi lactis copia preſſi excipiebatur Lictera dicitur, quę hodię mea eſt ciuitas: Gauranum, quod oppidum Granianum vocant amęnitate loci, aquarum, viridariorum ac fructuum celebre, à Granio olim duce Syllani exercitus ſecundùm aliquos Pimontium ſeu Pimontis terra, colonię ſunt Stabienſes, & hoc Caſtellum, quia iuxta mare eſt & prope Stabiam veterem conſtructum eſt, dictum eſt de Stabia, vel ꝙ à Stabienſibus illis originem trahat, ſatis contẽdit Ambroſius in epithomate Nolano quo nam loco Stabia olim fuerit ſita, Volaterranus etiam, Blondus & alij in hoc loco poſt recentiores diſſentiunt, crebior eſt opinio, in eo fuiſſe loco, qui hodie ſanctus Marcus veter dicitur, & non vbi turris Annunciatæ eſt, aliqua conſpexi antiquitatum veſtigia, & auctoritate Galeni libro 5. curatoriæ artis magis proxima. Hæc ciuitas vicinis eſt emporium, amœnos producit fructus, habet nobiles, pulchrior fieret, ſi de ea aliqd eſſet peoſi, aquas producit, portũ habet, in quo nauigia ſalua ſiunt, & gloriantur Catellum eorum Pontificem cathalogo eſſe aſcriptũ ſanctorum, Ager olim Picentini, nunc Lucaniæ limitibus coniuncta eſt, contra oculos vertit ad vrbẽ Parthenopeiam. Curia domini Regis pręſentat Epiſcopum eligendum in ciuitate.

Archiepiſcopus Compſanus, ciuitas antiqua eſt, Cicero meminit apud Rullũ, Anibali adheſit ſecundùm Liuium, Comitatus honorem anno Domini 886. obtinuit. Copſa & Compſa anno Domini 981. media ciuitas terremotu euerſa eſt. Epiſcopo cũ alijs quàm plurimis defuncto ſecundùm chroniſtam Caſſinen. 2. lib. hiſt. cap. 11. Fabius Maximus conſul Compſam vi cœpit & depopulatus eſt, Liuius l. 24. ſub dominio Illuſtris Comitis Compſię de genere Geſualdorum nobiliſſimo.

* Carolus Magnus Grimoaldo Arrichis Beneuentani principis filium, Beneuentanorum pręcibus in principatu ſucceſſorem inſtituit his pactis iureiurando firmatis. Primò, quòd Longobardorum mentũ tõdi faceret. Secũdò cartis & nummis ſuprascriptionem ſui nominia poni iuberet. Tertiò ꝙ funditus muros Salerni Acherõtiæ & Compſæ euerteret: quod & poſtea peractum eſt. Erempertus lib. 3. hiſtoriarum c. 1. Longobardorum ſeriem. col. 2. poſtea autem ciuitas reædificari cępta eſt, ꝙ comites primò pro dignitate habebat, & retinuit eo nomine Arrichis primò comes princeps Beneuentanus erigitur Arrichis Illuſtris Beneuentanus Cõpſię comes à principe conſtituitur. Radechis conſpinus comes. Sico etiam Aggerentinus caſtaldeus poſt plurimos Agrimoaldi collatos honores, dolo innocentem Principem gladio peremerunt, Idem Ionathas comes Compſię cum Riccardo comite Fundano, & Rogerio comite Accerrano cõtra Gulielmum cognomento Malum ſequuti ſunt partes: Regis aduentu territi Apruntium & in Campaniam transfugiunt, Siculus libro 7. car. 461.

Rampho Compſanus comes Grimoaldi Principi de eoluendo cenſu militibus Francis conſulenti reſpondit: melius eſt pugnando mori, quàm hic infęliciter viuere: nunquid, mi princeps, non legiſti, quia patres noſtri proprias ædes reliquerunt propter vectigalia, quæ Vandali ab eis expoſcebant. Quo reſponſo accepto cum Gallis bellum inijt, & eos vltima cæde proſtrauit. Erempertus in primo libro.

Redelchis Beneuẽtani Principis vxor in eccleſia Sancti Laurentij de Compſa ieiunijs, orationibus & deuotionibus ſacris intenta, ſanctam ibidẽ & duxit & expleuit vitam; degenſque in Caſino maritus, cognouit per ſpiritum religioſum vxoris exitum, monacis aperuit & Compſam miſit, comperuit eadem hora obijſſe, qua & ipſe prędixerat.

Vrſus comes Compſanus Syconolphũ primũ Salerni Principem contra Adelchiſium multũ iuuit, eique iuſiurandum pręſtitit: Compſam etiam cum magno apparatu Adelchiſio venère obuiam vnà cum Capuanis, Agarentinis, & Amalphitanis, plurimis Beneuẽtanorum interẽptis, captiſque princeps Adelchiſius ſuppellectile relicta in fugam conuerſus eſt.

Suffraganei Archiepiſcopatus Compſæ.

Epiſcopus Moranus, vel Muranus non habet antiquitatem, comitatus honore fungitur. Reginæ Ioannæ Primę tenet monumentum, à Carolo Tertio ibidem relegatæ.

Epiſcopus Satrianus deſolatam habitatoribus ciuitatem habet, accolę Titi Caſtelli ſunt primi, & Feliciani martiris hic oſſa veneratus ſum, illuſtris Carrafiana familia dominium habet.

Epiſcopus montis Viridis nõ habet vetuſtatis ſigna, nec ciuitatis habitatores nobiles ſũt.

Epiſcopus Laquedonenſis oſtẽdit ea fragmẽtis ſuam antiquitatem, hodie dicitur Lacedonia. dicunt aliqui eſſe eam Laquedoniam; in

qua

qua cum Samntibos belligeratom eſt io hirpinis. Domini Ferdinandi Pappacode Nobil. Neapolitaui.

Epiſcopus Sancti Aogeli de Lombardis oouum eſt oppidum & ciuitas titulo comitatus decorata eſt. ſub dominio Illuſtriſſi.familię Caracciolorum.

Epiſcopns Biſaneoſis, uon oſteodit vetuſtatem, loci ſub dominio eſt domini Ioanois Bapriſtæ Manſi iurecooſulti ameniſſimi iogenij. Iſti duo epiſcopatus ſunt iuocti, aliqui adduo: Belſiocoſem.

Archiepiſcopos Acherootious aoriquitate tituli & loci p̃fulget, hodie dicitur *la cirenza*, alibi mutauit ſedem, nou eo eſt ſitu, in quo primitus ſecundùm Euſtachium Venuſioum de ſitu vrbiũ ex terremotu collapſa ſancti martiris Canij corpus renet in eccleſia anriqua inoentum per Archiepiſcopum Arnaldũ anno Domini 1080. & nouum fuit epiſcopium conſtructum ſub titulo ſanctæ Mariæ anoo Domini 1061. Robertus vi cœpit ciuitatem Acherootinam, & anoo 1090. Menſe Auguſti ex ſe mirabiliter comburitur, & anno Domioi 1024. factum eſt ſignum magnum in epiſcopio ſub præſule ſecuodo Stephano in die ſancto Paſchę, Crucifixus magous argenteus concuſſus eſt tribus vicibus capite, bracchijs & pedibus coactis hæc aſpicientibus & cecidit nis magna, ſedes primitus Gothorum ſub præfecto Morra, quæ ſob Narſete duce Iuſtiniani ad Imperij ſedem redijt.

* Grisooalt Arrichis Beneuentani principis filius, vt à Carolo capto Deſiderio Italiæ Rege per militũ Longobardorum confirmatiooem obtineret, per iuſiurandum promiſit ſaltem vrbis muros vſque ad ſolum vertere, ac etiam Acerontiæ ciuitatis cœpit vicũ, qui Vter dicitur, cooſpicere, vt euerſa Salerni vrbe oouam cooderet, cœpit in eo vico muros facere pęnitenter, perpigrè & dolenter & alia ædificia conſtruere iuxta & ſupra eum locum, qui à tranſeuntibus ad Cauam tranſit, deinde ad Acher. eam funditus dituit, & ad ſolum vſque proſtrauit, quę iam veterrima fuerat vrbs, io melius oou pro ingenti vicioo monte, quem ſępe luſtrauerat, ædificauit, & ad culmen vſque perduxit, oculis eius ſpectata vrbs & moenibus, palatio, ſacroque templo eandem decorauit, ex chronica Lougobardorũ ad pennam ex ſalari cod ce.

Radelchis inito fędere pacis cum Siginulpho priocipe Saler. in illius poſſe dat medium gaſtaldatũ, Acerentioum & gaſtaldatum Montellę cum omnibus caſtellis ſuis.

Pandulpho Secuodo Capuanorum Principe qoi cum Capuanis, Benenentanis, ac Neapolitanis Duce eorum Ioanoe Saleruitanam ciuitatẽ inuaſerant, Amalphitaoorũ auxilio liberata eſt.

Giſulpho Salernitanorom Principe iſto fędere firmiſſimo ſuper hos Principes Nolam aduenerunt, tentoria figont, diuerſis eam vrbem macchinis expugnant, capiuot vodique, prædantur. & ad ſolum vſque eam proſteruoot. Erempertus lib. 2. hiſtoriarum regni.

Scribuot eam nominari Bruinam, antiquam ciuitatem memorat Empertus lib. 2. quæ Panduiphum priocipem Beneuentanum cum Beneuentanis, Capuanis, alijſque militibus ſibi ab Imperatore Ottooe traditis minimè excepit Græcis ibidem exiſtentibus ad portam ciuitatis plurimis occiſis venit à Græco eius . tranſfoſſo capitur, ab Eogenio patritio Cooſtantinopolim mittitur ex ſuis multis ioteremptis, partim captis, alijs in fugam conuerſis: In eo bello capto Principe Græci victores fueruot contra Beueuentaoos & Capuanos, Priocipe coofractis armis ob pugnam fortiter feſſo idem Otto Imperator totam Apuliam depredaturus, non procul ad ciuitatem Bouini applicuit, eam fortiter circuodedit, & omnia eius ſuburbana incendi iuſſit. *

Suffraganei Archiepiſcopi Archerontini.

Epiſcopus Materaous, nunc Archiepiſcopus olim ſub diœceſi Acheruotina nunc vniti & iuncti ſuot, inſcribiturque Archiepiſcopus Acheruntinus, Materanuſque. Cootentio eſt quis primò denominetur ioter prouiociales ſuos. Mateola ab antiquis ſedes quaodoque Græcorum, aliquando Sarracenorum & anoo domini 940. cum Græcis, & Loogobardis bellatum eſt Materę, & victi ſunt Græci, eorum Dux Straco in mare proiectus eſt: & anoo domiui 996. obſeſſa Matera à Sarracenis quarto menſe capta eſt, & mater fame coacta propriũ comedit filiũ, quod & Ioſephus de Maria io obſidioue Hieruſalem ſcribit, anoo 1042. Comes Materæ creatus Manarus magiſter Tarenti & anoo 1064. In Normanoorum poteſtatem deuenit, & aooo 1078. magna fuit mortalitas homioum & aono 1080. Roberto mortuo expulſi ſunt Normanoi, & anno 1082. per Archiepiſcopum Aroaldum templum conſtructum eſt io hooorem ſancti Euſtachij. Et 1093. Pontifex Vrbanus Materam venit & ſtetit io Monaſterio ſancti Euſtachij, & anoo domioi 1402. Maniachus à Materanis electus eſt comes, patrato ab eodem magoo homicidio, & à Gręcis ſub Baſilio Imperatore Conſtaotiuopolitano, reducta Calabria & Apolia io ditiooem ipſorum, Matera euerſa eſt anno domini 987. dominus Rex ooo habet ius pręſeotandi Epiſcopom.

De bello inito per Athenaſium epiſcopum, & magiſtrum militum Neap. cum Capuanis exiſtente tunc eis comite Laudone: de interitione Capuanorũ, auxilio Sarracenorũ clam ab Agropoli euocatorum: de pace ioter eos, de oouo bello conſilio principis Guaiferij, de præſidio Materaneoſium, atque Græcorum. Erempertus libro hiſtoriarom c. per idem tempus ualde &c.

Oyra Gaoderis Beneuentano Priocipe vita functo, Fraocis prius io cuſtodia tradito, & Adelchis filius Adelchiſij principis conſtitutus eſt, vrbem Parenſem, io qua Gręci morabãtur, cœpit ab Aſilio Auguſto Imperialibus donis ditatus eſt: vt vrbem Ocream caperet: Agareni illam crudeliter dilaniaueruot, ciuitas tota deſolata extitit, cultoribus, veſtibus, & ornamentis

tis

tis ſuis, veprisq; repleta quieſcit: ot per eundem Erempertum.

Epiſcopus Venuſinus ſpecioſiſſima olĩ reſpo blica Venuſinorum, vt legi in marmore à latere Ianuæ iuxta caſtrum. Romanorum colonia. Venuſia a Plinio, ab Appiano Alexandrino: Venuſium à Veneris cultu & templo. Terentium Varronem cũ equitibus Romanorum quinquaginta dum à clade Cannenſe fuiſſet ſuperſtes recepit hoſpitio borſa Venuſina alimoniam præſtante, à Plutarco in Africani vita, & Liuio memoratur: Oratij patria, ac Euſtachij Venuſini, De ſito vrbium regni ſcriptoris, cuius opus non habui integrũ ſpecioſiſſima verè ciuitas Apulię & Lucaniæ ſub dominio Illuſtr. Iſabellæ Ferrellæ comitiſſæ Conciæ.

Epiſcopus Anglonẽſis ſecundùm Blondum olim Aquilonia antiqua ciuitas in hirpinis. Liuios in to. Locium Papirium cõſulem in Aquiloniam exercitum duxiſſe, & magna cerimonia præſtitom ab eo ſacramẽtũ Sãnitibus militibus ex quibus electi ſunt 15. milia noiati lintheati.

Epiſcopus Potentinus. Potentia à Ptolomeo & a Plinio Pontentini lib. 3. c. 55. inſpexi iuxta flumen antiquas in marmorę inſcriptiones ſub Dñio Illuſt. Comitis de gñoſa familia de Geuara.

Coria Domini Regis pręſentat Epiſcopum.

Epiſcopus Grauinenſis ampliſſimum habet clerum, & populum, pulchram eccleſiam à Grauinis dicta cauernis, ſeu griptis, quas nominãt titulo Ducatus ornata, fortiſſima murorum ambitu, quam Saraceni dum inuaſiſſent anno Dñi 976. poſitis caſtris & obſeſſam minimè capere potuerunt, & anno 999. deſcendit Dracomotus Catapanus eam obſedit & cępit: dines multùm grani, & vini dat opolenta Grauina: ſub dominio Illuſtr. Dñ Antonij Vrſini ducis, olim Comitatus, poſt Marchionatus & Ducatus nouiſſimè.

Epiſcopus Tricari cenſis. Antiqua eſt ſedes inter moderniores Lucaniæ ſub Dominio Illuſtriſſ. Principis Biſiniani.

Arciepiſcopus Tarentinus à Petro & à Ioanne Apoſtolis Domini fertur ſoſcepiſſe Chriſti fidem, eamque ſeruaſſe per tempora longiora, & dum variatum eſt a quibuſdam ex nouis accolis a beatiſſimo confeſſore atq; Pontifice Cataldo ita firmati fuere, vt ſemper religioſiſſimi extiterint, deleto deorum cultu.

Tarentum ciuitatum celeberrima a Tara Neptunni filio conditum ſecundùm aliquos, vel a flumine, vel a nucibus mollibus dictum, Lacedemoniorum opus, Calabrię, & Apuliæ caput, ampliſſimo porto, ampliſſimo nauigio, potens ciuitas: habens duces mille equitum, triginta mille peditom exercitus, ſecundùm Strabonem, principibus titulata Tarentinis; Romanorum colonia, illuſtribos decorata viris; Archita, Ariſtoxene, & Lurita philoſophis, alijsque celeberrimis, ac nobilibus viris, quos hodie tenet principatus titolo, & totius regionis antiſtes, ſcriptores habet vbertimos. Totila Gothorum rex Tarentum inſtaurauit, muros erexit, & elegit ſedem Gothorum, non eo eſt ſito, qoo antiquitus poſita erat, & anno Domini 928. 15. Auguſti Saracenorum tractatu deleta eſt, & anno Domini 1063. in Normannorum poteſtatem deuenit.

Rex noſter habet poteſtatem præſentandi Archiepiſcopum.

Tarentum Beneuentanis principibus ſubditum, quod in diuiſione principatuum obuenit. Sico princeps Syconolphum fratrem Tarẽti in carcerem trudit, eo quòd noluiſſet Sacerdos fieri poſt clericatum. Salernitani auxilio Amalphitanorum, exulumq; Beneuentanorum ebriato cuſtodeè vinculis excipiunt, nauibus tranſnehunt, eumque Salernitanum principem eligũt. Erempertus.

Baſilius Græcorum Imperator Tarentum vrbem à Saracenis occupatam magna vi cepit, diropitque. Sicul. lib. 6. cart. 411. *

Epiſcopus Mutilenſis dignitate Ducali ante annos quatuorcentum fulgebat tũc populo frequens, ex cuius ruina adiacentia oppida extructa ſunt, agro pro regionibus diuiſo, caſtrum de nouo ibi fundatum eſt anno Domini 1023. Suos tenet habitatores cum ſolo amplo defenſarum etiam pro paſcendis animalibus.

Curia domini Regis habet ius præſentandi epiſcopum.

Epiſcopus Caſtellanetę non oſtendit vetuſtatẽ, neque de ea legitur quicquã. nouum eſt oppi eſt. dũ Motulę quódã veteris coloni ſicut & alij an. Dñi 1080. à Duce Roberto obſeſſa capta

Archiepiſcopus Brundnſinus annenxus eſt & vnitus cũ archiepiſcopatu Vritano vel Hiritano, quã hodie ẽt vocant Brunduſiũ, à Ceſare. Liuio, & Ptolomeo, ab Appiano Solino, & Plinio, Brãdeſiũ ab Aitholis conditum, à Cretenſibus habitatũ ſecundùm Strabonẽ, Salẽtinorum olim caput ſecundùm Lucium Florum, potens ciuitas, portu inclito a vẽtis tutiſſimo, caput cerui denominatum: Calabrię principiũ, deducta Romanorum colonia, ſecundùm Liuiũ libro 19. quæ adiutrices dedit manus ære & milite erogato s vt in 20. idem dicit, ferax frugũ & olei, fortiſſima eſt hodie. anno Dñi 1070. quadraginta milia Normannorum occiſi ſunt, volentes Brũduſiũ capere ſibi moleſtias inferentes: & 1088. Vrbanus Pontifex maiorem eccleſiã ſacrauit, & anno ſequenti Robertus ingreſſus eſt, & an. Dñi 1087. magnũ nauium apparatũ inſtruxit & ad inſulam Caſſupæ transfretauit, & Ducem Venetorũ vicit anno Domini 1062. Brunduſiũ & Ițiã vi cepit

Dominus Rex noſter habet poteſtatẽ pręſentandi Archiepiſcopum.

Agareni Siciliam aggreſſi, quã longo tẽpore detinuerant: vt Italiã inuaderent per mare Brunduſiũ veniũt, eãq; vi ceperunt, Sicardus Beneuẽtanorum princeps cũ proceribus Beneuentania & Salernitanis obuenit cũ maximo Longobardorũ exercitu occultis foueis decepti Lonbardi ceciderunt, maxima pars Beneuentanorum, Salernitanorũque cęſa eſt: reliquis terga dantibus iterum Sicardus Princeps grande exercitũ parat, Brunduſiumque ducit. Agareni hoſtium aduentu territi vrbem Brunduſiũ, in qua morabantur, igne cremant, atque Siciliã redeunt. Ex

Ercmperto hiſtorico Longobardorum, & Salernitanorum vetuſtiſſimo codice.

Gothi Idruntnm obſidentes conterriti præſentia Beliſarij, obſidionem diſſoluunt, fugientesq́ue ab eius conſpectu Brundusium ſe recipiunt, quod diſtat ab Idrunto duorum dierũ itinere. Ex Leonardo Areti. lib. 3. belli Gothorũ.

Ioannes Iuſtiniani Cęſaris dux poſt diſceſſũ Beliſarij traiecto freto Gothos nihil tale ſuſpicãtes inuaſit, multaq́; cęde in fugam verſos perſequitnr, ac primo impetu Brundusium cepit. Idem auctor.

Archiepiſcopus Hyrię: A Plinio 3. libro. vria, ab Herodoto in 8. Hyria à Cretenſibus condita, ab Appiano Hyria ſæpe à Saracenis depopulata eſt anno Domini 924. matribus interfectis in Africa homines deducti venundari, & anno Domini 977. incenta eſt ab Agarenis, omnibus in Siciliam deductis, & 979. Porphyrius prothoſpatarius Andream Epiſcopum occidit Menſe Auguſti & iterum anno Domini 1092. obſeſſa eſt, ab Oemundo quorundam auxilio liberata eſt.

Suffraganei Archiepiſcopatus Hyriæ.

Archiepiſcopns Hoſtunenſis habet ciuitatẽ plenam populo ſecundùm Albertum, ferax eſt olei, & amigdalarum cum venalibus ſyluis.

Archiepiſcopus Idruntinus in regione Salentinorum primas Idruntum à Strabone, à Pomponio Mela Idrus, à Procopio primo libro Gothorum Idruns, à Tholomeo Idra à Plinio Idrũtium vrbs primaria regionis, quę hodie dicitur *terra de Otranto*, vetuſtiſſima ſedes Chriſti & ſanctorum eius, quæ etiam recentioribus temporibus ſub aduentu Turcharum anno Domini 1480. magna ſanguinis effuſione fidei ſuæ teſtimonium exhibuit ad interitionem, & mortem martirium pro Chriſti nomine ſuſtinere digna fuit. Ciues eius teſtes fidei Ieſu Chriſti exiſtunt in loco ibidem, qui vallis martyrũ appellatur, Conſtanti animo contendentes vitam temporalem pro nomine Chriſti æternam cõſequuti ſunt gloriam. Promontorium olim Iapinm à Strabone celebratum Mineruæ cultui dicatum nunc in honorem intemeratę Mariæ Virginis verſum eſt magna veneratione apud mortales habetur, ferax regio frugũ, olei, mirangolorum, & citriorũ emporiũ prouincię eſt, in quã conueniũt Mercatores maris cõmoditate fruentes. anno Domini 1081. Indictione quarta Idruntum capta eſt à Roberto.

Dominus Rex Siciliæ habet poteſtatem pręſentandi Archiepiſcopnm Domino Papæ.

Suffraganei ſupradicti Archiepiſcopatus Idruntis.

Epiſcopus Caſtrenſis moderno titulo comitali fungitur, ſi ea eſſet ciuitas, quæ primitus Leuia à Strabone deſcribitur antiquiſſima eſſet, incurſionib. Turcharũ an. Dñi 1537. depopulata ẽ.

Epiſcopus Gallipolis: in regione Salentinorũ vetuſta eſt ciuitas à Pomponio Mela Gallipolis, à Plinio Anxa nominatur, a Gallis Senonibus condita fertur, alij à Græcis: cum & hodie in diuinorum celebratione græco vtatur more, Peninſula eſt ſupra ſcopolum conditam, arcem habet fortiſſimam, & olei emporium ampliſſimũ, quod per mare aſpòrtatur à mercatoribus.

Dominus noſter Carolus Sicilię Rex habet ius præſentandi Domino Papæ Epiſcopum dictæ ciuitatis,

Epiſcopns Ogentinns, ſeu Vgentinus à Ptolomeo Vxentum, antiqua & magna ciuitas: vt ex eius antiquis veſtigijs liquet.

Epiſcopus Lytienſis, a Strabone Lytiũ in Salentinis, de quibus Liuius meminit in 15. dum à Romanis defeciſſent: hoſtes à populo Romano decernuntur, qui & victi ſunt. Alij Luppiã nominant, Ennij Poetę patriã, quã & Rodiã ſeu Luſpiã dicũt: ſed diuerſæ ſunt ciuitates, à Plinio Aletiũ, a Pomponio Mela Valetium, ab Aſienſibus condita, cuius Capitaneus erat Lytius ex verſu Vergilij in tertio.

Et Salentinos obſedit milite campos.

Lytins Idomeneus prope condita eſt ab antiquo Alerio ſecundùm Volater. regia ſedes eſt, Auditoriũ prouintiale ibidẽ regitur, quod & Sacrũ conſiliũ appellatur, & ſententiæ velut à ſummo prætore latę reclamatione pendente exequutioni mandantur, de feudis quaternatis cognoſcit & Balium dat feudatarijs. Audio hęc ex conſuetudine, & Regũ tolerantia Illu. Ferdinandus Loffredus Triuici Marchio Prorex & Prouincię Dux belli præfectus à Cæſare regionẽ moderatur. Nobilibus plena eſt familijs, Barones habet & feudatarios pinguia habentes feuda quaternata, ac generoſiſſimi animi milites.

Epiſcopus Leucadenſis idem cum Alexianenſi: nam deleta vetuſtiſſima vrbecula Leucada à Strabone & Lucano nominata ad proximũ oppidum Alexianum eſt epiſcopatus tranſlatus.

Epiſcopus Hęritonis exemptus eſt.

Archiepiſcopus Barenſis dignitate archipræſulis fulget ex tẽporũ longeuo curſu, vt cũ interrogaſſem Bari chroniſtas ecclesię 1551. & inſpexiſſem libros ipſis eſſet incertũ: vnita eſt ei ſedes Cannſij, quæ ẽt metropolis erat Sãcti Seuini epĩ Canuſini, tenẽs corpus & ecclesię titulũ, primaria vrbs in Pheucetia, quæ terra de Bari dicitur: Gręcorũ ſedes: Normãnorũ principũ prædilecta, quę gẽs & auxit & ciuitatẽ decorauit. Vetuſto principatus titulo a gręcis impoſito an. Domini 1035. Biſantius epiſcopus Bari matricem eccleſiæ fundauit, & anno Domini 1298. Inclitus Carolus Secundus regalem extruxit eccleſiã ad honorẽ S. Nicolai veterẽ innouãdo, ampliſſimis donis, & caſtris ditãdo eã, q̃ hodie celeberrima eſt cultui diuino & venerationi S. Nicolai bñ intẽta, an. dñi 1089. à Pontifice Vrbano veius eccleſia cũ Helia Archiepõ ſacrata eſt, & vniuerſalẽ ibi ſynodũ Octobris menſe 198. Epõrũ cõgregauit: & an. Dñi 187. indictione decima à Barenſibus a ciuitate Myrrea corpus eius Barũ traductũ eſt: ex cuius corpore liquor quotidie manat, quem mannam appellant anno Domini 981. Per Baſiliũ, & Coſtantinũ Imperatores Barũ ſacco datũ eſt, Barenſibus tum occiſis, partim q́ue Conſtantinopolim relegatis ſecũdùm Blondũ 13. lib. hiſtor. ſub Benedicto Septimo.

Bona Sfortiades Aragonia Poloniæ Regina ſan-

ctiſſima

ctiſſima & Sereniſſima Bari dux domina Bona, & Roſſani princeps genealogiam eius inclitam ſcribit Vicentius Maxilla Barenſis iureconſultus & gloſſator conſuetudinum, & Sebaſtianus Munſter in deſcriptione Germaniç lib. 4.

* Sarraceni Apuliam, Calabriamque inuadũt, eam obtinent, & Barum vrbem eorum ſedem conſtituunt: Ludouicus Francorum Rex & Imperator precibus principum Beneuenti atque Salerni grandi ipſorum parato exercitu diu obſident, nec capiunt, quia maritimum non habebant exercitum. Ad Baſilium Grçcorum Imperatorẽ legatũ mittunt, vt naualem tranſmitteret exercitũ, diu Stolone duce memoria trahente paucis Francis obſeſſã ciuitatẽ tenẽtibus ab his tres amirteodi Sarraceni, hoc eſt admirales interfecti ſunt: tandem vrbs capitur, & inter Imperatores contentio orta eſt, & Auguſti Imperialis nomine epiſtolam inter hos longam ponit Erempertus hyſtoricus Longobardus. cardicebat Baſilius Grçcorum imperium ſacratũ quatuor Patriarcalibus dignitatibus ſolum eſſe Imperatorem, plura ſcribit ſcitu digna, & pro fide & Xp̃iana religione. Dum Conſtantinus Auguſtus baiulus & patritius Barum inſideret, vt imperatorum rebelles viriliter impugnaret, Ayo Beneuenti princeps fultus auxilio Agarenorum, & vallatus agmine pedeſtrũ Apulienſiũ per vim Barum cępit: occiſis plurimis, & captiuitate traditis Bari reſidet, ſuſtinens ſuffragium Athenolfi Capuani comitis, quem ab hoſtibus potenter protexerat, ab eo deluſus cum eodam patritio neceſſitate cogente pacem inijt; vrbem græco Gubernatori remiſit. idem Erempertus cap.

Berengario rege Italię ſubditos crudeliter opprimente à Longobardis, Romaniſque legati ad Othonem Saxonum Alemanorum regem miſſi ſunt, qui vt regnum Italię ſuſciperet, Adeluerto filio in bellum procedente: quia mater eius noluit à patre filium renuntiari regnum derelictus fuit, & regnum veniens cępit, Berengario cum vxore per vim comprehenſis & in Galliã vinctis tranſmiſit, Idem Otho cum vxore Aydelgaiza Romam veniens à Ioanne Papa vnctus Imperator Auguſtus pronuntiatur aduenientibus Papiam Beneuentano, Capuanoq; principe ipſe capuam venit, & Ad Giſulphum Salernitanorum principem legatos mittit. Venientem Principem honorificè vri conſanguineum vxoris ſuſcepit oſculis hinc inde collatis de throno, in quo reſidebat exiliens, et paululũ obuiã venit, plurima dona contulit, Apuliã venit, eam reſiſtentem denudauit, Barum vrbem obſedit, conſtrinxit eam vndique, & plurima illi intulit damna, Erempertus.

Maio filius vendentis oleum in platea ex Bari ortus in Siciliam penes Regẽ. . primarius vir præcallidus & miles Barenſis vir primarius & princeps Baſilio Cæſare Imperãte Græcis. *

Epiſcopus Butõtinus: celebris in Seucetia, ciuitas diues opũ, ferax olei, plena populo, & ſecũdùm Ep̃m Lucerinũ, Butõtinũ dr̃ bonũ totũ.

Epiſcopus Melfitenſis ab aliquibus Morpheta, & ab alijs Malphatta dicta eſt, fertilis & fęcunda eſt ciuitas olei, & cõmercij in lictore maris poſita, deuotiſſimam extra ciuitatem habet eccleſiã dicatã in honorẽ Sanctæ Mariæ martyrum, aliqui dicunt exemptum.

Epiſcopus Iuuenatienſis ab Egnatia ciuitate proxima trahit genus ſuũ quaſi Iuuenes ſunt Egnatij ſecundùm Pontanum in primo libro belli Neap. vel Iouis ſtatio, habet nobiles anno Domini 1042. Argirus princeps Bari, & totius Italię dux tertio Iulij Iuuenatium cępit.

Rex noſter habet ius præſentandi ſucceſſorem Pontificem.

* Comitem Iuuenatij Platina memorat in vita Martini Quarti, qui obſidionẽ Vrbini continuabat, ſubminiſtrante clanculum auxilio & cõmeatu oppidanorum. *

Epiſcopus Rubenſis Comitatus titulo etiã fulget, ciuitas antiqua, vt ferunt, tranſeunte Petro apoſtolo per Apuliam dixiſſe non inueniſſe niſi Barum, Rubum & Tarentum: ſub dominio Carrafiano.

Epiſcopus Salpenſis; vtraque ciuitas Salpiæ & Salapiæ ſedem mutaſſe: Annibalem non recepit, ſed fruſtrata eſt aeris cauſa fętida à loco receſſit, & à Senatu Romano, vbi nunc eſt, recepit hoſpitium, antiquiſſima eſt ciuitas, ſed hodie hæret ſolo & nomini.

Epiſcopus Polignanenſis, in rupe ſaxoſa Ciuitas non vetuſto, corpus ſanctorum martyrũ Viti, Creſentij & Modeſti tenet ac veneratur, quorum ſanctorum meritis contra mordentes canes apud Deum omnipotentem gratiam ſanitatis conſequuntur.

Epiſcopus Minoruini iuxta Canuſium, & Venuſiam ab antiquo Canuſio trahit originem.

Epiſcopus Lauellenſis ſacroſanctæ vetuſtatis inſcriptiones habet marmoreas titulo comitatus antiquitus fulſit: vt chroniſta Caſſinenſis ſcribit, nunc marchionatus ſub familia nobiliſſima de Tuſo, cuius chronicon vetuſtum penes me exiſtit: Normannorũ gñe gẽtilitiũ turri extructa de lapide tufo à milite retinuit nomen.

* Ciuitas eſt in Lucania prope Venuſiam, ludis cauſa ac venationis arte Pycardus Beneuentanorum princeps cum Adelchiſa coniuge ſepiſſime accedere ſolitus erat, militeſq; exercere, principiſſam ſub tentorio reſidentem in conca argentea vna die lauantes pedes contigit nobiliſſimum virum illàc cum famulo tranſeuntẽ caſu verſo capite nudã inſpicere; ea furore turbata habita à principe poteſtate vxorẽ tranſeuntis clam à Beneuento aſportari iuſſit, abſciſſiſque veſtibus per oĩa caſtra & in mariti, pñtia cum multo deferri dedecore, poſt venationem ſolo Principe in tentorio permanente vir nobilis nacta opportunitate tranſeuntis illàc iuuenis Nannigonis nomine principem gladio interemit, eoq; à Nãnigone miſericordia expetẽte rñdit, Deus mihi peccata mea non indulgeat, ſi ego indulſero tibi. Ab his Adelchiſa principiſſa cum verecundia conſanguineis deducta eſt. ex Eremperto lib. primo, notabile exemplum, quo mundi domini terreãtur ab iniurijs domi

narum, ſępe enim eam, quam committunt igno minjam, excipiunt. in lib. qui ſub ſacroſanctæ vetuſtatis nomine ſcribitur. Vide antiquorum monumentorum inſcriptiones ibi ab aucto re collectas.

Epiſcopus Cuperſani, moderna eſt ciuitas, fortis admodum, titulo comitali ornatur ſub dñio Aqueuiuio, de cuius genere Illuſtr. Blondus & Albertus ex agro piceno ſatis ſcribunt. *

Epiſcopus Biretti, olei & vini abundat ciuitas ſub Illuſtri. dñio Aqueuiuio domini ducis Adriæ, nunc illius eſt dominus Ioannes Hieronymus Freccia noſter conſangoineus.

Epiſcopus Andritanus, clarũ eſt oppidũ opulentum & ab Egnatia proxima, vt audio, deſcendit à diuo Federico Aragoneo regum nobilitate inſignitum, à Baucia familia Ducatus dignitate poſſeſſum.

Epiſcopus Vigilenſis; corpora ſanctorũ martyrũ Sergij & Pantaleonis & Maurij epiſcopi tenet, ac veneratur, ingens populorũ numerus: bona eſt ciuitas in mari ſita: ſanguis autẽ prædicti martiri Pantaleonis eſt in ciuitate Rauelli quem ſub ſuo feſto liquidum vidi fieri, cęteris autem diebus duriſſimus exiſtit, mirabile eſt in oculis noſtris, qui crudi Saraceni ac perfidi nolunt credere in dominum noſtrum, Ieſum Chriſtum: credo ego in ciuitate Vigiliarum frequentem fuiſſe vſurariorum gentem: cum Alexander Tertius Pontifex Epiſcopo Vigilenſi ſcribat, debitores non eſſe cog: dos vſuras ſoluere, niſi iuraſſent: vt in ſua decretali debitores, de iureiuran.

Archiepiſcopus Tranenſis pulchram tenet eccleſiam, notabile campanile, corpus Sancti Nicolai peregrini veneratur, cuius eſt titulus, à Plinio Trinium, & Tireno filio Diomedis conditum, & à Traiano inſtauratum & ab eodem Traianopolis appellata eſt. Ciuitas eſt nobilis, fortis, portum habens in ciuitate, ſed ciuilibus diſſenſionibus labitur.

Dñs Rex præſentat Archiepiſcopum Papę.

* Collenucius iureconſultus hiſtoriarum regni Neap. ſcribit, Tranum dictam à Traiano & Trayanopolis appellatam ab eodẽ cõditã, errat quidẽ mea ſententia, fueritq́ue ſatis antea cõdita, & Trayanopolim eã eſſe in Sicilia inſula vrbem Gręcã, vt aliqui immunem & liberam, de qua Vlpia. in l. t. de cenſibus, meminit Sicul. tar. 109. lib. 10.

Tranum & Barim vrbes ab Imperatore Cõſtantinopolitano detentę contra Normannos multa moliuntur anno Domini 1068. Robertus & Rogerius vtrãque vrbem magnis viribus inuadunt, & tandem capiunt. *

Epiſcopus Monopolitanus exemptus eſt, ciuitas hæc ex ruinis Egnatię extructa eſt ſecundùm Volateranũ, ciuilis eſt, & nobilis ſecũdùm Albertũ Ferrarienſem inter gentiles familias Salmeria eſt, ex qua Iulius iureconſultorum vir eruditos fortis, admodũ murorũ ambitu, & arce

Dñs Rex noſter pręſentat Epiſcopum Papæ.

Epiſcopus Montis peloſij. Nomẽ habet recens ſecundùm Volateranum.

Epiſcopus Melphiæ exemptus eſt. Normannorum eſt opus: vt contra Græcos impedimẽta colligerent: vrbs egregia, fortis & diues. Synodus tam Cæſareus, quàm Apoſtolicus veterrimis temporibus congregatus eſt ibidem ex oportunitate loci.

* Gulielmus Normannus cum fratribus, & multis militibus Normãnorum, Apuliam non tantùm domeſticis laborantem bellis, ſed & armis & lattocinijs Saracenorum vexatam immunitam offendit: Melphiam vrbem, arduo & natura ſitam loco circumſedit, eamq́ue mox ab improuiſis Melphitanis per deditionem accepit: opere & preſidio deinde muniuit. *

Epiſcopus Rapolli,

Epiſcopus Aleſani.

Epiſcopus Lucerinus Eccleſię à Carolo primo conſtructę ex veteri lapide pręceſi, amplæ nimis pulchræ ac regiæ munificentię opus oſtendit. Titulo ab ea impoſito Sanctæ Mariæ de la victoria: Romani vt Lucariæ eorum Coloniæ à Samnitibus obſeſſę opem terrent ab Herennio Pontio filio Herennij Pontij, qui eiſdem viſus & contrariam ferre ſententiam, conſules accepit, ſubiugũ miſſos in gaudinis furcis, vbi Arpadiũ oppidum eſt. Dicta eſt Luceria; quia lucet in Apulia ſecundùm Ratianum eius epiſcopum, & dicunt aliqui Nuceriam eſſe Saracenorum, qui in eam à Federico Secundo intromiſſi ſunt, quos idem Carolus deuicto Manfredo eiecit, venũdauit, quos ad Chriſti fidẽ nouit nolle reuerti, numero pluſquàm viginti mille, & in archiuo nomina eorũ legimos, à Prolomeo Nuceria, à Plinio & Liuio Luceria, a Strabone Loceriç, fuiſſe Mineroe templum ſcribitur, & ex lapidibus, qui in caſtro extructi ſunt, antiquitatem eius aſpexi. feruntá Diomede conditam, a Conſtantino Secundo Conſtantini Tertij filio ſub Romano Vitaliano Pontifice anno Domini 898. vi capta & deleta eſt ſecundùm Blondũ libro. 9. & Paulum Diaconum libro 5. à. Federico Secũdo p Saracenos habitari cępit, qui omnem regionem predæ obtinebant: Carolus Primus ea capta nomen Sanctæ Marię, *de la vittoria* impoſuit, & in codice Apoſtolico ſic erat primitus notatum. Epiſcopus Sanctæ Mariæ *de la vittoria*, hodie Lucerinus, Corpus habet Sancti Augoſtini ordinis pręedicatorum ſui Epiſcopi, feriæ celebres, ampla eſt ciuitas ſed non repleta habitatoribus. Conſtantinus Imperator quãdo Conſtantinopoli in Italiam venit Luceriam diruit & Beneuentum Longobardorum ciuitates, ſecundùm Volateranum.

Epiſcopus Troianus exemptus eſt. Blondos libro tertio ab Vbagiano Michaelis Coſtantinopolitani Capitaneo ædificatã ſcribit ſub Stephano octauo anno Dñi 984. Caſtra Anibalis fuiſſe in eo loco Sabellicus tradit, qđ & Albertus improbat & Collenutiũ nõ ſeqtur. ac ex alio Chroniſta Ethananũ vrbẽ ibi fuiſſe antiquã, extructa eſt ea ciuitas: vt Apuliã ſub Imperio Coſtãtinopolitano cõtineret, ac cõtra Romanos incurſus faceret, pulchra habet eccleſiã adinſtar marmoris laboratã foris vndique, corpora habet San-

ctorum

ctorum. Io. Fran. Rubeus Troianus iureconſ. eruditiſſimus hiſtoriam ſcripſit Apulam, Felicis conſiliarij doctiſſimi frater.

* Robertus Guiſcardus Troiam etiam Apuliæ vrbem, quæ Romano Pontifici adhuc ſuberat, inuaſit, ſuoque dominio adiecit, quo facto uiris Pontificijs excreatur. Sycul. lib. 7.

Henricus Cæſar tempore Clementis, Gregorij & aliorum Pontificum Italiam veniens Landulphum Capuæ Principem Troiæ inſidentem victum cepit & in Alemaniam aſportauit, ex Longobardo codice Cæſarum. *

Archiepiſcopus Sipontinus in Capitinata Archipreſul & Archiepiſcopus montis Sancti Angeli annexi & vniti ſunt ex bulla Alexandri Tertij: dum eſt in monte Garganicus appellatur, dum Siponti Sipontinus extra omnem diœceſim Epiſcopus Sipontinus: à Plinio Sipuntũ, Strabone & Ptolomeo, à Græcis Sepiuntum, Syllius Italicus in octauo, Sypum nominat & litora Sipius à ſepijs piſcibus in littore proiectis quorum copia ingens eſt, *dette Le ſeccie*.

Condita eſt à Diomede, ſecundùm Strabonem Romanorum colonia: quæ cum derelicta eſſet ſecundùm Liuium in 8. & 28. Spurio Poſthumio Conſule Senatum certiorante de qualitate loci, Lucio Scribonio, Libo M. Tiro, Gneo Bebio, Pamphilo deputatis à Senatu accolæ deducti ſunt, & ager, qui prius Arpinorum erat, inter ipſos diuiſus eſt ſecundùm Liuium in 34. a D. Iunio Bruto, M. Bebio Pan. & M. Heluio celebria & primaria ciuitas, donec Sarraceni aduenerunt tempore Caroli Magni, qui eã deprędati ſunt, magnam cladem virorum fecerunt, & alios ipſis expulſis deduxere in Africã. Vetuſtam habet & deuotiſſimam eccleſiam in veteri Siponto, cui præfuit Archiepiſcopus D. Sergius Freccia anno Domini 1108. Manfredonia à Manfredo Spurio Federici Secundi conſtructa nominatur Capitinatę emporium, arcē habet fortiſſimam cum ſitu, pulchra eſt ciuitas, diues, Accolę noui ſunt ex veteribus, fabellam puto, quam aſſerunt, Garganum paſtorem mõti nomen dediſſe, cum ante ipſum fuerit inditũ nomen Gargani, à Virgilio, Pomponio Mela', Strabone, & Lucano; veneratur ibi ex apparitione diuina Epiſcopo Laurentio facta anno Domini 509. vel circa Michel Archangelus, cuius Sacellum deuotiſſime veneratus ſum anno Domini. 1550. Pauperrima eſt ciuitas, ſupra ſaxim montem exciſo lapide conſtructa.

Epiſcopus Veſtanus, habet aliquid antiquitatis inter modernas.

Archiepiſcopus Beneuentanus ſedē Chriſti tenet ſupra annos Domini 1350. Sanguine ſuo Ianuarius Epiſcopus Neapolitanus patronus comprobauit, & alij quàm plures: Mercurius Deorũ cultũ eiecit à Græcis Maleuentum à Diomede conditum: Maletia primò appellata colonia Hirpinorum, ex turbine ventorum Maleuẽtum dicta, ſecundùm Procopiũ in primo libro, & à Liuio in 8. triginta millia Samnitum à Sulpitio & Petilio conſulibus occiſis, & captis prope Maleuentum; poſtea, ſecundùm Liuiũ in 14. deductia nouis colonis poſt, vbi in locũ aduenerunt, beneueniſſe affirmaſſe: & in libro Coloniarum ſcribitur: Beneuentum muro ducta colonia concordia deduxit Nero Claudius Cæſar, iter populo non debetur: Ager cuius lege triũuirali Veteranis eſt aſſignatus, celeberrima ciuitatum Samnij, & hodie totius regionis antiſtes, ex qua colonia, & coloni, quàm plures deſcendunt à Carolo Primo, Romano aſſignatur Pontifici, quæ quandoque in aliorum manus principum deuenit, iterum redijt, ac in præſentiarum exiſtit, & in inueſtitura regijs ſemper excipitur religioſiſſima ciuitas. Nobiliſſimos produxit Chriſti ſectatores, qui eccleſias, monaſteria, cœnobia, & dormitoria cõſtruxerũt, ſeipſos in Chriſti miniſteriũ tradiderunt, amplis donis collatis in vicē ſuorũ veterũ, qui martires huius ſeculi dicti ſunt, vt ex chronico Caſſinẽſi aliqua ſupra diximus, quæ hic nõ repetuntur 24. habet epõs Suffraganeos, ſupra oẽs mũdi ꝑlatos.

* De principibus Beneuentanis, quos aliqui Duces nuiat, ſatis diximus ſupra, & in titulo, quis dicatur Dux: & poſt Paulum Diaconum in principio hiſtoriarum ea ordine recenſet Erempertus, nomina eorum, annos, & menſes quibus dominati ſũt, & ĩ modico ab alijs differt hiſtoricis.

Deſiderio Italiæ Rege per Carolũ Magnũ capto inſidijs ſuorũ proditoriè tradentibus eũ Carolo, Arrichis Beneuẽti Princeps gener, & Caroli Sororius remanſit, qui capiti ſuo ſpetioſam coronã impoſuerat, ob id Carolus bellum mouet: quia vſurparat, quod eum non decebat conſilio Pauli Diaconi epiſtularum magiſtri Deſiderij regis à Beneuento receditur, Salernum elegit, vt ab impetu Gallorum ſe incolumen redderet, Salernum munit, muro cingit & ampliat in altum mirabiliter eleuando, tandem orationibus Epiſcoporum Beneuẽti & Salerni pacem cum Carolo inijt, ablato Grimoalt filio recepto cum magna lætitia & grãdi apparatu Caro i legato apud Salernũ ꝓ pacis fędere cõponẽdo, filio Grimoalt Papiæ penes Imperatorẽ degente parte mortuo ꝓcib. procerũ Beneuẽtanorũ Grimoalt Principē cõſtituit certis legibus: & vt muros Salerni à fundamẽto dirueret, & Agerentiam loco mutaret. Alia de Carolo Magno, & eius in Italiam aduẽtu proſequere, vt per Paulum, & Erempertum.

A primo Beneuentano principe Zoto nomine, vſque ad aduentũ Sybaticij Stratigoti anni 330. & menſes fluxerant, quibus Longobardi primatũ tenuere Beneuentanę prouincię ſub Vrſone filio Atunis puero decem annorum.

Sibaticius cum valida manu Grçcorũ Beneuentũ obſedit tertio Idus Iulij vſq; ad 15. Cal. Nouẽb. benignè aũi paciſcẽs Bñuẽtũ ingreſſus ẽ ab hoc primo Gręci dñati ſunt. Erẽpertus lib. 3.

Sibaticio ſucceſſit Georgius patricius, cuius tẽpe conſeruatio fuit ferme ciuitatis Beneuẽtanæ ab eccleſia Sancti Renati ſeorſum vſque ad portã aureã, his duo pro parte Imperatoris Cõſtantinopolitani in Apulia ꝑfuerũt, deindē Vrſatus Bari patricius & Theodorus . . . . Galli ẽt dñati ſunt, & illi à Lõgobardis expulſi Agareni ſeu Saraceni certo tempore, & poſtea ſupe-

ratiá Gallis, Carolus Magnus captis Deſiderio, vxore, & filijs in Franciá aſportatis Romá veniẽs omnia confirmauit, quę pater eius beato Petro dederat adiuncto ei Ducato Spoletano & Beneuentano, ob hoc ipſe patricius effectus eſt, ex vita Caroli.

Beneuentum eccleſia Romana ob id retinet in centro regnicon ſignum maioris dominij ex inueſtitura Vrbani Quarti Carolo primo facta de vtroque regno. Apoſtillator Erempertu primo libro hiſtoriarum.

Otho Imperator dum incautè Græcos in Calabriam perſequeretur, amiſſis militibus natando de naui exiliens euaſit cõgregato exercitu, Beneuentum obſidet, cępitque, atque oſſa beati Bartholomei Apoſtoli aſportauit, ac Romæ in inſula in quadá conca collocauit, & in terra ſua per tiberim & mare in prędicta conca transferre excogitauit, ſed in breui eo vita exempto precioſus theſaurus ibi remanſit vſque in hodiernum diem. Ex chronico Longobar. in vita Othonis ſub Ioanne.

Sub Georgio patritio grauis terremotus per omne Samnium & Appuliam, concrematio facta eſt mediæ ciuitatis Beneuentanorum ab eccleſia Sancti Renati ſurſum vſque ad portam auream.

Erat Beneuenti primò Archidux, primus omnium ducum Longobardorum, Archidux Beneuenti dictus eſt: extructo in eadem vrbe monaſterio Sanctę Sophiæ ampla conſtitutura dote plurimorum martyrum corpora collegit honorificè locauit eccleſiam 21. die Septembris feſtú veneratur, quod duodecim fratrum appellatum eſt, dum ſępe ad orandum accederet, dignam in alio ſeculo mercedem ſe conſequuturum, illis ſibi reuelantibus, nuntiatum eſt; quod ſummopere notandum eſt contra perfidos negantes ſanctis & martiribus venerationem irrogari, nec eorum præſidium apud Deum poſtulari. Gariperga Archiducis ſoror plurimis collectis ſanctimonialibus monaſticam ibi vſq; ad exitum degit vitam, orationibus, & ieiunijs continuis ſemper inuigilauit cum filiabus ſuis ibidem electis. Anno Domini 740. ex Erempertu, & Leone, Petrus Bugianus in hiſtoria ſcholaſtica libro tertio col. 62. *

Epiſcopus Aſculanus vetuſtæ ciuitatis eſt antiques terremotu ſępe collapſę ab Appiano Aſculum, & Lucio Floro de bello Tarentino, Aſculum Satrianum ab antiquis ſcribitor: vt ab eo, quod in Aprutio eſt dignoſcatur. Robertus vrbem deleuit cognito, quòd ab eius fide deficerét, ſecundùm Bloadum libro 22. equi præſtantiſſimi, Ab Oratio.

Me ſatrianeo veſtiri iam caballo.

* Abdila Græcorum patricius Aſculum pro Imperatore Conſtantinopolitano detinebat, Franci ciuitatem ioaduns non procul ab vrbe: vtræque acies ſe coniungunt Alemannorum, Saxonumque comes cono nomine Grecos multos interemit, expedito equo in vrbè ſe immittit, licet ſauciatus, ab ijs in fugam verſis ex pugna Græcorum ceciderunt vltra mille & quingentos, & Imperatoris Othonis gens valde ditata eſt, & Auellinum oppidum Beneuentani cum magno tripudio pacificè introierunt, latiorẽ hiſtoriam pugnæ ponit idem Erempertus.

Epiſcopus Ferentinus: Ferenzola, Ferentinum à Ritiano, & Blondo ſeptimo libro interijt in ea Federicus Secundus à Manfredo filio naturali veneno ſublatus, hodie non habet ſedem neq; incolæ ſunt, ſeges eſt feudi illuſtriſ. Marchionis Turris maioris, vidi agrum fęcundiſſimi ſeminis. Liuius nobile appellat Florentum Apulię in octauo, nam Florento nobili oppido Romanus potitus erat.

Epiſcopus Theleſinus patriæ villæ hodie tenet accolas ab Anibale, ſecundùm Liuium vi capta celebris in Samnio tunc ciuitas & vna ex ſeptem, Theſalis nominata potentiſſima, cuius hodie veſtigia inſpiciuntur.

Epiſcopus Sanctæ Agathę, ex colonia deducta Beneuentano vna à Gothis habitata.

Tempore Aionis Beneuentani principis Caſtrum etiam tunc per Caſtaldeum regi, & gubernari conſueuit, officij magis quàm dignitatis nomen, poſtea ciuitas & comitalis titulus aſſignatur; poſtquàm Neapolitæ, Græcique Capua relicta confuſi ſunt reuerſi Neapolim, Athenulphus & Aio ſuper Caſtrum Sanctæ Agathæ inſederunt, illud capiunt, atque Marinum Caſtaldeum rebellem, & ad eius fidem reuertentem idem Aio ſuſcepit. Theophilattus Stratigo à Baro Tranum hoſtiliter aduenit hyemis tempore Saracenos tentans impugnare nihil proficiens infructuoſus abſceſſit, ubi etiamque Neapolim Marinum Caſtaldeum Caſtri Sanctæ Agathę rebellem fecit, & Apuliam rediens nonnullas munitiones euſdem Aionis vi apprehendit. Erempertus ſecundo & tertio libro hiſtoriarum, nobile caſtrum quidam antiquus author memorat. *

Epiſcopus Aliſanũ ex corrupto aere & aquarum curſu interiecto ſedem non habet populo ampliorem: ex Samnitibus vna ex ſeptem à Plinio, Ptolomeo, & Liuio celebratur, in ſecunda regione Hirpinorum ponitur, deuictis à Fabio Maximo conſule Samnitibus ſequenti die in poteſtatem ſe contuliſſe Romanorum ſecundùm Liuium in l X idemque Fabius vrbem auxit & muros conſtruxit & Aliphani inſcriptionem illi fecerunt in hęc verba; quę mihi viſa eſt digna memoria. Quinto Fabio Maximo, Quinto conſuli vrbis, & Męniorum inſtauratori omnium peccatorum vindice ordo, & populus Aliphanorum patrono, Martius illam diruit, ſecundùm Liuium.

Epiſcopus Montis Viridis.

Epiſcopus Malici Veteris.

Epiſcopus montis Marani, ſupra montem altiſſimum.

Epiſcopus Auellinus: celebris apud antiquos ciuitas Auellenates, à Plinio.

* Auellinum, auella & auellanum ciuitas, Auella oppidum in terra laboris, Auellanum caſtrũ in Baſilicata Auellino oppido tunc Adalpherius Beneuentanus dominus erat venientem

Gui-

Guaimarium Salernitanorum Principem cum vxore hoſpitio recepit Beneuentanum Principatum ambiebat, quia Guido Marchio eius cognatus ob mortem Caroli Regis & Imperatoris ad regnum Italię aſpirabat, lauta menſa cum recepit, ad thorum cum vxore Guaimarium introducit, nocte ſuper eum irruit, eumque comprehendit, ſuéque priuat, teſticulos amputare tragic, vxoris voce, & lachrymis deſtitit, Ioāne Beneuentano equite per traditam Principiſſam nomine Yotam aſtrahente fœdatumq; principe cum ſuis Salernum regredi permiſit. Ex Erempertο, qui alia de Auellono ponit; de principibus; qui inidem hiſtoriam trahebant.

Patricius Græcorum Eugenius nomine capto Pandulpho principe Beneuentanorum Conſtātinopolim miſſo adijt Auellinum cū militibus ſuis, & aliorum caſtaldeum Siconolphum nomine comprehendit. Not. de hac dignitate Gaſtaldi quæ non bene aperta eſt, & non conſueuerat, niſi oportunis oppidis, & ciuitatibus deputari, hoc oppidum ſe Græcis tradidit; contra quod exercitus Beneuentanorū & Francorum ſub Othone tunc imperatore paratur pro Græcis & ipſi fortiter oppugnant: principis equo à Græco interfecto Princeps in ſeruitutem deducitur, & Conſtantinopolim tranſmittitur pluribus interfectis captis & alijs in fugam verſis, Auellinum præſidio augitur, Græcis autem victis in eo prælio, quod apud Eſculum cum Francis, Alemannis, & Spoleranis pro Othone geſtum eſt, & Ab illis Græcorum patricio ablata magna præda Beneuentani Auellinum cum magno tripudio pacifice inuoluerunt nullam Auellinenſes pugnā facientes Græcorū cętu vltra mille & quingentos interceptis cęteris in fugā verſis, nondum etiam Guaimario Salernitano principe à Conſtantinopoli reuerſo, qui ab Imperatore benigne & honorifice ſuſceptus fuit, patritiuſq; quoque creatus: Athenaſius Neap. Magiſter militiæ & dux Græcos, Neapolites, ſeu omnes Capuanos generaliter mouens ſuper Auellinum caſtrum miſit, quo tunc præerat Landulphus Sueſſulanus: ſuperueniente exercitu fraude eorum, qui in eo erant, captum eſt apprehenſis in eo Landulpho filioque eius iuniore & nurū vxore Landonis, Maio Beneuentanorum princeps Bari degens Græcos impugnabat audita fraude Athenaſij omni equitia depoſita cum tribus milibus bellatorum venit Auellinum, quæ ciuitas poſtea erecta eſt, & comitali dignitate inſignita ſepoſito Caſtaldato ex pluribus capitulis primi & ſecundi libri Longobardorum hiſtoriæ Eremperti. Adelphurnius Auellini dominus maxima proditione Guaimarium Salernitanum Principem ſuum hoſpitem excęcauit:

Rogerius Auellini comes, eo ꝙ iniuſſu Gulielmi cognomento Mali Siciliæ regis filiam Principis de ſancto Seuerino vxorem duxit cum Gulielmo de Sācto Seuerino fugam arripiens, Regis iram euitauit, idem Gulielmus eundem Rogerium regis conſanguineum tandem iure ſuo donari aſtringi, conſederatque, Sycul. lib. 7. cat. 436.

Adelpherius ab Auellino ejectus Neapolim in vinculis moritur, diuina quidem ſententia quam nemo valet effugere. Erempertus in hiſtoriarum.

Epiſcopus Vicanus, *Vico de la baronia*.

* Die 14. Iulij 1560. Dum à mea Capitana inſula ꝑ Regis munere ad hanc Stabielem vrbem & per quinq; miliaria morandum properarem: reuiſi commocte Equenſium vetuſtates, & veteris eccleſiæ Baſilicam rectius cenſui herculeos ibi fuiſſe ortos, quibus Hercules delectabatur: & vicanos ex Hercule genus trahere, magiſquā (vt primo relatum perceperam) villam fuiſſe Surrentinorum omnem excellit probationem viſus & aſpectus ingens, & grandis conſpicitur opere etiam reticulato, ſuppreſſa quoque humi celſitudo ędificiorum, quę non villa, non oppidū ſed magnam ciuitatem fuiſſe indicat: Vicus dictus eſt, vel quia ſtabia à Lucio Sylla deleta ibi Vicus habitandi ob aeris ſalubritatem ſtructus ſit, vel etiam euerſa ciuitate Equenſi Vicus illius ciuitatis ſuperfuerit, quo ſe indigenè receperunt nouam ciuitatem conſtruentes: loci amęnitate fructuum vbertate, & vitę hominum ſalubritate perſpicuus, muſarum ſedes, virorum & militum prudentium propagatrix; & flebile eſt neſcio quo fato tam pulchram ciuitatem in collapſam in ædibus ruinam minantibus proximam effectet coloniam Neap. vibium Principi Antonini Abbatis ſyrentinorum patroni deuotiſsimi liberantur. Ex chronico Surrentino. *

Epiſcopus Arianus. Ab ara Iouis dicunt oppidum conditum, in qua quot annis ſacello ſacra fiebant: ſanctum Thodum heremitam venerantur, colonia eſt Beneuentanorum, & Dominus Rex præſentat Epiſcopum.

Epiſcopus Bouianenſis, olim Bobianum, ſeu Bouianū omnium ciuitatum Samnij primaria, ac opulentior à Liuio in nono ſcribitur militū animus, vt caperent Bobianum prędæ cauſa, & omnes hiſtorici veteres plenius deſcribunt. Anno domini 853. ex ingenti terremotu ciuitas ſubmota eſt loco, & collapſa eſt, & lacus emerſit aquarum, qui in præſentiarum exiſtit. ſecundum Chroniſtam Caſſinen.

* Inter primarias Samnitum vrbes Guaimarius Salerni Princeps, monacus efficitur graui depreſſus langore diem claudit extremum ob incurſionem Iſmaelitarum, corpus illius in cœnobio Beati Benedicti deferri non potuit: in eccleſia Theani humatum eſt; eodem anno Iſernia, Sueſſula & Bouianum à Saracenis capta & combuſta ſunt. Erempertus lib. 3.

Landelepert Caſtaldeus Bouianenſis, & Maripotus Caſtaldeus Theceſinus conductis Lamberto duce ſpoletenſium, & Garado comite Bouiani: Iſernia & Sueſſo à eodem anno à Landulpho capta ſunt, igne combuſta fuerunt.

Epiſcopus Buuini ſancti Marci tenet corpus epiſcopi loci.

Epiſcopus Turribulen.

Epiſcopus Dragonariæ.

Epiſcopus Vulturariæ.

Epiſcopus Alarnienſis: ciuitas Ferentanorū vetuſta

vetuſta, de qua Albertus folio 229. .

Epiſcopus Cānenſis iuxta Barolum Romana clade memoratur, inhabitata eſt ciuitas, & in codice Apoſtolico Epiſcopus Cannenſis & Barolū nouum oppidum nobile, inſigne ac celebre agri, virorum & ſtratarum clariſſimum Apuliæ.

Epiſcopus Termularum quaſi terminus ſit Apuliæ, ſecūdùm loci acolas in Ferentanorū regione Samnij iuxta mare titulū Ducatus habet ſub dominio Illuſtriſs. familię de Capua.

Epiſcopus Leſinenſis à Sarracenis dirutam, et deſolatam ciuitatem ſecundùm Ratianum deſtructo Hytio à piſcatoribus condita, qui lacui operam dabant in capiendis piſcibus, ac illis vendendis & ſalandis, prout hodie fit, Leſina dicta ab Inſula Læſinæ in Sclauonia.

Epiſcopus Frequētinus unitus eſt cum Auellinenſi, es terręmotu lapſa eſt ciuitas in ſummitate iacet, nullum alpesi habitatorem.

Epiſcopus Triuentinus t Ampla eſt diœceſis, Illuſtris Ferdinandi, de Aſflicto comitis Triuenti.

Dominus Rex habet facultatem pręſentandi Epiſcopum.

* Erat ſub Carolo Magno in Samnitibus caſtrum Trebetenſe appellatum, deinde ciuitas, & in ea titulus comitalis, Adelgis Princeps Beneuenti caſtrum Trebetenſe obſidet cum Sergio Neapolim Magiſtro militum iunctus erat, ut capit, & ad propriam remeans vrbem à generibus & nepotibus extinctus eſt. Erempertus libro tertio, item & libro ſecundo. *

Epiſcopus Guardien.

Epiſcopus Eterniēſis ſubeſt Capuano Archiepiſcopo, vt notatur in prouinciali, & non Beneuentano, una eſt ex ſeptem ciuitatibus Samniticis, Colonia Romanorum, ut ſcribitur in libro coloniarum: Eſernia colonia deducta lege Iulia iter populo debetur pedes s. limitibus auguſteis eſt aſſignatus, obſeſſa à Romanis, & diruta: Liuius in 72. Plinius, Syllius, Strabo, Appianus, & alij, terremotu etiam collapſa.

In Abrutio non erat Achiepiſcopus alius, quàm Beneuentanus, nunc autem ex epiſcopatu erectus eſt; in Archiepiſcopatum Theates dicta eſt ciuitas de Chiete.

Archiepiſcopus Theatinus, modernis temporibus erigitur à. . . Pontifice, Theates à Strabone, a Syllio Tegates: metropolis Marruchinorum: Ptolomeus Theateam nominat, ſic dicta eſt a matre Achillis, quæ hic habitauit ſecundùm Fatium Vberti in libro tertio dicto, Dicta mūdi, primo cantu: Pipinus Caroli Magni filius vrbem deleuit, quę ſemper pręſidio fuerat Longobardis à Normānis inſtaurata, & eorū ſedes inſtituitur, & nunc regia eſt metropolis, Cæſareum tenet auditorium, nobiles & Barones habet ciues.

Suffraganeus.

Epiſcopus Lanciani cōtendit ſe non eſſe ſubditum, Antianum dictum celeberrimum forum nundinarum, a Ptolomeo Anſanum, à Plinio Anſanenſes, ex Anſani veteris reliquijs deducta à regia Curia præſentatur ſummo Pontifici Pius Quartus Pontifex Max. anno Domini 1562. erexit Archipreſulem attributa diœceſi. .

Epiſcopus Aquilanus, Forconij vetuſtę ciuitatis ſucceſſor, & alij à Federico Secūdo, alij a Carolo Primo cōditam ſcribunt ex conuicinis oppidis; vt tyrannidem euaderent, ſecundùm Blōdum, legi libellum cuiuſdam chroniſtæ Siculi. Amiterni etiam dicunt coloniam deducere, ex qua Criſpus Saluſtius natus eſt: celebre emporium Ferentanorum, ſecundùm Strabonem in quinto, & Albertus primò conditam affirmat occiſis tyrannis, cum Aquilam Nicolaus Secundus, Robertus ducatus Apuliæ conceſſionem ſecerit anno Domini 1060.

Curia Regis habet ius præſentandi epiſcopū ſedi Apoſtolicę, & exemptum dicunt.

* Aquila celebris ac nobilis ex Amiterno, Forconioque Samnitum antiquiſſimam nobilitatem deducens quatuor ibi ſanctorum corpora tenet. Bernardini Senenſis: Petri Celeſtini: Equitij, & Maximi, quos protectores habet, in eminentiſſimiſq; eccleſijs, & Phidiacis ferè ſub marmoreis tumulis in magnis argenteis capſis auro oblinitis deuotiſſimè venerantur. *

Epiſcopus ciuitatis Pennæ à Ptolomeo Pinnam, vetus, & nobilis ciuitas à Plinio Pinna in veſtinis, & ſecundùm Ratianum denominari debet ciuitas Pinnæ & non Pennæ, annexus eſt cū epiſcopatu Adriatico.

Eps ciuitatis Adriæ: Adria Romanorū colonia: Liuius in X I. Adria à Strabone & Pomponio Mela adiutorium Romanis pręſtitit contra Anibalem. Liuius in xxvII. Prodigium viſum Adriæ. Ara in cęlo viſa, à cuius lateribus viſę hominum effigies dealbatæ, ſecundùm Liuium in 25. Adriani Imperatoris patria ſecundùm Helium Spartianum, quam amauit ex corde, & ex ea nominari delectabatur, Adria etiā in agro piceno, titulus dignitatis Ducalis Illuſtriſſi. familiæ Aqueuiuæ.

Epiſcopus ciuitatis Sulmonis à Ptolomeo Sulmo in pelignis, Plinio, & Catone, Ouidij patria à Solemo Phrigio condita ſecundùm eūdem Ouidium in 4. faſtorum. Liuius in 27. Sulmonē adijſſe Anibalem, dum prope Romam veniret cum exercitu, & nihil agentem veniſſe in Marruchinos, in codice apoſtolico & per regionem dicitur Epiſcopus Valuenſis, deleta ſecundùm Blōdum ab annis 800. citra, Pelignorum nomine, quia in ea regione non niſi per anguſta loca ingredi poteſt. ideo valuę nomen inditum ſecundùm Ratianum. Titulo Principatus à Carolo domino noſtro delato Illuſtr. Don Carolo de la Noia Proregi digniſſi. Illuſtr. filius poſſidet.

Epiſcopus ciuitatis Fundanæ ſedis dignitate, & antiquitate fulget, exemptus eſt; Soteris & Gaij Romanorum Pontificum, ac martirum patria.

• Ariadenus Barbaroſſa Solimani Turcharum pręfectus Meſſanę fretum ingreſſus, Calabriæ, & Neapolitanam oram legens littoralia quędā oppida, ſcilicet Nucium Citrariam, Capream,

Proci-

Procitam, Sperlongam 1532. & Fundos vrbem popularur. Fundos celebrem titulo comitali per uetuſto Riccardo comite Fundam contra Gulielmum cognomento Malum partes tuente, cuius aduētu territus, Aprutium aufugit. Sycul. hiſtoricus.*

Epiſcopus ciuitatis Caietæ à Formiana vrbe deducitur cum corpore ſancti Eraſmi confeſſoris ſecundùm Blondum anno Domini 385. ea à ſaracenis deleta Papæ Gelaſij patria ſecundùm Platinam, à nutrice Æneę habet nomen, ante vrbem Romam condita eſt, in libello gentilium familiarum Caietæ extant complures: vrbem & arcem fortiſſimam. Dominus noſter Ceſar tenet ac ſuæ Maieſtatis fideliſſimam, viros genere & religione habet inſignes. Albertus Freccia epiſcopus 1242. vir religioſiſſ. ex ſpeculanto etiam. Curia Domini Regis habet ius præſentandi epiſcopum

Erat antiquitus ſub dominio Romanæ eccleſię. Athenulphus ſuſcepto Capuano Caſtaldatu continuo comitem ſe appellari iuſſit, Caietam abſtulit eccleſiæ, legatos Romā mittit Maionem venerabilem Abbatem & Dauferium diaconum. Caietam reddere promittit, atque ſubderetur Stephano Pio Papę, eſſetque illius famulus, adiuuaretque eum contra Saracenos Gareliano reſidentes pace compoſita, eorum quæ promiſerat nihil omnino adimpleuit, ex Erempertolib. 3.

Caietæ duces in ora maritima, qui etiam cū Neapolitanis, Amalphitanis, & Salernitanis Romam tentant inuadere Saracenorum auxilio, Ioannes Dux Caietæ anno domini 1130. in vrbe Panormi Idibus Maij cum alijs Neapolitanis proceribus, & præſulibus coronationi, & vnctioni Rogerij interfuit, indignatus Pontifex Calixtus, Honorius II. Inno. item ſecundus contra Rogerium bellum adoriuntur & eos tam prælatos quàm proceres, qui coronationi interfuerunt ex mod. ducto Caietæ Duces Neapoli Amalphiæ & Surrenti in ora maritima.*

Epiſcopus ciuitatis Soræ, Lucio poſthumo, & Tito Minutio conſulibus Romanorum colonia deducta ſecundùm Liuium in nono, & iterum ſub conſulatu L. Geminij & Ser. Cornelij capta a Samnitum quatuor milibus, & ab eis deducta eſt. Dnea Sylliu, Ptolomeus, Plinius, & alij. Federicus Secundus ſub Gregorio Nono combuſſit & depopulatus eſt ſecundùm Platinā in vita Gregorij. Nicolaus Ruffulus ex Illuſtr. Ranelli vrbe & gente Soræ Dux 1210.

Epiſcopus Ciuitatis Therami armatus celebrat in diuinis.

Archiepiſcopus Reginenſis vetuſto Archipreſulatus titulo fulget, in concilijs generalibus ſępe prę ſuit, à Strabone Rhegium Iulium, à Plinio Regium, à Calcidenſibus conditum, ſecundùm Solinum ſic dictum ex caſu, quòd à Sicilia terremotu diuiſa eſt, ſecundùm Arogum in 4. & ex verbo Græco deriuat, Virg. Strabo, & alij auctores ſcribunt. Potentiſſima olim ciuitas ſuos deducebat colonos, & ſuis magiſtratibus conſiſtebat, ſicut Romani, & à Samnitibus

Regia dicta eſt ciuitas; edita vt eſſet contra Siculos propugnaculum: à Dionſio Syracuſano tiranno dum nobilem ex eorum ciuibus peteret vxorem, delataque eſſet vilis, deleta eſt, Caius Iulius Cæſ. inſtaurauit eam, & ideo dicta eſt Regium Iulium: terremotu collapſa, ſępius à pyratis depopulatur 1543. Regio regia & ſinu præclara.

A curia Domini Regis præſentatur Archiepiſcopus domino Papæ.

Agatocles Syracuſarum Rex patre Carcino Figulo è Rhegini, de quo per Diodo. Sycul. libro 19. à Syculis antiquitus habitatum Stabo refert Calcidenſes adoriuntur, oppugnant, capiunt eiectiſque inde ciuibus incolunt, ſtatuuntque, vt Rheginorum deinde princeps è Meſſeniorū peloponeſſiacorum ſtirpe, vnde ipſi venerant eligerentur. Sycul lib. primo char. 45. ab Eolo conſenſu Herculis conditum: nomen hoc indi tum Græci, latinique auctores affirmant à rignene verbo Greco, quòd diſrumpere ſignificat, eo quòd ab his locis dirupta Sycilia quondam fuerit, quod latè diſcutit Sicul. lib. primo car. 16. Siciliam Italiæ coniūctam Strabo & Diodorus tradunt, dirutis maris fluctibus terra aquam perviam feciſſe, à qua terræ ſciſſura is locus Rhegius dictus eſt.

Suffraganei.

Epiſcopus Caſſanen.

Vetuſtiſſimo præſulget comitis titulo Redelchis Caſſani comes vir militari induſtria potēs interſecto ab eo Grimoaldo Beneuenti Principe Sicone ſuffecto pęnitentia ductus collo catenam imponit. Caſſius monacus aſperam pęnitētiam egit an. D. 820. Leo Hoſti. epi. & chronica monaſtica lib. 2. col. 272.

Epiſcopus Neocaſtren.

Epiſcopus Catacenſis, Cantanzaro diues ſerico artificio, & fęcunda, habitata ēt à viris nobilibus, & iuxta opinionem noui ſcriptoris Campanię lib. 2. car. 75. ciuitas Medamna potens in illius capite poſita comitali titulo vetuſto Inſignis.

Petrus Aragonaus Sycilię Rex anno ſalutis 1296. capto Squillario & Conrado Lancea ibi præfecto conſtituto contra Cathanzarium exercitum mouet: Petro Ruffo domino & comite tunc exiſtente 40. dierum inducijs elapſis cum cæteris oppidis comitatus regi deditionem facit car. 303. *

Epiſcopus Crotonenſis, ab antiquis Crotō, à Diodoro libro 13. Crotona, à Procopio lib. 3. Croto ab Achiuis condita Miſcello authore anno quarto Regni Numæ Pompili ſecūdùm Dionyſium Alicar. tertio hiſtoriarum, Græce croto ce Latinè ſaltario ſecundum Priſcianum: Ludi ibi erant, ſaltus aeris ſalubritate celeber, ſecundùm Strabonem, & ideo viri fortes corpore & animo peruigiles in Olympiacis ludis: Crotoniatę ſeptem Grecorum fortiſſimi ante Pyrrhi aduentum: ciuitas populoſiſſima 12. miliariorum ambitu à Dioniſio Syracuſano depopulata

populata Romanorum colonia deducta ſecundùm Liuium lib. 29. Ca. Octauio L. Æmilio Paulo, & L. Lectorio deputatis: Pytagoræ ſedes, & ſchola mille virorum ſenatus ſecundùm Valeriũ Maximum, Arcem habet fortiſſimam, loci fertilitate egregia & clara ciuitas.

Epiſcopus Tropienſis, vetuſta ciuitas: Herculis portus, nobilis, pulchra, & loci amęnitate inſignis.

Epiſcopus Oppidenſis

Epiſcopus Botenſis, Accola piſcatorum ſicut & olim Helea & Velia hodie caſtello à mare de la Bruca primaria, tunc regionis Zenonis ſtoici & Parmenidis patria & iuriſconſulti Trebatij Ciceronis amiciſsimi.

Epiſcopus Gratien. vetuſta ciuitas ab augurio falconis in loco volitantis ſecundùm Trog. in 27.

Epiſcopus Squillacenſis: Nouo ſedet loco ab antiqua vrbe quę à Strabone, Plinio, & Solino Stylletius, à Plinio Scyllatius, ab Atheniensibus condita, & Synus Scyllateus. Virg. in 3. & ibi Seruius.

* Petrus Aragonẽſis Syciliæ Rex creatur anno ſalutis 1295. ſub feſto Annũtiationis in eccleſia metropolitana Panormi coronatur, mox exercitum contra Carolum Neapolitanorum regẽ parat: Squillaceum dura obſedione cingit, plurimis cæſis alijs fugatis deditionem facit. Sycul. lib. 9. car. 503.

Robertus Normannus capta vrbe Rhegio Scyllaceum inuadit, fruſtra oppugnat: Caſtrum deinde pro mœnijs ad obſidionis commoditatem erigit, pulſis per Scyllacenſes duabus regiois vitis principibus libertate donati, Rogerium euocant, ſeſe vrbemque dedunt: Calabria tota in Normannorum poteſtatem redacta. Idem Robertus Scyllaceum & Melitum comitatum Rogerio fratri cõceſſit, idem car. 423.*

* Epiſcopus Nicoterenſis Nicodrus ab antiquis ſecundùm Antoninum in ſuo itinerario.

* Cum inter Boemundum & Rogerium Guiſcardi filios ob principatus ambitionem graue bellum eſſet exortum, Rogerius comes ad dirimendam nepotum diſcordiam Apuliam ſeceſſit, Cuſentiam Calabrię vrbem à Rogerio deficientem debellatis Cuſentinis ad deditionem coegit: interim Benanir ſaracenus ingenti claſſe Nicotrũ Calabrię oppidum ſtatim capit, ſpoliatumque funditus deiet. Sycul. libro 7. & iterũ Sarraceni è Tuneto magna claſſe inſtructa ſoluẽtes à littoralibus Syciliæ locis infeſtatis Calabriã inuaſere, vbi 28. die iunij Nicotrum vrbem ex improuiſo inuaſam capiunt, octingenti virorũ, mulierum & omnium rerum abducta præda incendunt, & Tunetum, vnde venerunt, redeunt, hęc ſub Roberto Guiſcardo. *

Archiepiſcopus Cuſentinus: Coſentia à Pomponio, Liuio, Plinio, & alijs, Brutorum metropolis antiquiſſima ciuitas, & hodie regionis antiſtes primatum tenet, regium auditorium villis & opidis pleniſſima, Liuius in 8. rediJt in Romanorum amicitiam à Sarracenis depopulata an. Domini 970. ſub Ioanne Pontifice decimoquarto combuſta, & ſecundùm Blondum lib. decimotertio.

Suffraganeus.

Epiſcopus Marturanen. Vetuſta eſt ciuitas, ſecundùm Albertum, antiquitus Mauortium, ſecundùm aliquos quaſi martis ara, eo quòd ibi primò ara Martis colebatur.

* Sub dñio olim dominorum proſapiæ generoſiſſimæ de ſancto Seuerino, quando Rogerius anno domini 1129. menſe Maij Panormi Rex creatur & vngitur, inter cęteros Neapolitanos proceres, & prælatos, qui interfuerunt Petrus de ſancto Seuerino Martorani dominus affuit, qui a Pontifice Maximo Caliſto, item & Honorio, & Innocẽtio Secundo perſequutionem patitur. Sycul. lib. 7.

Fuit in hac ciuitate Rogerius Martoranus magnę authoritatis in Calabria vir ſub Gulielmo 1. contra Regis proditores ſublimis miles, Sycul. Robertus oppidum ſancti Marci pręſidijs munit caſtrametatur ſecus fluuium Mocatum, Cuſentiam, Martoranum, ac alia quædam oppida ſibi ſubiecit. *

56 Archiepiſcopus Roſſanen. † non habet ſuffraganeos, ſecundùm Codicem Apoſtolicum, & ideo Archiepiſcopus differt à metropolitano: quia põt eſſe archiepiſcopus ſine Suffraganeis: maior eſt authoritas ſua, quàm epiſcopalis, & non celebrat concilium prouinciale, ſed inter ſuos facit ſynodum: Metropolitanus eſt, qui epiſcopis prouinciæ pręſidet: vt in capitu. cleros. in ver. ordo. 22. diſtin. in ciuitatibus, in quibus ante Chriſti aduentũ primi flaminum erant, Petr. Apoſtolorũ princeps Patriarchas inſtituit, in quibus archiflamines præfecit Archiepiſcopos: in alijs ciuitatibus epiſcopos ordinauit: vt in c. vrbes 80. diſtin. & in c. prouincia 96. diſtin. in Caſtellis autem & paruis ciuitatibus non epiſcopos, ſed presbiteros collocauit, vt cap. epiſcopi non in Caſtellis. 80. diſt. & in cap. illud. & in ſeq. c. erat etiam ordo & vſus corepiſcoporum qui minores epiſcopi minoris præerant locis, & ſolos minores ordines conferebant, vt in c. inter epiſcopos 68. diſtin. His receſſerunt ab aula vſurpantes officium epiſcoporum, & ne tertius ordo in eccleſia poneretur, vt in c. corepiſcopi. ea. diſtin. & in §. his verò.

57 † Ciuitas Roſſanen. hodie vnum habet ſuffraganeum epiſcopum cananeeſt de antiquioribus fortiſſima, nobiles habet Cæſari noſtro fidos, & ſedes ſua archiepiſcopalis moderno ſub dominio Sereniſsimæ Bonæ Sfortiæ de Aragonia Reginæ Poloniæ Roſſani Principis Reginę ſanctiſsimæ.

* Federicus Aragoneus ſecundus Syciliæ Rex anno ſaluoris 1297. Roſſanum adortus, oppidanos, qui aſperitate etiam ſitus confiſi, acerrimè ſeſe defendebant, populatis, incenſiſque eorum agris deditiores & ipſos in poteſtatem accepit. Sycul. lib. nono. car. 503. *

Epiſcopus Biſinianen exemptus eſt: ciuitas principatus Illuſtriſsimi Petriantonij Sanſeuerini.

* Ave-

A veteribus petuetuſto principatus titulo præfulſit: Robertus Guiſcardus in Calabria mouens exercitum oppidum ſancti Marci pręſidijs muniuit, & progreſſus caſtra ſecus fluuiũ Mocatum ad aquas calidas metatus eſt: Biſinianum oppidum, Petrumque Principem ibi magna pecuniæ ſumma mulctatum, atque aliã vicina oppida ſibi ſubegit, Syculus libro ſexto fol.423.

Archiepiſcopus ſanctæ Seuerinæ: noua ſedes & noua ciuitas fortiſſima loci natura & arce condita.

Metropolis in regione Calabriæ Saraceni tã in Garliano quàm in Agropoli reſidẽres in vnũ collecti Calabriam, qua reſidebat Cræcorum exercitus ſuper Saracenos in ſancta Seuerinę commorantes properarunt, vbi & omnes Græcorũ gladijs extincti ſunt, hinc Amantheum Caſtrũ captum eſt & dictę beatæ Seuerinę oppidum appręhenſum eſt: Erempertus lib.3. à ſancta Fœmina forte nomen trahit.

Federicus Secundus, quem Syculi tertium appelãt, Sicilię Rex creatur anno Domini 1296. ſe primo Calen. Aprilis: contra ſanctam Seuerinã Calabriæ vrbem bellum mouens Archiepiſcopum, qui naturali ſitu tuebatur vrbem, & valde habebat munitum, demum ad deditionem coegit.

Notandum eſt, quòd poteſt Rex tempore ſuſpicionis belli, & quanto fortius vbi bellum viget eccleſiæ campanile, vel ipſam eccleſiam incaſtellare, ſi ſuſpectũ eum habeat; vt not. Ange. in l. . . Alex & alij in c. primo. §. quid ergo, de inueſtitu. de re alie. fact. poteſt ſuam tueri proprietatem. l. ſi ita. §. dominus, de vſu & habi. hic Archiepiſcopus tenebat vrbem munitã & paratam ad bella.

Nicephorus Phocas genere nobilis & bello clarus in Baſileo Auguſto Calabriæ ſuffectus ſpecioſiſſima ſibi contra Saracenos victoriarũ monumenta titulos peperit: nam cum eos primò ſuperatos Italiam depuliſſet, ſanctam Seuerinã vrbem & plura oppida vi militari ab eis recepit, Syculus lib. 6. car. 412.

Suffraganei.

Epiſcopus Ebriacen. vel Vbratienſis.

Epiſcopus ſancti Leonis Gręcus ſancti Marci ciuitas.

Robertus Calabriam exercitum ducturus oppidum ſancti Marci pręſidijs munijt, & progreſſus ſecus fluuium Mocatum ad aquas calidas caſtrametatus eſt: Biſſinianum, & alia oppida capit.

Epiſcopus Genecaſtren. ſeu Belcaſtren. vbi tẽplum Caſtoris & Pollucis: & Comes Belcaſtri illuſtris familiæ Aquinatum, nunc Aragoneus don Petrus dominus & comes.

Epiſcopus Sitomenſis.

Epiſcopus Inſulenſis.

Epiſcopus Geruntinus.

Rogerius ſelectis militibus Geratium Roberti oppidum petit, obſidet, oppugnat, & paruo negotio in deditionem accipit. Robertus eo capto cum exercitu properat, & Ruſticum mentitus vrbem ingreditur: poſt vbi reſcitum fuit corpore præſudore madidum in ædicula Giracenſe inuentum capiunt: plebe in partes diuiſa præualuit ſententia, ne moriretur, ſed carceri traderetur: Rogerius per nũtios certioratus odio depoſito pietate motus celertimè Geratium aduenit, iram populi compeſcuit, & fratrem è vinculis exemit Rogerius tanto victus beneficio ęquam Calabriæ partem, vt conuenerat tradidit, ac diuiſum cum eo Calabriæ Imperium deinceps habuit, ex Sicul. lib. 7. car. 429.

Epiſcopus Strongolenſis: contendunt multi Petiliam fuiſſe, vbi nunc Strongolum eſt ciuitas alij negant.

Vna Aeoliarum inſula Petelia à multis olim Lucanię regionis oppidum à forma cubiculari nomen ſortita adhuc retinet, Strabo & Ptolomeus.

Epiſcodus Mileti ampliſſimę dioceſeos iuriſdictionem habet, noua ciuitas prope Locros, dicunt exemptum, ſed alij Reginenſi Archiepiſcopo affirmant ſubditum.

Rogerius captis quàm plurimis Siciliæ vrbibus ac Sarracenis nonnullis ſacris initiatis Melitum Calabriæ cum ſua familia incolendum ſe dedit, vbi vſque ad obitum probatę fidei ſemper vixit; epiſcoparibus, atque abbatijs Deo dicandis operam dedit, quem ob famam præclarè ab eo geſtorum Vrbanus huius nominis Secũdus anno ſalutis 1089. Sicilia trayecta Troyna ad eum videndum venit, Mileti Calabriæ obijt Anno domini 1101. menſe Iunij ætatis anno ſeptuageſimo ſebre correptus, ac in æde, quam ipſe fundauerat & amplè dotauerat, magna fide tumulatus eſt, quem omnes Normanni, Apuli, Calabri & Siculi non ſecus ac publicum parentem, nullo non genere honoris funeri eius adhibito luxere. Syculus ob Imperium iniquè diuiſum inter Rogerium & Robertum fratres bellum in Normannos ortũ fuit, eo q Rogerius iniquè partitus eſſet, Robertus primò contra Melitum, quo ſe Rogerius munierat, mouit, oppidum oppugnat & obſidet difficili obſidione duas arces contra Melitum erigit.

Epiſcopus Cariati, de qua Albertus fol. 186.

Vetuſto titulo comitatus inſigne Cariati comitiſſa in Calabria contra Regem Gulielmum Primum cognomento Melum Tabernam oppidum munitiſsimum commeatu & pręſidio munit Rex: contra Tabernam exercitum parat, diſſerri oppugnationem conſulitur: cum id oppidum & arduitate ſitus & militũ cœtu eſſet inacceſſum: iterum Rex inuadit & regredi niſi victo ſtatuit, obſtinata oppugnatione miſſis molaribus ac dolis oppugnantes plurimi cęſi ſunt: iterum & ſecundò Rex iubet tentari fortunam dato ſigno milites adorti tumulum quendam arduum ſed modica ſuperius diſtentum planitie vna ex latere muris oppidi contiguũ magno nixu occupant allatis ſcalis muros impetu maximo non abſque periculo tranſcendunt oppidum Tabernienſibus negligenter muros tuenti

bus

bus capiunt & euertunt capta Comitiſſa cum matre & alijs ea carceri tradita Panhormi ocu-lis effoſſis alijs atque furca ſuſpenſis manibus trucidatis. Sycul. lib. ſeptimo. *

Epiſcopus Liparenſis Inſulæ vnitus eſt cum Paten. & ſubſunt Archiepiſcopo Meſſanenſi à Lippardo Rege condita.

Inſula olim ignes euomebat, à Lipare Auſo-nis Italiæ regis filio condita à ſuo nomine nun cupauit, & primus coluit magna ſecum aduecta militum copia in Romanorum ſocietatem ad-ducta primo bello punico ad Pœnos deſciuit, quibus fractis redijt ad Romanos. Romani ma-gnum ex aluminis affuſione percipere [illegible]igal diuiſo orbis Imperio Conſtantipolita[illegible]ceſſit. Saraceni vnà cum Sicilia occupât, qu[illegible] à Nor mânis Roberto ac Rogerio ſupera[illegible]riſtianis reſtituitur, condito ibi templo [illegible]artholo-mei Apoſtoli, cuius corpus Beneuentum eſt tranſlatum.

Bonifacius Papa ad epiſcopatum erexit in Ca toli Franci ditionem venit, Gallis in Sicilia in-teremptis ad Aragonenſes cũ Sicilia venit, quo-rum Imperio hodie ſubeſt, noſtra tñ ætate anno Domini 1554. menſe Iulio ab Ariadeno Barba-roſſa Turchicę claſſis præfecto ferro & igne pror ſus abſumpta eſt, quam cõfeſtim Carolus Quin tus Ceſar dominus noſter Hiſpanorum miſſa co lonia priſtino cultui reſtituit, ac munitionem reddidit. Hęc ex modernioribus hiſtoricis. *

Hæ ſunt in Regno ciuitates ſecundùm vſum hodiernum à denominatione Epiſcoporum, ſunt etiam præclara alia oppida, quæ pontificiã dignitatem promerentur: vt in Lucania Eboliũ, & in Apulia Barolum, & alia.

Hæc ſufficiat dixiſſe & hiſ[illegible]rigiſſe de regionibus Regni, de Regibus, Principibus, Ducicibus, & Comi[illegible]Regni ciuitatibus, cum muneris non ſit mei, nec or-dinis: habet ſuo[illegible]duces & milites hęc paleſtra, quos reſpicit, ipſi viderint, excutiant, & corrigant. Amicorum cauſa impe-ritus ego ex antiquis libellis excepi & poſui

MARINVS FRECCIA.

DE AVTHORITATE ET POTESTATE BARONIS ERGA SVBFEVDATARIVM

Liber Secundus.

SVMMARIVM.

1 *Feudatarius in Regno is dicitur, qui in feudum annuum redditum 20. vnciarum poſſidet.*

2 *Feudum dicicitur, quod eſt vnciarum. 20. & de tali feudo vnciarũ. 20. non poſſunt plura feuda fieri.*

3 *Feudatarius propriè diei non poteſt, qui non poſſidet feudum annui redditus vnciarum 20. & ideo diſputatio loquens de feudatario non adaptatur in illo, qui partem dicti feudi poſſidet.*

4 *Feudatarius qui nõ poſſidet integrũ feudũ, ſ. valoris annui vnciarũ 20. nõ cadit in pęnã ſubmonitionis Regiæ factæ contra feudatarios pro Regio ſeruitio, ſi noluit ſeruire, nec tenẽtur cõparere in parlamẽto.*

5 *Perſonæ plures inhabiles vt ſinguli poſſunt conſtituere vnum habilem vt vniuerſi.*

6 *Feudatarius, pluribus nominibus nuncupatur: nam aliquando valuaſor: quandoq; clientulus, quando que miles: quandoque fidelis, aliquando appellatur vaſallus, aliquando Capitaneus.*

DIXIMVS De feudorum origine, de Baronis nomine, de Regibus Regni, de Ducibus, Principibus, & Comitibus Regni. Supereſt vt ad propoſita materiæ ſeriem deueniamus.

QVIS DICATVR FEVDATARIVS IN REGNO.

EST primò ſciendum,
1 † q in Regno feudum
conſiſtit in perceptione
vnciarũ viginti valoris
annui, quam qui
nomine feudi & in feudum
poſſidet, feudatarius
propriè appellať,
& dicetur feudum ĩtegrũ
poſſidere, And. in
c. j. §. ſimiliter 1. col. de Capitaneo, q cur. vẽd. ſic
.n. à principio cõſtitutũ eſt, ſecũdũ And. in cõſti.
Regni honorem, in 3. col. Iſta enim denominatio
a noſtra ſignificatione magis, quàm à natura
procedit: dicit tex. Pomponij in l. quod in rerũ
in §. ſiquis poſt, de lega. 1. & in l. ſiquis duas, §. ſi
quis partim, cõmunia prędio. & in l. cõi diui. §.
1. cõmuni diui. Liberum eſt vnicuiq; rei ſuæ legem
imponere, quam vult, & eam denominare
pro volũtatis libito, & de vno fundo, vel domo
duas facere, vt in l. planè, §. fi. la prima, de leg. 1.
& in l. locus, de verb. ſigni. & not. And. in c. 1. §.
hoc quoq;, de ſucceſ. feu. in 1 col: Poſtquam determinatum
eſt, & facta eſt denominatio à certa
ſumma, non poteſt vlterius ab homine mutari.
l. 4. de lega. 1. l. in omnibus, de actio. & obli. no.
2 glo. in c. quoniam nobis, de offi. deleg. Et † de
vncijs viginti, ex quibus in Regno feudum conſtituitur,
non poſſunt fieri duo feuda: quia non
de qualibet parte feudi poſſumus facere feudũ,
poſtquam à principio lex tradita eſt in conſtitutione
feudi, ſecundũ Andr. ſingulariter in d. conſtitutione,
honorem, Mod. Gal. in conſue. Pariſ.
in titul. 1. §. 34. col. 298. hoc procedit in Regno,
ſed de iure cõi eſſet ſecus per leges ſupra allegatas,
& no. Andr. in c. 1. §. ſed & res, 3. col. per
quos fiat inueſt. q quælibet pars feudi diuiſi dicetur
feudum, vt dixi in d. §. hoc quoq;, in 1. col.
& pars feudi eſt feudũ. vt in cõſt. ſi vaſallus, de
fideiuſſ. do. à vaſ. & ibi Andr. quod poſſet intelligi,
vbi metam excederet vnciarum viginti.

Pro hoc dicto nõ poteſt aſſignari recta ratio,
niſi q ſic placuit taxare reditum feudi, vt ſit integrũ
feudũ, pro quo feudatarius ſeruiat dño, vt
dicemus infra, & iſta volũtas forma eſt à qua nõ
licet recedere à ſubditis, ar. l. cũ hi. §. ſi pror. de trãſactio.
bo. eſt tex. in c. cui de nõ ſacerdo. m. de pręb.
in 6. vbi ſi mãdat Papa ꝓuideri de integra ꝑbenda,
nõ põt eidẽ dimidia cõferri, licet velit ille, in
cuius fauorẽ facta eſt promiſſio; quia ſic vna prębẽda
diuideretur in duas, quod nõ põt fieri cõtra
volũtatẽ ſuperioris. ideo dicimus in Regno
3 † feudatariũ præſtare Regi militare ſeruitium,
qñ feudũ cõſiſtit in vaſallis valoris vnciarũ 20.
vt ſit medietas & parũ plus, vt And. dicit in c.
Imperialẽ, in §. firmiter. ĩ 2. col. de proh. feu ali.
per Fed. & in c. 1. in fine quis dicatur Dux, & in
c. 1. §: ſimiliter in 6. col. de Capitaneo, qui cur.
ven. quia qñ habet in feudũ vncias 20. tũc eſt verè
& propriè feudatarius: ſed qñ nõ poſſideret
feudũ iſtius valoris: tunc non diceretur verè, &
ꝓpriè feudatarius: quia nõ tenet id per quod in
Regno feudũ eſt cõſtitutũ, ſed benè diceretur poſſidere
partẽ feudi. Ex quo infertur, q diſpoſitio
Regis de feudatario nõ haberet locũ in eo, quia
nõ poſſidet feudũ integrũ. q a nõ cõueniũt verba
Regis, iõ eius lex nõ adaptatur, vt in l. 4. §. toties
de dã. infecto. hoc dicit Andr. ſingulariter in d.
cõſt. honorẽ, q lex illa Federici ꝓhibẽs feudatariũ
nobilẽ cõtrahere nuptias ſine Regia licẽtia,
nõ habet locũ in eo, q poſſidet partẽ feudi: quia
lex loqť de eo, qui poſſidet integrũ feudũ qđ ex

ordinatione conſiſtit in valore vnciarum viginti, non de eo qui poſſidet partem, de eo non debet intelligi, allegat legem, cum minor. de verb. oblig hoc odioſum eſt, debet reſtringi, l. cum quidam, de liber. & poſth. ſicut ſi Rex concederet licentiam vaſallo alienandi feudum, non poterit vendere partem, licet in toto inſit pars: vt dicit idem Andr. in d. c. Imperialem, in 4. col. Curtius in tract. feud. in 4. parte, in 7. q. quia ex proprietate ſermonis aliud eſt feudum, & aliud eſt pars feudi: vnde lex ſeu prouiſio de vno non habet locum in alio, ſecundùm Gemi. in d. cap. cui non de ſacerdotali. & moder. in l. 1. §. ſi ſtipulanti, de verb. oblig.

4 Secundò infertur, quòd † ſi Rex ſubmonet feudatarios ad ſeruitium, quando eſt in Regno guerra non procurata, non momentanea, ſub pęna priuationis feudi, ille qui poſſidet partem feudi, non includeretur in edicto, & ſubmonitione Regis: quia edictum non loquitur de eo, qui poſſidet partem feudi, & ſeruitium, quod præſtatur Regi, non dicitur reſpicere rem feudi particularis, ſed vniuerſalitatem feudi, ſecundùm Luc. de Pen. in l. 1. C. de omni agro deſer. lib. 10. Et licet, qui non poſſident integrum feudum, non ſeruiant perſonaliter, ſed cõſtituãt militem pro rata cuiuſque poſſeſſoris, vel ratam ſoluant, ea qua eligitur miles ad ſeruiendum, & obid dicitur adohamentum pluriũ feudatariorũ coaceruatio & coadunatio ad integrum ſeruitium: vt dicit Andr. in cap. primo in fi. quis dicatur Dux, & in conſti. complurium: & in cap. 1. quę ſint Regalia, in ver. & plauſtrorum, propter hoc viderentur incidere in pœnam: quia poſſunt inter ſe conuenire, vt Regi ſeruiant, de hoc debet in ſpecie dici, vt ipſi teneantur. Dicat ergo Rex, ſi vult eos in pęnã incurrere, & cum caducitas pœna ſit, reſtringi debet in eo caſu quo loquitur, & non in eo quod non eſt expreſſum, omiſſum tunc remanebit ſub regula iuris cõmunis, vt in l. commodiſſimè de liber. & poſth.

Tertiò infertur, quòd ille, qui non poſſidet integrum feudum, non ibit in parlamentum cõſtitutum a Rege, quia non habet id, per quod dicitur feudatarius, licet poſſideat partem feudi, & Rex vocat ſuos feudatarios in palamentum, iſte non eſt huiuſmodi, ergo non aſſiſter in parlamento. vt contrariorum eadem ſit diſciplina & regula, quamuis argumentum non ſit ſemper verum: vt dicunt moderni in rubrica de acquiren. poſſeſſ. in eo quod poſſet eſſe ſibi honorificum, vel fauorabile aut vtile, ſecus ſi poſſet re-
5 portare damnum. Poſſent † tamen feudatarij in vnum conuenire, & ipſorum loco eligere vnum vel plures, qui accedant ad parlamentum, ex prędictis nor. per Andr. in c. 1. tertia col. de contro. feud. apud Pares ter. cum eundo ad parlamentum inſtitutum à Rege dicantur Regi ipſi inſeruire, vt diximus ſupra in quæſtione Principis, & ceſſat ratio, quare ipſi non poſſunt aſſiſtere, quia non habent integrum feudum, & non ſunt propriè & verè feudatarij in Regno, ſed ab eis electus & deputatus iam repreſentat perſonas habilium vniuerſaliter, & gregatim conſiderando ipſos & non ſingulariter: multa enim fieri poſſunt vniuerſaliter, quæ non ſingulariter vt in lege per fundum. de ſerui. ruſti. prædio. notant doctores in capitulo cum omnes, de conſtitutio. Andr. in prologo conſti. Regni. 7. col. Perſona habilis eſt illa, quæ aſſiſtit in parlamento, pro facientibus & conſtituentibus vnum feudũ integrum, ac etiam plura feuda: cauſa impediẽs ceſſat, ergo pro his omnibus poſſet aſſiſtere & compatere, & eſt ratio: quia non eſt aliquis defectus, vel impedimentum perſonę, ſed rei per
6 ſe ſingulariter conſideratæ. Hic † feudatarius pluribus nominibus denominari ſolet: quia quãdoque appellatur valuaſor, ex quo feudatarius ſolet aſſiſtere in valuis, vt in capitulo primo, de his qui feud. dar. poſſ. Aliquando vocatur clientulus: vt in c. 1. §. & ſi clientulus, de alien. feud. Differt tamen cliens à clientulo, neque de cliente habetur mẽtio in vſibus feudorum, ſed benè in pandectis, vt in l. 4. §. 1. & ſeq. de vſu & habita. & per. Mod. Gal. in prima char. conſue. paris. Aliquando appellatur miles, vt in capitulo primo, de capit. Corradi. licet aliud ſit miles, & aliud feudatarius, vt ea tex. Federici in conſt. poſt mortem, & in conſt. honorem. & in conſt. complurium, & conſt. comitibus, licet ibi videatur poſſe probari, feudatarium dici militẽ, quod procedit in Barone & Comite vt ſit miles ex verbis literæ dictorum textuum, & infra dicam. ad idem tex. in capitulo ſi quis miles. Imperator Lotharius: quia cum feudum detur, vt miles dominum defendat, ſolet elegi à domino idoneus ad ſeruiendum & defendendum dominũ, vt pro eo mala patiatur & dãna, vt dicit Andr. in rubrica feud. & in §. ſed nec eſt alia iuſtior, quę ſit prima cã ben. am. & in c. 1. de no. for. fi. Aliquãdo vocatur fidelis, vt in capitulo primo. §. item ſi fidelis. quibus modis feudum amit. Debet ipſe feudatarius domino ſuo eſſe fidelis, & pro hoc ſeruando præſtare iuramentum, vt in c. primo, qualiter vaſallus iurare debet domino fideli. Aliquando appellatur vaſallus, vt cap. primo. §. vaſallus, ſi de feud. fue. contro. Aliquãdo Capitaneus, vt in capitu. primo. quis dicatur Dux, & in capitulo 1. §. primo. de his qui feudũ dare poſſunt.

Iſthæc omnia ſunt ſinonyma, & in vnum reſonant, pro quorum declaratione remitto me ad ſummiſtas, & ad Doctores in pręludijs feudorum

QVIS DICATVR SVBFEVDAtarius

IN REGNO.

SVMMARIVM.

1 *Subfeudatarius eſt ille, qui à feudatario tenet & recognoſcit feudum in feudum.*

2 *Subfeudatarius non dicitur, qui agrum, vel villam, vel redditum non accepit in feudum, ſed dicitur emphyteuta, libellarius vel cenſuarius.*

3 *Feudum*

3 *Feudum non præſumitur, ſi non eſt datum in feudum, ſed alias contractus erit in allodium.*
4 *Feuda etiam in allodium concedi ſolent à Regibus.*
5 *Subfeudatarius alio nomine Valuaſor minor, vel minor vaſallus appellatur.*
6 *Subfeudatarius non continetur ſub appellatione feudatarij ſimpliciter.*
7 *Subfeudatarius latinè dicitur ſubbeneficiatus.*
8 *Feudum barbarè, latinè beneficium appellatur, & ſubfeudum ſubbeneficium.*
9 *Subfeudum in Gallia vocatur retrofeudum, & ſubfeudatarij retrofeudatarij.*
10 *Subfeudatarius regulariter ex poſſeſſione ſubfeudi non acquirit nobilitatem.*
11 *Subfeudum inducit mediocrem nobilitatem.*
12 *Nobilitatem non acquirit ruſticus, licet emat feudum nobile.*
13 *Nobilitas quando quæratur per ſubfeudatarium poſſidentem Caſtrum in feudum.*
14 *Subfeudatarius non habet in Regno iudicium Parium, niſi habeat Caſtrum.*

SVBFEVDATARIVS eſt il
1 le † qui à feudatario tenet & re
cognoſcit feudum in feudum,
& ipſum in dominum imme-
diatum veneratur & colit, vt
habetur in c. 1. §. rurſus: quib.
mod. feud. am. & in c. Imperialem. §. illud quoque, de proh. feud. alien. per Fede. & in ca. 1. §. præterea, de cap. Corradi. & Federicus in ſua conſti. poſt mortem. & de authoritate & poteſtate domini in ſuum ſubfeudatarium, ac de obſequijs & alijs, ad quæ ipſe ſuo domino tenetur, dicemus in præſenti libello.

In hoc ſubfeudatario non reperitur aliqua determinatio ſeu lex Regni, vt habeat ſubfeudũ certum redditum, ſicut habemus in feudatario, vt habeat annuum redditum vnciarum viginti, vt ſit feudatarius propriè. Sed ſubſeudatarius omnis ille appellabitur, qui à domino ſuo villam, agrum, fundum, vel annuum redditum in feudum tenet, & poſſidet, vt ſubfeudatarius co iuſque ſit redditus, dum tamen ſolo conſiſtat, aut cohæreat, vt in c. 1. §. 1. quid ſit inueſtitura.
2 Debet † hoc dici tempore dati feudi, vt teneat
in feudum ab eo, qui dedit, aliàs non erit ſub-
feudatarius, ſed forte emphyteuta, liuellarius,
vel cenſuarius, prout ex forma & verbis conceſ
ſionis colligi poterit, tex. dicit in c. 1. quis dica-
tur Dux, ibi, per feudum fuerit inueſti. & in ca.
1. de feudo Marchiæ, ibi, inueſtitus per benefi-
cium, & ideo ſæpe dicit Andr. quòd datio in
feudum facti eſt, in capitul. 1. §. huius autem ge
neris. in fin. colum. ex quib. cauſ. feud. am. Quia
3 † niſi probetur fuiſſe datum feudum, non præ-
ſumitur, ſed alius contractus erit, vel forte do-
natio: etſi fieret conceſſio feudi pro hæredibus
4 & ſucceſſoribus ex corpore. Quia † feuda e-
tiam ſolent à Regibus in allodium concedi hæ
redibus ex corpore, ac etiam fieri ſolent dona-
tiones pro talibus hæredibus, prout ſæpe legi-
5 mus in regiſtris Regum. Solet † ſubfeudatarius
appellari valuaſor minor, ex quo à maiore val-
uaſore recipit feudum: vt in cap. primo. §. 1.
de his qui feud dat. poſſ. & in c. 1. de feu. dat.
min. valuaſori. vt cum ille, qui dat, ſit maior,
neceſſe eſt, vt qui recipit, ſit minor: differentia
data inter dantem & recipientem, & cum dica-
tur minor valuaſor, vel minor feudatarius, aut
6 minor vaſallus. Appellatione † feudatariorũ
ſimpliciter non comprehenderetur ſubfeuda-
tarius, quia verba in dubio reſpiciunt priorem
feudatarium in ſui potiori ſignificatu, ar. l. 1. §.
1. ſi ager vectigalis vel emphy. peta. & intelligi-
tur ſermo prolatus, vt per prius, & non per po-
ſterius, niſi aliter ex verbis, & ex mente poſſit
percipi, ſecundùm ſubiectam materiam: vt in l.
ſi vno. ff. locati. Sicut appellatione domini non
continetur emphyteuta, vel vectigalis domi-
nus: vt in d. §. qui in perpetuum. Ita appellatio
ne feudatarij, non venit ſubfeudatarius, cum ip
ſe non ſit verè feudatarius, licet percipiat emo
lumenta feudi, & ſit loco vtilis domini, vel ha-
beat reliquias dominij, vel vſufructuario com-
paretur, aut dominium teneat ſubalternum ſecũ
dùm diſtinctiones aliquorũ, vt dicemus in hac
quęſti. quã infra proponemus, de hac quæſtio
ne vide per Mod. Paris. in conſ. Paris. in §. 1. in
ſexta charta, & dicunt ijdem Mod. in conſi. pa-
riſ. §. 26. in prima glo. fol. 304. quòd generalis
commiſſio quò ad feuda non vendicat ſibi locũ
quò ad ſubfeuda, neque etiam apprehenſio feu-
dorum operatur in ſubfeudis niſi apprehenda-
7 tur, licet ſint feudorum appenditia. Latinè † ſub
8 feudatarius dicitur ſubbeneficiatus, † & be-
neficium, & ſubbeneficium, quod barbarè feu
9 dum nuncupatur & ſubfeudum. In † Gallia, ſub
feudum vocant retrofeudũ, & ſubfeudatarios, re
trofeudatarios, vt dicit Taur. in ſua inueſt. feud.
in ver. dictiq; vaſallis & Caſſa. in conſue. Burg.
in rubrica de. feu. §. 5. fol. 114. num. 2.
10 Subſeudatarius † regulariter ex poſſeſ-
ſione ſubfeudi nõ cenſetur perſona nobilis, quia
ſubfeudum non trahit ſecum nobilitatem. ex
no. per Andr. in capitulo primo. §. huius au-
tem generis. in fine, ex quibus cauſis feud.
amit. & in cap. primo, in verſi. cæteri verò, quis
dicatur Dux: cum collatio feudi non fiat à Re-
ge. & ſecundùm Lombardos, Paradoxum
acquiritur ex infeudatione Regis, idem Andr.
in capit. primo, § ſimiliter. 6. colum. de capi-
taneo, qui cur. vend. & in capit. primo, de
contr511ouer. feud. apud Pares termi. Secus ſi fiat
à Capitaneis Regum, qui vulgò Barones di-
cuntur, penes quos non eſt authoritas, neque
facultas dandi nobilitatem, vt not. doctor. &
Cardi. Alexandri. in præludijs feudorum, &
quia liberum erat has infeudationes reuocare,
vt in cap. primo, de feud. dat. mino. valuaſo.
quod hodie non licet ſine cauſa & culpa con-
uicta, cum eodem iure regulentur, niſi in ex-
11 preſſis. Inſurgit † tamen ex dominio ſub-
feudi mediocris nobilitas, ſecundùm Andre.
in dicto verſic. cæteri verò, & in cap. filij nati,
ſi de feud. fuer. controuer. & in cap. 1. §. ſi ve-
rò contigerit, circa medium, de pac. iuramen.
fir. ſequitur Zaſius in tract. feud. 5. par. & Mod.

Pariſi. in conſil. Paris. §.12.fol.133. Ereatenus durat, quatenus ſubſeudum poſſidet, & illud alienante extinguitur, ex nota. per Andr. in c.1. in fine principij, de Capitaneo, qui cur. ven. & ſecundùm Luc de Pen. in l.cum neque, in fine.
12 C.de incolis lib.10. Si ruſticus † emit feudũ nobile, non erit nobilis, per tex. ibi in emente domum decurionis, & in l.2. C.de prædijs & a-
13 lijs rebus nauicula. Si † tamẽ ſubfeudatarius poſſideret in feudum Caſtrum, in quo ſit non modica habitatio vaſallorum, cenſeretur nobilis, etiam ꝙ à Barone recognoſcat feudum, quia in conceſſione feudi accedit confirmatio & aſſenſus domini Regis, vt videatur ab ipſo Rege obtineri, per l.lege obuenire.de verbo.ſignifi. à quo fluit nobilitas, & propter dignitatẽ, quam habet erga ſuos vaſallos, ſecundùm Andr. in d. c.1. in fi. ſequitur Luc. de Penn. in l. mulieres, 2. col. C.de dignita.lib.12. allegat tex. in §.volumus. in authentico, vt iudi. ſine quo. ſuffrag. præmium eſſe nobilitatis habere ſubditos, & in §.nos igitur, in authentico, de defenſo. ciuita. Idem voluit Bald. in conſil.129. factum proponitur, lib.2. Tauri. in ver. in feudo. 4.col. May. & alij in prælud. feudo. Guido Papę deciſ. Delfi. 415. iſtud prodeſt ſcire propter ſubreptiones, quæ obijciuntur ſæpe in legitimationibus, quæ fiunt per Comites Palatinos, dum filij nobilium excipiuntur, de quo per Moderniores in tractatibus nobilitatis.

14 Subfeudatarius † non habet in Regno iudicium Parium, niſi habeat Caſtrum, per l. Federici, vt vniuerſis, & ibi Andr.

QVIS DICATVR BARO IN REGNO.

SVMMARIVM.

1 *Baro in Regno ille dicitur, qui Caſtrum habet à Rege in titulum Baronia, vel qui habet ſub ſe ſubfeudatarios feuda quaternata tenentes, & nu.5.*
2 *Baro apud Germanos & Gallos quis dicatur.*
3 *Baro gracè, homo fortis, ac potens interpretatur: & in aliqua notabili praeminentia, potentia, vel excellentia conſtitutus. & nu.7.*
4 *Feudum quaternatum poteſt eſſe, etiam ꝙ nõ ſit nobile.*
5 *Baronia titulus noua dignitatis inſtitutio in Regno ex conſuetudine introducta, & apud Longobardos incognita, & ideo non poſita in titulo, quis dicatur Dux.*
6 *Barones, qui feudum non habent in titulum Baronia nec ſub ſe ſubfeudatarios habent cum feudis quaternatis, non dicuntur verè Barones, & ideò non comprehenduntur in edictis, vel conſtitutionibus Baronum, tam pœnalibus, quàm fauorabilibus.*
9 *Baronum vſus in Regno veterrimus, ac frequens fuit in diuerſis Regionibus & Ciuitatibus Regni.*

1 BARO in Regno dicitur, † qui Caſtrũ habuit à Rege in titulũ Baronię, vt dicit And. in c.1.§.ſimiliter. de capita. qui cur. vẽd. in 6.col. vel habeat ſubfeudatarios qui ab eo, & ſub eo teneãt feuda quaternata, vt ſupra diximus de origine Baronum: & ſi haberet plura Caſtra, vel plures ſubfeudatarios, qui feuda ſub eo non quaternata tenerent, non diceretur Baro quò ad hoc, vt gaudeat priuilegijs Baronib. cõceſſis, vt ſupra dixi.
* 2 Apud Germanos † & Gallos Baro is dicitur cui ſup oppidorũ iuriſdõe hæc dignitas ſpecialiter cõceſſa eſt, ſecũdũ Ale. li. de ſing. certa. c.32.*

Iſta regula non poteſt alia ratione fundari, niſi quia ſic mos in Regno inoleuit, ex quo talis dignitas exordium ſumpſit ex verbis Andr. in c.1. 3.col. de controuerſ. feud. apud Pares ter. nam ſi aliquis eſt perſona potens, & habeat plura Caſtra & ſeuda, quare non deberet denomi-
3 nari Baro, rationem non video: cum † Baro, ex hebreo, vel græco ſermone, homo ſit fortis, ac potens, ſi ipſe habet ſubditos & vaſallos in grandi numero, quibus ſit authoritas dominandi & imperandi, vt in c.de his, verſic. Item Dauid. 1.q.4. & (vt ſcribit Saluſtius in proœ. Catilinarij) maximam gloriam in maximo Imperio eſſe. quid refert habere ſubfeudatarios, ſi ipſe alio modo habeat plures ſubditos & vaſallos, contra quos exercet merum & mixtum Imperium, arg. l. iuſtiſſimè, in princ. de ædil. edicto. Conditio, honor, ac authoritas ſumitur à perſona, & non à re. l.1.C. de impo lucra. deſcriptio. & per And. in c.1. qualiter vaſal. iur. debet dom. fidelit. & res ipſæ hominum cauſa creatæ ſunt. l. in pecudũ, de vſuris, quam ad nobilitatem hominis allegat Zaſius in tract. feud. in 5. parte, in 2.cap. & ſecundùm Bal. in c.1. in §. cęteri, in fi. quis dicatur Dux. omnis ille, qui pręeſt cognitioni Villæ & Caſtri, dicitur habere dignitatem ex qua inſurgit nobilitas, ſecundùm Bar. in l.1. in 2. & 3.q. C.de dignita. lib.12. quem ſequitur Caſſa. in cõſuetu. Burg. in §.7.col.3. in titulo nobili. Et ſi hoc nomen Baronis prouenit à potentia & authoritate, quare debet dici Baro vnus qui habet ſubfeudatarium tenentem ſub eo feudum quaternatum: quod ſolet cõſiſtere in redditu, aut poſſeſſione aliqua, aut territorio, in quo non habitant homines, ex eo ſolo, ꝙ feudũ ſit deſcriptum & notatum de per ſe in quaternionibus, iſta ſcriptura ſit ſufficiens ad denominandum Baronem, ſub dignitate, honore, & priuilegijs: non videtur mihi ratio concludens, neque honeſtati proxima: cum Baro ſit homo conſtitutus in aliqua notabili pręeminentia, potentia, poteſtate, vel excellentia, dicit tex. in c. fi. §. proinde de elect. in 6. Hoc feudum non meruit quaternari, ſecũdum Luc. de Pen. in l.1. 10.col. C.de impo. lucra. deſcrip. quia modicum, arg. l. ſi rem aliquam, de acqu. poſſeſ. ibi, neglecta, atq; omiſſa, & in l.lex quę tutores. de admi. tuto. Hęc ſcriptura quaternionum non fuit inducta principaliter pro inducenda dignitate Baronis, ſed propter intereſſe Regis, vt ſciat, qui ſint eius vaſalli

vaſſalli,& tenent eius feuda, & qui teneant ab ip
ſis, ſecundùm Andr. in d. c. 1. & habeat manus
inſpectionem, ſecundùm occurrentiaio caſuum.
4 Imò † poteſt eſſe feudum quaternatum & noo
nobile,vt probat tex. iunct.rubr.in conſtit.Co-
mite, & iu conſti. vt de ſucceſſio. de quo dicto
alibi dicam,qua ratione Rex aoteponit illum in
dignitate, ex quo habet vuum vel duos ſubfeu-
datarios, ſi alius tenet ab eo plura Caſtra cum
ingenti numero vaſallorum,& eſt ei habilior ad
ſeruiendum cum maiori numero equitum, &
armorum,vt dicit Aodr. io §.firmiter, in 2. col.
dignitatis ioſtitutio nno ſolet fieri ſine cauſa,&
ratione, ſecundùm Bart.in d.l.1. C.de digoita.
& fit alteri iniuria, cum minor maiori præfera-
tur; cnm minor maiorem debeat ſequi,nno præ
cedere, vt ſupra diximus: à Dnctoribus Regni
nulla ratio fertur in eorum ſcriptis, & quidam
imperiti feudorùm ſola authoritate gloriaotor
Andreæ. Ratio igitur fuit, mos & conſuetudo
io Regno ſic feuda inducendi, ac conſtituendi
dignitatem Baronalem, & eo tempore nno ſo-
lebant Caſtra & homines io feudum cum omni-
moda iuriſdictione coocedi, & magna tunc vi-
debatur dignitas & authoritas tenentis talia ſeu
da, licet hodie rerum libidine, ac hominum in-
ſequente fortuna, omnium fit mutata cooditio.
5 Eſt † igitur nouæ dignitatis iu Regno ioſtitu-
tio ex conſuetudioe iotroductæ, in his habeoti-
bus tales ſubfeudatarios, & vt dicit Bald.in c.1.
de his qui feud. dar. poſſ. Io dignitatibus ſpe-
ctanda eſt conſuetudo, & Longobardi non no-
neruot dignitatem Barooalem,& ideo nnn po-
ſuerunt eam in c. 1. de feudo Marchiæ, & io c.
1. quis dicatur Dux. ab ipſis enim dignitates
Regales ibidem deſcriptæ adinuentæ ſunt, ſecuo
dùm Andr. ibidem in prioc. Et ideo in Baroola
nno habet locum tex. in c. 1. §. præterea, de pro
hibi.feud. alie. per Federi. quia tex. de Baronia
nnn facit mentiooem, & eſt alia ſpecies dignita
tis ioferior Comitatu, ſecuudum conſuetudi-
nem generalem Italiæ, quæ nno fuit cognita eo
tempore, & diximus ſupra in titulo de origine
Baronum.

Ex ſupra deductis colligitur concluſio, quòd
6 † ſi Rex facit mentionem de Baronibus in ſuo
edicto, vel reſcripto, aut noua cooſtitutiooe,
quam ederet, noo intelligerentur hi eſſe Baro-
nes ex communi vſu loquendi,qui habeot Caſtel
la, Villas,& Oppida cum iuriſdictinne ciuili, &
criminali, ac mero & mixto imperio erga ſuos
vaſallos, ſed tantùm illi, qui teoent Caſtrum in
titulum Baronis, vel haberent feudatarios ab
eo, & ſub eo tenentes feuda quateroata, ſecun-
dùm legem & cooſuetudinem Regni, vt dicit
Bart. io l. hæredes mei, §. cum ita,ad Trebellia,
& nnn vt vulgò opinantur homines, argumen.
tex.in l.ſi dictum,de euictio. ibi, nnn ita vt vul-
gus opinatur,& verba Regis debent intelligi ſe-
cuodùm ioterpretationem prudentum: vt in l.
qꝫ ſi nepotes,& ibi gloſ.de teſta. tutela. & in l. 1.
C.de vſuris, quam dixit ſingularem Barba. in
conſil.43.col.3.in 4.volu. Corſetus in rep.cap.
grandi, de ſupl. negli. prælato. col. 24. & iuxta
conſuetudinem oppidi, de quo per Pau.de Caſt.
& ibi plura May. in l. præſcriptione, in 3. col. C.
7 ſi contra ius, vel vtilita. publi. Vnde † ſicut hi-
habentes talia Caſtra nnn gauderent beneficio
conſtitutionis, proſequentes: quia ex more &
vſu Regni non ſunt Barones, neque etiam iu re-
ſcriptis & conſtitutionibus pœnalibus compre-
henderentur, nec etiam in fauorabilibus, ſi for
tè Rex daret nouum adiutorium Baronibus Re
gni,ipſi non venirent ad petendum adiutorium
vel ſubuentionem de nouo à Rege conceſſam,
attento vſu Regni declarante Baronem eum eſ-
ſe,qui habet vaſallos tenentes ſub eo quaternata
feuda in ſua ſtricta ſignificatione, ſecūdùm Cor-
ſet. in d. c. grandi, in 1. col. Iſta omnia ſunt ex
conſuetudine Regionum, ſicut & pleraque alia,
ſecuodùm quam alius eſt minor, & alius maior,
vt diſcutit plenè Sebaſt. Munſt. io deſcriptione
Germaoiæ, in quarto libro. Verba tamen ſunt
attendenda,cauſa, & mens, ex quibus animi mo
tum ſui eruditus iudex accommodet. Baro dici
8 tur perſona † nobilis propter præeminentiam
quam habet in ſuos ſubfeudatarios, & quia ma-
ius eſt nobile, ſecundum Ioan. Fabr. in prooem.
ioſtit. in ver. maieſtatem, & quia ſedet iu cœtu
virorum Illuſtrium, vt in c. fundamenta, de ele-
ctio.in 6. Caſſaneus in catalogo, parte 5. conſi-
deratione vltima. probatur in rubrica conſtitu.
Regoi, de ſucceſſio. nobilium iu feud. & in tex.
conſtitu. ponitur Comitis, & Baronis ſucceſſio.
9 Baronum iu Regno † vetertimus vſus, ac
frequens,& in Regione Hydruntina, de qua An
dreas meminit in c. 1. de controuer. feud. apud
pares termi. & iu Aprutio, vt ſæpe dicit Luc. de
Penn. in Campania etiam antiquis temporibus
Baronum copia, & io ciuitate Auerſæ, ante an-
num Domioi milleſimum, vt legi in priuilegijs
multis.

QVIS DICATVR COMES.

SVMMARIVM.

1 *Comes quis dicatur, vnde ſumpſit originem hac dignitas, à quibus introducta, & qualiter ex conſuetudine hæredes cœperunt ſuccedere in Comitatu, qui antea non ſuccedebant.*
2 *Pater ſubſtituit filium ſuum etiam in his, in quibus exigitur induſtria perſonæ, poſtquam filius præſumitur eiuſdem fidei & ingenij.*
3 *Comitis titulus quis propriè dicitur.*
4 *Comites Palatini qui dicantur.*
5 *Comites Rei militaris qui dicantur.*
6 *Comes Sacrarum largitionum quis dicatur.*
7 *Comes Rerum priuatarum quis dicatur.*
8 *Comes Domorum quis dicatur.*
9 *Comes Solenniorum, comes ludorum, comes architectura & comes formarum qui dicantur.*
10 *Comites Limitanei qui dicantur.*
11 *Comites Matrimoniorum qui dicantur.*
12 *Comes Sepulchrorum quis dicatur.*
13 *Comes Sacri palatij quis dicatur.*
14 *Comes Horreorum quis dicatur.*

15 *Comes ſacri ſtabuli quis dicatur.*
16 *Comes ſtabilis quis dicatur.*
17 *Comites prouinciarum, qui dicantur.*
18 *Comites appellatione nobilium continentur.*
19 *Comes dicitur ſpectabilis, & quãdoq; Illuſtris quãdo eſſet inueſtitus de ciuitate Metropoli, vt eſt Comes Contiæ in Regno, qui habet Metropolim Ciuitatem in tita. Comitatus à Carolo Tertio.*
20. *Comitis filius dicitur Comes etiam patre viuente, ſecus in filio Baronis.*
21. *Filius Baronis non dicitur Baro viuente patre, ſed ſecus eſt in filio Comitis.*
22 *Filius cenſetur feudum poſſidere etiam viuo patre: quia poſſeſſio feudi continuatur in filium ſine noua inueſtitura.*
23. *Filius poteſt dici feudatarius etiam viuente patre, quia eadem perſona cenſetur.*
24 *Filius Comitis uel Ducis primogenitus debet quoq; citari pro ſuo intereſſe, quando pater citatur pro cauſa capitali, pro qua eſſet priuandus Ducatu, vel Comitatu.*
25 *Comes qui propriè dicatur, & in quibus conſiſtat Comitalis dignitas, & nu. 29.*
26. *Comes expulſus à Comitatu adhuc dicitur Comes, licet Comitatum non poſſideat, & eius expulſor licet poſſideat, nõ dicitur Comes: quia iuris diſpoſitio non concurrit.*
27 *Afflicti ſententia in cap. 1. de Capitaneo, qui cur. uend. reprobata.*
28 *Inuaſor & occupator feudi non aſſumit nomen tituli & dignitatis feudi, niſi toleretur à Rege, uel eſſet antiqua poſſeſſio.*
30. *Comitatus dicitur territorium plurium villarum uel caſtrorum & vnde dicatur, & in quo loco debeat conſtitui comitalis titulus.*
31 *Baronia nomẽ eſt vniuerſitatis continens ſub ſe multa feuda, & dicitur quaſi quadam prouincia.*
32 *Comes in Francia non dicitur, qui non habet ſub ſe decem Barones.*
33 *Baro in Regno Franciæ non dicitur, qui non habet ſub ſe decem feudatarios.*
34 *Rex in Regno ſuo prouincias diuidit & conſtituit ad beneplacitum ipſius, ſicut Papa epiſcopatus &c.*
35 *Comes de iure feudorum, ac etiam Regni non eſt miles.*
36 *Miles qualiter creetur, & cum quibus ſolemnitatibus, & à quibus creari poſſit, & num. 38.*
37 *Doctor qui non eſt, doctorem creare non poteſt.*
39. *Comes dicitur præſes ſuæ prouinciæ, & in Regno poteſt appellari iuſtitiarius, cuius edicta dicuntur prętoria, non ciuilia.*
40 *Comes, qui non poſſidet Comitatum, non dicitur verè Comes ſed abuſiuè, vt Abbas titularis, Epiſcopus nullatanenſis; Canonicus iuberba. Rex Seaccorum, Imperator Gręcorum, Cardinales Rauenenſes Doctores ignorantes, & Comites Lombardiæ.*
41. *Comes, qui prior eſt in dignitate & poſſeſſione Comitatus, præcedit alium Comitem poſteriorem.*
42 *Comes in ſedendo apud Regem vel in parlamento pręcedit nobiles, milites, & Barones. & in Francia, & Alemania præcedit Marchionem.*
43 *Comes de nouo creatus an præcedat filium Comitis, qui poſtea in Comitatu ſucceſſit, reprobata opinione Afflicti.*
44 *Pater & filius vna, eadẽque perſona cenſetur.*
45 *Subrogatus vtitur priuilegijs illius, in cuius locum ſubrogatur.*
46 *Comes an cõprehendatur ſub appellatione Baronis*
47 *Comitum appellatione an veniant Barones.*
48 *Comitum appellatione in Regno an veniant Duces, Marchiones, & Principes.*
49 *Baronum appellatione an veniant Duces, Marciones & Principes.*
50 *Comites, Duces, & Principes in regno appellantur Conſiliarij Regis.*
51 *Baro ſi habet plures titulos dignitatis, & edictum loquatur diuerſum in Barone, & diuerſum à Comite, vel Duce, qualiter iudicetur.*
52 *Dignitas prior adhuc retinetur per aſſumptionem maioris dignitatis, & propterea gaudere debet duppli catis gagijs & emolumentis.*
53 *Comes quibus modis creetur à Rege.*
54 *Comitis inſignia quæ ſint.*
55 *Inſignia varia & diuerſa pro varijs & diuerſis dignitatibus.*
56 *Comitis dignitas in Regno frequens fuit, & vetuſtiſſima, priusquàm Duces eſſent, & Principes.*
57 *Comes de Comitatu inueſtitur per vexillum.*
58 *Protocomes Gręca eſt dignitas maior comite.*

DOCTORES Scribunt in capitulo primo, quis dicatur Dux, quòd
1 † ille dicitur Comes, qui de Comitatu eſt inueſtitus à Rege, vel ab eo qui habet in ſuo territorio authoritatem Regiam, vel Imperialem, vt eſt in Duce Mediolanenſi, Ferrariæ, & aliorum, ſequitur Paris in tractatu de re integra. fendo. in principio ſui operis, & alij omnes in dicto capitulo primo, & in c. primo, de feud. mar. & in pręlu. feud. ſed quomodo ſit intelligendus Comitatus, & originem ſumat, non aperiunt.

Graphus Comes eſt priſca ętas pręfectum nominauit ſecundùm Ioannem Auentinum annali Boyorum lib. primo.

Scribit Cor. Tacitus in libello de Germania, apud Priſcos vſu fuiſſe receptum, vt cuilibet Duci vel exercitus Principi, duodecim Comites aſſignarentur, ideo dictos, quia comitarentur eos, & ab ipſorum latere non diſcederent. Hæc vox, Comes noua eſt à veteribus dignitatibus, vt Alciatus ſcribit Franciſco Illuſtriſſi. Regi Francorum, & hoc modo venit in lucem. Longobardi, à quibus hæ nouæ dignitates obuenerunt, ſecundùm Andr. & ſcriptores, in aliquibus Regionibus, quę eorum ditioni ſubditę erant, à principio conſtituerunt officiales, qui in terris & Regionibus ſibi decretis ius dicerent, & iuſtitiam adminiſtrarent, hi erant lingua Germanica iudices. vt in l. 3. C. de aſſeſſoribus, & lingua Longobarda dicebantur Comites. ipſorũ aliqui Regionem ad tempus obtinebant in officium. Aliquando etiam ad eorum vitę decurſum, & ſingulis annis à Longobardorum Rege confirmabantur, quamuis ad tempus vel ad vitam electi eſſent

eſſent ue tempore intercedente, ac tacito tempo ſis ſilentio, ipſi iodices quicquam in perniciem machinari potuiſſeut: Poſtquàm autem benemeriti erant apud Regem, & Prouinciam decretam rectè adminiſtrabant, cæpe uot obtioere in feudum, & iu dominium, quod in officium exercuerunt, ita tamen quòd nõ tranſiret ad hæredes, aperit tex. & Andr. in d. c. t. Ratio quare nõ ſuccederet hæres eſt, oon tãtùm quia dignitas videbatur Regalis, & redire debet ad Regem magis quàm alia feuda propter eximiam dignitatẽ, cum videatur diuinare & noodeterminare plus in hac feudali cõceſſione, nam idem erat in primæua ipſorum natura. Sed quia iſta cõceſſio Comitatus cohęrebat officio magis, quàm dignitati, licet eſſet reducta in feudom, & mutaſſet ſuã naturam, & exercitium officij cohærebat perſonę, vt in l. cõſilio, de curato. furio. & requirit animi conſilium, & induſtriam, quę non traoſeunt in hęredes, vt dicit glo. ſing. io l. Pomponius ſcribit, ſi frumentum, de rei vendi. Hoc habemus ab hiſtoricis: & ideo Andr. ibi de officio arguit ad feudum, quia iſta feuda comitatus à principio dabantur iu officium, & non erat co nueniens, quòd moriente Comite, infans hęres regeret Comitatũ, vel qoòd deputaretur habilis maior ad regendum pro vtilitate populorum, de quo nõ videretur ſic coofidendum, licet idoneus eligi potuiſſet, & quamuis ex regula, hi deberent in feudo Comitatus ſuccedere: qoia de Comitatu per beneficium eraot iouestiti, tamen ex ratione li vſu fuit iutroductum, oe ſuccederent, quod & poſteriore contrario, vſu fuit vſurpatum, vt ſuccederent, tex. dicit in c. t. in §. fi. de alien. feud. Alcia. lib. de ſingul. certa. c. 32. Iſta vſurpatio 3 fuit meritum Comitũ inueſtitorum, per quod hæres filius admittebatur ad ſucceſſionem ſine noua iouestitura, & ex vſu ſic iolerato fuit in ducta coosuetudo ſuccedendi, viſum fuit rationabile, filium admittere ad Comitatum patre mortuo, com ex paterna iouestitura ipſe videretur iouestitus, tex. ſingularis in capitulo primo, de feudo Marchiæ, ibi, per inueſtituram patris, & viuente patre iam erat Comes ſpe & opinione, poſt patris mortem ipſum excludere, videbatur filius iniuria affici, cum reputabatur indignus, & ad paupertatem deuenire, de ſumma opulentia, quę erat in comitatu ſine ſui culpa: fuit hæc vſurpatio rationa is pro merito inueſtiti, & pro alliciendis militibus ad ſeruiendum, vt eorũ filij in hoc comitatu ſuccedant in quibus pręſumitur eadem fides & induſtria, quę erat in patre, 4

2 tex. ſing. in l. ſciendum. §. legari. de legatio. vbi † io his, io quibus exigitur induſtria perſonæ, pater ſubſtitui filium: quia illius præſumitur fidei & ingenij. & ad hoc reputat ſingularem Barba. conſ. 48. io 4. vol. Dictus eſt aũt Comes in ſui origine ille, qui cum Duce mittebatur ad bella ſecũdùm Oldendorp. Zaſium, Budæum, & doctores vt ab eius latere non diſcederet, deinde vt eum & Priocipem ipſum comitaretur. Producta eſt (vt ſupra dixi) eius ſignificatio, vt eſſet officij adminiſtratio, & iuriſdicendi Maieſtas. Vltimò vt eſſet feudi conceſſio, & beneficij acquiſitio, etiam vt filij in eo per inueſtituram ſuccederent, quod poſtremò prolatum eſt ad diuerſas ſpecies, de quibus in titulis. C. de offi. prefe. orie. & de offi. com. rer. priua. & in l. 1. C. du aduoca. diuerſo. iudicum.

Comitis oomen oeque recẽs eſt, neque nouus eſt honor, apud Romanos etiam & Gallos vſurtum, de quo Spartiaous in Adriano, cum iudicaret (inquit) io cooſilio habuit non amicos ſuos, aut comites ſolum, ſed Iuriſconſultos & præcipuè Iulium Celſum, Saluiom Iulianum, Neratium priſcum &c. idem Ammianus lib. 27. dictus Comes à comitando, velut comitatus etiam appellatus erat comitatus Romanis, non quæ hodie Comin s eſt ditio & terræ portio talis ordiois homini ſubiecta, quæ apud Francos quoodam centum pagis conſtabat, verum Priocipis ſequela & comitiua hæc noo nuncupabatur, quæ modò aula vel curia dicitur: quicunque enim primi ordiois viri Auguſtum proficiſcẽtem in prouiocias comitabaotur Comites vocabaotur, quales hodie ferè ſunt cooſiliarij & mioiſtratores ad menſam. Et Labeo apud iureconſultos diffinit comitem, qui frequentandi cuiuſque cauſa, vt ſequeretur, deſtioatus fuit. Comitatus etiam & Comites iu hac ſignificatione Titus Liuius meminit lib. 7. deca. 4. & libro 2. 5. deca. & Lampridius in Alexandro & alibi ſpecies (inquit) Imperatorias ſuperfluas & prędia vendidit & in ſuis proprijs fuodis viait variè ac pro temporibus, nec vllas expeditiones obijt, niſi quòd ad agros ſuos profectus eſt in Campaniam, dicens grauẽ eſſe prouiocialibus comitatum Principis etiam nimis parcum, de quo per Marcellinũ lib. 17. & lib. 28. Comitis † titulus olim ſpectabilis ſecundùm Caſſiodorum lib. 2. epiſtolarum variarum ad Stephaoum. Et Theodoricus ad Comites ſcribens has litteras addidit V.S. & ex Comitũ ordine etiam Illuſtris, q maiorẽ vſurpabat titulũ, videlicet, largitionũ ſacri patrimonij, & rei priuatæ, ſecũdum eundẽ libro primo Iulianum Comitem patrimonij virum illuſtrem ootat, & lib. 4. comitem priuatarum virum Illuſtrem appellat. Et Comites fuiſſe, qui in comitatu Auguſtorum, hoc eſt aula fuerũt primi ordiois viri, videlicet Comitẽ largitionũ ſacrarum, Comitem rei priuatæ: Comitẽ domeſticorum, Comitem protectorum: Comitem ſacri patrimonij, Comitem ſolenniorum, & Comites coociſtorianos, & per euodem io epiſtola ad Venantiom & alia ad Senatum vrbis.

4 Hioc † . Comites Palatini, quia de ſacro Palatio cõſtituti, vel io eo militãtes, vt C. de priuilegijs eorum, qui in ſacro pal. militaot, lib. 11. & ſecundùm Luc. de Pen. iu rubrica. C. de Comitibus conſiſtoria. lib. 12. horum officium eſt couuocare ad præceptum Principis vel qoęſtoris Iuriſperitos vel alios, illoſque cum oeceſſe fuerit iotroducere io conciſtorium Principis, vt ſoot in Regno magiſtri hoſtiarij in curia Regis; ſequitur Caſſa. in catalog. parte: 6. conſidera. 13.

5 Comites † rei militaris, qui Imperialem in aliqua Prouincia exercitium ducunt, vt io l. 1. C. de comitibus rei militaris, & ſecũdùm Luc. ibi.

&

& Iacobum Rebuſſum, tales Comites hodie vocantur Capitanei exercitus, vel ad guertam, idẽ Pyrrus de magiſtratibus Romanorum, & Luc. in l.fi.C.de re militari.

6 Comes † ſacrarum largitionum, de quo in l.ſiue ex prætoriano. C. de executo. & exacto. li.12.& in l.viros deuotos.C.de Palatinis ſacra. larg. & ille dicitur, qui eſt ſecretus Principis Theſaurarius,& ſuo nomine eleemoſinas faciebat in comitatu, ſecundùm Pyrrum in titulo de togatis, ſeu palatinis,& ſecũdùm Iacob.Rebuff. in l.præcipit,& in l.1.C. de canon. largitionaliũ titulorum lib.10.qui tributum exigebat, ex quo ſtipẽdiũ ſoluebat militibus, Comes dicebatur ſacrarũ largitionum, de quo per Purpuratum in l. 1. ff. de officio eius cui mand.eſt iuriſdictio.& per Caſſaneum in catalogo gloriæ mundi, in 6. parte, conſideratione 14.& conſideratione.17.

* Hic indulgentias dabat & donatiua militibus per omnes dioceſes poteſtatem habebat, & habebat ſub ſe veluti auguſtales cæterarum prouinciarum comites largitionum, ſcilicet per illiricũ Orientem, Africam, & per Italiam,& alij eius dicto audiebant, vt per Vandolphum Lazium libro 2.commentariorum reipub. Roman. fol. 372. *

7 Comes † rerum priuatarum, de quo in l. 1. C.de offic. comitis rerum priuatarum, ion.l. fi. C.de aſſeſſo.& is dicitur, qui habet curam gubernandi res fiſcales, quæ conuertuntur ad commoditatem Principis, nec expenduntur ad vtilitatem publicam, ſecundùm Luc. in l.ſiquando.C. de bon.vacan.& l.2.C.de periti.bo.ſubla.lib.10. & hic cõſtituit procuratorẽ Cęſaris, q ſibi cõputum reddit.l.1.C.de iur.fiſci,lib. 10. hic magiſter dicebatur, & alios ſub ſe habebat.

8 Comes † domorum, ſecundùm Pyrrum in prędicto loco, qui habet præfecturam in domeſticos Principis, vt eſt hodie Præpoſitus domus Principis, vel maior Domus, vel Seneſcallus, qui in hoc gerit officium Irenarchę, cum habeat cognitionem cauſarum inter domeſticos, & pacem procuret inter aulicos Principis,& omnia facinora curialium & domeſticorum punit & emendat: vt in l.1.C.de Irenarchis.lib.10.

* Dicebatur hic primicerius non multum diuerſi muneris ab eo, quem hodie aulæ Mareſcalcum vocant, & Illuſtrem Caſſiodorus appellat libro ſexto, & qui fuerit, & hodie Mareſcalcus conſiliarijs in aula præſidet, Procopius lib. 3.belli Vandalici,& libro 27. erat protectorum præfectus, vt per Caſſiodorum lib.5. ad Seuerianum Sueuię præfectum.

9 Comes † ſolenniorum non multùm differt ab eo, quem hodie Magiſtrum cerimoniarum dicimus, ex dictis Marcellini lib.15. Comes ludorum, qui & latinè deſignator dicitur, de quo in titulo de offi.comit.orien.& ibi Syrarchę & Liciarchæ fit mentio, & hi erant, qui ludos & in Syria & in Lycia curabant,& qui etiam ſolennia agebant in funere & ludis & cantilenis pręſidebant, tex.in l.Athletas.§ primo, de his qui not. infa. Comites Architecturæ & Mechanicorum, de quo per Symachum in epiſtola ad Theodoſiũ Et Comites formarum, qui præerant canalibus, fontibus & fluminibus, vt per Caſſiod.libro.7.

10 Comites † limitanei tã in limitibus prouinciarum conſtituti, quàm etiam in mari plures erãt, qui ſub ſe plures & tribunos & prępoſitos ac pręfectos habebant, inter quos ordo, vt per Caſſiodorum & in poſterioribus libris.

11 Comites † matrimoniorũ erant, ne illicitè contra arborem conſanguinitatis contraherentur, quod eſt hodie prælatorum eccleſiaſticorũ munus,& olim apud Romanos Pontificum & Regis ſacrorum, qui & diuortia diſcutiebant, ſi ex cauſa iuſta petebantur, & apud ſummum Põtificem omnia referebantur.

12 Comes † ſepulchrorũ, de quo Capitolinus in vita Macrini,& Cornelius Tacitus lib.13.& Caſſiod. lib.2. cuius verba referre veluti aurea mihi viſa ſunt. Defunctorum quin etiam ſacrãquietem ęquabilia iura tuæ conſcientię comiſerunt, ne quis veſtita marmoribus ſepulchra nudaret, ne quis columnarum decorem irreligioſa temeritate pręſumeret, ne qs cineres alienos aut longinquitate temporis aut voraci flamma conſumptos ſcelerata perſcrutatione detegeret, ne corpus, quod ſemel requieuerat, moleſtias mũdanas humanas iterum pateretur inſidias: nam quia & cadauera furtanõ ſentiãt ab omni pietate alienus eſſe dignoſcitur, qui aliquid mortuis abrogaſſe monſtratur, hęc Caſſiodorus.

13 Comes † Sacri Palatij dicitur Præpoſitus cuſtodię, conſeruationi,& ornamento Sacri Palatij Imperialis, ſecundùm Luc. in l. vnica. C. de præpo.& trib.ſcholarium, lib.12. & ſecundùm Pomponium Lætum dicitur officium præfecti fabrorum, qui caſtra ſequuntur, & fabris lignarijs, ferrarijsque pręeſt.

14 Comes † horreorũ, curator piſtrini Principis, ſecundùm Pyrrum in pręallegato loco de togatis & Palatinis, & hic habet ſub ſe mãcipia quædam purgandis horreis aſcripta, coquendoque pane Principis, & alio vocabulo dicitur Præfectus annonę, vel tribunus annonæ, dicitur alius Comes, ſeu tribunus ſcholarium per quandam ſimilitudinem, qui curam habet epulæ Regis, vt ſtudeat ſicut ſcolaris, quę epulæ delectent Regem, vt in l.1.C.de Comitibus,& trib.ſchol. & alio modo dicitur tribunus, ſeu pręfectus epularum. Hi erant plures,& inter eos erat primus gradus, ſecundus,& vlterius prout etiam hodie in Palatio Regis ex ordine parandæ epulæ. Ex hoc ordine tribunorum eligebatur Comes Aegypti & Ponticę dioceſeos, ſecundùm Iacobum Rebuſſum ibidem, & etiam ex alijs Comitibus ſupra expreſſis.

15 Comes † Sacri Stabuli, qui pręfectus eſt Stratoribus, hoc eſt equis ferrandis.& ſellis, & frenis, ſecundùm Iacobum Rebuſſum in d. l.2. in Francia appellatur magnus Scuuter, vnus ex prioribus, ſecundùm Budæum in l.fi. de ſenato. In Reguo ſpectat ad Seneſcallum. De Comitũ origine ſcribit aliqua Paris de Puteo, in tract.de re mili.lib.7.verſ.ſed an Comes.

* Procopius Comites ſtabuli appellat protoſpatarios,& Marcellinus lib.21. vocat tribunos ſtabuli,

ſtabuli, hic idem eſt hodie Magiſter ſtabuli
ſecundùm Vandulphum. *

16 Comes Stabilis, † Princeps militię. In Re-
gno *Il gran Conestabile, lo Generale dell'eſſercito*:
de quo ſupra diximus, & Budeus conſtabulariũ
alia voce dicit, & dicit Luc. de Pen. in l. tam col-
latores. 3. col. de re milita. quòd Capitanei ad
guerram, Mareſcalli, Comeſtabuli, & aliç perſo-
næ officia gerentes in bello debent citari publi
cè. Hic eſt mos militaris, qui ſumitur ex dicta. l.
tam collatores.

* 17 Comites † prouinciarum, de quibus per
Caſſiodorum lib. 6. hęc exprimit verba ſingula
ria & notabilia, Regalis eſt prouidentiæ tales iu
dicum perſonas eligere, vt ad comitatum neceſ
ſitatem non habeant veniendi, quos in longin-
quis regionibus contigerit immorari. Et de comi
tibus prouincialibus Sicilis, Africanis & Neapo
litanis dixit, nullum tale negotium eſt, quod ſi-
culi itineris tantas poſſit pati expenſas, dum cō-
modius ſit cauſam perdere, q̃ aliquid per talia
diſpendia conquiſiuiſſe. Non enim querelas de Si
cilia volumus venire, ſed laudes, quia grauatur
apud nos actio Præſidis, ſi eam tam longinqui
potuerint accoſare petitores. falſus enim dolor
eſſe non creditur, vbi tanti laboris tędia ſubeun
tur, & ideo maiori cura tractandi ſunt, unde in-
uidia plus timetur. Et de comitiua Neapolitana
ſic ſcriptum reliquit. Exeunt à nobis dignitates
relucentes quaſi à ſolis radijs, vt in orbis noſtri
parte reſplendeat cuſtodita iuſtitia, ideo tot e-
molumentorum commoda ſerimus, vt ſecurita
tem prouincialium colligamus, meſſis noſtra cũ-
ctorum quies eſt, quam non poſſumus aliter re-
cordari, niſi vt ſubiecti non videant aliquid irra
tionabiliter perdidiſſe. Et ideo te ad comi-
tiuam Neapolitanam per illam indictionem li-
benter adducimus: vt ciuilia negotia equus trutinator
examines, tantamq́ue famam tuam habi
ta maturitate cuſtodias, quantum te illas popu-
lo vel in leui culpa facile cognoſcas, vrbs ornata
multitudine ciuium abundans marinis, terreniſ
q́ue diuitijs: vt dulciſſimam vitam te ibidem in-
ueniſſe dijudices ſimillimis amaritudinibus mi
ſcearis. Hæc ille. hodiè autem qualiter procedat
hi ſcrutentur, qui amaritudines populorum &
prouincialium cognouerunt. *

Sunt & alij Comites nomẽ habentes, qui abu
ſiuo nomine appellantur Comites. ſecundùm
Andr. in d. c. 1. vt de doctore Imperiali, qui legit
per annos viginti, efficitur Comes à lege, ſecun-
dùm glo. in l. 1. C. de profeſſo. Bar. in l. 1. C. de
digni. & in dubio quando ſit denominatio ipſo-
rum à loco, vel à Prouincia, intelligitur ſub titu
lo dignitatis feudi, ſecus ſi à qualitate oneris im
poſiti, nam tunc cenſetur officium ſecundùm
Caſſa. in loco præallegato.

18 Dicitur Comes † perſona nobilis. & ideo ap
pellatione nobilium Comites comprehendũtur
capitulo grandi, ibi, nobilem virum Comitem
Bononienſem, de ſuppl. negl. præla. in ſexto. &
in c. conſtitutis, el ſecundo, ibi, ſororis nobilis vi
ri Marchionis, extra de teſtibus, & ſecundùm
Geminianum in d. c. grãdi, Comes Palatinus, qui
habet facultatem legitimãdi, exceptis filijs nobi
lium, non poteſt legitimare filios Comitis, ſequi
tur Bar. Cepolla in tract. de Imperatore militũ
eligen. in 18. Priuilegio. Barba. in rep. extra. vo-
lentes. & Caſſa. in octaua parte ſuę gloriæ, conſi
dera. 46. & ſecundùm communem concluſionẽ
Modernorum in l. 1. de offi. eius, cui man. eſt
iuriſdictio.

19 Comes † dicitur perſona ſpectabilis, & quã
doque poteſt habere dignitatem ſupra ſpectabi
lem, vt in Comitibus militaribus, vt in d. l. Pro-
uincialium, C. de eroga. mili. anno. & in l. 1. C. de
offic. magi. militum. cum æquipararetur prætori-
bus militaribus, eo quòd pręeſt militibus, ſecun
dùm Alciatũ in l. 1. C. de præto. & hono. præfec.
lib. 12. & in Regno Comes Camerarius poteſt
denominari Illuſtr. cum ſit Comes rerum priua
tarum: ſecundùm Pyrrum per tex. in l. fi. C. de
aſſeſſori. habet ipſe curam patrimonij domini re
gis in Regno, vt dixi ſupra in officio magni Ca-
merarij. Quando autem Comes eſſet inueſti-
tus de Ciuitate Metropoli, cum titulo Comi-
tatus, tunc etiam diceretur Illuſtris propter
dignitatem Metropolis Ciuitatis, cui pręeſt, ſe-
cundùm Iacobum Rebuffum in l. 1. C de Comi
tibus, qui Prouincias regunt, allegat tex. & ibi
Bar. in l. 1. C. de Metrop. quamuis eius opinionẽ
impugnet Purpu. in d. l. num 25 t. ex dictis per
eundem in l. 1. C. de Comitibus, & tribunis ſcho
larium. Verior tamen videtur opinio domini Ia
cobi propter excellentiam Metropolis Ciuitatis
quæ eſt mater aliarum Ciuitatum, & tanquam
mater debet prę cęteris honorari, cũ ſit dignior
omnibus alijs: vnde ſicut Archiepiſcopus præce
dit Epiſcopum, ita hic Comes debet alios ante-
cellere Comites, vt pari paſſu vtraque dignitas
pręambulet, quod facit pro domino Comite Cō
ciæ, qui habet Metropolim Ciuitatem in titulũ
Comitatus à Carolo Tertio, de quo per Caſſa.
in gloria mundi, parte. 7. conſideratione quarta,
& Corſetum in rep. c. grandi, col. 18. nu. 47. de
ſup. negl. præla.

20 Comitis filius † dicitur Comes patre viuen
te ſecundùm glo. in c. fi. 24. q. fi. quã allegat And.
in c. 1. & in prælu. feud. in 4. col. Taurinenſis in
ſua inueſtitura feu. in verbo Comes, intelligit
procedere ſpe, ſed non re, ſequitur Caſſa. in con
ſue. Burg. in verb. Comes, & Vincentius Agalur,
in tra. de factis Principum, in 6. charta. Bal. dicit
21 in pręlud. feu. & in c. 1. quid ſit inueſti. † filius
aũt Baronis nō dicitur, neq; appellatur Baro, pa
tre viuente, & ideo non gaudet priuilegio conſt.
Regni proſequẽtes, filius aũt Comitis ſic, And.
ſingulariter in d. cōſt. pſequẽtes, mouetur autho
ritate dictæ glo. in c. cæpit 24. q. vlt. & Andr. ibi
ſequũtur moder. Neap. ſola authoritate Andreę
relata. Sed mihi hæc deciſio pro nunc non pla-
cet, neque videtur ratione aut iure fundari, q ſi
lius Comitis patre viuente poſſit denominari
Comes: filius autem Baronis, aut alterius feuda-
tarij, non: rationem diuerſitatis inter iſtos ego
non video, & contrarium poteſt probari, & iu-
re Romano & iure feudorum. iure Romano per
legem in ſuis, de lib. & poſth. & in §. ſui autem

inſt.

inſt. de hære. quali. & differen. & in l. 1. C. de imp. lucra. deſcriptio. vbi filius ſuus viuo patre cenſetur dominus quaſi rerum paternarum. & May. ponit plura in d. l. in ſuis, cum filius poſt mortẽ patris non dicatur de nouo acquirere iure feudorum, ex tex. iun. glo. in c. 1. de feud. cogni. vbi filius patri ſuccedendo, non dicitur acquirere feudum, ſed iam in vita acquiſitum retinere cũ libera adminiſtratione, ex qua glo. infert Bal. in l. cum antiquioribus. 5. col. C. de iur. de libe. ꝙ licet aliàs poſſeſſio non transmittatur ad hæredem, niſi apprehendatur. vt in l. cum miles, ex quibus cauſis maio. etiam ſi filius patri ſuccedat
32 tamen † ſecus eſt in feudis, in quibus patre viuente cenſetur feudum poſſidere, cum ipſe cõſeatur inueſtitus. & poſſeſſio feudi in filium continuatur ſine alia inueſtitura. & May. dixit eſſe ſingulare il. quoties. 7. col. C. de rei ven. & à cõſi. 87. conſultus, col. 2. lib. 1. & in conſilio. 182. viſa conſultatione, col. 6. in ſecundo vol. & rationem huius dicti ponit idem Bal. in c. 1. vlt. col. an mu
33 tus vel aliàs imperfectus, † quare filius viuo patre poteſt dici feudatarius; quia cum patre vna, eademque perſona cenſetur, ar. l. ſi is qui duos, de libera. lega. idem dicit in c. 1. 5. col. de contro. inter maſcu. & fœmi. de bene. & quamuis circa continuationem poſſeſſionis in filium multi contrarium ſentiant, niſi apprehendatur, vt per docto. in l. ſi forori. C. de iure delibe. & per Gul. Bene. in rep. c. Raynutius. in ver. mortuo itaque, num. 69. Dominus Zaſius conſi. 10. & alij, quos refert dominus Andr. Tiraquel. in ſuo nouello. tr. mortuus ſaiſiens viuum, col. 18. cum ſeq. quo tamen ad dominij acquiſitionem nemo diſcrepat. vnde qua ratione cenſetur, & dominus feudi, & ipſe inueſtitus patre etiam viuente debet poſſe denominari Baro, vel feudatarius in his, in quibus poteſt ſibi eſſe decus, & fauor. Quinimò dixit And. in c. 1. in 7. col. qui ſuc. tenean. quòd ſucceſſoribus in feudum tunc videtur fuiſſe feudum conceſſum, quando primo fuit facta inueſtitura, idẽ dixit in c. 1. §. hoc quoque, de ſucc. feud. & in §. præterea. 4. col. de pro hi. feu. aliẽ. per Fed. Nec obſtat glo. in d. c. ſi. quia nõ dixit excluſiuè ab alijs. Filius Comitis vel Regis dicitur Rex vel Comes patre viuente, ergo filius Baronis, vel feudatarij patre viuente non poteſt denominari Baro, vel feudatarius. Poſuit ibi gratia exẽpli in filio Comitis tanquam de perſona magis excelſa, reſpectu aliorum inferiorum, ſed ratio diuerſitatis non poteſt reddi, & maius, & minus non differunt. vt in l. ſi. de fundo inſtructo, & idem And. in c. 1. §. ſimiliter. 4. col. verſ. item illud priuilegium, de cap. qui cur. ven. videtur ſentire, quòd priuilegium conceſſum Baroni ex beneficio dictæ conſtitutionis, ſit etiam conceſſum filio Baronis, licet ſit ſecus in filio militis, qui non eſt miles. quamuis ipſe viuat militariter: filius cum ſit à patre deſcendens, ita præſumitur dilectus à domino ſicut pater, cum dominus eius, cui dedit, ſanguinem prælegit. ſecũdùm Olberal. Ita igitur honorari debet ſicut pater, ordine tamen ſuo: & ſi hoc eſt verum in Comite, & in Barone. idem debet eſſe in alio feudatario, vel ſi hoc eſſet conceſſum in honorem dignitatis. In Regno Baro dicitur habere dignitatem in multis, & quandò ſit mentio de Comite per Federicum in ſuis conſtitutionibus, ſemper eſt memor de Barone, quaſi quòd paribus paſſibus ambulent in non expreſſis: vnde idem dici debet de vtroque, cum vera ratio in contrarium aſſignari non poſſit. Tamẽ pro authoritate Andreæ cõſidero rationẽ diuerſitatis eſſe in filio Comitis diuerſam à filio Baronis propter authoritatem & dignitatem Regalem, quæ eſt in filio Comitis, quæ non militat in filio Baronis, quia ſecundum Oldra. conſi. . . .
24 Quando † citatur Comes vel Dux pro cauſa capitali, ꝓ qua eſſet priuandus Comitatu, debet etiam citari eius primogenitus, quòd non eſt ſic in alijs feudis. Dignitas eſt cauſa, vt quòd non ſeruatur in vno, obſeruetur in alio: vt in conſt. proſequentes, ſecus in alijs, cum filius Comitis non ſit Comes, licet habeat ſpem quaſi certam ſuccedendi in Comitatu, quæ etiam ſpes conſideratur reſpectu filij Baronis, & aliorum feudatariorum: liberis enim noſtris, dicit Vlp. in l. ſcripto. vnde legitimi, omnia ex voto paramus, & quod dicit Andre. in d. §. ſimiliter, intelligitur procedere in filio Baronis poſt mortem Baronis, nõ aũt in vita, quia poſt mortem patris ipſe Baro eſt, & Baroni conceditur fauor, & priuilegium, ſicut in milite filius militis, & ſi militariter viuat, nõ eſt miles: quia dignitas militiæ extinguitur patre mortuo: & non tranſit ad filium, niſi ipſe creetur miles, vt ipſe dicit, & benè; in d. §. ſimiliter, priuilegiũ datur militi. Hæc qualitas omni tempore, & in vita patris, & poſt mortem ipſius adeſt in filio, ideo ipſe non gaudet priuilegio dictæ conſtitutionis. At Luc. de Pen. in rubrica. C. de auro coro. aliter videtur intelligere glo. in d. c. cœpit, q. filius viuente patre aliud habebat Regnum vel Comitatum, vt in Rege Carolo Secundo, de quo per eundem in Rubrica. C. de Comitibus conſiſtori. & in l. 1. in fi. C. de reis poſtulatis, per Curtium ſeniorem conſi. 74. Zaſius, & Cagnol. in l. 2. §. exactis Regibus, de orig. iur. plura per Tiraquellum in tracta. primogenituræ. 33. q.

25 Comes eſt, qui habet † Comitatum in feudum, aliàs non eſt verè Comes, ſed impropriè. dignitas Comitalis conſiſtit in aſſignatione feudali, vt ſupra dixi, & notant omnes in d. c. 1. & eſt tex. ibi, per feudum fuerit inueſtitus, & ideo dicit Bal. in c. 1. in verſ. Marchio verò, de his qui feu. dar. poſſ. in 1. col. quòd Comes eſt nomen iuris denotans veritatem: ſicut prælati nomen, & propterea qui de iure non eſt Comes non dicitur Comes, vt in l. decernimus. C. de ſacroſanct. eccle. per Inno. in c. in literis, de reſtitu. ſpolia. & in l. ſcriniarius. C. de teſta. milita. ſequitur Firmanus in ver. Comes.

26 Ex hoc † infertur, quòd ille, qui eſt expulſus à Comitatu, dicitur verè Comes, quamuis non poſſideat Comitatum ſecundùm Bal. Car. & alios in d. cap. 1. quia ſemel fuit de Comitatu inueſtitus, & conſequenter eſt de iure dignitatem Comitalẽ: ſequitur Tauri. in ver. Comes, & Caſſa. in conſue. Burg. in proœ. & in catalogo par. 5. cõſidera.

ſidera.49. & ideo duraut ſtatuta & decreta per
ipſum ſecúdùm Alberi.iu l.2. §.exactis, de orig.
inr. ſecus ſi eſſet tyrannus, per.l.decernimus.C.
de ſacroſan.eccle. refert Laudẽſis in tra.de Priu
cipibus uum.64. Secundo infertur, quòd ille,
qui expulſit ipſum à Comitatu, non dicitur ve-
rè Comes, quamuis poſſideat Comitatum: quia
cum eo non concurtit diſpoſitio iuris per inue-
ſtituram vel veram, vel à tempore præſumptam
& nomina iuris deriuantur à veritate, & non à
prætenſione, vel ab vſu, ſecundùm Bal. in d.ver.
Marchio.& nomina poſſeſſoria pro huiuſmodi
iuribus ſapiunt quandam cauſam proprietatis,
vt in l.2.§.quædam, de interdictis: & cum ex-
pulſus à Comitatu ſit verè Comes, inuaſor non
poteſt eſſe Comes, cum dignitas eadem non
poſſit eſſe penes duos: vt dicit Bal. in l.1.de offi.
conſul.& uo.omnes in c.1.§.preterea, de prohi.
feu.alieu. per Fede.& per Bar.l.inter tutores, de
admin. tuto. non poteſt eadem dignitas penes
vnum conſiſtere de facto, & penes alium de iure,
qui præoccupauit dominium dignitatis in feu-
dum conceſſæ.

27 Tertiò ex his infertur, non beuè dixiſſe † Af
flic.in c.1.§.ſimiliter.6.col.de cap.qui cor.vẽ.ꝙ
ſi Baro intrat Baroniam de facto, & capit poſ-
ſeſſionem illius, gaudebit beneficio & priuilegio
28 cõſtitutionis, proſequentes, † quia iu Regno
dignitas Baronalis cõſiſtit in iure, vel quia Rex
conceſſit terram, Caſtrum, vel Villam in titulũ
Baronię, vel quia habet ſub ſe ſubfeudatarios te
nentes ab eo, & ſub eo feuda quaternata, & cũ
alium de Baronia expulerit, vel ipſe non inuene
rit poſſidẽtem, ſcit vel ſcire debet, alium de iure
eſſe Barouem, & ad alium ſpectare Baroniam, &
ex ſua improbitate non debet reportare cómo-
dũ, ex qua pęnam eſſet allaturus, vt in l.ſiue hęre
ditaria, de uego.geſt.& in regula iuris: & hoc re-
neo.ſi eſſet certum, ipſum eſſe expulſorem, vel
poſſeſſorem de facto, vel nou exhiberet titulum
& priuilegium, quod eſſet in hoc neceſſarium:
cum arguatur quęſtio iuris, vel id quod de iure
reſultat, vt in d.§.quædam, & not.idem Bal. in l.
1.C.ſi de momen.poſſe.ſue.appella. quando aũt
eſſet toleratus à Rege habente ipſum pro Baro-
ne, vel eſſet antiqua poſſeſſio, forte procederet,
quod dixit Afflic.in d.§.ſimiliter, vt ex ſua poſ-
ſeſſione arguatur Baro, cum fuerit iuuentus poſ
ſidere Baroniam, & in dubio præſumatur magis
de iure quam de facto, quod dictum non intelli
gerem procedere, quando ipſe eſſet actor, & hoc
eſſet fundamentum ſuæ intentionis, ex not. per
Luc.in l.1.C.de feud. limitro. lib.11. quem ſe-
quitur Caſſ.12.parte, cõſideratio.65.& per An-
cha.iu conſi.310.in 3. col. quod eſt notabile ad
limitationem eorum, quæ dicit And. iu c.1.§.
illud, de proh.feu.alien.per Federicum. Si agẽ
ti ad recuperationẽ feudi obſtet exceptio tituli:
quia hic tractatur de effectu, qui reſultat ex poſ
ſeſſione ad faciendum vel ad declarandum ali-
quem eſſe Baronem, ſicut ſi ageretur pro iure
regali, ſecundũ Luc.ibi, vel pro iuriſdictione cri
minali, vt in conſt.ea quæ ad decus, vel forte pro
cedat in caſu dictę conſt. vbi non agitur de iure

reſſe tertij, vel modico, & contra fiſcum, in eo ca
ſu, qui capitalis eſt, argumen. l.non dubito de.
iure fiſci.vide Sandę.in cap.Rodulfus. in 2.col.
de reſcriptis.
29 Comes dicitur † qui eſt inueſtitus de Co-
30 mitatu.& † dicitur Comitatus territorium
plurium Villarum, vel Caſtrorum, ſecundùm
Bal. in d.c.1. quem ſequitur Soci.iu conſi.165.
in 2.vol.in fi.Purpura.in d.l.1.& Sand.in c.Ro-
dulfus, in ver.Comitatus.extra de reſcrip. & ſe-
cundùm Luc in l.ſiquis decurio.1.col. C.de de-
curio.lib.10. Comitatus dicitur tantum ſpacij,
quantum tenet vnus Comes, ſecũdùm Papiam.
& eſt Comitatus diſtrictus alicuius Ciuitatis, in
qua eſt Epiſcopus.vt in c. prouinciæ, & ibi glo.
in ver.Comite.99.diſtin.ex qua colligitur, quòd
in eo loco deſignari debet dignitas Comitalis,
in quo eſt Epiſcopus, & ſic in Ciuitatibus & nõ
iu villis, vel oppidis, quod hodie malè ſeruatur,
& nou eſt illius authoritatis & nobilitatis, ſicut
ſi eſſet Comes vnius Ciuitatis propter dignitatẽ
loci & hominum nobilium, qui eam Ciuitatem
habitant, ſecundùm Affli. in proœ. conſt. in 16.
q.& Caſſa.in.catalo.par. 6.conſid. 43. tex. eſt in
authen.conſt.quæ de dignitatibus.§. generali-
ter.Corſetus in rep.c.grandi. num. 28. de ſupp.
negl.præla.& ſupra diximus, & deberet cõſtitui,
vbi eſt multitudo populorum & Caſtrorum, ſi-
cut ſi eſſet caput vnius Prouincię, & hodie vide
mus creari Comitem vnius Oppidi tantùm, in
quo nõ ſunt viri nobiles, nec egregij, uec ampli
tudo territorij, ita ꝙ dignitas Comitalis non vi-
detur ex loco clareſcere, ſed ſordeſcere, ex quo
Comitatus, à comitiua locorum & Oppidorum
31 † etiam dicitur, ſicut iu Regno etiam Baronia
nomen eſt vniuerſitatis facti continens ſub ſe
multa feuda, veluti territorium eſt vniuerſitas
agrorum, vt in leg. pupillus. §.territorium, de
verbo. ſignifica. ſecuudùm Andr. in d.§.ſimili-
ter, in tercia. col. & in conſtitu. poſt mortem,
& in conſt.ſi aliquis Baro, & in c.1.quid ſit inue
ſtitura, & in conſti. conſuetudinem, & vt dicit
Hoſtien.in c.nimis, de iureiur. Baronia dicitur,
quaſi quædam prouiucia, ar.d.§.territorium,
& l.ſi.C.de pręſcrip.long.temp. quem ſequitur
domiuus Petrus Belluca in ſpeculo Principum,
32 iu §.dicamus, rubr.2. fol.107. & † in Francia
non eſt Comes, qui non habet ſub ſe decem Ba-
33 rones, & † Baro decem feudatarios: vt dicit
Caſſa.in ſua gloria, parte 5. conſidera.46.Quã-
to magis amplior debet eſſe Comitatus, cum Co
34 mes maior ſit Barone? Iſta † ſunt ad placitũ
Regis, vt ſicut Papa Epiſcopatus, ſic Impera-
tor in Imperio, & Rex in Regno Prouincias, &
diuidit & conſtituit, vt dicit gl.in c.1. 10.diſtin.
quam dixit no.Laudeu.in tracta.de Principibus
num.199.
35 Comes, de iure feudorum † uon eſt miles,
vt uot.Bal.& Card.in c.1. de his qui feud. dare
poſſ.& Bar. in l.1. peu.col. C. de dignita. Nec
etiam de iure Regni, vt probat tex.Federici, in
conſt. intentionis noſtræ, per quam punitur Co
mes, vel Baro arma deferens, excepto milite, er
go ex illa litera probatur, Comitem uon eſſe mi
litem

ſitem.Idem Rex Rogerius in conſt. ſua diuluæ
iuſtiiiæ,decreuit,neminem aſſumi ad militiam,
niſi ſit de genere militari,fallit in Ciuitate Bari,
in qua ſufficit aliquem eſſe Barenſem, vt ſtatim
admittatur ex lege einſdem Rogerij , vt legi in
conſuetndine Barenſi,& tamen Comes , ac etiã
Baro poteſt creare militem , licet neuter ipſorũ
ſit miles, ſecundùm Bal. In d.c. 1. de his qui feu.
dar.poſſ.& ibi Card. ſic etiam ruſticus dat alte-
ri in feudum , ex quo liberam haber bonornm
ſuorum adminiſtrationem,& tamen ex infeuda
tione aliqna contrahitur nobilitas, ſecundùm
docto.in prælu.feud.& in d.c.primo & per Cur
tium in tracta. feudorũ,in 1. par. quia ſecũdùm
Petrum de Antibolo in tracta. de muneribus &
36 hono. in §.4.t.2 .& 3.col. In † creatione veri
militis nõ eſt certa perſona deſignata, à qua fiat
principaliter miles,ſed ſufficit , quòd fiat miles
dummodo ſolemnitas in iure tradita ſit ſeruata
iux. nor.per glo.in l. pe.ex quibus cauſ.maio.vt
quia in eccleſia ante altare ille, qui facit eum
oſculetur,& eum percutiat in maxilla,& enſem
auratnm ſibi cingat, & calcaria ſibi calcientur ,
miles eſt.Sed durum videtur,quòd ille qui non
habet dignitatem , eam alteri tradere poſſit,per
regulam.l.nemo plus iuris.& iſta authoritas re
qniritur in danre, vt trãsferatur in accipiẽtem,
vt in l.2.C.de hæreticis , & qni non eſt curialis,
non poteſt alium facere curialem, vt in l.nullus
ſolins C.de decurio libro. 10. & qui eſt excom-
municatus,qnia eſt interim extra gremium ec-
cleſiæ,non confert executionem ordinis, vt in
c.fi.de ordinatis ab Epiſcopo,& in c. qui præfe-
37 ctorum. 1. q. 1. & † qui non eſt doctor, non
poteſt alium doctorem facere : vt no.in d.l.nul-
lus ſolius.pro hoc bo.tex.in l.obſeruare.§. fi. de
officio procon.& lega.& hoc etiam videtur tene
re Bar.in l. 1.7. col. C.de dignita. Dum dicit,
militem poſſe creari ab eo,qui non eſt miles au-
thoritate conſuetudinis, vt in l. de qnibus , de
legibns,ergo vbi non eſt conſuetudo , qui nõ eſt
miles,non poteſt alium militem facere:& in hãc
partẽ videtnr reſidere idem Petrus in d. tracta.
Sed qui vellet priorem partem ſuſtinere , poſ-
ſet dicere, quòd poteſt creari miles à quocun-
que,dum tamen obſeruetur ſolemnitas,quia nõ
ex hoc confertur dignitas : cum ſimplex mili-
tia non ſit dignitas, vt voluit Bar.in d.l. 1.gl.in
l. 1.C.de eque.digni.lib. 10.plura ad partes tra-
dit And.Tiraq.in tract.nobilitatis. ſed quicquid
ſit,eſt tamen dignitas in genere ſumpta , ſecun-
dùm Iacob.Rebuff.& Io.de Pla.in d.l. 1 .licet nõ
38 enumeretur in l.fi.C.de decurio. In † Regno
autem nemo poteſt creari miles , niſi à Rege,
vel de licentia Regis , Federicus decreuit in ſua
conſti.conſt. præſenti . Poſſet etiam filins Re-
gis : licet magis eſſet honorandus creatus à
Rege,ſecundùm Luc. de Penn.in lege vnica. C.
de dignitat.
39 Comes, dicitur Præſes † ſuæ Prouinciæ, vt
colligitur in cap. neminem.3.qnæſt.6.& in cap.
primo,ſi de inueſti.inter dom.& vaſ.lis oriatur.
nor.Bar.Cepolla in l.pupillus. §. territorium:
de verb.ſignifi.& in glo.in cap. neminem. q. 6.
exponit Prouincias,ideſt Comitatus, quam ſe-
quitur Luc.de Pen.in rub.C.de Comitibus,qui
prouincias regunt , & de Prouincia plenè Alex.
in l.1.§.ſiue autem:de no.ope. nuntia.& Sandę.
in d.c.Rodulphus:in verſi.Comitatus,& ſecun
dùm Andr.in cap.primo,in ver.contrahentinm
inceſtas nuptias.5.col.dicitur cõſtitutus in ſum
ma poteſtate,ex quo habet in ſuo Comitatu me
rum & mixtum imperium : in cap.primo.§. ſi
quis alium , in verbo hęreditatẽ, de pace tenen.
& in conſti.edictorum,in 4.col.& in Regno po
teſt appellari iuſtitiarius , vt dicunt moder. in
conſt.pœnam eorum,in 2.q.& in proę.conſt.in
22 .quæſt.& ideo ſecundùm eos, prætorium di-
cetur eius ſtatutum , & non lex ciuilis, cum ſub-
ſit alteri, vt concludit Mayn.in l.ſtipulationum:
in quinta col. de verb. obliga. Caſſa. In quinta
parte.52.conſidera.
* Comes præfectus prouincię ſeu Marchiæ
& in limitibus etiam conſtituitur, vt per Vulfan
gum Lazium in commentarijs reipub.Ro.libro
ſecnndo fol.265.limitum vel regionnm Comi-
tes, vel Marcharum Comites à Francis , & Ger-
manis , Marngrauij & Lantgrauij nuncupati
præfecti, donec funguntur , quod ad poſtero
rum ſucceſſionem tranſlatum eſt. *
Comes appellatur poſt,vbi adeptus eſt poſſeſ
40 ſionem , † aliàs non dicetur Comes , neque
gaudebit priuilegio Comitis: vt dicit Andr. in
conſl.proſequentes: & abuſiuè dicitur Comes,
qui Comitatnm non poſſidet, vt dicunt ſcriben
tes in d.cap. 1. aliàs diceretur nudo nomine Co-
mes titularis:vt Abb.titularis in ordine S.Bene
dicti, & Epiſcopus nullatenẽſis , & Canonicus
in herba, qui ſine præbenda eſt, vt in cap. relatũ
de præben. & de Rege Scaccorum , de Impera
tore Gręcornm , de Cardinalibus Rauennę,glò.
in cap. pudor.32.q.2.& in cap. venerabilem,in
ver.tranſtulit, de electio.& de doctore ignoran
te: ſecundùm Ang.in l. 1.§.pueritià, de poſtul.
in his nomina ſunt abuſiua & ſine iuris effectu,
ſicut de Comitibus Lombardiæ , ſecundùm
Corſetum in capitulo grandi.de ſupplen.negli.
prælato.
41 Comes pręcedit Comitem,qui † eſt in di-
gnitate Comitali anterior,cum in dignitatibus
prior in tempore, ſit potior in iure:vt in l. 1. de
albo ſcrib.& in l. 1.C.de conſulib. lib. 10. & in
l.fi.de iure immu. & in cap. 1. extra de maio. &
obed.& habetur per moder.in l.cũ quid, ſi cert.
peta. & Cnmes non dicetur tempore anterior,
ex quo primò à Rege in Comitem electus, ſed
qui prius dignitati poſſeſſionem ſuſcepit : vt in
d.l.j.C.de conſulibus,quã ad hoc allegat Marti.
de Laudem tracta.de dignitate,num.46. Caſſa.
in 1.par.conſidera.48.& cõſidera.68.& abuſiua
inueſtitura nullum tribuit ius in re, ſecundum
Bal.in cap.2.de no.for.fid.quem ſequitur May.
in l.quoties,4.col.C.de rei vendi.& ideo cau-
tus debet eſſe electus in Comitem, vt capiat pri
mò poſſeſſionem per aſſignationem loci factam
à Principe, vel alia media : nam ſi ſecundò ele-
ctus poſſeſſionem ſeu quaſi dignitatis apprehẽ-
deret ipſum præcederet, cum ante poſſeſſionem
adeptam

adeptam non dicatur verè Comes: ex not. per And. in d. conſt. proſequentes: & in d. c. 1. quis dicatur Dux. & dicitur poſſeſſionem cœpiſſe, ſi defert inſignia Comitalia, ſecundùm Bal. in l. ſi quam. C. de ſeruı. & aqua. cum ſignum deſignet ſignatum. l. decernimus. C. de aqueductu, in fi. legis, & in l. dos data. C. de dona. ante nup. & in c. ſi iudex, de ſen. excomm. in 6. vel quia primò fuiſſet Comes nominatus à Rege: vt dicit gl. in c. benè quidem. 96. diſt. in ver. Medio. & in cap. quorundam, in ver. prædicatorum, de electio. in 6. ar. l. ſi ita legatum, de leg. 1.

42 Comes habet honorem in ſedendo † in parlamento Regis, & in alijs Regijs ſeſſionibus, vt præcedat nobiles milites & Barones, vt in c. grãdi, de ſupplen. negli. præla. & in c. fundamenta, de elect. in 6. & ſecundùm Luc. de Pen. in rubr. C. de Comitibus conſiſtoria. libr. 12. in Francia & Alemania Comes præcedit Marchionem, allegat Hoſt. in ſumma de pœn. & remiſſ. §. quib. ver. cui Marchio. quia ſic eſt conſuetudo, vt dicit Caſſa. in catalogo, parte. 5. conſide. 47. & in Germania Comitis & Baronis ęqualis eſt dignitas, ſecundùm Federicum Alemannum in cap. 1. quis dicatur Dux. ſed in ſcriptura diuina maior erat dignitas Comitatus. nam ipſe, qui erat Princeps militiæ, dicebatur Comes Regis, vt in II. Regum, c. 20. Ecce qui voluit eſſe pro Iacob, Comes Dauid: vnde Ioab Princeps & Dux nominatus eſt, Paralip. c. 11. Cuius ſucceſſor Comes dictus eſt, vt in d. c. 20. & hodie in Regno Comeſtabilis, de quo ſupra dictum eſt. & ille qui eſt Comes & Baro præcedit illum, qui eſt Comes tantùm, ſecundùm Bal. in l. ſed & ſi milites in princ. de excuſa. tuto. ſicut doctor & miles ſimplici doctori præfertur: ſecundùm moder. poſt Alex. in l. centurio. 4. col. de vulg. & pupil. & doctor nobilis non nobilem antecellit, ſecundùm Bal. in l. nemini. C. de adunca. diuer. iudi. quem ſequitur Barba. in conſi. 57. in 7. col. in 2. vol. ſicut in aſſumendo officio vel canonicatu, ſecundùm Sal. in l. ſocietatis, pro ſocio. cum duo vincula magis ligent, fortius ſtringant, vt dicit Mayn. in l. cohæredi. §. qui diſcretas, de vulg. & pup. & in l. nec damnoſa. C. de pręci. impera. offe. quod dictum procedit, temporis paritate data, ſecundùm Innoc. in c. ſtatuimus. de maio. & obe. & Purpu. & alios moder. in l. cum quid, ſi cert. peta quos ſequitur Caſſa. in catalogo. 7. parte, conſidera. 27.

43 Quęrit Affli. † in proœ. conſti. Regni. quæſt. 26. ſi Comes de nouo creatus præcedat filium Comitis, qui poſtea in Comitatu ſucceſſit. concludit ipſe quòd ſic. in 2. colum. quia mutata perſona dominantis feudum, quod eſt vniuerſitas, ſicut hæreditas, mutatur conditio Comitatus, vt amodo non ſit in perſona hæredis illa antiquitas, quę erat in patre, vel agnato, ſed erit noua dignitas habita per ſucceſſionẽ ipſius hæredis, argum. l. Paulus, de acquiren. hære. l. licitatio. §. fin. de publica. & varietas perſonarum ſuccedentium inducit mutationem iuris. l. 1. C. finium reg. & l. 1. C. de impo. lucra. deſcrip. & ibi per Luc. de Pen. & ita dicit vidiſſe obſeruari in curia Regis. Sed mihi videtur hũc affinem meũ non benè concludere, & rationem ſuam non procedere in caſu iſto: ſed quòd filius Comitis debet præcedere Comitem de nouo creatum à Rege.

Ponitur primò regula, de qua ſupra diximus, quòd filius Comitis dicitur Comes patre viuente, authoritate gloſ. in cap. placuit. 24. quæſt. ſi. quam ſequitur idem Afflic. in conſti. proſequentes, & in cap. 1. quis dicatur Dux. Si eſt Comes patre viuente, ergo anterior Comite de nouo creato. & ſi tu dicis, quòd non dicitur verè Comes; quia ipſe non poſſidet Comitatum, replicatur, quòd patre poſſidente ipſe etiam vel poſſidet, vel fingitur poſſidere Comitatum: itaque patre mortuo dicitur venire ad Comitatum, cõtinuando poſſeſſionem Comitatus, & non de nouo appræhendere, vel acquirere.

Secundò, pater eius excludit Comitem de nouo creatum, ſi viueret, quia prior in dignitate: eadem & maiori ratione debet excludere filius, qui ſucceſſit patri in Comitatu.

44 Tertio, pater † & filius cenſentur vna, eademque perſona: vt in l. fin. C. de impub. & alijs ſubſti. & filius dicitur verè portio patris, in eoque eſt ſubſtantia & caro patris, imò vnus eſt cũ patre ipſo: vt dicit tex. in c. iam itaque. 1. q. 4. quẽ allegat Bald. in l. vlt. C. de ſeru. fug. & vt dicit Pau. de Caſt. conſi. 264. col. 3. lib. 2. caro filij eſt, veluti caro patris aucta: ita quidem vt licet efficiatur nouus homo per nouam animam, non tamen dicitur primus homo omnino extinctus: ſicut dicimus, ꝙ nec arbor ob id mortua dicit̃, ꝙ antiquis radicibus mortuis, quæ loco animæ ſunt, cũ vitam ſuppeditent, nouas egerit, arg. l. adeo. §. vlt. & l. qua ratione. in prin. de acq. rer. dom. licet alio reſpectu dicatur alia arbor, propter nouas illius radices: vt in l. ſed etſi ex meis. §. arbor, eo. ti. & habetur Eccleſiaſtici. c. 30. mortuus eſt pater eius, & quaſi non eſt mortuus, ſimilem. n. ſibi reliquit poſt ſe. ſi vna eademque perſona cenſetur, pater ſi viueret, excluderet Comitem de nouo creatum, ergo & filius eius.

45 Quartò videmus, ꝙ perſona † ſubrogata vtitur illis priuilegijs, quibus ille, in cuius locum ſubrogatur, vtebatur. l. decernimus, & ibi Bart. C. de aqueductu. idq; etiam procedit in his priuilegijs, quæ ex temporis authoritate cõpetunt, tex. & ibi Bar. in l. comperimus. C. de prox. ſac. ſcri. & tex. in l. maior. §. pe. & ibi no. Bal. de procura. Et hoc maximè in ſubrogatione naturali, cuius eſt à patre in filium, & à filio in nepotem, per l. poſthumorum, de iniuſto teſta. quum natura plus habeat ponderis, quàm accidens. l. qui habet. §. 1. & ibi Bar. de tute. cum ergo pater Comes ex tempore excluderet Comitem poſt eum creatũ à Rege, eadẽ ratione debet poſſe & filius.

Quintò cum filius naſcatur ex patre priuilegiato, debet aſſumere naturam priuilegiatam, cũ forma & origo, quę à radice ducitur, in quolibet deriuato reperiatur, vt i l. in ratione: la prima. §. ſi filio. ibi, formam & originẽ: ad l. falci. & in l. tutor: de fideiuſſo. & dicit Bal. in conſ. 389. cõſuetudo. li. 2. ꝙ omne, quod decidit p mediũ,

capit, naturam medij, ſi illud medium ſit naturale: hinc videmus, quòd filij ex parentum perſona cæteris competitoribus præferuntur: vt in l. nemini. §. filios. C. de aduo. diuer. iud. & in l. iubemus, & in l. petitiones. in ſeq. tit. de aduo. diuer. iudic. & regulariter honor, beneficium, & priuilegium patris tranſit ad filium: vt in l. decurionum. C. de pœnis: & in l. 1. C. de priuileg. eorum qui in ſacr. pal. milit. & in l. emancipatum. de ſena. etiam ſi ſit perſonale: vt in l. etiam ſol. ma. & in l. maritum. eod. titulo: licet non tranſeat ad extraneos: vt in l. in omnibus, de reg. iur. de quo per Alex. & alios in l. quia tale: ſol. matr. & Soci. in conſi. 84. col. 3. lib. 3. & plenè per Tiraquellum in tract. primogeni. quæſt. 59. & per Iacobum Luſitanum in ſimili tracta. moderno. ex his mihi videtur, filium Comitis ex patris perſona repræſentata debere præcedere Comitem de nouo creatum, & alia adducerem, quæ omitto.

Nec obſtat ratio Afflicti, ꝙ mutatione perſonæ rei mutetur conditio, per l. Paulus: quia illa procederet, vbi ſucceſſor eſſet extraneus, & non filius, qui vnus & idem cenſetur homo cum patre, & cum ſuccedat patri in bonis & Comitatu, dicitur etiam in ſanguine ſucceſſiſſe: vt not. in l. ius agnationis: de pactis. & in l. iura ſang. de reg. iur. & iura ſanguinis tranſeunt in filium: vt in l. 3. de inter. & releg. & in l. 1. C. de priuileg. eo. neque etiam in filio mutatur conditio, ſed augetur, ex no. per Bal. in prælud. feud. dum de feudo nouo loquitur, quòd dicitur in perſona primi acquirentis, & de feudo paterno quod fuit à patre quæſitū, & de feudo antiquo, quod à maioribus obuenit, & feudum paternum facit nobilem, nouum autem non nobilitat: quia nobilitas ictu oculi non confertur, per l. ſtemmata: de gra. cognati. & idem Bald. in cap. inter dilectos. 2. colum. verſi. item ſcias, de fide inſtr. dicit, ꝙ feudum nobilem aut facit aut inuenit. Filius Comitis non dicitur de nouo nobilis, ſed reperto in hæreditate Comitatu, ipſe repertus eſt homo nobilis. Vnde debet eſſe illius iuris & dignitatis Comitalis in præcedendo, cuius erat pater author ſuus, per regulam iuris. & ſi diceres, noua eſt dignitas in perſona filij: quia de ſui natura nō tranſit ad filium, per. l. ſtipulatio iſta, §. ſi quis ita. de verb. oblig. vbi dicitur, nouum eſſe vſumfructum in perſona hæredum, quem pater pro hæredibus ſtipulatur, illud nō eſt verum quò ad omnia, & præſertim in filio, & cū natura rei ſit immutata per rationabilē vſum: vt dicitur in. §. ſi. de alie. feud. vt filius patri ſuccedat in Comitatu, ergo etiam in dignitate paterna ratione Comitatus, & ſequeretur abſurdum, ꝙ nunquā eſſet dare dignitatem antiquā, ſi per ſucceſſorem fieret noua, & modernus Comes excluderet antiquiorem Comitem Regni: hoc bonum eſt ſcire propter ſeſſionem, & propter primam vel ſecundam vocem, quæ hodie habet neſcio quid iudicij, vel opinionis apud gentes mundi huius. Mihi ſemper viſa fuit illepida deciſio huius mei doctiſſimi Affinis, quā vidi alios ſequi, nec aliam rationem adducunt, & ratio ſua non procedit in hæredibus ſanguinis, qui in dignitate ſuccedunt, non per vſurpationem, ſed per formam priuilegij admittentis filium, vel hæredes ſanguinis ad ſucceſſionem Comitatus, & ſic video obſeruari penes Illuſtriſſi. D. Proregem, quòd filius primogenitus, qui ſucceſſit patri in Comitatu præcedit Comitem de nouo creatum, cum nulla ſibi fiat iniuria, cum ipſe excluditur à patre, vt etiam excludatur à filio, in quo hæret qualitas, imago, & facies patris, ac etiam dignitas, per quam excludebatur: ex iſta etiam ratione infertur, quòd fratre mortuo, ſi alius frater ſuccederet, præcederet Comitem creatum: quia per ſucceſſionē venit ad dignitatem, & ſemper vertimus oculos ad primum acquirentem, vt dicit Card. Alexan. in prælu. & dicemus in ſeq. ſi autem alius ad Comitatum veniret, non ex iuris regula, ſed ex pacto ſpeciali, præter vel contra naturam feudorum, contrarium tunc teneo: quia in perſona iſtius noua eſt dignitas, & antiqua extinguitur.

46 Comes † an comprehendatur ſub appellatione Baronis, vt ſi Rex faciat edictum Baronibus & non nominet Comites, ſi includuntur ſub denominatione Baronum. Videtur quòd non: quia diuerſa ſunt nomina dignitatum in Regno, argumen. l. ſi idem. C. de codicil. 2. Federic. Rogerius, ac Guliel. Reges huius Regni in eorum conſtitutionibus, quando voluerunt Comites & Barones in eorum conſtitutione ligari, expreſſerunt vtroſque, quaſi quòd vnum pro alio non ſufficeret nominare. Fed. in conſt. honorem noſtri diadematis, ibi, vt nullus Comes, Baro, vel miles, idem in conſti. Comite vel Barone viam vniuerſæ carnis: & in conſti. in aliquibus, in rubro, de ſucceſſione filiorum Comitū vel Baronū; & in conſti. de ſucceſſio. ibi, Comitū & Baronū: & in conſti. Guil. compluriū: ibi, Comites, Barones & milites. & in conſt. Guil. mulier, quæ dotariū: ibi, de Baronia vel Comitatu: & in conſt. Federici, ſi quādo, ibi, homines Comitū ſeu Baronū: & in conſt. quia frequēter: ibi, recipiat à Comite, Barone ſeu milite: & in conſt. quiſquis, ibi, homines Comitū, Baronū vel militū: & in conſt. hac edictali: ibi. vt nullus Comes, Baro, vel miles: & in conſt. intentionis, ibi, ſiquidem Comes fuerit, quinque vocias, ſi Baro quatuor: & in conſt. Comes, Baro, miles, ſeu quicūque alius, & in conſt. proſequentes, & in quàm plurimis alijs. ſi ſub appellatione Baronis, Comes includebatur, non videbatur in omnibus de ambobus facere mentionem, & quidem in pleriſque diſcretiuè ad oſtendendū inter eoſdem eſſe, tam in pœnalibus, quàm in beneficialibus diuerſitatis rationē, cur membranas occupat, dixit tex. in c. ſi Romanorū. 19. diſtin. Igitur vtroſq; poſuit, quia ſub poſitione vnius alius nō includitur. Et quia videbatur excludi, propterea poſuit, ar. l. cū pretor. de iudicijs, expreſſit etiam milites, denotando gradus minores, & maiores. Primò de militib. Secūdò de Baronibus. Tertio de Comitibus, & ſic ēt à maioribus ad minores, vt ī eis eſt legere. Iſta verba legiſlatoris poſita ſunt cū miniſterio, nec argui dēnt

de

de ſuperfluo, vt in §. quibus. in prima conſti. C. idem etiam fecit Innocen. Papa IIII. in capitulo grandi. de ſuppl. negl. prælat. in 6. vbi poſuit, in rubrica illius tex. Comites & Barones: & in capitulo fundamenta, in §. fi. de electio. in 6. vbi expreſſit Duces, Comites, & Barones. Nicolaus tertius, author Canonis, ſatis fuiſſet ſub vno vocabulo omnes compræhendere niſi neceſſariũ viſum fuiſſet omnes dignitates denominare, & fortenon ſine ratione: cum iſtæ dignitates Regales ſint, & communiter hodie dicuntur illuſtres, & in dubio non veniunt perſonę illuſtres, niſi ſit dictum: vt dicit Luc. de Pen. in l. ſo ſacris. C. de prox. ſacro. ſcri. libro. 12. de quo per Purpura. in l. prima, de officio eius cui man. eſt iuriſdictio. hoc idem obſeruauit Federicus in l. Imperialem. ibi, habito itaque conſi. Epiſcoporum, Ducum, Marchionum, & Comitum: & ideo idem in ſua nona lege, ad reprimendum, expreſſit verbum cuiuſcunque dignitatis ſecundùm Eguinarium Baronem in apoſtilla, & in conſt. Imperiali ſua, hac edictali, de pace tenen. ibi. Duces, Marchiones, & Comites, & in §. prætere a, & Lotharius III. Romanorũ Imperator, in l. Imperialis beneuolentiæ de proh. feu. alie. Lotha. ibi. Ducum, Comitum, Marchionum, Palatinorum, cęterorumq́ue nobilium: ex hac denominatione cuiuſque dignitatis datur intelligi, vnum non compræhendi ſub denominatione alterius, & cum ponatur in litera copula, & inter has dignitates dignoſcitur eſſe diuerſitas, iuxta no. per glo. in rub. de iur. & ſac. ignor. hác partem tenet Gemi. in d. c. fundamenta, ꝙ appellatione Baronis non veniat Comes: quia tex. ibi ponit vt diuerſa, & ex eo tex. colligitur hoc notabile, ſequitur Io. de Imo. ibidem, & in d. c. grãdi, allegant gl. in clem. 1. de baptiſmo, vbi gloſſ. enumerat omnes dignitates, idem tenet Andr. Barb. in rep. extrauag. volentes, in verſ. Comites, Barones, & nobiles, authoritate illius literæ, & eius doctrinam valdè commendat Anto. Corſet. in rep. d. c. grandi, in 1. col. in 1. not.

In contrarium facit regula ſeu diffinitio poſita per Nico. III. Pont. Max. in d. c. fundaméta, in §. fi. vbi declarauit, eum cenſeri Baronem, qui poſitus eſt in aliqua notabili præeminentia, poteſtate, vel excellentia: ſed Comes eſt huiuſmodi, & ſibi congruit diffinitio, ergo & ſub diffinito continetur.

Secundò hoc probatur ex legibus Regni, primò ex lege Guil. mulier, quæ dotarium, vbi diſponit, mulierem quæ dotarium habuit in terra poſt mortem viri teneri aſſecurare hæredem vel dominum Baroniæ, de vita, de membris, & captura corporis ſui, & quod ibi de Barone ſtatuit, declarat proſequendo ad Comites, demonſtrando ſtatutum de Baronibus vires porrigere ad Comites, qui ſiorexcelſiores Baronibus.

Tertiò, videmus morem viuentium iure Francorum inter Barones, quando matrimoniũ cõtrahitur, & dotariũ conſtituitur, ſecundùm gl. in d. conſt. mulier, quæ dotarium. hoc modo inſtrumentum conſcribitur, videlicet. Talis Baro viuens iure Francorum in tali die ante fores eccleſiæ, cum tali ipſo die contraxit matrimoniũ per cultellum plicatum, conſtituit ſibi tale caſtrum, vel tale feudum in dotarium, & hunc ẽt morẽ refert And. de Iſer. in c. 1. §. donare, in 3. col. qualiter olim po. feu. alie. & ante ipſum Caro. de Tocco in l. 1. de iur. dot. in Longobar. Et tñ nulla ſit mẽtio de Comite. Hic ergo mos, vel eſſet in pauciſſimis obſeruatus, vel dicere, ꝙ nõ habeat locum in Comitibus iure Francorũ viuẽtibus, pro ridiculo eſſet, cũ ea forma magis congruat quò ad ſolẽnitatem ipſis Comitibus, quá Baronibus, qui Comites conſueuerunt habere feudatarios tenentes ab eis quaternata feuda.

Quartò facit gl. in d. clem. 1. de baptiſmo, quæ dicit. Comitẽ eſſe excelſiorem Barone, ergo eſt Baro, quãuis ſit excelſior Baro. Nã titulus nõ facit differre feudũ à feudo, Baronẽ à Barone, vt dr in c. 1. de his qui feu. da. poſſ. vbi declarantur qui ſint capitanei, valuaſores maiores, minores, & minimi, qui omnes feudatarij appellantur feuda à Rege, vel ab alijs obtinentes, & in c. 1. epiſcopum vel abbatem, ibi. feudum dederit de rebus eccleſiarum, quæ eis ſubiectæ ſunt, & tituli appellantur, ibi. titulus, pro authoritate & dignitate feudi, ſecundùm aliquos, vel denominatione loci, ſecundùm And. & in c. 1. §. præterea, de prohi. feud. alien. per Feder. & in c. 1. quis dicatur Dux, ſicut eſt ſpecies ſub genere, vt in l. fi. §. fi. de vino, tri. & oleo lega. ita Comes ſub appellatione Baronis, nec per Comitatum deſinit eſſe Baro: quia maior eſt denominatio, ſed dignitas augetur, ſicut dicimus de Pedona effecta Regina, vt no. in l. fin. de ſenat. de notario effecto milite, vt in l. ſicuti. §. falſa, de conditio. & & demonſtra. & de nobile effecto eiue, vt per Barto. in l. 1. C. de dignita. libro 12. & de milite effecto tribuno, vt veniat appellatione militis, vt not. Barto. per illum tex. in l. quod conſtitutum, de teſta. mili. & de monaco creato Abbate: vt in cap. fina. de ſimonia, cum non deſinat eſſe monacus, & de canonico creato in Epiſcopum, vt per Abba. in capitulo auditis, de electio. in tertio no. & in capitulo poſtulaſti. 3. colum. de conceſſ. præbend. & ſenator electus in Imperatorem non deſinit eſſe ſenator, vt in l. ius ſenatorum. C. de dignita. & notarius factus Præſul non deſinit eſſe notarius: quia per maiorem dignitatem non fit præiudicium minori: vt in l. præclarum. C. de primicerio, & in l. maior. C. de dignita. ſic feudatarius habens Comitatum non deſinit eſſe feudatarius vel Baro: ſed quia maior eſt titulus Comitalis ab eo denominatur. & vt dicit Iacob. Butr. in prima conſti. ff. quòd in materia ſtricta recedimus à proprio ſignificatu vocabuli propter communem vſum loquendi, & in authentica, ſacram. puberum. C. ſi aduer. vendito. dicit, communem vſum loquendi dare proprium ſignificatum. ſequitur Barba. conſil. 57. penultim. colum. in ſecundo libro. & quòd iſte vſus conueniat peritis, & non idiotis, ſecundùm gloſſ. in l. quòd ſi nepotes. de teſta. tutela. communis vſus loquendi in Regno eſt dicere, *li Baroni del Regno*, tam Barones in ſui ſpecie, quàm omnes proceres & magnates,

vt ſunt Comites, Marchiones, Duces, & Principes, aliàs diuerſa lege cenſerentur Barones, & alij magnates, quod non eſt credendum, voluit ſub hoc vocabulo comprehendere omnes, qui ſunt in Regali dignitate conſtituti, ſub breuiloquo ſermone.

Quintò debent ſermones noſtri adaptari rebus ſenſatis, vt dicit Bal. in Rubrica. C. ſiquis aliquem teſta. prohi. ſed dicere, quòd appellatione Baronum veniant tantùm hi, qui ſub ſtricta ſignificatione ſunt Barones, non congruit vero ſenſui virorum proborum, & nemo recti capitis iſta loqueretur: dicit tex. i l. ſi ita quis. de euictio. ideo debet ad omnes referri, ſumendo omnes ſub genere, licet alij minores ſint Barones, alij maiores ex denominatione titulorum. Comes erit Baro maior Barone, Marchio maior Baro Comite, Dux Marchione, & Princeps Duce: aliàs reſultat, quòd Rex non vniuerſaliter prouideret, ſed certæ ſpeciei ſui generis, quod non eſt veriſimile, vt in capitulo, erit autem lex, quarta diſtin. Sequeretur etiam inconueniens, quòd Comites in Regno poſſent alteri dare in feudũ, per l. Imperialem, & per l. Lotharij: quia conſtitutio Regni, Conſtitutionem diuæ memoriæ, in verbo excadentias, permittit Baronibus locare tantùm excadentias ſub cõſueto ſeruitio, vel redditu, & nihil dicit de Comitibus, ipſi ex diſpoſitione legis Regni nõ viderentur prohibiti: quia de ipſis lex non loquitur, vt in l. ſiquis ſeruum. §. non dixit prætor, de acquirenda hęred. ex lege feudali poſſent: quia illa prohibet alienationem in alium. infeudationem autem permittit: & tamen illa conſtitutio habet locum etiam in Comitibus, ſecundùm Bartho. de Capua in apoſtilla ibidem, quæ non habetur ab omnibus, ex ratione legis nonę, quæ ſumitur ex rubrica, & nigro, ne fiant diminutiones feudorum, & commutationes in alium: & ſi de Baronibus expreſſit, iam Comites expreſſit, qui habent veluti potentiores maiorem facultatem alteri infeudandi, & illa ratio viget in vtroque, & hoc iure vtimur in Regno, vt nemo alius, ſiue ſit Comes, Marchio, Dux, uel Princeps poſſit dare in feudum, niſi locare eſcadentias, & ſolita in feudum Baroniæ concedere. Audio quòd præpoſitam quæſtionem poſuit. Dom. Thom. de Minadois, acutiſſimus Iureconſultorum ſacri Regij, ac Imperialis Senatus primarius conſiliarius, vir ingenio, & doctrina clariſſimus, in repetione legis Federici, in aliquibus, de ſucceſſione nobilium, eius ſcriptis remitto, non legi, opto vt theſaurus reconditus ſit omnibus communis.

47 An autem † appellatione Comitum veniant Barones, credo ego quòd non, cum poſſint diuerſa lege cenſeri Comes, & Baro, & ad hoc adduco textus ſupra allegatos in legibus Regni, in quibus poſt Comites dicitur, & Barones, vel in ſingulari Comes, & Baro, & inter ipſos poſſit ratio diuerſitatis aſſignari, & cum maior ſit dignitas, non includitur minor, iuxta not. per glo. in clemen. prima, de pręben. & quia Comitatus eſt ſpecies Baronię, poſita vna ſpecie, non ſequitur poſitio alterius ſpeciei, vel generis, vt dicunt Moder. in l. prima, ſi certum pet. & genus reſtringitur per expreſſionem ſpeciei: vt in l. finali. §. ſi cum dulcia. de vino, tri. & oleo lega. & habetur plenè in cap. ſedes, de reſcript. intelligendo de Baronibus in ſui ſpecie, qui habent ſub ſe ſubfeudatarios, uel titulum Baronalem.

48 Quærit Afflictus in conſti. Regni, Comes, & Baro, in 2. col. ſi † appellatione Comitum in Regno veniãt Duces, Marchiones, & Principes: ipſe uidetur tenere, quòd non, arg. literæ illius conſtitutionis, vbi inhibet Comitibus, Baronibus, Militibus, & quibuſcunque alijs guerram in Regno facere; quia maiores non veniunt ſub appellatione minorum, cum autem dixerit, quibuſcunque alijs, includi: minores perſonas, quàm expreſſas. Poſtea autem ex rationibus per eum aſſignatis concludit, quòd ſic ex duobus. Primò: quia tempore conditarum conſtitutionum in Regno non erant Duces, Marchiones, vel Principes, prout ab antiquis audiuit. Secundò, ex ratione legis, quæ porrigit vires ſuas ad omnes caſus, in quibus ratio generalis militat, ex nor. per Bar. in l. regula. §. ſiquis, de iuris & facti igno. & Alex. conſi. 3. in primo vol. & in conſi. 69. 2. columna 3. volum & alias cotas ad id adducit, & in terminis illius conſtitutionis prohibentis guerram in Regno moueri, id affirmat procedere ratione publicę vtilitatis. In hac quęſtione arbitror duos caſus eſſe conſiderandos.

Primus caſus eſt, ſi poſt legem conditam, in qua ſit mentio de Comitibus & Baronibus Rex creat nouam dignitatem in Regno, faciendo forte aliquem Archiducem, vel Archiprincipem, vel Archicomitem, lex iſta comprehendit etiam has dignitates de nouo conſtitutas, & puto dominum affinem meum benè dixiſſe ex rationibus per ipſum allegatis, & quia natura legis eſt omnem hominem ſub lege apprehendere, vt dicit Imperator in §. finali, in authen. de hær. & falci. colla. prima, quem allegat Mayn. in l. 2. §. prætor, ſecunda colum. qui ſatiſdare cogãtur, ideo ſub lege generali venit ſeruus, ſicut homo liber: vt in l. poſtliminium. §. ſi de captiuis: venit etiam miles. vt in l. in fraudem. §. ſi. de milita. teſta. ligantur pupillus, minor, furioſus, & alij omnes, ſecundùm Decium in l. 1. de reg. iur. & veriſimile eſt, legiſlatorem poſtquàm Comites & Barones expreſſit, ſi cogitaſſet aliam dignitatem in Regno creari, iam idem expreſſiſſet, cum in ea ratio diuerſitatis aſſignari non poſſit, cur ipſi debeant excipi à regula generali ſub expreſſione dignitatis, quæ tunc vigebat tempore legis, frequens erat eo tempore, & maior dignitas Comitalis: ideo Comites poſuit, non tamen reſtrinxit alias dignitates authoritate glo. in clem. 1. de reſcri. quę dixit, ideo ibi expreſſiſſe de prælatis religioſis: quia magis erat frequentatum: tamen idem erit in prælatis ſecularibus, & in cap. unico, de rer. permuta. in 6. & in l. tale pactum. §. fin. de pactis, alias glo: adducit Barba. in conſi. 26. 7. colum. & in conſil. 30. in 2. col. in 2. volum. & niſi iſtę dignitates includerẽtur in legibus de Comitibus loquẽ-

tibus

tibus reſultaret abſurdum, quòd iſti in Regno eſſent ſine lege Regni quaſi liberi, & in iſtos neceſſe eſſet nouam legem proferre, & ideo Rex niſi excipiat has dignitates, videtur eas ſub ſuis diſpoſitis legibus alligaſſe, qua Barones perſtrinxit & Comites in ea materia, quæ omnibus ipſis conuenit, & adaptatur.

Secundus caſus eſt, ſi Rex diſcretiuè in ſua pragmatica vel noua lege de Comitibus loquitur, dicerem non comprehendi Duces, vel Marchiones, qui erant tempore legis conditæ, & in hoc caſu non benè diceret Affli. in d. conſti. Comes, quia inter iſtos eſt diuerſitas dignitatis maioris & minoris, & vna non includit aliam. & ſi voluiſſet Rex omnes includere, non dixiſſet Comites ſimpliciter, ſed Barones Regni nuncupaſſet, incipiendo à certa ſpecie ſui generis alias ſpecies excludit, & videtur ex tacita ratione non includere: quia maior eſt dignitas, licet eadem vigeat ratio, & in ipſis maius præiudicium vertitur, argum. tex. in d. cap. quia periculoſum, de ſenten. excommu. & denominando maiores, minores non includit, ſecundùm Archidia. in cap. ſtatutum, de electio. in 6. & dicit Ioan. de Imol. in l. cohæredi. §. qui patrem, de vulga. & pupil. quòd appellatione fratrum Prædicatorum non venit eorum Prior, nec appellatione fratrum Minorum venit Guardianus: quia eorum denominatio à ſpecie incipit, no. Cy. in l. quicunque. C. de ſer. fugi. Bar. in l. 1. de verbo. ſignifica. Alex. in conſi. 13. in 4. vol. Potuit ergo apertius legem dicere, argum. l. veteribus, de pactis. omiſit alios, ergo in l. noua omiſſi ſunt, & ſtabunt ſub diſpoſitione iuris communis. & hoc in pœnalibus crederem, non habere tantam difficultatem: cum ſint molliendæ, & non ampliandæ contra non nominatos: dicat Rex ſi vult; nec referam, ſi lex noua loquens de Comite extendatur ad Ducem vel Principem ex ratione vel expreſſa, vel etiam præſumpta: cum ſit materia ſatis prolixa, de qua in l. ſi conſtante. ſolu. matr. per Bar. & Modernio. & in l. quemadmodum. C. de agrico. & cenſitis. vel ſi forte ex eadem ratione idem videatur in iſtis, non habeat locum pœna, vt fiat extenſio in alia perſona, vel dignitate ſine pœna, argum. l. multa, & l. in teſtamento, de condi. & demonſtra. ex mente Ioan. And. in c. diſpendia: de reſcrip. in no. & in c. odia. de reg. iur. in 6. Card. Florentin. in c. 1. locati, qui conſtitutionem illius canonis extendit ad omnia ſtudia, ſed non quò ad pœnam, gloſſ. eſt no. in clem. 1. de conſang. & affin. & hoc eſſet verum, etiam ſi diceret, Comites & alios, vt non includantur Duces; vt probatur ex tex. d. capit. ſedes. de reſcrip. vbi clauſula generalis non habet locum quò ad maiores expreſſis, niſi ſit dictum, vel adijciatur aliquod corpus vniuerſale, quod de ſui natura haberet locum in maiore, vt not. Innocen. in c. dilecto, de offic. archidiac. no. Ang. in l. non poteſt, de iudi. vel apponerentur hæc verba, & quoſcunque alios, authoritate gl. in clem. ne Romani, de electio. & in clem. 1. de re iudi. & in clem. 1. de reb. eccle. non alie. & in clem. ſi. de ſent. excom. quas gloſſ. ſæpe allegat, & ſequitur Barba. in conſilijs, & in conſi. 23. & in conſi. 36. in 2. vol. & in conſ. 87. 4. col. in 3. libro, & in conſil. 48. 2. colum. 4. volum. Veniunt etiam tunc perſonæ ſectæ diuerſæ, ſecundùm glo. quæ reputatur ſingularis, in l. pro mittendo, de iur. dot. clerici & laici comprehenduntur, vt in c. duo ſunt genera. 12. q. 1. Moder. in d. c. ſedes, Iaſ. in §. præint. Barba. in d. conſil. 23. Veniunt etiam Reges, Reginæ, mulieres, ſeruitores, coniuncti, & affines, vt dicit Barba. in d. conſi. 23. quem ſequitur dominus Petrus Rebuffus in ſecunda parte conſti. Regni Gallicarum, char. 250.

49 Concludo itaque, quòd † Duces, Principes, & Marchiones non veniunt ſub appellatione Comitum, veniunt tamen ſub denominatione Baronum: cum ipſi ſint maiores Barones ſub titulis dignitatum ſibi aſſignatis, capita ſunt dignitatum in Regno, vt in c. 1. §. 1. qui feud. dar. poſſ. & in c. 1. quis dicatur Dux. hinc dicti ſunt Capitanei, quaſi capita tenentes feudalia dignitatum. & vide quæ ſcribit dominus Blaſius Lãcea in repe. capituli volentes. 15. nota. ad interpretationem illius capituli, & aliorũ illius Regni, cum ſint materiæ vtrique communes.

Vnum tamen non omitto, quòd regulariter capita non veniunt ſub dignitatibus ſimplicibus, vt in capitulo quia periculoſum: de ſen. excomm. vbi Epiſcopus non venit appellatione dignitatis; quia eſt culmen dignitatum: vt in c. dilectus, de conceſſ. præb. & in c. inquiſitiones, de hære. in 6. & appellatione Capituli non venit Præpoſitus, qui eſt caput Capituli, notat Abb. in c. cæte, in ſecundo not. de reſcr. & in c. poſt electionem, de electio. & appellatione clericorum non venit Prælatus, idem Abb. in capit. bonæ, el primo, de poſtula. præla. cum prælatura alteret clericatum, vt in cap. ſtatutum. de electio. in 6. & ſi Rex dat licentiam extrahendi aquam à fiſtulis, non capiet à matricibus. & principalibus, quæ aquas ſuſtinent, vt in l. eos. C. de aqued. lib. 10. per quam legem dixit Barba. in conſi. 26. 2. colum. ſecundo vol. quòd ſi datur licentia incidendi ligna à nemore, non poterit incidere à capite nemoris principalis: quia ea quæ ſpeciali nota digna ſunt, niſi exprimantur, videntur neglecta: vt in l. item apud Labeonem. §. hoc edictum, de iniur. & illum tex. allegauit gl. in d. c. quia periculoſum, & And. de Barulo dicit no. in d. l. eos. & qui poſſidet caput Comitatus, dicitur Comes, ſecundum Bald. conſil. 375. quod pro regula, colum. 3. libro ſecundo, Ioan. de Pla. in l. 2. vlti. col. C. vt dignita. ordo ſeruetur. Alij, qui poſſident membra Comitatus, non ſunt Comites, ſecundùm Alberi. in ver. feudum. Tiraquellus in tract. primogenitu. quæſt. 4. & quæſt. 52. fol. 388. & qui tenet caput Baroniæ dicitur Baro. ſecundùm Ioan. de Platea in l. omnes. 3. colum. C. de magiſtris ſcrin. & vbi eſt caput ſancti, ibi dicitur eſſe ſanctus, & in eo loco cenſentur eſſe indulgentiæ, vt in l. cum diuerſis. ff. de religioſis, & ſumptibus funerum. Caſſa. dicit, quòd hoc non habet locum in capitibus. parte 4. conſil. 32. colum. 6. & in obligatione ge-

48 Quæſtio orta inter regentes regiam Cancellariam in regno Neapolitano ſuper præcedentia, ſcilicet quis ipſorum debeat alium præcedere, qui primò obtinuit priuilegium, vel qui primò adeptus fuit poſſeſſio.

49 Procedere is debet in ſedendo, & in honoribus, qui primò de dignitate fuit inueſtitus.

50 Præcedere is debet, in cuius perſonam adeſt concurſus maioris dignitatis.

51 Officij dignitas quando eſt publicum neceſſitate, & authoritate, quæritur etiam ignoranti.

52 Subſcribens ſe alicui ſcripturæ videtur contenta in ea approbare, niſi ex neceſſitate officij ſubſcripſiſſet, & num. 63.

53 Producens ſcripturam cenſetur omnia in ea contenta fateri.

54 Priuilegium Principis ſemper intelligitur ſine iniuria & præiuditio tertij.

55 Data priuilegij de ſtylo Cancellariæ regni fit ſub die expeditionis gratiæ, non expeditionis ipſius priuilegij, & num. 70.

56 Officialis licet ſit electus in officio non tamen gaudet priuilegio & dignitate officij, niſi ſuſcepta adminiſtratione.

57 Dignitas magis conſideratur actu, quàm habitu, & ea præualet, quæ verſatur in adminiſtratione.

58 Doctor, qui actu aſcendit ad gradum doctoratus, præfertur licentiato, qui prius habuit facultatem ad aſcendendum.

59 Epiſcopus ille præcedit, qui primò conſecratus eſt licet alter primò fuerit promotus.

60 Salarium officialis debetur a die ſuſceptæ adminiſtrationis officij, & non à die expeditionis priuilegij ſiue commiſſionis.

61 Pri-ilegium, quod intra annum non regiſtratur, euaneſcit in regno virtute pragmatica.

62 Reſtitutus ad dignitatem, quam amiſerat, non recuperat locum medio tempore ab alio occupatum. Sed erit tanquam nouiſſimus.

64 Prior in tempore, prior debet eſſe in dignitate, & in ordine, nu. 69.

65 Dignior & nobilior cenſetur inter pares eiuſdem officij, qui propius degit apud Cæſarem vel Pontificem, vel qui ſequitur Curiam Regis.

66 Poſſeſſio in iuribus incorporalibus acquiritur in vniuerſum etiam per poſſeſſionem adeptam in vna re ſeparata.

67 Poſſeſſio totius prouinciæ acquiritur per ingreſſum

prin-

principalioris ciuitatis ipſius prouinciæ.
68 *Princeps ex ſola conceſſione transfert dominium & poſſeſſionem.*
71 *Falſitas appoſita in priuilegio Principis non impedit exequutionem ipſius priuilegij.*

COMMVNITER omnes ſcri-
1 bunt in dicto c. 1. quòd Dux † di
citur, qui de ducatu eſt inueſtitus
à Rege, vt de Duce Amalphiæ, de
Duce Adriæ, & alijs dominis Du
cibus, ſed quid ſit origine ſua, &
Dux, & Ducatus non apperiunt, & ſentiunt con
trarium eius, quod in veritate eſt.
* Franciſcus Conanus vir doctiſſimus lib. 2.
cōmentariorum iuris ciuilis, in titu. de bon. lib.
fol. 172. ducatus, comitatus, & quas Baronias
vocamus, muneris & adminiſtrationis fuiſſe
non patrimonij nomini, reuocarique potuiſſe
cum liberet Principi, nec ad hæredes Ducum,
vel Comitum peruenuiſſe. Primus Vgo captus
ad conciliandos, retinendoſque ſibi procerum
animos, quorum opera Regnum Franciæ nullo
iure occuparat, has, quæ tēporaneæ erant digni
tates, fecit perpetuas, atque ita pariter omnia feu
da tranſierunt ad hęredes: dum tamen milites eſ
ſent, ideſt nobiles. Scribit Petrus Bugianus in hi
ſtoria monaſtica, in vita Landulphi Salernitani
Principis lib. 2. fol. 270. Duces pręcedere ex di-
gnitate Principes, ſed in regno Neap. Principes
Duces præcedunt. Ignorat tamen, an talis mos
alibi ſit, non dat de hoc rationem. Alcia. lib.
de ſing. certa. cap. 32. *
Scribit Oldendorp. in titulo de beneficiarijs,
actionib. q; Ducis origo à Romanis Ducibus ini
tium ſumpſit, qui cum à Senatu ad exercitum
mitteretur, eo quòd ipſe alios ſecum duceret, di
ctus eſt Dux, & cum certo loco, Regioni, aut
Prouinciæ ſecum gentem validam duceret, & re
geret Prouinciam: tempore ſubſequente à ductu
militum & gentis Ducis nomen inualuit, & ad
dignitatis Regalis & primariæ euexit faſtigium.
Lampridius commemorat Heliogabalum Impe
ratorem peſſimum olim vendidiſſe Ducatus, &
Palatina officia. Eandem ſententiam tenent Al-
ciatus, & Zaſius uiri doctiſſimi, qui etiam autho
ritate Virgilij eam comprobare nituntur: de Lā
pridij loco meminit Caſſ. in conſuet. Burgun. in
procemio, in verbo Dux. & Eguinarius Baro in
Metodo feudorum, in prima charta. Hic Dux
ſecum cępit duodecim habere Comites, qui cū
Ducem comitarentur, & ab eius latere non re-
cederent, ſecundum Cornelium Tacitum in lib.
de Germania, prout ſupra diximus. Ex quibus
Comitis nomen & imago illuxit in lucem. &
quia Prouincia ſeu Regio, in qua Dux deputa-
batur, erat grandis & ſpatioſa, & erant plures ne
ceſſarij ſatellites & milites, deputati ſunt Comi
tes duodecim: vt firmat Claudius Toroneus in
tractatu de re militari, li. tertio, c. 20. Sed quare
in hoc numero & non maiore aut minore, ra-
tio aſſignari pro vero non poteſt, niſi, quòd
ex tali numero veluti neceſſario viſum fuit, Du-
cem Regioni pręſidentem poſſe ſuſtinere popu-
los ſubditos, quibus cura & regimen in parti-
cularibus committeretur locis. ſic Comites di-
cti ſunt à committendo, veluti à terrendo terri-
torium, & Comitatus, à comminando, & Duca
tus à Comitum, militum, & exercitus ductu, &
ſecundum Lucam de Penna in l. ii. ſecunda col.
C. de re militari. Hoc nomen Ducis illi propriè
congruit, qui exercitui pręeſt, à ducendo exerci
tu, licet melius gubernator diceretur: ar. l. quem
2 admodum. §. ſi nauis. ad l. aquil. & † hodie Capi
taneus ad guerram dicitur Dux, vt dicit idem
Luc. in l. tribuni, in principio, eodem titulo, &
in l. 1. C. de Comitibus rei militaris, quem ſequi
tur Caſſa. in nona parte, cōſideratione 12. & Dux
in Regno vocatur Mareſcallus exercitus, vel Ca
pitaneus exercitus, ſecundùm eundem Lucam,
in d. l. fin. in quarta colum. in fin. Collennutius
3 † autem in hiſtoria Neapolitana, in ſecūda par-
te, in Italia Ducum nomen à Longobardis ait
prouenisse, qui cum valida manu in Italiam ad-
ueniſſent, ac exercitum magnum, & potentem
duxiſſent, triginta Capitaneos inſtituerunt, qui
hanc gentem regerent ac ducerent ſub militari
diſciplina, ac illos eorum Dux Alduinus Duces
vocauit, ac nuncupauit, & ſecundùm dominum
Iacobum Spiegellium, in Germania ſub Fran-
cis Principibus, qui Gallicum Regnum, & Ger
manicum ſimul adminiſtrarunt, Primus ſub ve-
teribus Francis liberæ poteſtatis Dux fuit in Sa-
xonia Henricus pater Othonis cognomento
Magni, qui Italię liberator Longobardorum
Regno Germanis vindicato progreſſus Romam
Auguſtus appellatus eſt, & ſecundùm Albertū
in deſcriptione Samnitum, Longobardorum
in Italia aucto Imperio ab ipſorum Rege qua-
tuor fuerunt Ducatus inſtituti, vt ſupra dixi-
mus, & vnus Ducatus eſſet Beneuenti pro tota
Regione Samnitica, qui Dux defunctus non ha
beret hæredem in Ducatu, ſed ad Regem Lon-
gobardorum electio, & noua ſpectaret creatio,
quod & ipſis rerum potitis obſeruatum eſt per
tempora, donec à Carolo Magno capto, & re-
legato eorum Rege Deſiderio, eorum Regnum
Papiæ Regia conſiſtens euerſum eſt: & vt dicit
Sabellicus, permiſit idem Carolus clementia
quadam, & benignitate commotus, cum tam in
numera gens extingui nullatenus poſſet, adeo
plena erat populo, & Italico generi iuncta, vt
ex earum gentibus ipſi ſibi ipſis Ducem erige-
rent, ac defuncto eodem ſucceſſorem crearent
Ducem, & confirmationem ab eodem Carolo
obtinerent: & per temporum inſinuationes ob
tentum eſt, donec & ipſi Duces, & Principes de-
leti à Græcis & victi ac capti ſunt, vt ſupra etiā
diximus. Obtinuit poſtremò placitis feudalib.
qđ officij erat munus & gētis ducendæ, ac ſubli-
nendæ authoritas, in ea, qua ducti erant Regio
ne decreta à Longobardis ipſis, in feudalem
concedi titulum ac dominium, dum Regnum
ipſi obtinebant, & quia à Rege ipſorum Pro-
uincia, vel Regio dabatur in feudum, appella-
ta eſt Regalis dignitas: cum à nemine tam grā-
dis poſſet concedi Regio, & illa Regio ſeu Pro-
uincia dicta eſt Ducatus, quia Duci illius præfe

ɛ̃to tradita eſt iu feudum.

4 Reperitur † etiam in Germania Archiducis dignitas, ſecundùm Sebaſtianum Munſterum in deſcrpitione Germanica, libro ſecundo, qnaſi ſupra ſit duces, ſicut Archiepiſcopus ſupra Epiſcopos: & vt dicit Caſſan. io quinta parte. conſideratione 44. ex cõſuetudine inductum eſt in Alemania, vt cum omnes filij appellentnr Duces, eorum tamen primogenitus frater vocetur Archidux primus ſratrum in Ducali dignitate, ab Archos, quod eſt Princeps: vt in capitulo cleros 22. diſtinctione, & glo. in rubrica. C. de Comitijs, & Arch. lib. 12. exponit Arcbos, ideſt Prioceps, & Archidux Auſtriæ, de quo Domious ooſter Carolus omnium Cęſarum & Principũ Prioceps genus ducit. & ſecundùm dominum Iacobum Spiegellium, Arcbiducis appellationem primùm Bruno frater Orhonis Imperatoris eius nominis primus inſoienter aſſumpſit: teſte Æmilio Veronen. libro Franc. hiſt. 3. id poſtea Carnitianornm Principes vſorparnnt: quibus extinctis ad Auſtriam primariam familiam ſimul cũ ditione peruenit, quod & hodie obtinet.

5 * Sunt † etiam exduces, qui ducis officio perfuncti ſunt: vt ex loco Iulij Capitolini io Gordianis, ex quibus ait. dno ingreſſi Capitolium: cum illic Senatus ageretur, aote ipſam aram à gallicano exconſulibus & Mæcenate ex ducibus interempti ſunt, & qui plures geſſerunt ducatus, & Ducom Vicarij vocala inclinaotis imperij propria, & eius ſeculi auctoribus vt per Vopiſcum in hiſtoria Aureliani. Habuit ipſe multos ducatus, plurimos tribunatus, Vicarias Ducum, & tribunorum diuerſis temporibus prope 40. Vulphan. Lazius in comment. Reip. Rom. lib. ſecundo folio 264. & lib. quarto fol. 573. exmagiſter officiorum, C. de ſilentiarijs, & apud Marcellinum lib. vigeſimoſecuodo exproximis libellorum: l. vlti. C. de proxi. ſacr. ſcrine. & Magiſter equitum per eundem lib. primo, expræfectus, exdux, exuicarius, exagens in rebus apud eundem libro vigeſimooctauo, & ex comes domeſticorum. *

6 Fueruot † in Regno Duces vetoſtioribus temporibus, primò Beoeuẽti ſub Longobardis, ſub Græcis Imperatoribus Neapoli Dux, & plures legi i chronico Caſſinenſi, ac Sãcti Vincentij & in chronico Napolitanorum Sanctorum: vt de patre Sancti Atheuaſij: Sergio, qui etiam cõſul dicebator, Amalphiæ, & io Amalphitana Regiooe Dox, populi ſuffragio, à patritio per Imperatorem Conſtaotioopolitanũ deputata approbatur. in Surrẽtina Prouincia Dux & Conſul. ſub terra Barenſi Dnx Bari à Græcis: Dux Gaietæ à populo ſub aſſenſu Apoſtolico, & ſub aduẽto Normanuorum Dux Salerni. Dux Mutulæ, & aliorum, qnos omitto. Iſti Duces velut Reguli imperitabant, & deiude Dux Apuliæ, à Nicolao Tertio Pontifice declaratur: Et poſtremò alij Duces de Ducatibus iuueſtiti ſunt ſub Regibns, quos & hodie cernimns, priſca illa Ducom ſublata imagine, & qui Cæſarem Carolum Quintum dominum noſtrum Siciliæ citra & vltra Farum Regem dominum directum tenent, recognoſcunt, & venerantur ſupremum, & verum dominum. hæc de Ducum exordio, de quo per Paridem in trac. de re militari, libro 7. verſ. ſed an Comes.

* De Ducibus, & Comitibus ſcribit Pomponius Letus in Coſtantino verba hæc. Qui Comitibns & Ducibus pro augmento Imperij conſeonerant, dabantur agri, villęque, vt neceſſaria 1 ſnppetereot, quo ad uiuereot, parrochias vocabant. *

7 Dux ſecundùm aliquos ſcriptores † cenſetur perſoua ſpectabilis: vt in l. ſiquando. C. de appellarionibus & in §. ſimili quoque modo, eodem titulo, in autbeurico: ſequitur Ioannes de Platea in lege ſecooda. C. de Comiribus * rei militar. lih. duodecimo, & Alexander io rubrica de officio eius, cui mandata eſt ioriſdictio, per textum, iu lege rapiores. C. de Epiſcopis & clericis, & ſecundùm aliquos dlcitur perſona Illuſtr. authoritate glo. in iege præcipimns, io §. primo, io verbo præſes: de appellationibus. tamẽ de conſuetudine dicitur Illuſtriſſimus, ſecundùm Bal. in capitulo cum acceſſiſſent, in ſecunda col. de conſtitution. ſequitur Carolus Rulnus in conſi. 104. in prima col. in quinto volumine: & Heuricus in conſi. ſecundo, tertio libro, & in iſtis attenditnr conſuetudo, ſecundùm Bar. in l. prima, quarta col. C. de dignitate, & Bal. in capitulo primo, 2. col. de his qui feu. dar. poſſ. eſt tex. in l. non tantùm. de decurio. & in l. ſupercreandis. C. de iur. fiſ.

8 Dux † dictus eſt, eo quòd ipſe alios ad virtutem educat, vnde Ipſe debet eſſe fortis, vigilaus, prudeos, ſapiens, honeſtus, fidelis, & religioſus, & ideo ab omoi culpa, & crimine debet præcanere, cum ipſe alijs Dncatum præbeat, ob quod dici ſolet, ſi cæcus cæcum ducit, ambo io foueam cadunt, & præcauendum eſt (air Hierooymus) ne quem Ducem credimus diſciplinæ, Comitem teneamus erroris, & Dux, & Comes à Cicerone pro Marcello. Huius autem rei tu idem Dux es, & Comes, & pro Cornel. Videte, ne vtilins vobis, & honeſtum ſit illis Ducibus errare, quàm hoc magiſtro erudiri, & Dux idem eſt, quòd Princeps, & author, ſecundùm eundem, tertio de Oratore, quem anthorem publici concilij, & regendæ Ciuitatis Ducem, & ſententiæ, atque eloquentiæ Principem, io Senatu, in Populo, in publicis cauſis eſſe volumns, & not. in l. ſecunda C. de dom. & protbe. libro duodecimo, & Dux pro prætore, & Imperatore: vt dicit idem Cicero pro Flacco vigeſimaprima, ibi, an veſtri Prætores, veſtri Duces, veſtri Imperatores, & Dux claſſis Præfectus ab eodem, ſeptima in Verrem. Sed tanc inopes relicti à Duce, præfectoq́ne claſſis euudem neceſſariò curſum tenere cœperunt, hinc Ducatus, ipſa ducendi actio, vel Regio, cui Dux dominatur, vel ipſa Ducis dignitas, præfectora, & imperium militare, in l. capit. Peienti ſignum prima die Tribuno dedit milisi munns, exprobrans utique ſegnitiem tẽporum ſuperiorum, quod quidem

dem etiam in omnibus Ducatibus dederat. Ex theſauro, & alijs authoribus.

9 * Ducis † generale fuit Romanis vocabulum, quo cuiuſque hominum multitudinis ductorem ſignificabant: eis tamen in vſu trium generum præcipuè duces extiterunt, militaris, prætorius & limitaneus: hi duo poſtremi erant prouinciarũ, tercius erat exercitus, q̃ maior erat quàm tribunus dignitatis, de quo Lampridius in vita Alexandri ait. Apparitores denique nullos eſſe paſſus eſt tribunis, aut ducibus, niſi milites anteire voluit, iuſſitque: vt ante tribunũ quatuor milites ambularent, ante Ducem ſex militares: Duces erant, qui exercitum populi Romani ducebant, veluti campi ductores, erantque maiores quàm tribuni loci, qui cohortes ducebant dumtaxat, minores tamen, quàm legati, qui regionibus imperabant, de quibus Tacitus li. 1. hiſtoriæ Auguſtæ, & Spartianus in Peſcennino ibi. At ordines diu duxit, multisq; ducalibus peruenit, vt exercitus Syriacos iuſſu Commodi regeret, & iterum. Peſcenninum fortem virum noui, & ei iam tribunatos duos dedi, ducatum mox dabo, vt illud ſubſidium ſenectuti paret. Celius Corduenus Rempub. recuſauerit: fuit ergo miles optatus, tribunus ſingularis, Dux præcipuus, Legatus ſeueriſſimus, & conſul inſignis. Ex his igitur verbis ordo militarium munerum eluceſcet: in his meminit Capitolinus in Maximino, & Cęſar lib. tertio belli ciuilis & Flauius Vopiſcus in hiſtoria Aureliani Cęſaris, dum dicit, quid in illo non clatum, quid non Coruinis, & Scipionibus conferendum, ille liberator Illirici, ille Gallicorum reſtitutor, ille Dux magni totius exempli. Dux militaris à Græcis dicitur χιλίαρχος eo quòd mille homines duceret, & qui hodie nuncupatur *il colonel de mille fanti*. Ioſeph. lib. 3. belli iudaici refert, milites cõuenisse ad cẽturiones, & illos rurſus ad chilianos: Dux prouincialis generalis vox, à Gręcis metropolites ad præfectos prætorio & Proconſules extenta: vt quicunque iuſtum exercitũ regeret, vel in limite, vel in prætorio dux nominaretur, de quo Herodianus lib. 3. hiſtoriæ ſuæ, & Trebellius in vita Claudij Dux limitaneus à Græcis. . . . qui in prouincia limitem Romanę ditionis attingente præſidi in laboris ſocietatem erat adiectus, qualis erat in tractu Illirici occidentalis ſiue limitis Iſtrici Dux Pannoniæ primę, Dux Valerię, & Dux Rhetiæ, quales recenſit codex præfecturarum in limite ſiue in prætorio orientis: Ducem Armenię, ducem Bithinię, Phęniciæ & alios, quos longa ſerie cum locorum authoribus ſcribit Vulphangus Lazius vir doctiſſimus, & nemini ſecundus hiſtoricus in commẽtarijs Reipub. Romanę nono capite fol. 254 cum ſeq. & dux exercitus ſecundùm aliquos *el maſtro de campo*, & ducum ductor Imperator exercitus. *

10 Dux ille eſt, † qui Regionem vel Prouintiam aliquam in feudum ſub Ducali dignitate obtinet à Rege, vt dicitur in dicto capitulo primo, & à feudiſtis inter primarias ponitur Ducalis, ex ordine literæ, & à nomine, ac deriuatione ipſius, & quamuis poſſit Rex vnam terram concedere alicui in titulum Ducatus, & ipſe ſit Dux ex diſpoſitione Regis, qui iubet, vult, & diſponit, tamen ſi non haberet Regionẽ oppidorum ſub ſuo Ducatu, nõ diceretur Dux illius authoritatis & præeminentiæ, cum non conueniat ipſius Ducatus propria diffinitio, origine inſpecta & nomine recognito: & non ita veneratur: cum eſt in cœtu aliorum Procerum & Magnatum, vt ſi à latere ſecum aſſiſtat Marchio vel Comes, qui amplum obtineat Comitatum, vel Marchionatum, in quo ſit nobilium vaſſallorum copioſus numerus, Ipſe autem Dux vni oppido dominetur, in quo non ſit ingens copia vaſſallorum, præcedet tamen eos propter maiorem dignitatem, quam habet, vt in l. prima in fi. C. de conſulibus, vbi non curatur ordo temporis, quã do maior qualitas adeſt. Impropriè autem dicitur Dux, qui regionem aliquam tenet in officiũ ſub titulo ducali; vt dicit Andreas in dicto capitulo, vt de duce Spoleti, cuius Regio Vmbria dicitur ab authoribus, & cuius fines à fonte Tyberis vſque ad Anienis fluuij ſiniſtrã ripam, vbi Anio Tyberim illabitur. & ſub appellatione ducis hic dux non includeretur: vt no. omnes in d. c. 1. Taurin. in verbo Dux. & Caſſa. in prologo conſu. Burgu. in eodem ver. & iſta eſt vna differentia inter officium & feudum, alias inſta colligam ſuo loco.

* Dux pro certo tempore ac ſalario creabatur primò, & qui prouincias Auguſtorum nominũ & auſpicijs gubernabat: vt per Diaco. libro 1. hiſtoriæ Longobardæ. cap. 7. erat ad nutum Principis auocabilis, & ad ſui libitum abrogabilis, de his mentio fit in pluribus legibus Francorum finito tempore exdux nominatur, qui ducis officium geſſit, vel in limitibus prouincię, vel alibi, de quo Iulius Capitolinus in Gordianis ait, ex quibus duo ingreſſi Capitolinum: cũ illic Senatus ageretur ante ipſam aram à gallico exconſulibus & Mecenate ex ducibus interemptus

11 † Hi vocantur exduces, vti exconſules & exprefecti, qui magiſtratu abierunt, vel quorum poteſtas à Principe abrogata eſt l. 2. §. nos itaque. C. de vete. iur. enucl. & in l. 3. C. de proxi. ſacro. ſcriniorum. *

12 Dux habet inſignia † ex communi vſu, Pileum circundatum quadam Corona rotunda, non erecta, nec aſcendente, in modum zonæ circundantis Pileum; vt dicit Caſſa. in catalogo glorię mundi, in prima parte, concluſione nona: & ita communiter ſeruatur, vt ex hoc cognoſcatur ab alijs, vt ſupra etiam diximus in Comite. habent etiam aliæ dignitates ſua quæque inſignia. ſicut & Prętores, Quæſtores, Senatores, Cenſores, & alij. Druſus autem vir Romanus genere, & eloquentia magnus, ſed ambitioſus, & ſuperbus, ædilis munus magnificentiſſimè dedit. Quæſtor in Aſia nullis inſignibus vti voluit, nequid ipſo eſſet inſignius. Tribunus plebis Latinis Ciuitatem, plebi agros, equitibus curias, Senatui iudicia permiſit, nimię liberalitatis fuit, ipſe autem profuſus. gentilitatis autem

inſignia arma ſunt militiæ, quę ipſa primũ; vt vero eſt ſimile, præmia fuere virtutis, ac rerum geſtarum decora, vt Budæus ſentit in l. fi. de ori. iur. & Alciatus Parergon, quinto libro, capitulo, de inſignibus & armis, vbi omninò videas. Et per Vulphangum pleniſſimè in præfato loco.

13 Dux exercitus, † tria hæc præcipua habere debet, ſecundùm Volateranum in vrbanis commentarijs lib. 30. cap. 4. Erga inimicos audaciam, erga ſubditos beneuolentiam, & erga temporum oportunitates rationem. Ageſilaum ſic dixiſſe refert, & ſecundùm Franciſcum Patritium in 9. lib. c. 2. de inſtitutione reip. ex authoritate Ciceronis: quatuor ineſſe oportere, ſcilicet ſcientiam rei militaris, virtutem, authoritatem, & fœlicitatem, & deinde addit. Ducis virtutes ſunt, labor in negotijs, fortitudo in periculis, induſtria in agendo, celeritas in conficiendo, & conſilium in prouidendo: & ideo nihil rarius aut difficilius optimo Duce exercitus inueniri poteſt. Admirabatur Alexander Maced. quòd Athenien. ſingulis ann. Duces exercitus eligerent: cum ipſe omni tempore vitæ ſuę, non niſi vnum ducem bonum Parmenonem inuenisset. & de requiſitis in duce exercitus eligendo, Cępol. Vero. trac. edidit, de Impera. mili. elig. quem tranſcribit idem Caſſa. in nona parte, conſid. 15.

Dux fecit pacem cum alio Duce, & promiſerunt adinuicem non offendere vnus alium, ne-

14 que adhærentes eorum: † qui veniant appellatione adhęrentium. Hanc quęſtionem poſuit Taurinēſis in ſua inueſt. in ver. adhęrentibus, & confęderatis, alleg. Aug. in auth. de hęr. & falci. in prin. in 3. col. qui dicit, eos intelligi adhęrentes, qui ſunt eiuſdem velle, cuius eſt ille, cui fit adhęſio, & etiam ſubditi ipſius, per text. in c. ad apoſtolicę, de re iudi. in 6. aliàs ipſi non includerentur, niſi eſſet dictum, ſecundùm Auge. in l. quę religioſis. de rei vend. cui addo Fel. pleniè in rub. de treg. & pa. & Martinum de Laude in tract. de confęd. Principum, 3. no. & an adhęrens vtatur iure ſui principalis, plenè per Barb. in conſi. 28. in 1. libro. & in conſil. 11. 11. & 15. col. in 2. vol.

15 Dux alio nomine † ſecundùm peritiores feudiſtas, appellatur limitaneus Pręfectus, cui à Principibus permiſſum erat, limitaneos agros cum paludibus, omnique iure pro ſuo compendio, & curare & arare, & nullam pro agris pręſtationem impendere. Statuit Theodoſius in l. fi. C. de agr. limitrop. lib. 11. vt & ipſe attentius militaret, ſua quoque rura defenſurus. Cœpit

16 † poſtea Imperator Alexander hoſtium captos agros limitaneis Ducibus ita concedere: vt eorum hęredes haberent, ſi & ipſi militarent: vt dicit Lampridius in vita Alexandri Mammei: & limitati agri apud Florentinum Iureconſultum in l. in agris, de acquirend. rerum domino, dicuntur, qui de hoſtibus capti militibus per limites, hoc eſt centurias aſſignabantur. Id quod duobus modis fiebat, vno quidem: vt hi, quorum territorio agri ſumpti erant, nullam amplius iuriſdictionem in eis haberent, ſed leges acciperent ab ijs, qui illuc veteranos deduxerant, qui manucaptus, aſſignatuſque veteranis publicus Romani populi remaneret, nec alluuione diminuitur: vt vult Florentinus. Alius modus eſt: vt iuriſdictio Ciuitatis in eos agros ſalua eſſet, ſic dum in Ciuitate permanet, in cuius iure erat: quoniam adhuc videtur priuatus eſſe, ius ibi eſt alluuionis, quod Agenuius Vrbinas in libro de controuerſijs agrorum recitat. Ager, qui ex hoſtibus manucaptus erat, vt ait Feſtus, maiorum more erat tripartitus: nam aut aſſignabatur, aut vęnibat, aut in publicum remanebat. Aſſignatus ager eſt, ager diuiſus veteranis militibus, & emeritis in præmium bellici laboris, vt aliquando quieſcant: Pomponius Iureconſultus in l. ſi captiuus. §. expulſis hoſtibus: de captiuis, ibi nec publicari, aut prædæ loco cedere. Captus enim ab hoſtibus, mox publicatus erat, idest ad Principis dominium & poteſtatem deductus, & mox per centurias diuidebatur: hoc eſt cuilibet centuriæ militum certa iugera aſſignabātur: vt ſi dicamus, ager ſtellatus vni comitiuæ militum, cuius Petrus eſt tribunus, traditus eſt, à Petro tribuno Fuluio militi aſſignatus eſt, ne poſthac dubium ſit, Petro tribuno, an Fuluio militi potius fuerit aſſignatus: quia vtrique ſucceſſiuè ceſſit: cum tribunus ſuis militibus viritim agrum manucaptum diuiſit, hic ager aſſignatus præſcriptioni non ſubiacet: vt in l. agros. C. de fundis limitrop. nec etiam alluuioni: vt in l. prima. §. ſi inſula. & §. ſequen. de fluminibus, & iſte mos aſſignationis bonorum immobilium apud Romanos ex tempore frequens, pro re benè geſta: fuit aliquando frequens & modernis temporibus. vſu nunquam euenit, aut perrarò: cùm non per centurias, ſed certis militibus illius aſſignatur. Ager vęnibat, hoc eſt, ſub haſta publicè plus offerenti vendebatur: vt in l. in agris, in fin. de acquirend. rerum domino. Poſtremò in publicum (inquit) remanebat, & hic erat ager, qui ſubſeciuus appellabatur: nam quoties expletis militum centuriis, agri portio ſupererat, quæ per menſorem commodè diuidi non poterat, veniebat in publicum: & hoc eſt, quod Florentinus ait in dicta lege. in agris, non eſſe alluuioni locum agro aſſignato, vt ſciatur, quid cuique datum eſſet, quidque vęniſſet, & quid in publico relictum eſſet: & vetita alluuione agri aſſignati, ideſt limitati, cuius maior erat menſura quam in reliquis duobus, facile erat iudicare, quid de vendito, & in publicum relicto. At Trebatius, in dicta lege. in agris, quartum genus agrorum manucaptorum videtur poſuiſſe: ibi, Trebatius ait, agrum, qui hoſtibus deuictis ea conditione conceſſus eſt, vt in Ciuitatem veniret. & hic à Frontino declaratur (vt ſupra dixi) vt ſimilis ſit agro ſubſeciuo nec aſſignato, ſed extra cluſum dicto: qui reipub. populi Romani, aut ipſius coloniæ, cuius finibus circundatur, aut locis ſacris aut religioſis, aut denique populo Romano pertinentibus.

iure

iure ſubſeciuorum in eius, qui aſſignare potuit, remanet poteſtate. Domitianus omnia ſubſeciua in Italia donauit. Veſpaſianus vendidit ſumpta ſimilitudine agri ſubſeciui, qui eſt obiter ſeparatus de modo aliorum agrorum, & ferè is, qui ſupereſt. Dicimus ſuccīſiua ſtudia, ſiue ſuccīſſiuas horas, quæ à ſerijs negotijs ſeparatæ ſunt, voce luxata, à ſubſeciuo, vt à Cicerone in primo de legibus. Incurrunt quædam ſuccīſſiua tempora, quæ ego perire non patior. Hæcq; ab Alciato libro prætermiſſo. primo, &c. Parergon primo, capitulo trigeſimooctauo, nō ſic exponuntur, & Stephanus Biturēſis, & Claudius Toroneus viri acutiſſimi in eorum operibus tradunt, & de agris limitatis per Moder. Paris in conſuetudine Paris. §. primo, in glo. quinta, folio quadragesimoſecundo. Ex prædictis habetur intellectus duarum legum, quæ adinuicem pugnare videntur, ſecundùm dominum Zaſium in l. Princeps, quarta colum. de legibus, videlicet tex. Vlpiani in l. item ſi verberatum, in §. item ſi forte, in qua ager fuit, qui petitus eſt, & militibus aſſignatus eſt, vt non intelligatur ager in iudicio deductus, & rei vendicatione petitus, vt poterat percipi ex ſituatione in ea rubrica: & ſic communiter allegatur: ſed ibi erat ager hoſtium captus à Duce belli, vi bellica adeptus, & militibus traditus ad petitionem militum. non enim ibi Princeps alienum agrum tradiderat militibus pro remuneratione militū, ex cauſa Republic. & vtilitatis publicæ, vt ſtrenuo militi Princeps eſſet gratus, pro remuneratione laborum, & ſeruitiorum ſuorum, ſed aſſignauerat agrum vi bellica ab hoſtibus captum, & hoc modo intelligendo non probat id, ad quod communiter per Ang. ibi, & alios doctores adducitur, quòd Princeps ex cauſa publicæ vtilitatis poteſt rem meam mihi auferre, & aſſignare Duci exercitus, vel armorum Capitaneo: quia illa litera hoc non probat. debet enim Rex de ſuo concedere, & non ad aliena manus extendere: vt dicit Andreas in capitulo primo. §. ſimiliter, ſexta colum. de Capitaneo, qui cur. vend. & quando de ſuo non poteſt ſatisfacère, tunc aliter eſſet. Et legem Lucius, de euictio. exponit Alciatus in Parer. nouorum fol. quinquageſimoquinto. Prædia ibi trans Rhenum poſita ex præcepto Principali partim veteranis in præmia aſſignata, vt eſſent in eo loco propinquo, quo viget Principis exercitus, & militum ſtatio, vt ipſos habeat celeres, & faciliores in ea bellica expeditione. aliena prædia veteranis aſſignata, in quibus propè, vel iuxta erat exercitus: prout etiam ſentit Andr. in dicto capitulo ſimiliter. Nam hoc eſt diuinare ad illam literam. & ideo ex reſcripto Princeps conceſſit, quia Germani tunc Romanis erant hoſtes, & ex cauſa hoſtilitatis ad ipſum Principem pertinebant, qui poſtea militibus tradidit. erant illi agri in ripa Rheni in Germania ſiti, contra quos erat bellum indictum à Romanis, & per plures annos durauerat: vt per Cagnolum in proœm. Digeſti veteris, in §. exactis, & per Andream in dicto loco. Et ſic non donauit aliena pro remunerando milite. vel quia res mea prope eſt locum exercitus, vt eam propterea vendicet, publicet, aut largiatur Rex, dum neceſſitas belli imminet: eo loci diſponat Rex, quò ad commoditatem gentium, & exercitus: recedente exercitu, & cauſa belli ceſſante, debet redire ad dominum, vt dicitur in d. §. expulſis, & ſæpe audiui peritos dicere, quòd Princeps ex cauſa publicę vtilitatis auſert rem meam, et non ſoluto iuſto prætio, ſed modico mihi dato, ex verbis. d. l. itē ſi verberatū, ibi, modico honoris gratia poſſeſſori dato. de qua quæſtione Andreas diſſeruit in d. §. ſimiliter. in quinta col. in titulo quæ ſunt regalia, in verb. & plauſtrorum. & ſi teneatur primò dare excambium, quàm auferat, pleuè Luc. de Pen. in l. fi. C. de prædijs curialium, libro. 11. & Moder. in conſt. Regni, ea quæ ad decus, Ioan. de Neuiza. conſi. 12. & alij, quos omitto authores, nam ille tex. ex his, quæ ſupra in principio dixi, non habet hunc ſenſum, neque capit hunc intellectum: ſed ibi totus ager hoſtis erat publicatus & aſſignatus militibus à Principe, & Princeps benignitate motus totum agrum noluit ab eo poſſeſſore, qui fuerat ſuus hoſtis, auferre, ſed gratia honoris dedit ei modicum de illo agro, vt vidimus quandoque tempore inuaſionis Regni, non omnis bona rebellis fuiſſe confiſcatā, nec conceſſa, ſed gratia miſerationis dimiſſa: quia culpa non videbatur tam grauis, ſicut aliorum, qui debebant in perpetua egeſtate morari, vt illis eſſet mors ſolatium, & vita ſupplicium. & legi ſub primo Ferdinando priuilegia dominorum, quorum nomina honoris gratia non nomino, quibus aliqua feuda relaxantur. Iſte eſt honor, qui ei à Principe confertur, dum totum debet amittere, modicum ei relaxetur: ſic erat in d. §. item ſi forte. alias ad quid diceret tex. honoris gratia, ſi ei modicum daretur præcium rei ſuæ, quæ ſine ſui culpa à Principe auferebatur militibus aſſignanda: & hic erat caſus in d. §. item ſi forte, quia poſſeſſor rei uendicatione conuentus à Principe, honoris gratia modicum illius prædij obtinuerat, & ſibi relictum fuerat: cum propter hoſtilitatem totum deberet amittere, fuit poſtea condemnatus per ſententiam: fuit dubitatum an illud modicum teneretur reſtituere victori, & Iureconſultus ibi dicit, quòd ſic. & ex hoc litera plana, ſenſus eſt veridior, & intellectus apertus contra doctores inducentes illum tex. contra poſſeſſores a Principe depauperandos, vt militi aſſignetur ager, ſic vſurpatur in eo tex. verbum honoris gratia, vel honoris cauſa, quòd gratia fauoris, vel vt fauor fiat alicui: vt ſi dicerem, hoc fit in fauorem Ioannis Baptiſtę, id eſt bonoris gratia Ioannis Baptiſtę, Cicero ſeptima in Verrem actione, dicit. vir clariſſimus Cn. Lentulus Cenſor, qui Matrinij honoris cauſa recenti negotio ad te literas miſit, id eſt literas comendatitias fauore Matrinij, & in Epiſtolis familiaribus ſeptima. nam primò honoris cauſa in Scenam redierant, & frequens eſt

apud Ciceronem dicendi modus: vt per Doletum in commenta. linguæ latinæ, ſecundo Tomo, fol. 319. & per Liuium libr. 1. de Numa loquens, de ſe quoque conſuli iuſſit inde ab augure, cui deinde honoris gratia publicum id, perpetuumque ſacerdotium fuit: fauor itaque fuerat à Principe collatus poſſeſſori. in d. §. item ſi forte, dum ei modicum datur eius, quod perdere debet totum. Iſta ſunt ſingulariter notanda: quia noſtri ſcriptores aliter explanant text. quã ſe habeat veritas literæ. & vſus adeò inualuit, ꝙ non videtur poſſe dici contrarium, & ſeruiet ad multa viris eruditis.

17 Dux exercitus † non tam in danda, ſed etiam in obſeruanda diſciplina debet eſſe prudens: vt dicit Martianus in l. officium, de re milita. Oportet etiam eum non ducere ſolùm exercitum, ſed etiam præparare, tum quę ad bellum, tum quæ ad victum ſunt neceſſaria, ſecundùm Xenophontem lib. 3. memo. Ducem diligentẽ, patientem, prudentem, cautum, liberalem donandi pluſquàm habendi amantem eſſe decet. & Homerus Agamemnonem paſtorem populorum appellat, quòd ſaluum eſſe exercitum diligenter curaret.

18 * Ducis † filius apud Anglos patre mortuo nõ ſuccedit in ducatu, Rex de nouo ipſum creat ſolemnitate quadam præſentatur eidem, a Rege enſis cingitur, coronatur cum ceremonijs alijs, quod obſeruatur etiam in filijs Comitum ac Marchionum, in parlamento non habent vocem patre viuente, Milordi appellantur, & Viconti ſecundùm Sandon in epitho. officiorum Angliæ. lib. 4. *

19 Dux exercitus à Senatu Romano † prius eligebatur, vt dicit Vale. Max. de mili. diſci. deinde cœpit à militibus exercitus creari, confecto autem bello, partaque victoria à legionibus imperator ſalutari cœpit, idque primùm legitur Tyberium Bleſo conceſſiſſe, ſecũdùm Cornelium Tacitum lib. 3. Priſcorum Ducum nomen Imperator deinde eductum eſt, à quo, qui poſtea rem publicam ſuo nutu regeret, tanquam Rex Imperator dictus eſt: vt dicit Appianus in proœ. hiſt. à noſtris valde contenditur in proœ. inſtitutio. de hoc nomine ignota eius origine: quomodo autem Dux vel Imperator eligebantur, Plato li. 6. de legibus, his verbis complectitur. Ad electionem magiſtri equitum omnes ſuffragium ferent. Præfectos ordinum hi ſoli eligent, qui ſcuta ferunt, Tribunos militum, equites omnes, cęteros præfectos ipſi Duces conſtituent. Equites autem præſentibus peditibus ſuffragia dabunt, duoque è maiori ſuffragiorum numero eligentur, qui omnibus pręerunt. Duces quoque eum in Imperatorem aſſumere debent, cuius labor in negocijs, fortitudo in periculis, induſtria in agendo, celeritas in conficiendo, conſilium in prouidendo, communi omnium voce collaudetur, quæ ſecum cumulatè acceſſerint, vt Eutropius tradit libr. 9. de geſtis Romanorũ, etiam ſi neque Senator eſſet, neque exẽplo maximi imperatoris Senatus interceſſiſſet authoritas, is in Imperatorẽ eligẽdus eſt, ex modernis authorib.

20 Dux exercitus † in omnes milites ius habet animaduertendi, vt in l. 2. de cuſto. reo. & ad eũ milites, ſi quid deliquerint, remitti debent vt in l. cura. C. de offi. magi. offi. & Prouinciarũ Præſides militiæ deſertorem ad Ducem cum elogio remittere debent, vt in l. deſertorem, de re mili, & in l. fi. de accuſa. & plura not. in l. magiſteriæ. C. de iur. om. iu. hodie in Regno ſpectat ad magnum Comeſtabilẽ, habetur in l. fi. C. de re mili. & in l. j. C. de off. mag. mil. & ĩ l. j. C. de off. vica.

21 Dux exercitus † qualiter continere debeat milites ſuos, vide Epiſtolam Aureliani Imperatoris, quam poſuit Flauius Vopi. in vita Aureliani, in hęc ferè verba. Si vis Tribunus eſſe, imò ſi vis viuere, manus militum contine, nemo pullum alienet, capiat, ouem nemo contingat, vuã nullus auferat, ſegetem nemo deterat, oleũ, ſal, lignum nemo exigat. Annona ſua contentus ſit de præda hoſtium, non de Prouincialibus habeat, arma terſa ſint, & calciamenta fortia, veſtis noua veſtem veterem excludat: ſtipendium in balteo, non in popina habeat, torquem, brachialem, & anulum apponat, equum ſagmariũ ſuum defricet, captum animal non vendat, mulum centuriatũ comiter curet: alter alteri, quaſi ſeruus obſequatur, à medicis gratis curentur, aruſpicibus nihil dent, in hoſpicijs caſtè agant, qui litem fecerit vapulet, Hac Epiſtola, quid agere, quid euitare debeat miles apertè cognoſcitur: & hodie obſeruatum plenius dent voces oppidarij, qui ſuſtinent eos, & ſi dicent eſſe Senatores. prout de militibus ſub Alexandro Seuero ſcribit Spartianus in illius vita.

22 Dux belli † ex cauſa poteſt ſuis militibus dare commeatum, vt in l. 1. de commeatu, libr. 12. Eſt enim licentia qua ire, & infra tempus & locum debeat redire: vt in l. 1. & in l. deſertorem, & in l. officium. de re milita. & in l. ne legati, de pœn. & in l. quoties, ad municip. tempore autẽ expeditionis danda non eſt ſub pœna capitis, ex lege Arcadij, & Honorij Imperatorum, vel ſi miles eo tempore abſens eſt à ſignis, ex ſola neceſſitatis cauſa dari pòteſt à Duce belli, neque ad opus priuatum, ſcribit Liuius libr. 3. primæ Decadis. & commeatus dicitur omne id quod ad publicum victum pertinet: ſecundùm Ciceronem pro lege Manilia, & annona eſt militaris, pro qua ſignificatione apud Iureconſultos non legitur, & commeatalis miles is, qui in ſtipendij partem accipit alimenta ex commeatu, ideſt ex publico, quem Iuſtinianus in l. 2. C. de off. præ. præto. Afri. noluit vllo pacto à tribunis dimitti, ne dum ſuo lucro ſtudet incuſtoditas relinquat Prouincias: ex d. Iacob. Spiegellio, & Claudio Toroneo.

Duces in Italia ante Longobardorum aduentum, qui cum poſtea eorum Regnum ac ſedem ſtatuerunt, nomen hoc penitus delere, & omnia noua adinuenire cœperunt, & Duces Guaſtaldeos appellauerunt. hęc Raphael Volateranus. differt tamen hoc nomẽ à Caſtaldo, de quo fit mentio in c. 1. de feudo guardię, & ibi Camaleus, & de hoc Guaſtaldo plenę, & per ſępe in chronica Caſſinenſi.

Dux

23 Dux belli † capite punit militem, qui ſibi
manus intulerit, vel eum, qui ſpectantibus cœ-
teris, prior ſugam arripuerit, vel commilito-
nem gladio vulnerauerit, vel qui præpoſitum
ſuum non defendit, cum potuerit, vt in l. tertia
§. fina. & in l. omne delictum, de re milita. Et
variè punit milites pro qualitate delicti, loci,
temporis, & cauſæ, vt in l. ſecunda. eodem titu.
& per totam illam legem, & hoc habet ſpeciale
Dux belli, vt cauſas criminales militum poſſit
alteri committere cognoſcendas, vt in l. fina. C.
eodem titulo. in verb. vel eorum diſcuſſione, &
ibi, per dominum Iacobum Rebuffum, cũ cau-
ſæ meri Imperij non delegentur: vt in l. Impe-
rium. de iuriſdictione omnium iudicum.
24 Dux exercitus † mortis pœna caſtigare eos
milites, qui eius præcepto non obtemperant,
vt in l. deſertorem. §. in bello, de re mili. & ideo
miles eius iniuſſu nihil omnino agere debet, ſi-
ue eques ſit, ſiue pedes, debetq́ue in eum ſem-
per oculos vertere, eum inſequi, ad eius nutum
vitam ſuam inſtituere, nunc ſtare, nunc profi-
ciſci, & vt præcipit, dare ſigna: viciſſim accipe-
re, in prelio neque cedere, neque inſequi, niſi
pro Ducis arbitrio, & ſi rem benè ac proſperè
geſſerit: quia rem à Duce prohibitam fecit, aut
illius mandata non egit, capite plecti debet, vt
Modeſtinus tradit in dicto §. in bello. & ad
hoc maiorum ſunt exempla multorum, atque
in primis. P. Manlij Torquati, vt Titus Liuius
libro quarto, primæ Decadis ſcribit, qui filium
corã omni exercitu ſecuri percuti iuſſit, quòd
cum hoſte Gemino Metio Duce Tuſculanorũ,
inſcio & ignorante patre prouocatus pugnaue-
rit, & ſi victoriam reportaſſet. Poſthumius Ty-
burtius Aulum Poſthumium, quòd ſua ſponte
egreſſus, hoſtes fudiſſet capite plecti iuſſit. Au-
lus Fuluius euntem in acie filium ſuo iniuſſu è
vita ſubſtulit. & apud antiquos ſeuerius in eo
eſt animaduerſum, qui contra Ducis præce-
ptum in hoſtes pugnauerunt, quique reuocati
tardius prælio exceſſerunt, quàm qui ſigna re-
liquiſſent, aut propulſi eſſent. Eutropius li-
bro ſecundo de geſtis Romanorum, tradit Lu-
cium Papirium Curſorem, cum dictator ad bel-
lum contra Samnites profectus eſſet, Romam-
q́ue poſtea rediјſſet, præcepiſſe. Q. Fabio Ma-
ximo equitum magiſtro, quem in exercitu re-
liquerat, ne ſe abſente pugnaret. Ille autem oc-
caſione reperta quamuis fœliciſſimè dimicaſ-
ſet, capite damnatus eſt, ſed populi fauore in-
genti, ac militum, patris lachrymis, ac familiæ
merito liberatus eſt, Orationis verba ſcribunt
idem Lucius, & Raſael Vulateranus. Aurelius
etiam Cotta Conſul, cum ad opus equites ne-
ceſſitate cogente iuſſiſſet accedere, parsq́ue id
munus detrectaſſet, apud Cenſores quæſtus eſt,
effecitq́ue: vt notarentur: illiq́ue quia ſtipen-
dium adimebatur, ære diruti vulgò appellati
ſunt. & de Legibus Aegyptiorum contra non
parentes mandato Ducis exercitos, Diodorus
Siculus narrat legem eſſe omnium maximam,
talium eſſe ignominiam. regula eſt tradita iu-
ris, quòd quicunque Principis iniuſſu pugna-
uerit, lege Iulia maieſtatis teneretur: vt in l. lex
duodecim. ad legem iuliam maieſtã. Tam arcta
eſt norma diſciplinæ militaris in bello, quòd
miles etiam capite percuſſus, non debet ſine
Ducis licentia à ſignis diſcedere ſine mortis rea
tu, vt in l. prima C. quibus non obeſt longi tem
poris præſcriptio, & ibi Ang. quod dictum pro
notabili refert Martinus de Laude in titulo de
bello, num. 47.
25 Dux belli † debet ſeruare fidem, quam de-
dit hoſti: cum in hoc publicam gerat perſo-
nam, vt in leg. conuentionum, de pact. no. Bar-
tol. in l. prima. §. non fuit, de dolo: & ibi Bald.
Salycet. in l. cum indulgentia. ſecunda colum-
na. C. de ſentent. paſſis. Baldus. in l. illicitas. §.
ne potentiores, de offic. præſid. Lucas de Pen.
in lege. prima. C. de vetera. in fin. columna.
26 † Poteſt etiam cum hoſte facere inducias, vt
not. in dicta. l. conuentionum. per Bartol. An-
gel. & Modernio. Marti. de Laude in tracta. de
bello, nota. octauo. & finito tempore induciа-
rum non dicitur noua guerra incipere, ſed con
tinuare antiqua, ſecundùm Angel. in l. conuen-
tio. §. priorio. de pact. & ideo non requiritur diſ
fidatio finito tempore, cùm adinuicem ex tem
pore ſint diffidati, Baldus in l. penultima. C. de
obſeq. patro. præſta. & in capitulo primo. quib.
mod. feud. am. Regulariter autem ſic antequàm
perueniatur ad bellum, aliàs diceretur prodito
riè actum, ſecundùm docto. in capitulo pro hu
mani. de homicid. in ſexto. Barba. in conſil. 48.
in quarto libro, & text. in l. poſtliminium. §. in-
duciæ. de capti. dicit bellum manere, pugnam
autem ceſſare, de quo per Aulum Gellium li-
bro primo, capitulo 25. Bart. autem tenuit con-
27 trarium in l. lega. de adim. lega. Iſtæ † induciæ,
vel (vt vulgò dicuntur) tregua, poſſunt fieri,
aut in breue, aut præſens tempus, ne ſe inuicem
laceſſant hoſtes, vt dicit Paul. Iureconſul. in di-
cto. §. induciæ, & etiam per interuallum diei
aut certarum horarum, vt ſcribit Appianus in
annalibus. Quadrigarij ſcriptum eſſe, Lucium
Pontium Samnitem à Dictatore Romano ſex
horarum inducias poſtulaſſe, & per annos quin
quaginta, vt inter Chartaginenſes & Roma-
nos per idem tempus permanſerunt, donec his
ſolutis, tertium, & vltimum bellum cœptum
eſt. & à Romanis Veientibus datę ſunt induciæ
centum annorum, vt tradit Liuius libro primo
ab Vrbe condita, & Dionyſ. Alciat. libro ſecun-
do antiquæ Romæ. his pendentibus nil noui at
28 tentari debet adinuicem, † cum durante tem
pore pax videatur conſiſtere inter eos, vt diſcu
tit Claudius Toronens, libro tertio, capitulo
vigeſimoprimo.
29 Dux belli, † ſi dat licentiam recedendi ſti-
pendiarijs à loco, in quo ſtare debebant: ipſi
non habebunt de publico ſalarium, conſequen
tur de ſalario Ducis belli, vt in l. vlt. C. de appa-
ri. mag. mil. Nicol. de Neapol. in l. per hanc. C.
de eroga. mili. anno.
30 Dux militum, † ſeu peditum de-
bet ſeipſum cum ipſis ſæpe numerari facere,
& ab eis facere fieri monſtram, vt ſemper
ſint

ala.

ſint ad ſellam parati , Nicol. de Neapol. in
l.milites.C.de eroga.mili.anno.arg.l. ſi. eo.tit.
& ibi Andreas de Barulo, aliàs de Rauello : ſed
ibi vita functo, patriæ nomen ſublatum fuit, de
oobili Acconciatocotum familia.
31 Dux exercitus , † bona mobilia, quæ capta
ſunt ab hoſtibus , debet inter milites diuidere,
licet occupata ſint ab ipſis. Duci tõ aſſignati de
bent, qui pro merito inter milites diſtribuet, ſe
cundùm Alberi. io l. ſi quis pro redemptioue,
C.de dona.Cor.conſi.3 t.in quinto libro, oe me
lior ſit conditio malè pugnantium, & benè pu-
gnantes ſtudeant oon hoſtium prædæ, ſed victo
riæ incumbere, vt dicit Mar. de Laude in tract.
de bello, io quarto nota.not.gloſſ.in proœ. con
ſtitution.Regni, ſecunda colum. tex.in capitulo
32 militare, prima diſtinctioue. Immobilia † au-
tem ſunt Regis indicentis bellum, vt in l. diuus
de iore fiſci, Barto.in l.ſi quid in bello. de capt.
Bald.in d.l.ſi quis pro redemptione, & Moder.
io l.prima, de acquirenda poſſeſſiooe, & proba
tur in d.§.expulſis hoſtibus, vbi tex.dicit, publi-
cari agrum, qui ex hoſtibus captus eſt , & in d.l.
mag.& ſolus Rex cõcedit bona hoſtium immo-
bilia, vel quæ ad Regem ex culpa deuoluta ſuot,
vt in l.1.C.de perit.bon.ſubla.
33 Quãdo † autem eſſet Dux exercitus , & Lo
cumtenens Regis, tunc poſſet, vt not. in dicta l.
conuentionum . cum Locumtenens videatur
poſſe ea, quæ dominus poteſt, ut dicit Luc. de
Pen.in l.in officio.C.ve call reuſ.libro 12.Et gau
det omnibus priuilegijs, & prærogatiuis, qui-
bus domious gaudet, per.l. vnicuique.C.de pro
xi.ſacro.ſcrin.& cenſetur eſſe corpus illius, cu-
ius locum tenet, vt in capitulo ſignificaſti . ex-
tra de electio.Probatur in l. tutor ſecundùm di
gnitatem, de adminiſt.turo.quem ad hoc indu-
cit Barba. in conſilio 26. in ſecundo volumine,
quòd Vicarius Regis poteſt donare immobilia,
& liberalitatem exercere, idem Barba. in conſi-
lio 18.in prima col.capio ſecundum, eodem vo
lumine.& Bertra.in conſilio 156.in tertio libr.
nor.Salyc.in l.cum indulgentia.C. de ſen. paſſ.
34 † Poteſt Locumtenens, ſeu Vicarius Regis e-
xercere merum & mixtum Imperium , ac pœ-
nam corporalem imponere, alius non , ſecun-
dùm Bald.in authentic.ſed nouo . C. de ſer.fug.
Barto.in l.prima.§.bi quibus, & ibi Bald. de le-
gatis tertio.cum poſſit ea facere, quæ dominus
Rea poterat, per l.ſi Auguſtæ , de legatis ſecun-
do.ſecundùm Paul.de Caſtr.Alexan. & Moder.
in l.ſecunda, de officio eius, cui man. eſt iuriſdi-
ctio.& in l.& quia.per Alexand.in fi. de iuriſdi.
omnium iudicum:& plura per Raphaelem Cu
ma.in conſilio.157.& in conſilio 158.& in con
ſilio 162.& ſecundùm Bald. in conſilio 313. io
35 tertio volumine. † Vicarius Regis poteſt do-
nare, allegat gloſſ.in capitulo ſtatutum , in ver-
bo literarum, de reſcriptis, in ſexto. & poteſt
concedere legem etiam in præiudicium tertij
quando hoc vniuerſaliter facit, ſecundùm Ale-
xan.conſilio 180.in fin.colum.in ſexto.volum.
& habemus in Regno multa capitula coodita
per Vicarium Regis, quæ vt leges ſeruantur in
Regno.& ao poſſit coocedere licentiam ædifi-
candi io publico, quando non habet ſpecialem
poteſtatem, Modern.in conſt. Conſtitutiooem
diuæ memoriæ . arguit ad partes, Luc. de Pen.
in l.pro ædibus.C.de diuer. prædi. libro vnde-
cimo.& an poſſit imponere gabellam , per Cu-
ma.in conſilio 363. Et an aſſentiat alienationi-
bus feudorum , per Andream in capitulo Im-
perialem, quarta columna . & ibi dixi , de pro.
feud.alien.per Federicum, per Taurinenſem in
l.quæ acta.de offic.procur. Cæſaris, in ſexta co-
lum.Caſſaneus in conſilio duodecimo.Andreas
Tiraquellus io tractatu de vtroque retractu, fo-
36 lio 253. † Filius autem Regis Primogenitus
nou poſſet , niſi eſſet Locumtenens patris, vt
dicit Par.de reintegra. feud. chart. 159.io anti-
quo.Sandæus in capitulo. ex parte , quarta co-
lumoa.de conſtitutio.& Taurinenſis in ſua in-
ueſtitura feudali io verbo Vicarius . & de pote-
ſtate Locumtenentis , & ſubſtituti aliquid per
eundem Paridem in tra. Syndicatus , io verb.
ſubſtitutos, & in capitulo ſequenti . Alio etiam
modo ſecundùm Budæ.io l.ſi in aliqua. §. cum
pleniſſimam, de offi.pro.& lega. Locumtenens
Regis dicitur legatus Regis, cui ſumma ius di-
cendi ineſt poteſtas, de quo per Coraſium in l.
legato, de offi.Aſſeſſ.
Dux exercitus poteſt quandocunque volue-
rit inſpicere milites , & attendere, & cooſide-
rare locum , & arma , & intus agooſcere , quid
agunt, vt io l.tam eo latores.§. quibus. C. de re
militari, libro duodecimo. per quam legem di-
cit Lucas de Peona ibidem , in ſexta colum-
37 na.quòd † io Regno ſtipendiarij tenentur fa-
cere monſtram quandocunque Duces , quos
nos Capitaneos dicimus , hoc præcipiunt .
Monſtra hodie vulgariter vbique profertur ,
quam Budæus vir doctiſſimus latinè , tranſue-
ctiooem appellat, in l.ſecunda.de in ius vocan-
do.per text.ibi, ſed nec eum, qui eum equo pu-
blico io cauſa publica tranſuehatur : & ibi coo-
tra gloſſ. iouehit, quæ Præconem Theobaldum
38 intelligit, & † ibidem Bartol. dicit , ex ea le-
ge Præconem aliquando captum ob æs alienum
liberaſſe , cum ipſe, nec re, oec verbo poſſit in
ius vocari , dum vt publicè decreta procinat,
miſſus eſt.quod ex ea litera noo probatur : ſed
is erat , qui equo publico faciebat monſtram .
quanquam aliter etiam eruditus Ioannes Co-
raſius ibidem explicet, equum publicum eſſe,
qui publico ſumptu alebatur , vt ſiquid ſubiti
oegotij iocidiſſet, mutatis celeriter equis , quò
vellet Imperator, aut reſpub.quemcunque oun
tium mittere poſſet , qui equus veredus dictus
39 eſt, & † veredarij dicti ſunt, qui celeriter equis
inuecti Priocipum literas prouehunt . ab Im-
peratoribus certis locis equi velociſſimi cur-
ſus deſtinabantur , quibus non vtebantur alij,
niſi facultate impetrata , quę tractatoria voca-
tur. vulgò, Poſtas appellant: & hi qui licentiam
obtinent, fœlici vti dicuntur diplomate, à cur-
ſus fœlicitate vteoda , ſic intelligitur text. in l.
40 continuus .de verborum obligation. & † di-
ploma, vulgò, *lo bolettino*, ſeu licentia, quę daba-
tur

tur pro curſu & equo habendo, vt in. Leos qui §. qui ſe pro milite, ad l. Corn. de falſ. quem tex.
41 glo. ibi non intellexit. ꝟ. † hodie in Regno viuimur, quòd Poſtes ſine licentia Domini Proregis non conceduntur. De his Planius iunior meminit, & ibi Cataneus Siculus, Alciatus, Pyrrus & alij doct ores viri.

* De curſu publico, & eius origine ſui requiſitos, quæ ab auctoribus ſcripta ſunt in vnũ redigere, quod ęgro animo id obtuli: cum ad id muneris me impare:n eſſe cognoſco attamen dicã, quæ legi. Xenophon lib. 8. videtur hoc inuentorum ſeu curſus initium Cyro Perſarum Regi aſcribere: vt celerius ſentiret ea, quæ maximis locorum interuallis diſtabát, ſtabula equorum tantum ſeparata feciſſe, quantum itineris die vnus equus facere poſſet, quibus locis non ſolùm equos conſtituerat velociſſimos, verùm etiam equorum cuſtodes, quibus & virum addiderat, qui eſſet aptus ad literas accipiendas, quæ ferebantur eaſque tradendas, quique reciperet equos defatigatos, atque homines & alios recentes ſubſtitueret: quod etiam videmus: cũ omnia celeritate à curia domini noſtri Regis poſtas aduentare, quæ non conſueuerunt ſolito curſu venire: quia de manu ad manum brigias porrigunt: vt celerius veniant. Herodotus autem antiquus & ipſe auctor in Vrania initia huius per equorum mutationem feſtinãtis à Xerſe Perſarum Rege deducit in illa memorabili fuga Perſarum. nam victi à Leonida & Themiſtocle in Grecia non ſine dedecore fugam demũ maturaſſent, trepidum quidem & omnia timentem Xerſem equites per interualla ſic diſpoſuiſſe diei itinere ab inuicem remotos: vt ſicubi Greci Perſas inſequi cogitarent, primus indicaret ſecundo, ſecundus tertio, & ita in infinitum. Alij dicunt, Auguſtum Ceſarem hunc quoque curſum inſtituiſſe, vel ſaltem renouaſſe intermiſſum aut in ordinem denique redegiſſe. teſtatur Suetonius in Auguſto, ita ſcribens: ex quo celerius ac ſub manum ad nuntiari, cognoſci que poſſet, quid in prouincia quaque gereretur: iuuenes primò modicis interuallis per militares vias dehinc vehicula diſpoſuit, commodius id viſum eſt, vtque à loco ijdem perferunt literas interrogari quoque, ſi quid res exigat, poſſit. Liuius verò nullo ante Auguſti tẽpore huiuſmodi mutationis iumentorum accelerationis gratia atque equorum diſpoſitorum fuiſſe affirmare videtur lib. 6. deca. 3. & lib. 2. 5. deca. legati (inquit ipſe) qui repente aliquò mitterentur, ſingola iumenta per oppida, iter, qua faciendum erat, imperabant, Coroe. Tacit. in vita Iulij agricolæ, Euſebius in vita Conſtan. & Caſſio. lib. 5. in Epiſtola Theodorici Regis ad Seuerianum. Veredi, qui à curſu grecè dromadarij, latinè curſuales proprio vocabulo nominabantur, de quibus Caſſiodorus lib. 14. ſacræ hiſto. inquit. Inuenit Theodoſius quendam virum animo, habituque corporis fortiſſimum, qui tanta velocitate veredas gerebat: vt tribus diebus peruenirer ad terminos Romanorum & Perſarum, & rurſus totidem remearet Conſtantinopolim, huic Palladius erat nomen, & Palladij equi dicti ſunt & Parauerdi, Parangariati, de quibus idem Caſſiodo. libr. 2. ad Romanos, & libr. 4 & libr. 5. ſic ait. Excedentium improbam præſumptionem tali te præcipimus diſtrictione reſecare, ne ſiue Gothus ſit, aut Romanus, qui ſine noſtra aut eorum, quorum intereſt euectione veredum præſumat attingere per vnum equum, centum ſtatim ſolidos à te cogatur exoluere, & de illis quoque pari ſecuritate cenſentus, qui ſupra euectionum numerum curſuales equos vſurpare præſumunt Caballario à caballis, quo nomine etiã nunc apud Gallos, de quo lib. 12. & 10 tit. de re milita. caballionis verbo pro munere publico alendi equos ad curſum publicum, quod modò poſtæ magiſterium vocatur, & literæ caballariche, quas curſores publici in caballis per itinera mutatis voce perſica perangaria, curſus publicus vocabatur, & parauedi propriè dicebantur, qui vltra ordinariam curſus publici functionem negotiatoribus, & alijs inſeruiebant, qui abſque diplomate illius vſurpabant, & ſub curſu publico fiſci ratio habita in camera, & præfectus in ea erat maior Romanis: erant in curſu publico manſionũ præfecti, qui & equos diſpoſitos, & cibum currentibus præbebant, his parochi nominantur, quales hodie ſunt, qui inferiores magiſtri poſtæ dicuntur, de quibus Cicero lib. 13. epiſtolarum meminit, & Porphirius in commentarijs Oratij primo ſermonum. Parochos diſpoſitos in via ligna & ſalem ijs prębere oliros ſcribit, qui reipublicæ cauſa peregrinabantur, hinc factum eſt: vt metaphoricè omnes, qui publicos cibos miniſtrabant non quidem veredarij ſed in ciuitatibus paſſim parrochi ſint appellati. Pompeus Letus in Conſtantino & Iuſtinianus in authentico . . .
Parrochi olim correpti erant, qui & copſarij & alia voce greca dicti parauim, his, qui ſponſam ducebant, & tabelianj terui curſus publ. ci vocabantur, & Brutij quondam, qui in veredis ſeu equis diſpoſitis currebant à tabellis duplicati, hoc eſt diplomate dicti, quo erant inſigniti cuiuſque auctoritate, qua quidé curſum vſurpabant, de quibus per Herodianum libro 3. Hiſtoriæ eiuſdẽ, & Iuli. Capito. in Marco philoſofo: & tractatores, qui habebant tractatoriam licentiã adducendi equos in curſu publico, de quibus in titu. de tractatorijs, libro. 12. C. & hyppocomi, qui equos diſpoſitos in manſionibus curabant, & parippi, quo præter numerum in tractatoria comprehenſum vehiculum & equos agebant. l. non patimur. & l. parippię. eod. titu. quod hodie in vſu habent, & ſtratores hi erant, quos princeps mittebat ad ciuitates aliqua neceſſitate, quibus in curſu publico parrochi rogabãtur mutare equos. extat monumentum vetuſtatis apud . . . . de tabellarijs curſus publici ſub hac ſerie. Viam feci ab Regio ad Capuam & in ea via põtes omnes, miliarios, tabellarioſque poſui. *

42 Monſtra † primùm à Quinto Fabio Maximo inſtituta traditur: vt dicit Valerius Maximus de inſtitutis antiquis, libro ſecundo, in capite

pile equeſtris ordinis, ibi, Trabeatos verò equites idibus Iulij Quintus Fabius tranſuehi inſtituit: Equeſtris verò ordinis iuuentus omnibus annis bis Vrbem ſpectaculo ſub magnis authoribus celebrabat, die lupercalium, & equitũ probatione. Idem Liuius in nono ſcripſit. & Plinius iunior tradit, Quintum Fabium Rullum primum ex ea familia ob virtutem maximam inſtituiſſe: vt Equites Romani honoris gratia ab æde idib. quintilibus equis inſidentes in Capitolium tranſirent.

* Moſtra ab Italis dicitur, à Germania autem munſtra, delectus eſt oſtentionalis, qui & apparitio militaris ſeu caſtrenſis nuncupabatur: ſicut & hodie à monſtratione armorum videlicet & corporũ, quæ ſimiliter vt nũc quoq;, vel in prima militum inſcriptione adhibebatur, vel poſt prælia, oppugnationeſque aut luem aliquã militibus deſideratis, de quo per Liuium lib. 1. deca. 3. & in 5. eiuſdẽ deca. & in 3. & alibi. Cęſar lib. 6. belli Gallici, Cornel. Tacit. lib. 14. hiſto. Aug. & Herodi. lib. 6. cum de Alex. Cæſaris in Perſas apparatu ſcribit. Nominata quoque eſt à ſcriptoribus ex tempore Imperio declinante nõ ſolùm delectus militum luſtratio, verùm etiam expreſsè, vel oſtenſio in armis, vel apparitio militaris ſecundùm Marcellinum lib. 17. & lib. 24. Lamprid. in vita Alex. ſcribit de militibus oſtentionalibus non precioſis, ſed ſpecioſis veſtibus ornabat, nec multùm inſignibus pro regio apparatu auri vel argenti dicens, Imperium in virtute eſſe non in decore. Tranſuectio propriè erat naualis claſſiarijs, quæ & decurſio dicta eſt, & locos, in quo fiebat decurſoriũ apud nos & apud Germanos deriuatorium locus amplus, in quo decurrere ſolebant, ſeu tornizare a quo torneamentorum origo militaris decurſio dicta eſt à Romanis, non eam ad recẽſendos milites quã ad eos exercendos & ad pugnam aſſuefaciendos ſecundùm Vegetium de re milit. 5. lib. docens equites ad decurſionem cum preuio tibicine egreſſos, admonẽte etiam tibicine regreſſos, de quo per Cicer. lib. 11. Epiſto. fami. & Titum Liuium lib. 3. deca. 3. & lib. 4. eiuſdem, & iterum lib. 6. de Scipione Africano ſcribens, & Lãprid. in vita Alex. & Iabolenus in l. ſi ſeruus. de actio. empti. vbi decatradumo eſt tranſuectio tã pedeſtris quàm equeſtris & naualis. *

43 Dux maior eſt Barone, † Comite, & Marchione: cum eius dignitas magis regali accedat ſplendori, & habeat ampliorem dominandi ſtatum, quàm Comes, vel Marchio, & cum ſoleat ſub ſe, & eius dominio habere Barones, Comites, & Marchiones, vt in aliquibus Regionibus hodie viget, prout in Francia, ſcribit Caſſanens in ſua gloria, quinta parte, conſideratione. 46. de Comitibus, qui ſubſunt ſub Ducibus, & in Germania tradit Sebaſtianus Munſtera, libro tertio.

44 Et ideo † eius inſignia, circi, ſeu circuli illuſtriora ſunt, quàm Comitis, vel Marchionis, cum Comiti tantùm detur circus rotundus, ſine gemmis, & lapidibus pretioſis, quaſi ad modum Coronæ, deſignans dominium, iuriſdictionem, ac Regalem dignitatem ſibi à Prin-

45 cipe conceſſam. Duci † autem datur circus magis rotundus ad Coronam cum gemmis ibi, & lapidibus prætioſis affixis ſeu inſculptis, ad demonſtrandũ eius dignitatem magis eſſe præfulgidam & illuſtrem: vt ſicut gemmæ illæ, & pretioſi lapides prælucent, ſic ipſe Dux cum ſua Corona ornata alijs magis ſit excellentior, & de gẽmis, & lapidibus, & eorum ſignificatione plenè per Lucam de Penna in l. prima C. de auro coronario, libro decimo. & in l. prima. C. de albie.

46 Ex † qualitate ornamentorum digno citur maioritas dignitatis, vt in capitulo vt apoſtolici, de priuilegijs in ſexto. & in c. Abbates, eodem titulo, vbi abbates, qui poſſunt vti Baculo, Anulo, Mitra, Sandalijs, & benedictione ſolemni, plus alijs ſimplicibus honorantur, vt dicit ibi Geminianus. & delatio prædictorum Pontificalium tendit ad maiorem gloriam & honorem, vt dicit Specu. in titulo de priuilegijs, §. 1. ver. ſi abbas. not. in l. prima, de offic. proc. & lega. de conſule qui 12. habebat lictores cum faſcibus: & de proconſule, qui ſex tantùm: & de his, vt in l. prima. C. de conſulibus, libro 12. ratio aſſignari non poteſt certa: cum pro vſu Regionum & conſuetudine exordium ſumpſerit ad inſtar & ſimilitudinem alicuius vetuſtæ dignitatis.

47 Dux † Præcedit alium Ducem in ſeſſionibus, & honoribus: vel quia nobilioribus dominatur ſubditis, vt ſupra diximus, vel quia altero Duce prior eſt poſſeſſionem adeptus. vt no. in c. 1. de maio. & obedien. & in l. 2. C. vt dignitatum ordo ſeruetur.

* Duces Beneuentani & Samnitum ex Longobardis, qui & Capuani denominati ſunt primitus Zoto forte genti litia lingua à ſimplicitate nominatus, ab Antario Rege Longobardorum Beneuentanus Dux conſtituitur, vt Diaconus ſcribit lib. 3. c. 16. ſecundus Arrichis forte à militia denominatus ſub Egiludo Rege claruit & genuit Ayonem, vt idem teſtatur lib. 4. c. 16. Tertius Rodoaldus Giſulphi Secundi Photo Iuliani Ducis filius ab auaribus pulſus idẽ 1. c. Quantus Grimoaldus Rodoaldi frater Germanus. Quintus Ramualdus Grimoaldi Regis filius regnante patre Beneuentanum ducatum geſſit, eumque aduerſus Conſtantinum Cæſarem Apuliam & Brutios impugnantem armis fortiſſimè defendit, idem lib. 6. c. 6. Sextus Giſulphus Romanis in Apulia ſeu magna Græcia armis ademit, Auximum, Hirpinum & Reſuram. Septimus Romoaldus, Secundus. Octauus Giſulphus Romualdi filius. Nonus Gregorius filius Giſulphi, idem in fine operis. Decimus Gothoſcalcus. Vndecimus Aragius ſub Deſiderio Rege claruit à Carolo Magno ſubiugatus, Egingarte referente in eius vita. Duodecimus Grimoaldus à Carolo Magno conſtituitur Dux, erat Trãgiſij filius obſes apud Carolum. Decimus tertius Abalibertus Aluitprando citat lib. primo c. 8. Quatuordecimus Landulphus ab eo. li. 3. c. 8. Normanni rerum potiti in ea parte nouos cõſtruere ducatus Capuanum, Salernitanum, Barenſem & alios. *

Dux

48 Dum hæc † ſcriberem hiſcè diebus ſucceſſit differentia inter Dominos Regentes Regiã Cancellariam de præcedentia inter ipſos: quia Dominus Albertinus primò creatus Regens apud Cæſaream Maieſtatem, Neapolim venit Regẽs, & alij Domini prætendebant eum ipſis apud Illuſtriſſimum Dominum Proregem ordine poſteriorem vel quòd nouum ſit in ipſius perſona officium, vel poſſeſſionem officij, veluti ſeparati ab eo, quod apud Cæſarem gerit, non obtinuiſſe ante ipſos. Super dubio infraſcripta fuerunt allegata pro vtraque parte, prout mihi exhibita ſunt: ſeriatim pono, nam poterunt ad multa prodeſſe, & primò ꝓ Dominis Regentibus.

DIVINO INVOCATO PRÆSIDIO.

IN quæſtione nuper ſuborta inter excellẽtem Dominum Hieronymum Albertinum Regẽtem Regiam Cãcellariam actorem, & excellentes Dominos Regẽtes alios conuentos, quoto gradu ſedere debeat apud Illuſtriſſimum Dominum Proregem, paucis rem perſtringam.

Et prima quidem fronte videtur dicendum
49 † excellentem Dominum Regentem Albertinum primum locum obtinere debere, ea videlicet ratione, quia primò meruit dignitatem, nam ex eius priuilegio apparet die octauo Aprilis 1548. fuiſſe creatum Regentem, & excellens Polo fuit creatus Regens die primo Auguſti 1548. & excellens Villanus die 12. eiuſdem Menſis & Anni, excellens Fonſeca de menſe Aprilis, ſeu Maij ſequentis anni 1549. ergo præferri debet. l. prima. C. de conſul. libro 12. l. 1. de præpo. ſacr. cubil l. ſecunda, vt dign. ord. ſeru. eodem libro, & capitulo primo, de maior. & obedien. cum ſimilibus. Eò magis quia Princeps hoc iuſſit in literis expeditis Bruſellis die decimooctauo Maij 1550. Vbi præcipit excellenti Domino Albertino obſeruari prærogatiuas, & præeminentias cõformes dicto priuilegio: & licet priuilegium eſſet expeditum in anno 1549. tamen de ſtylo Cancellariæ eſt, vt ponatur data conceſſionis gratiæ.

50 Secundo adducitur † concurſus maioris dignitatis eiuſdem excellentis Hieronymi, nam eſt Regens, & Conſiliarius Conſilij Cæſareæ Maieſtatis, & Regens, ac Conſiliarius illuſtriſſimi Domini Proregis, & in alijs excellentib. Regentibus concurrit vna tantùm dignitas reſpectu Conſilij reſidentis penes Illuſtriſſimum dominum Proregem. Ideo videtur, quòd præferri debeat, iuxta textum in lege prima. C. de conſulibus, libro 12. per quem ita decidit Nic. Boer. in tract. de authorita. magn. conſi. char. 17. num. 151.

Tertiò adducitur, quòd licet non adminiſtraſſet præfatus excellens Hieronymus officium Collaterale huius Conſilij reſidentis penes Illuſtriſſimum Dominum Proregem, quia tamen habuit priuilegium ſub data anteriori, quàm ipſi alij excellentes conuenti, licet ipſi prius cœperint adminiſtrare: tamen adminiſtratio ipſius poſterior facit, vt ipſe potiatur illis honoribus, quibus potitus eſſet, ſi ab initio habuiſſet adminiſtrationem, & ideo præferri debet, vt videtur text. prout illum ſumant, Bar. & Io. de Platea, in *l. pen. C.* de conſul. lib. 12.

Quartò adducitur, quòd ipſe excellens Albertinus debeat præcedere. nam Princeps expreſsè in priuilegio facit ipſum Regentem, & Conſiliarium Collateralem huius Conſilij, à die octauo Aprilis 1548. Vnde cum appareat de eius voluntate, non eſt diſputandum de poteſtate, vt not. Bal. in proœ. feud. colum. 8. † maximè, quia quæritur dignitas officij etiam ignoranti, quando eſt publicum neceſſitate, & authoritate, & iniungitur ſubdito, qui potuit compelli ad illud exercendum, prout in caſu, de quo agitur. l. Publius. ff. de condit. & demon. l. abſenti. ff. de dona. & vbiq; not. per Bar. & latè conſuluit Fed. de Sen. in cõſ. 24.

52 Quintò † adducitur, nam excellentes Regentes in expediendis literis exequutorialibus priuilegij præfati excellentis Hieronymi, illud viderunt, & ſe ſubſcripſere, in quo continebatur, quòd erat creatus Regens de anno 1548. die octauo Aprilis, & ex eorum ſubſcriptione cenſentur approbaſſe contenta in eo, & ſibi præiudicaſſe, per not. in l. Caius. ff. de pign. act.

Quibus tamen non obſtantibus contrarium de iure dicendum eſſe, ex infraſcriptis demonſtrabitur.

Et primò præſuppono in facto, quòd officiũ Regentis Regiam Cancellariam apud Cæſareã Maieſtatem pro negotijs huius Regni eſt penitus diuerſum & ſeparatum ab officio Regentis Regiam Cancellariam in hoc regno apud Illuſtriſſimum Dominum Proregem, vt ex priuilegio excellentis quondam Sigiſmundi de Loffredo apparet: qui dum obtinuiſſet officium Regentis Regiam Cancellariam huius Regni apud Cæſaream Maieſtatem, fuit ſibi tanquam aliud nouum & ſeparatum officium, mediante dicto nouo priuilegio, collatum officium Regentis Regiam Cancellariam in hoc Regno, & hoc patet ad ſenſum, & demonſtratur ex dictorum officiorum diuerſo exercitio.

Hoc itaque præſuppoſito dico, quòd dicti Excellentes Regentes Polo & Villanus, quo ad officium Regentis Regiam Cancellariam in Ciuitate Neapolitana ſunt priores tempore, & prius obtinuerunt priuilegium, quàm dominus Excellens Albertinus. licet enim priuilegium Excellentis domini Albertini appareat ex eius facie expeditum ſub data octauo Aprilis 1548. Attamen apertè demonſtratur eo tempore dictum priuilegium non fuiſſe expeditum: ut conſtat ex literis Cæſareæ Maieſtatis expeditis ad inſtantiam excellentis domini Albertini die 12. Auguſti 1548. quibus mediantibus mandat ſua Cæſarea Maieſtas, quòd ſibi ſoluatur ſalarium à die octauo Aprilis eiuſdem Anni, quo tempore ipſum apud ſuam Cæſaream Maieſtatẽ pro Regente aſſumpſit,

pſit, donec ſibi priuilegium expedirerur, & ſic
Cęſarea Maieſtas apertè declarat, eo tempore
non fuiſſe expeditum priuilegium. Hoc etiam
confitetur idem Albertinus, qui has literas pro
53 duxit. † Producens enim ſcripturam, videtur
fateri omnia in ea contenta, vt declarat Bar. in
l.& poſt legatum.ff.de his quibus,vt ind.& Bal.
in l. 2. C. de fideicomm. liber. & in l.alia. C. de
his qnibus, vt ind. Innocen. & cæteri Canoni.
in capitulo cum venerabili, de exceptionibus.
Hoc etiam apparet ex Regiſtro, in qno omnia
prędicta priuilegia ſunt regiſtrata, & priuilegia
præfatorum Excellentium Polo, & Villani ſunt
regiſtrata in anno 1548.& priuilegium excellen
tis Albertini in anno ſequenti 1549. in eodem
Regiſtro, pluſquam cētum chartas poſt, & poſt
expeditionem priuilegiorum Gubernatorum
Prouinciarum huius Regni expeditorum in di-
cto anno 1549. Vt omnia patent ex ipſis priuile
gijs, quæ in hac Regia Cancellaria ſunt regiſtra
ta. Ex quo ſimiliter datur intelligi, præfatum
priuilegium excellentis Albertini non fuiſſe ex-
peditum octauo Aprilis 1548. ſed longè poſt,
& priuilegia Excellentium Polo & Villani præ-
ceſſiſſe, & prius expedita fuiſſe, poſtquam in
Regiſtro præcedunt, per tex.not. in §.quibus,
in prima conſtitutio.C.& Bar.ibi, & per Iaſ. in
l. prima, colum. prima.ff. ſoluto matrimonio.
Non igitor attendenda eſt data ipſius priuile-
gij, poſtquàm de veritate apparet.l.prima,& to-
to titulo in rubro, & nigro. C. plus val. quod
agitur, cum ſimil. Ex qno infertur, quòd reſpe
ctu dicti officij Regentis Regiam Cancellariam
in Ciuitate Neapo. quod eſt additum in priuile-
gio Albertini, vltra aliud officium, quod erat
ſibi collatum die octauo Aprilis 1548. prę-
fati Excellentes Regentes Polo, & Villanus
ſunt priores tempore, tam reſpectu priuile-
gij, quàm adminiſtrationis, & per conſequens
in ſedendo, & in cæteris præferendi ſunt, per
tex.in lege prima.C.de conſulibus, libr. duode-
cimo: & alia iura in primo fundamento pro
parte contraria adducta, quæ omnia contra ip-
ſum retoquentur ſtante facti veritate, vt ſupra
demonſtraui.

Et quòd Excellens Dominus Albertinus die
octauo Aprilis 1548. non obtinuerit officium
Regentis Regiam Cancellariam in Ciuitate
Neapo. ſed tantùm apud Cæſaream Maieſtatē,
quod (vt dixi) eſt penitus ſeparatum & diuer-
ſum ab iſto, apparet ex literis Cæſareæ Maieſta-
tis ſub data octauo Aprilis. 1548. In quibus ſua
Cęſarea Maieſtas pro exequutione gratiæ huic
fideliſſimæ Ciuitati, & Regno conceſſę, de cuius
exequutione fuerat inſtatum per Magnificum
Iulium Cęſarem Caracciolum pro parte huius
fideliſſimæ Ciuitatis Neapo. creauit, & vocauit
dictum Excellentem Albertinum Regentem
apud Maieſtatem ſuam tantùm, & vſque ad
diem duodecimum præfati menſis Auguſti non
apparet ſibi conceſſum hoc aliud officium, vt de
monſtratur apertè per dictas literas ſuę Cæ-
ſareæ Maieſtatis, ſub data 12. Auguſti. 1548. In
quibus mandat, ꝙ ſibi ſoluatur ſalarium à die
octauo Aprilis. 1548. quo die ipſum creauit Re
gentem apud ſuam Cęſaream Maieſtatem. & ſic
vſque ad hoc tempus non erat ſibi aliud offi-
cium collatum, quàm illud Regentis apud ſuā
Cæſaream Maieſtatem. quatenus ergo poſtmo-
dum in priuilegio eſt additum hoc aliud offi-
cium Regentis in Ciuitate Neapo. non poteſt
iſta noua collatio retrotrahi ad tempus colla-
tionis primi officij in præiudicium iuris quæ-
ſiti dictis excellentibus Polo & Villano, vulga-
ta l.bonorum.ff.rem ratam haberi. c. quamuis,
de reſcrip.in 6. cum ſimilib.

Et ſi diceretur, ꝙ ſua Cæſarea Maieſtas id fe-
cit ex certa ſcientia, & voluit, ꝙ priuilegium re
ſpectu vtriuſque officij ſortiretur effectū à præ-
fato die octauo Aprilis. 1548. Reſpondeo quòd
poſito, quòd hoc verum eſſet, illud debet intel-
ligi abſque præiuditio tertij, vulgata.l.2. §.meri
tò.& §.ſiquis à Principe, ne quid in loco publi-
54 co. † Semper enim priuilegium Principis intel
ligitur conceſſum abſque alterius præiudicio,
vel iniuria, vt latè conſulendo firmat Dec. in
conſilio 520. Hinc dixit pulchrè Roma. in con
ſilio 134. conſultationis, quòd potius debemus
præſumere priuilegij nullitatem, quàm quòd
Princeps voluerit, quòd illud tertio præiudiciū
afferret, quod dictum ſequitur Alex. in conſil.
35. viſo proceſſu, & conſilio 133. ſcribitur, col.
pen. vol. 4.

Sed his parum egemus: habemus enim cla-
ram mentem Cæſareæ Maieſtatis, ex quo in li-
teris ſuis vltimo loco expeditis, declarat, non
fuiſſe eius intentionis per cedulam, quam attu-
lit excellens Albertinus, afferre præiudicium ip
ſis excellentibus conuentis. & ſic cum habea-
mus expreſſam mentem, non indigemus conie-
cturis, vulgata l.continuus.§.cum ita. ff. de ver
bo.obliga.

Nec dicatur, quòd Cæſarea Maieſtas tantùm
ſenſit de dicta cedula, non autem de priuilegio:
cum enim præfatus excellens Albertinus non
poſſet gaudere prioritate, niſi virtute priuile-
gij, ad qnod cedula ſe refert, meritò dicendum
eſt, vt correcta cedula, vel reducta ad ius & iuſti
tiam, cenſeatur etiam quò ad hoc correctum
priuilegium, quatenus poſſet ſe fundare ex eius
anteriori data, prout non poteſt per ſuperius
adducta.

Nec prædictis obſtat, ſi diceretur, quòd præ-
fatum priuilegium, licet ſit in anno ſequenti ex
peditum, & ſic per annum poſt dicta priuilegia
præfatorum excellentium Polo & Villani, Atta
men declarat primam gratiā conceſſam per ſuā
Cęſaream Maieſtatem die octauo Aprilis. 1548.
vt illa contineat vtrunque officium, & per con-
ſequens porrigat vires ſuas retrò ad diem pri-
mę gratię. Nam reſpondeo, quòd tunc dicitur
declaratio & noua conceſſio, quando fieret de-
claratio orationis ambiguę, ſeu verborum am-
biguorum, & declaratur illud, quod tacitè ſub
verbis ambiguis continebatur.l.duo ſunt Titij.
ff.de teſta.tut.l.ſicuti.§.ſi quęratur.ff.de ſeru. At
in caſu noſtro, cum prima gratia ſit clara, &
aperta vnius officij diuerſi, & ſeparati ab iſto

ſi in

in priuilegio additur hoc aliud officium, non
poteſt dici declaratio, ſed noua conceſſio. l. qui
liberis . §. teſtamentom. ff. de ſecund. tabul.
& ibi not. per ſcribentes. l. prima, & ibi glo. &
Bal. C. de codicillis, not. Pau. de Caſtro in l. hære
des palàm. §. ſi quid. col. 2. ff. de teſtamen. latè
Ludo. Gomes. in Reg. Cancellariæ, de non tol-
lendo iure quęſito, decimatertia quæſtione.

Ex his infertur ſolutio ad id, quod dici poſ-
55 ſet de ſtylo † Cancellariæ Cæſareæ Maieſtatis,
& etiam huius Regni, qui eſt, quòd priuilegium
licet longè poſt gratiam expediatur, expeditur
tamen ſub data temporis, quo fuit facta gratia,
nam fateor quòd hoc eſt verum, ſed non poteſt
in priuilegio aliquid vltra gratiam addi, ſed tan
tùm id in priuilegio deſcribitur, quod in præce
denti gratia continetur. At in caſu noſtro in pri
uilegio additur aliud officium in prima gratia
nō cōtētum penitus diuerſum & ſeparatum ab
illo, quod in prima gratia continebatur, ergo
ſtylus non obſtat, nec illud fieri potuit in præ-
iudicium aliorum, quibus erat ius quęſitum;
vt demonſtraui.

56 Secundò adducitur † pro omnibus præfa-
tis Dominis, quòd officium Regentis & Conſi-
liarij Collateralis habet in ſe annexam admini-
ſtrationem: & niſi cęperit quis adminiſtrare, nō
poterit dici verè officialis. nec poterit obtine-
re officij priuilegia, vt eſt tex. vbi decidit hoc Bal.
in l. ſed & milites. §. quæſitum. ff. de excu. tuto.
vbi ponit hęc verba. Non prodeſt creatio, niſi ſit
ſubſequuta adminiſtratio: & not. quòd non ha-
betur pro creato, qui non adminiſtrat. & in ea-
dem l. in verbo Primipilarij nu. quòd priuile-
gium conceſſum ratione officij requirit officiū
in actu, & non habitu tantùm. & illud dictum re
fert & ſequitur Paris in tractatu Syndica. char.
119. in his qui ſunt paruæ formæ, in ver. in of-
ficio tria requiruntur, electio acceptatio, & in-
greſſus officij, & ſequitur Nicolaus Boerius in
deciſione 150. in ſecūda colum. & licet eſſet quę
ſita dignitas poſt creationem & acceptationem,
tamen nō habet priuilegia dignitatis niſi ſequu-
ta adminiſtratione, vt ſupra allegatum eſt. Vn-
de quando attenderetur data priuilegij die octa
no Aprilis 1548. quia ſequitur adminiſtratio
excellentis Hieronymi poſt captam poſſeſſionē
& adminiſtrationem excellentium Dominorū
Conuentorum, prius dicuntur reipſa creati of-
ficiales præfati excellentes Domini prius admi-
niſtrantes quàm ipſe, & in ſedēdo priorem locū
57 obtinere debent. † Hic eſt text. formalis in
dicta l. prima, de conſulibus, in ver. cum poſte-
rior, iuncta gl. in verbo, auſpicia, vbi ſancitur, ꝙ
ei qui prætendebat auſpicia cōſulatus, ſed non
erat adeptus, præfertur alius qui actu conſul ex-
titit, licet habitu prius alter fuerit cōſul, & hoc
eſt, quod not. ibi expreſſè Ioannes de Platea in
primo not. vbi dat regulam, quòd inter pares di
gnitates præfertur ille, qui prior eſt in tempore,
niſi actus adminiſtrationis, qui non eſt in vno,
faciat alium anteire: quod dictum refert & ſequi
tur Afflictus in proœmio conſtitu. q. 26. nume.
4. Hinc pulchrè decidit Lud. Rom. conſi. 333.
58 quòd † Doctor qui actu aſcendit ad gradum
pręfertur licentiato, qui prius habuit facultatē
ad aſcendendum, dicit enim non eſſe dubium,
eum qui habet dignitatem pręferendum eſſe ei,
qui habet facultatem ad eam acquirendam, alle
gat tex. in d. l. 1. de conſul.

Condiouantur prędicta per ea, quæ pulchrè
voluit Cardinalis, in capitulo Epiſcopos, deci-
maſeptima diſtinctione, in principio, vbi de-
59 cidit, quòd † quando eſt quæſtio inter plures
Epiſcopos, quis præcedere debeat, ſi vnus fuit
primò promotus, alter fuit primò conſecratus,
præfertur in ſedendo ille qui fuit primò conſe-
cratus, licet alter fuerit primò promotus, & de
inde conſecratus.

Ad quorum corroborationem adducitur, ꝙ
60 † officiales non habent ſalarium à die datæ pri
uilegij, ſed tantùm à die ſuſceptæ adminiſtra-
tionis, niſi id Princeps expreſsè concedat. & ita
quotidie practicatur, & ſępius fuit in Regia Ca
mera deciſum.

Tertiò, quòd prædicti excellētes Domini de-
61 beant præcedere, adducitur quòd † quando
priuilegium cępiſſet à die octauo Aprilis 1548.
quia intra annum non fuit mandatum executio
ni, eſt euacuatum omnibus viribus, & eſt ipſo
iure nullum, vt dictat Regia Pragmatica, quæ
habet clauſulam decreti annullantis & irritātis,
& licet poſtea Princeps conceſſerit, vt non obſtā
te hoc mandetur exequutioni, tamen in præiudi
cium iſtorum Dominorum, qui hoc medio tē-
pore loca ſedendi acquiſiuerūt, nihil debet ope
rari, hic eſt tex. in l. 2. ff. de decurionibus, vbi no.
62 decidit Bart. ꝙ † ſi Doctores de Collegio fue-
rint priuati, & deinde reſtituti, non recupera-
rent eorum locum, qui reperiretur medio tem-
pore occupatus ab aliquo, ſed debent ſedere tan
quam nouiſſimi ſubintrantes, quod eò fortius
procedit, pro quanto Cæſarea Maieſtas de-
clarauit nolle dictum priuilegium exequi in
præiudicium aliorum Dominorum Regen-
tium.

Ex quibus clariſſimè fundatur, prędictos ex-
cellentes Dominos non poſſe in eorum ſedibus
turbari, & nullum ius pręcedentiæ pręfato excel
lenti Hieronymo competere. Reſtat modò argu
mentis in contrarium adductis reſpōdere, quo
rum reſponſione magis ius pręfatorum excellē-
tium Regentium dilucidabitur.

Et primò non obſtat, quòd prętenditur de
prioritate datę priuilegij, intelligendo illud ema
natum fuiſſe octauo Aprilis. 1548. Nam ex ad-
ductis in primo motiuo dictorum excellentium
conuentorum apparet clariſſima & inconuinci
bilis reſponſio.

Non obſtat, quod ſecundo loco in contrariū
allegatur, ꝙ pręfatus excellens Hieronymus re-
tinet maiorem dignitatem, propter quam de-
beat præcedere. Nam reſpondetur, quòd illa
nunquam fuit habita pro maiori dignitate, nec
fuit in conſideratione, quando aliquis Regens
apud Cęſaream Maieſtatem venit ad reſidendū
in Collaterali Conſilio huius Regni, exercendo
officium Regentis apud Illuſtriſſimum Domi-

pſit, donec ſibi priuilegium expediretur, & ſic
Cęſarea Maieſtas apertè declarat, eo tempore
non fuiſſe expeditum priuilegium. Hoc etiam
confitetur idem Albertinus, qui has literas pro
53 duxit. † Producens enim ſcripturam, videtur
fateri omnia in ea contenta, vt declarat Bar. in
l.& poſt legatum.ff.de his quibus, vt ind. & Bal.
in l. 2. C. de fideicomm. liber. & in l.alia. C.de
his quibus, vt ind. Innocen. & cæteri Canoni.
in capitulo cum venerabili, de exceptionibus.
Hoc etiam apparet ex Regiſtro, in quo omnia
prędicta priuilegia ſunt regiſtrata, & priuilegia
præfatorum Excellentium Polo, & Villani ſunt
regiſtrata in anno 1548.& priuilegium excellen
tis Albertini in anno ſequenti 1549. in eodem
Regiſtro, pluſquam cẽtum chartas poſt, & poſt
expeditionem priuilegiorum Gubernatorum
Prouinciarum huius Regni expeditorum in di-
cto anno 1549. Vt omnia patent ex ipſis priuile
gijs, quæ in hac Regia Cancellaria ſunt regiſtrã
ta. Ex quo ſimiliter datur intelligi, præfatum
priuilegium excellentis Albertini non fuiſſe ex-
peditum octauo Aprilis 1548. ſed longè poſt,
& priuilegia Excellentium Polo & Villani præ-
ceſſiſſe, & prius expedita fuiſſe, poſtquam in
Regiſtro præcedunt, per tex.not. in §.quibus,
in prima conſtitutio.C.& Bar.ibi, & per Iaſ. in
l. prima, colum. prima.ff. ſoluto matrimonio.
Non igitur attendenda eſt data ipſius priuile-
gij, poſtquàm de veritate apparet.l.prima,& to-
to titulo in rubro, & nigro. C. plus val. quod
agitur, cum ſimil. Ex quo infertur, quòd reſpe
ctu dicti officij Regentis Regiam Cancellariam
in Ciuitate Neapo.quod eſt additum in priuile-
gio Albertini, vltra aliud officium, quod erat
ſibi collatum die octauo Aprilis 1548. prę-
fati Excellentes Regentes Polo, & Villanus
ſunt priores tempore, tam reſpectu priuile-
gij, quàm adminiſtrationis, & per conſequens
in ſedendo, & in cæteris præferendi ſunt, per
tex.in lege prima.C.de conſulibus, libr. duode-
cimo: & alia iura in primo fundamento pro
parte contraria adducta, quæ omnia contra ip-
ſum retoquentur ſtante facti veritate, vt ſupra
demonſtraui.

Et quòd Excellens Dominus Albertinus die
octauo Aprilis 1548. non obtinuerit officium
Regentis Regiam Cancellariam in Ciuitate
Neapo. ſed tantùm apud Cæſaream Maieſtatẽ,
quod (vt dixi) eſt penitus ſeparatum & diuer-
ſum ab iſto, apparet ex literis Cæſareæ Maieſta-
tis ſub data octauo Aprilis. 1548. In quibus ſua
Cęſarea Maieſtas pro exequutione gratiæ huic
fideliſſimæ Ciuitati, & Regno conceſſę, de cuius
exequutione fuerat inſtatum per Magnificum
Iulium Cęſarem Caracciolum pro parte huius
fideliſſimæ Ciuitatis Neapo. creauit, & vocauit
dictum Excellentem Albertinum Regentem
apud Maieſtatem ſuam tantùm, & vſque ad
diem duodecimum præfati menſis Auguſti non
apparet ſibi conceſſum hoc aliud officium, vt de
monſtratur apertè per dictas literas ſuę Cæ-
ſareæ Maieſtatis, ſub data 12.Auguſti. 1548. In
quibus mandat, ꝙ ſibi ſoluatur ſalarium à die
octauo Aprilis.1548.quo die ipſum creauit Re
gentem apud ſuam Cęſaream Maieſtatem.& ſic
vſque ad hoc tempus non erat ſibi aliud offi-
cium collatum, quam illud Regentis apud ſuã
Cæſaream Maieſtatem. quatenus ergo poſtmo-
dum in priuilegio eſt additum hoc aliud offi-
cium Regentis in Ciuitate Neapo. non poteſt
iſta noua collatio retrotrahi ad tempus colla-
tionis primi officij in præiudicium iuris quæ-
ſiti dictis excellentibus Polo & Villano, vulga-
ta l.bonorum.ff.rem ratam haberi, c. quamuis,
de reſcrip.in 6.cum ſimilib.

Et ſi diceretur, ꝙ ſua Cæſarea Maieſtas id fę-
cit ex certa ſcientia, & voluit, ꝙ priuilegium re
ſpectu vtriuſque officij ſortiretur effectũ à præ-
fato die octauo Aprilis.1548.Reſpondeo quòd
poſito, quòd hoc verum eſſet, illud debet intel-
ligi abſque præiuditio tertij, vulgata.l.2. §.meri
tò.& §.ſiquis à Principe, ne quid in loco publi-
54 co. † Semper enim priuilegium Principis intel
ligitur conceſſum abſque alterius præiudicio,
vel iniuria, vt latè conſulendo firmat Dec. in
conſilio 520.Hinc dixit pulchrè Roma. in con
ſilio 134.conſultationis, quòd potius debemus
præſumere priuilegij nullitatem, quàm quòd
Princeps voluerit, quòd illud tertio præiudiciũ
afferret, quod dictum ſequitur Alex. in conſil.
35. viſo proceſſu, & conſilio 133.ſcribitur, col.
pen. vol.4.

Sed his parum egemus: habemus enim cla-
ram mentem Cæſareæ Maieſtatis, ex quo in li-
teris ſuis vltimo loco expeditis, declarat, non
fuiſſe eius intentionis per cedulam, quam attu-
lit excellens Albertinus, afferre præiudicium ip
ſis excellentibus conuentis. & ſic cum habea-
mus expreſſam mentem, non indigemus conie-
cturis, vulgata l.continuus.§.cum ita. ff. de ver
bo.obliga.

Nec dicatur, quòd Cæſarea Maieſtas tantùm
ſenſit de dicta cedula, non autem de priuilegio:
cum enim præfatus excellens Albertinus non
poſſet gaudere prioritate, niſi virtute priuile-
gij, ad quod cedula ſe refert, meritò dicendum
eſt, vt correcta cedula, vel reducta ad ius & iuſti
tiam, cenſeatur etiam quò ad hoc correctum
priuilegium, quatenus poſſet ſe fundare ex eius
anteriori data, prout non poteſt per ſuperius
adducta.

Nec prædictis obſtat, ſi diceretur, quòd præ-
fatum priuilegium, licet ſit in anno ſequenti ex
peditum, & ſic per annum poſt dicta priuilegia
præfatorum excellentium Polo & Villani, Atta
men declarat primam gratiã conceſſam per ſuã
Cęſaream Maieſtatem die octauo Aprilis.1548.
vt illa contineat vtrunque officium, & per con-
ſequens porrigat vires ſuas retrò ad diem pri-
mę gratię. Nam reſpondeo, quòd tunc dicitur
declaratio & noua conceſſio, quando fieret de-
claratio orationis ambiguę, ſeu verborum am-
biguorum, & declaratur illud, quod tacitè ſub
verbis ambiguis continebatur.l.duo ſunt Titij.
ff.de teſta.tut.l.ſicuti.§.ſi quęratur.ff.de ſeru.At
in caſu noſtro, cum prima gratia ſit clara, &
aperta vnius officij diuerſi, & ſeparati ab iſto

ſi in

in priuilegio additur hoc aliud officium, non poteſt dici declaratio, ſed noua conceſſio. l. qui liberis. §. teſtamentum. ff. de ſecund. tabul. & ibi not. per ſcribentes. l. prima, & ibi glo. & Bal. C. de codicillis, not. Pau. de Caſtro in l. hæredes palàm. §. ſi quid. col. 2. ff. de teſtamen. latè Lodo. Gomes. in Reg. Cancellariæ, de non tollendo iure quęſito, decimatertia quæſtione.

Ex his infertur ſolutio ad id, quod dici poſ-
55 ſet de ſtylo † Cancellariæ Cæſareæ Maieſtatis, & etiam huius Regni, qui eſt, quòd priuilegium licet longè poſt gratiam expediatur, expeditur tamen ſub data temporis, quo fuit facta gratia, nam fateor quòd hoc eſt verum, ſed non poteſt in priuilegio aliquid vltra gratiam addi, ſed tantùm id in priuilegio deſcribitur, quod in prædicta gratia continetur. At in caſu noſtro in priuilegio additur aliud officium in prima gratia nō cōtētum penitus diuerſum & ſeparatum ab illo, quod in prima gratia continebatur, ergo ſtylus non obſtat, nec illud fieri potuit in præiuditium aliorum, quibus erat ius quęſitum; vt demonſtraui.

56 Secundò adducitur † pro omnibus præfatis Dominis, quòd officium Regentis & Conſiliarij Collateralis habet in ſe annexam adminiſtrationem: & niſi cœperit quis adminiſtrare, nō poterit dici verè officialis, nec poterit obtinere officij priuilegia, vt eſt tex. vbi decidit hoc Bal. in l. ſed & milites. §. quæſitum. ff. de excu. tuto. vbi ponit hęc verba. Non prodeſt creatio, niſi ſit ſubſequuta adminiſtratio: & not. quòd non habetur pro creato, qui non adminiſtrat. & in eadem l. in verbo Primipilarij no. quòd priuilegium conceſſum ratione officij requirit officiū in actu, & non habitu tantùm. & illud dictum refert & ſequitur Paris in tractatu Syndica. char. 119. in his qui ſunt paruæ formæ, in ver. in officio tria requiruntur, electio acceptatio, & ingreſſus officij, & ſequitur Nicolaus Boerius in deciſione 150. in ſecūda colom. & licet eſſet quęſita dignitas poſt creationem & acceptationem, tamen nō habet priuilegia dignitatis niſi ſequuta adminiſtratione, vt ſupra allegatum eſt. Vnde quando attenderetur data priuilegij die octauo Aprilis 1548. quia ſequitur adminiſtratio excellentis Hieronymi poſt captam poſſeſſionē & adminiſtrationem excellentium Dominorū Conuentorum, prius dicuntur reipſa creati officiales præfati excellentes Domini prius adminiſtrantes quàm ipſe, & in ſedēdo priorem locū
57 obtinere debeor. † Hic eſt text. formalis in dicta l. prima, de conſulibus, in ver. cum poſterior, iuncta gl. in verbo, auſpicia, vbi ſancitur, ꝙ ei qui prætendebat auſpicia cōſulatus, ſed non erat adeptus, præfertur alius qui actu conſul extitit, licet habitu prius alter fuerit cōſul, & hoc eſt, quod not. ibi expreſſè Ioannes de Platea in primo not. vbi dat regulam, quòd inter pares dignitates præfertur ille, qui prior eſt in tempore, niſi actus adminiſtrationis, qui non eſt in vno, faciat alium anteire: quod dictum refert & ſequitur Afflictus in procemio conſtitu. q. 26. nume. 4. Hinc pulchrè decidit Lud. Rom. conſi. 333.

58 quòd † Doctor qui actu aſcendit ad gradum præfertur licentiato, qui prius habuit facultatē ad aſcendendum, dicit enim non eſſe dubium, eum qui habet dignitatem præferendum eſſe ei, qui habet facultatem ad eam acquirendam, allegat tex. in d. l. 1. de conſul.

Coadiuuantur prędicta per ea, quæ pulchrè voluit Cardinalis in capitulo Epiſcopos, decimaſeptima diſtinctione, in principio, vbi de-
59 cidit, quòd † quando eſt quæſtio inter plures Epiſcopos, quis præcedere debeat, ſi vnus fuit primò promotus, alter fuit primò conſecratus, præfertur in ſedendo ille qui fuit primò conſecratus, licet alter fuerit primò promotus, & de eode conſecratus.

Ad quorum corroborationem adducitur, ꝙ
60 † officiales non habent ſalarium à die datæ priuilegij, ſed tantùm à die ſuſceptæ adminiſtrationis, niſi id Princeps expreſsè concedat. & ita quotidie practicatur, & ſępius fuit in Regia Camera deciſum.

Tertiò, quòd prædicti excellētes Domini de-
61 beant præcedere, adducitur quòd † quando priuilegium cœpiſſet à die octauo Aprilis 1548. quia intra annum non fuit mandatum executioni, eſt euacuatum omnibus viribus, & eſt ipſo iure nullum, vt dictat Regia Pragmatica, quæ habet clauſulam decreti annullantis & irritātis, & licet poſtea Princeps conceſſerit, vt non obſtāte hoc manderur exequutioni, tamen in præiudicium iſtorum Dominorum, qui hoc medio tēpore loca ſedendi acquiſiuerūt, nihil debet operari, hic eſt tex. in l. 2. ff. de decurionibus, vbi no.
62 decidit Bart. ꝙ † ſi Doctores de Collegio fuerint priuati, & deinde reſtituti, non recuperabunt eorum locum, qui repetiretur medio tempore occupatus ab aliquo, ſed debent ſedere tanquam nouiſſimè ſubintrantes, quod eò fortius procedit, pro quanto Cæſarea Maieſtas declarauit nolle dictum priuilegium exequi in præiudicium aliorum Dominorum Regentium.

Ex quibus clariſſimè fundatur, prędictos excellentes Dominos non poſſe in eorum ſedibus turbari, & nullum ius pręcedentiæ pręfato excel lenti Hieronymo competere. Reſtat modò argumentis in contrarium adductis reſpōdere, quorum reſponſione magis ius pręfatorum excellētium Regentium dilucidabitur.

Et primò non obſtat, quòd prętenditur de prioritate datę priuilegij, intelligendo illud emanatum fuiſſe octauo Aprilis. 1548. Nam ex adductis in primo motiuo dictorum excellentium conuentorum apparet clariſſima & inconuincibilis reſponſio.

Non obſtat, quod ſecundo loco in contrariū allegatur, ꝙ pręfatus excellens Hieronymus retinet maiorem dignitatem, propter quam debeat præcedere. Nam reſpondetur, quòd illa nunquam fuit habita pro maiori dignitate, nec fuit in conſideratione, quando aliquis Regens apud Cęſaream Maieſtatem venit ad reſidendū in Collaterali Conſilio huius Regni, exercendo officium Regentis apud illuſtriſſimum Domi-

num Proregem. Imò fuit obſeruatum contrariũ (vt audio) tempore excellentis Sigiſmundi de Loffredo, qui ſedit vt Regens huius Collateralis Conſilij. & retinebat dignitatem alterius officij apud Cæſaream Maieſtatem, & nihilominus non fuit prælatus ceteris, & tamen ſi habuiſſet maiorem dignitatem, debuiſſet ceteris Regentibus huius Regię Cancellariæ præferri, licet illam poſterius fuiſſet adeptus, & ex hac obſeruantia tempore præfati excellentis Sigiſmundi, cum continuet per longum tempus, inducta fuit conſuetudo ſedendi: vt not. Abb. in c. fin. de conſuet. col. 11. nu. 17. qui allegat text. in c. cum de beneficio. de præben. in gl. vbi probatur, quod ex vnico actu, qui habet tractum ſucceſſiuum, inducitur conſuetudo, quæ ſeruanda eſt in loco ſedendi: vt ex tex. in c. cum olim. de conſuet. & ibi not. Bal. plenè Fely. in c. ſtatuimus, de maio. & obedien. Et ex hoc colligitur reſponſio ad deciſ. Boer. in tract. de autho. magni Conſilij, char. 17. num. 151. Vt non procedat, quando cõſuetudo eſt in contrarium. Cui datur etiam & alia reſponſio, vt non procedat in caſu, de quo agitur, in quo Conſiliarius Conſilij reſidentis penes Cæſarem venit ad reſidendum in conſilio penes Illuſtriſſimum Dominum Proregem, tanquam Conſiliarius huius Regni, vt ex priuilegio conſtat, quia duplex officium continet, quo caſu non eſt in conſideratione dignitas prædicta alterius conſilij: quia ſedet vt Conſiliarius huius Conſilij, & non vt Conſiliarius illius. Ad quod adducitur tex. not. in c. à collatione, iuncta glo. in verbo prelatus, de appellationibus in ſexto, & per illum tex. in proprijs terminis decidit Ioannes Franciſcus Purpuratus. ff. de officio eius cui mand. eſt iuriſd. 24. colum. nume. 196. quòd Epiſcopus Conſiliarius Principis tenebit locum, quem tenebit alius ſimplex Cõſiliarius, nec prefertur, eo quod ſit Epiſcopus, cum ibi interſit vt Conſiliarius, & non vt Epiſcopus, & illam refert, & extollit Dominus Sigiſmundus Loffredus, in paraſr. char. 34. col. 1. quicquid dixerit Abb. in c. poſtulaſtis, col. 2. de conceſſ. pręben. qui communiter reprobatur, vt ibidẽ not. Dom. Loffred.

Deciſio autem Boerij loquitur, quando idem Conſiliarius Magni Conſilij accederet ad conſilium Parlamenti tanquam Conſiliarius Magni, vt ſimile videmus in Regente Cancellariæ, quando accedit ad Magnam Curiam Vicariæ, vt Regens, & Conſiliarius Collateralis, meritò pręcedit omnes, & ſic etiam fuit obſeruatum in aduentu ſuę Cæſ. Maieſtatis. Nam quãdo aliquis illius ſupremi Conſilij ingrediebatur Conſilium Collaterale, præcedebat omnes.

Nec obſtat id, quod tertio loco adducebatur de his, quæ notantur per Bar. & Ioan. de Plat. in d. l. pen. C. de conſul. nam ille tex. non probat illud, quod ex eo ſumunt præfati doctores, vt rectè intuenti apparere poteſt. tantùm enim dicit ille tex. quòd Conſularis poteſt impetrare à Principe, ut per annum gerat Conſulatum: & quòd ille qui impetrauit hanc adminiſtrationem annalem, ea finita remanet Conſularis, ſicut erat ante, tempore quo impetrauit à Principe. Nec de nouo videtur adipiſci aliquam dignitatem, ſed eam impetraſſe, quam ante habebat, & ſic verbũ nullum, quòd debeat præferri ei, qui per prius habebat dignitatem Conſulatus cum adminiſtratione. ita hunc tex. declarat ibi Iacobus Rebuffus, qui, rogo, videatur, & profectò mirũ eſt, quòd Bart. & Ioan. de Platea ſummarunt illum tex. prout fecerunt, nam nullo pacto poterit in ęternũ extrahi ab eo id, quod ipſi dicunt, & ſic cum dictum ipſorum iure non probetur, parum nobis obſtat.

Similiter nõ obſtat tex. in l. 2. vt dignita. ord. ſeruetur, nam ille text. ſolùm enumerat ordines dignitatum, & ſubſequitur, quòd inter adminiſtratores connumerantur illi, quibus à Principe aliquid peragendum fuerit iniunctum, & ſic nullum uerbum, quòd adminiſtratio ſubſequẽs faciat præcedere eum, qui ab initio fuerit adeptus dignitatem & poſtmodum adminiſtrationem, vt excellens Albertinus nititur ex eo tex. fundare, & ſic non obſtat.

Secundò reſpondetur, quòd quando verum eſſet id, quod dicit Bar. non militat in caſo, de quo agitur: tum quia hęc prioritas temporis nõ datur in priuilegio excellentis Hieronymi, prout clarè eſt demonſtratum in primo fundamento pro dictis excellentibus Dominis Regentibus adducto, & ſic per interemptionem facti, ſoluitur argumentum, cum non ſit verum, gratiam reſpectu huius officij præceſſiſſe.

Non obſtat quartum de voluntate Principis. Nam breuiter reſpondetur, illum noluiſſe præiudicare iuri præfatorum excellentiũ Dñorũ, quibus antea quæſitũ eſt. d. l. 2. §. meritò, & §. ſiquis à Principe. ff. ne quid in loco pub. Sed intelligi debet in præiudicium ipſius cõcedentis. & hoc indubitanter procedit. quia (vt ſępius dictum eſt) Cæſ. Maieſtas declarauit, quod noluit ipſis præiudicare, vt excellentibus iudicantibus fuit facta fides, & plenius Cæſareę Maieſtatis intentionem vidiſſent, ſi ſuæ Maieſtatis literę exhibitæ fuiſſent.

63 Vltimò † non obſtat quod in quinto argumento adducebatur pro parte excellentis Hieronymi præfati de ſubſcriptione præfatorum Dominorum in priuilegio facta. Nam cum ex neceſſitate officij ſe ſubſcripſerint, non cenſetur conſenſiſſe, nec ſibi præiuditiũ feciſſe, inſti. de inoffi. teſt. §. ſi tutor, & l. cum quædam. C. de admini. tuto. Præterea reſpondetur, quòd præfati Domini Regentes ignorabant factum, nec erat eis notum priuilegium non continere veram datam, & fuiſſe longè poſt tempus in eo deſcriptum expeditum, & cõtinere aliud officium in prima gratia non conceſſum. Quæ omnia nuper innotuere. ignorans enim non conſentit. iuribus vulgarib. Ex his omnibus clariſſimè concluditur, præfatum excellentem Hironymum nullo modo eſſe præferendum prędictis excellentibus Dominis Regentibus conuentis.

PRO

PRO DOMINO ALBERTINO
infraſcripta ſequuntur.

IVRE naturali tacitè admonetum me ſentio, vt ſica Germania profectus adhuc ſarcinulas cõponens, pro mei defenſione, ſcribam me vti antiquiorem aſcitū in Regentem, & Regium Collateralem Conſiliarium, cęteris alijs excellentibus Regentibus, & Regijs Collateralibus Conſilia-
64 rijs præcellere debere: & † quidem poſtquam ex data priuilegiorum prior ſum in tempore, prior in ordine, & in ſcriben. & in ſententijs dicẽdis, & ī cęteris prerogatiuis cenſeri debeo: tex. eſt in l. prima. ff. de albo ſcriben. ibi, & intra duũuirales antiquiſſimus quiſque prior, & in l. prima. C. de conſul. libro 12. ibi, pares verò inſulis, conſideratione tantùm temporis anteire. Quis enim in vno, eodemq; genere dignitatis prior eſſe debuerat, niſi qui prior meruerat dignitatem? & in l. ſecunda. C. de præfect. præto. libro 12. ibi, locus conſpectior decernendi, loquendiq; facultas antiquior, cui eſt ſplendor adepti magiſtratus vetuſtior. & probatur in capitulo primo, de maior. & obedien. & in capitulo conſilia. 75. diſt. Ita quòd ſi ordinem temporis attendimus, primū locum me obtinere, non erit heſi-
65 tandum. † Si ordinem qualitatis, ſeu maioritatis conſiderabilem hoc caſu ferè dicimus profectò cum apud Cęſarem, & Illuſtr. Proregem creatus fuerim Regens, Conſiliariusq; Collateralis, & ad latus Principis ſteterim, vti magis illuſtratus pferri debeo, tex. eſt ī l. 1. C. de prępo. lab. lib. 12. ibi, quos noſtri lateris Comitatus illuſtrat. per quem tex. dixit Bald. in rubrica. ff. de offic. proconſul. & leg. quòd licet ordo accipiat ſplendorem à Principe, tamen non æquallter reſplendet ille, qui abeſt, ſicut ille, qui eſt in pręſentia Principis. inferens, quòd Cardinales in Curia ſunt digniores, quàm extra. & firmāt adſentes ad Bal. in proœ. ff. in fi. facit l. quiſquis C. ad leg. Iul. Maieſtatis, & idem dixit Felyn. in rubrica de maio. & obed. in 2. col. Andr. Barba. in conſil. 1. primo vol. hinc conſuluit ipſe in conſi. 57. in ſecundo vol. quod nobilis in expectatiuis non prefertur ignobili, qui ſtat in curia Romana. Hinc dicimus, quòd dulcius ex ipſo fonte hauritur, quàm ex riuulo, & dulcius eſt habere voces dominorum, quàm aures miniſtrorū, adde Inno. Hoſti. & Bal. in cap. quia propter. de electio. Item magnoperè conſiderandum erit, quantis laboribus, quantis diſpendijs, quantiſue incommoditatibus afficiuntur ſequentes curiam Cęſaris, vt tantò facilius in prerogatiuis & honoribus preferantur. l. benè à Zenone. C. de quadr. preſcri. ibi, qui enim ſuis conſilijs, ſuiſq; laboribus pro toto orbe terrarum die noctuq; laborant, quare non habeant dignam ſua prerogatiua fortunam, & ibi Saly. 9. not. Etenim ille preponi debet, qui alium ſuperat cõparatione laborum: vt in l. vnicuique. C. de prox. ſacr. ſcrin. lib. 12. & in l. cõtra publ. C. de re mil. lib. 12. ibi, quia honoris augmentum, non ambitione, ſed labore ad vnumquenque conuenit deuenire Equidē laborioſius eſt verſari in ſupremo conſ. Cęſaris cum maximo diſpendio, quàm viuere in patria cum vxore & familia. Vnde illud.

Nos patriæ fines & dulcia linquimus arua.

Confirmant not. per Luc. de Pen. in l. iubemus. in ver. labore. C. de proxi. ſacr. ſcrin. lib. 12. Sine ergo attendamus ordinem temporis, ſiue ordinem dignitatis & quidditatis, ſiue laborum cõditionē, præferēdus ero vti prior in quolibet.

Nec me mouet, quòd dicāt exiſtentes aduerſarij, poſſeſſionem loci, de quo quæritur, per prius acquiſiuiſſe, & ex conſequenti in ea tueri debere, iuxta tex. cum ibi not. in l. 1. & in l. ſi duo, & in l. iuſta. ff. vti poſſid. ibi, hoc ipſo quòd poſſeſſor eſt, plus iuris habet, quàm ipſe, qui non poſſidet, cum ſimili. quia reſpondeo de facili, quòd creatus per prius Regens & Collateralis Conſiliarius, tam penes Cæſarem, quàm penes Illuſtr. Proregē huius Regni incipiens exercere iuriſdictionē in curia Cæſaris, in rebus Regni huius, iam acquiſiuit poſſeſſionem reſpectu omnium exercendi iuriſdictionem, & aſſidendi tā in Curia Cæſaris, quàm in Regno Neapolitano, tum
66 quia in vniuerſalibus & incorporalibus † acquiſitio poſſeſſionis vnius facit, vt habeat omnium poſſeſſionem, ita Andr. de Iſer. quem ſequuntur communiter Feud. in c. 1. in 2. col, quid ſit inueſt. Vnde inquit Inn. in c. in literis, de reſt. ſpol. quòd in iuribus incorporalibus dicitur quis acquirere generaliter poſſeſſionem, etiam ſi partis diuiſę poſſeſſionem apprehenderet, quod maximè procedit, ꝙ eo tempore in huiuſmodi quaſi poſſeſſione non erant exiſtentes aduerſarij. ex not. per Abb. in c. dilectus, de capel. mon. quem Canoniſtæ ibi, & in c. cum eccleſia Sutrina de c. poſſ. & proprie. ſequuntur cõmuniter. Tum quia nunc non agimus de præſcribenda iuriſdictione, ſed de acquirenda poſſeſſione, mediāte cõceſſione illius, qui habet ius concedēdi, quo caſu per vſum iuriſdictionis in vno actu, retinetur in omnibus, ita Bar. in l. 1. §. ſi quis hoc interdicto. ff. de iti. act. priu. & in l. 3. in fi. princip. ff. de acqui. poſſ. hinc dicimus, quòd ſi Ciuitas habet Caſtrum ſubiectum, vel eccleſia capellam ſubditam, & quis nanciſcatur Ciuitatem illam, vel eccleſiam, acquiritur ei quaſi poſſeſſio ſubiectionis abſque particulari apprehenſione Caſtri, vel Capellæ, ſeu aliarum rerum ſingularium. Petr. de bel. per. in lege ſeruitutes. ff. de ſeruitu. Anton. de Butr. in capitu. fin. 9. colum. de cau. poſſeſſ. & proprie. Soci. conſi. 7. 1. vol. Hinc quoq. dixit Laud. in tra. de
67 Princ. not. 277. Quòd † ſi Princeps ingreditur principaliorem Ciuitatem Prouinciæ, acquirit poſſeſſionem communem totius Prouinciæ. & idem eſt de intentione Anca. & Dyni, in reg. beneficium, de reg. iur. in 6. & Fran. Areti. in l. 3. in princip. ff. de acq. poſſeſſ. Hinc quoque dicimus, quòd exercens actum iuriſdictionalem in vna ſpecie, acquirit quā adiomnes, poſtquàm non conſtat eo tempore in illo loco alium occupaſſe: de intentione Innoc. in c. dilectus, de capel. mona. congerit Felyn. in capit. auditis, de præ-

ſcrip.& nouiſſimè Franci.Purpurat. in l. Impe-
rium.ff.de iuriſdi.omn.iud. Tum quia excellen-
tes aduerſarij ſciuerunt, me ipſum exercuiſſe of
ficium Regentatus,& creatum Regentem apud
Illuſtriſſimum Proregem:& demum expediue-
runt, ſuaque manu firmauerunt literas exequu
toriales priuilegij, ex qua ſcientia infertur poſ-
ſeſſio generalis, & vſus etiam in eorum præiu-
dicium, vt tradunt gl.& docto.in c.bonæ.de po
ſtu.præla.& Inno. in d. c. in literis in ver.item
generaliter,& in ver.poſſeſſio autem. Tum quia
dum quis habet priuilegium à Principe, parum
curatur poſſeſſionis acquiſitio corporalis: quia
68 vera eſt iuris concluſio, quòd Princeps † ex ſo-
la conceſſione transfert dominium & poſſeſſio
nem: vt dicit Bald.in l. 1. C. de rer. permuta. &
in conſil. 295. ad euidentiam. 3. colum. ſcribit
Loffred.in proœ.feud.in 2.colum.Aug. in l.of-
ficium.ff.de rei vend. Iacob.de S.Georg.in l.tra
ditionibus.C.de pact. Iaſ.in conſilio. 27.primo
volum.& quòd habens prius titulum à Princi-
pe præferatur ſecundo habenti poſterius titu-
lum, etiam ſi ſit poſſeſſor, eſt tex.in c. capitulum
ſanctæ Crucis.de reſcri.per quem tex.ita reſpon
det Roma.quem videant, in conſilio 298. circa
præmiſſam. ſequitur Iaſ.in d.conſilio. 27. & ſic
etiam ſi dicti excellentes Domini eſſent poſſeſ-
ſores, adhuc præferendus ſum, poſtquàm ha-
beo priorem titulum, vt ſcribit pulchrè Roma.
in d.cõſilio. Quantò fortius antecellere debeo
habens titulum & poſſeſſionem anteriorem, vt
ſupra fundauimus.

Nec etiam refragatur, ꝙ dicant Regentes ad-
uerſarij obſtare Pragma. qua cautum eſt, regiſtra
ri priuilegia & prouiſiones Regias intra annũ,
quaſi, ꝙ cum non ſit regiſtratum priuilegium,
niſi poſt eorum titulum & poſſeſſionem, ꝙ ipſi
ſint priores in tempore, & conſequenter prio-
res in iure: quia reſpondeo pluribus modis.
Primò, ꝙ illud tempus anni non cucurrit mihi
abſenti cauſa reipub. & ſequenti curiam Cæſa-
ris. vel ſi cucurrit, datur reſtitutio, quæ me repo
ſuit in priſtinum ſtatum. l. 1.& l.item hi qui rei-
pub.ca.& l.abeſſe.ff.ex quibus cau. maior. inne-
cto tex.in l.quod ſi minor, in §.reſtitu. ff.de mi-
no. abſenti enim ex iuſta cauſa datur reſtitutio.
l.1.ff.de in integ. reſt. quæ reſtitutio cum fiat à
lege, & per iuſtitiam, operatur etiam in præiu-
dicium tertij, ita Nell.in tract. Ban.in prima par
te tertij temporis. Raph. Cuma.in l.Gallus.§.&
quid ſi tantùm, vbi Iaſ.& cęteri.ff.de lib.& poſt-
hu. congerit pulchrè glo. Par.§.22. folio 209.
Secũdò quia Princeps per ſuas literas deinceps
iam tollit obſtaculum, mandans non obſtante
lapſu anni regiſtrari, & ab illo die mihi ſolui, &
prærogatiuis omnibus à die priuilegij vti. quod
potuit Princeps, & operatur in præiudiciũ ter-
tij: quia remouet tantùm obſtaculum. l. quæris.
ff.de natal.reſti.& probatur in §. ſi quis non ha
bens, in auth.quib.mod.nat.effi.leg. ibi, poſtea
verò ad ipſam deducens naturam. & probat gl.
in l.ſi vnus in §.pactus ne peteret.ff.de pact. vbi
dicit, ꝙ quando alicui conceditur priuilegium
per quod quis reducitur ad illud ius, quod an-
tea competebat, etiam ſi hoc fiat in alterius prę
iudicium, nõ poteſt ille, qui ſentit damnum, ex
tali priuilegio conqueri, ꝙ ex eo lædatur. hinc
dicit gl.in c.ab exordio.35. diſt. ꝙ non fit iniu-
ria alicui, ſi quis reſtituitur ad priſtinum ſtatum
congerit pulchrè Albertus Brun. in conſil. 1.&
Loffred. in conſil. 51. Tertiò non ab re dici
poſſet, in dicta Pragma. non comprehendi Col-
laterales Conſiliarios de ſupremo Conſilio, cũ
ſint pars corporis Cæſaris. d.l.quiſquis. ſicut de
Cardinalibus dicimus, qui niſi ſpecificè nomi-
nentur in regulis Cancellariæ non comprehen
duntur, vt inquit Fel.poſt Ancha.in c.in eos.de
hæret. etiam ſi verba eſſent vniuerſalia: vt di-
cant Io.Andr.& Domin.per illum text. in c.1.
de ſciſma.in 6. quod maximè procedit in Con-
ſilio in curia reſidẽte per ea, quæ ſupra diximus:
& fortius dixit Nicol.Boer. in tract. de præem.
mag.Conſi.in prima ratione. quòd ſimplex Car
dinalis ſequens curiam Romanam pręfertur in
honoribus etiam Cardinali legato à latere. re-
fert & ſequitur Ludo. Gomes. in compend. v-
triuſque ſignat. nume. 36. Fortius dico, ꝙ licet
forte dicta Pragmatica comprehenderet Conſi
liarios Collaterales, non tamen comprehendit
ſequentes curiam Cęſaris tanquam magis priui
legiatos: ita propriè diſtinguit in Cardinalibus,
Ludo.Gomes.in regul.de val. exprimen. in pri
ma quęſt. nu. 11. vbi allegat Moder. Hiſpan.in
repet.l.Imperium.ff.de iuriſ.om.iu. Hęc profe-
ctò exabundant: quia poſtquàm priuilegium eſt
clarum & anterius, literę ſubſequentes Cęſareę
Maieſtatis mandant illud obſeruari à die datæ
in prærogatiuis & omnibus. & deinceps per a-
lias literas mandauit ancianitatem, & ſic primũ
locum. fruſtra de his diſcutimus, quæ principi
placuerunt, qui in officijs habet omnimodam
diſpoſitionem, congerit Ioann. Lup.in rub. de
donat.inter vir.& vxo.

69 Nec † erit ponere os in cęlum, dicere, ꝙ cum
fuerim electus Regens, & penes Cęſarem, & pe
nes Illuſtriſſimum Proregem, quòd etiam ſi eſ-
ſem poſterior, deberem præferri in ſedendo, lo-
quendo, & alijs priuilegijs obtinen. per gloſſ.in
l.vnica.C.de comit.& archia.lib. 10. per quam
ita reſpondet Ioan.de Platea in l. 1. C. de ſilen.
libro duodecimo. Quod etiam facilè corrobo-
rari poteſt ex his, quæ ſupra adduximus, dum
probauimus, Conſiliarios ſequentes curiam Cę
ſaris cum tot ſumptibus & laboribus, atque pe
riculis eſſe cæteris præferendos: fauet ergo mi-
hi ordo temporis, itẽ ordo dignitatis, item qua-
litas, & conditio laborum. Item adeptio prioris
poſſeſſionis. Item nedum geminata, ſed tripli-
cata reſcripta Cęſaris, quę omne vitium exclu-
dunt, & meum ius fortius reddunt, per not.in
l.cum fidem.C.de non num. pecu. ſcribit Paul.
de Caſt.in conſilio 186. congerit Aymo in con-
ſilio.54. Hinc eſt, quòd geminatio reſcripti ha-
bet vim clauſulæ, non obſtante lege, & clauſulæ
ex certa ſcientia. Inquit Anto.de Butr.in c. quę
in eccleſiarum, in pen.colum.de conſti. & dixit
Bald. in l.nec damnoſa. C. de pręcib.imp.offe.
ꝙ tantũ operatur ſecunda iuſſio, ſeu geminatio

literarum

literarum Principis, quantum motus proprius, refert & ſequitur Roma. in l. ſi verò. §. de viro. ff. ſoluto matrim. Remouetq́; inde vitium obreptionis & ſubreptionis, congerit Nicolaus Euirar. in loco à geminatio. in 1. & 2. col. & ſic vndique patet de claro, apertoque iure meo tam in poſſeſſorio, quàm in petitorio.

Audio tamen fieri dubium circa validitatem priuilegij prętexto quarũdam literarum, in quibus aſſeritur, priuilegium eſſe expediendũ, & tamen reperitur priuilegium expeditum ſatis ante dictas literas, ex quo inferunt, ſuſpectum eſſe priuilegium, pręſertim quia in eo reperitur conceſſio duorum officiorum, videlicet Regẽtis in hoc Regno apud Illuſtriſſimum Proregem, & apud Cæſaream Maieſtatem, iuxta notata in l. repetita. ff. de fid. inſtr. & in l. ſi creditor. C. ad leg. Corn. de falſ. Sed profectò nihil obſtat tale motiuum: quia priuilegiorum tenor eſt ſeruandus, & pro priuilegio præſumitur. c. quanto, & c. porrò. de priuilegijs. Et cautum eſt, literis & priuilegijs Principum pleniſſimam fidem adhibendam eſſe, in clem. literis noſtris, de probationibus.

70 Nec † ex prædictis literis arguitur ſuſpectũ priuilegium: quia communis eſt ſtylus ferè in toto orbe, in Regijs Cancellarijs gratiam fieri, & deinceps longè poſt ſignaturam ſeu gratiam conceſſam expediri priuilegium ſub data diei gratię conceſſæ: quia tunc per verbum Principis perfecta eſt gratia, licet literę ſeu priuilegiũ adhuc non ſit formatum, iuxta no. per Archi. in procœmio. 6. per Fely. in rubrica de conſtitutionibus. per Bal. in l. humanum. C. de legi. ſcribit Afflictus in deciſione 253. ſcribit Calderin. in c. quiſquis, de electio. congerit Andr. Sicul. in cap. in noſtra. de reſcript. Vnde non conuenit dicere, priuilegium reperitur expeditum tempore gratię de menſe Aprilis, & literę oſtendunt tunc non fuiſſe expeditum. ergo eſt ſuſpectum, quia rectè fuit expeditum cum illa data, poſtquam ex tunc erat perfecta gratia. Sed nempè quod attinet ad exercitium, officij & pręlationis quaſi poſſeſſionem, pręlibata oppoſitio nihil refert: quia poſtquàm ego habeo priuilegium Cęſaris non abolitum, non cancellatum, nec in aliqua ſui parte vitiatum, admittendus & tuendus ſum in quaſi poſſeſſione prelationis prædicta, etiam ſi excellentes aduerſarij dixerint illud falſum ſeu vitiatum nullo apparente vitio viſibili: tex. eſt ibi not. in l. ſecunda. C. de edict. diui Adri. tol. & in l. ſatis apertè. C. de falſ. cum vtrobique not. benè facit tex. in c. cum perſonę, in principio de
71 priuilegijs in 6. Nam † per prædictam falſi allegationem non debet differri exequutio priuilegij Imperatoris, cum ſubſcriptione quæſtorũ ſacri Palatij. quod creditur ſibi, etiam ſi in eo narraretur aliquid ad commodum concedentis, ita Andr. de Iſer. in capitulo primo, in ſi. col. de contro. feud. ap. par. term. & in c. 1. qui ſucce. tenea. quem vbique ſequuntur communiter feud.

Nec immeritò adaptari poteſt ad hunc caſum diſpoſitio. l. 2. C. de crimi. ſacri. quæ oia ſatis corroborari poſſunt ex conſenſu excellentium aduerſariorum, qui eorum ſubſcriptione literas exequutoriales munire non deſtitere, iuxta not. in l. fideiuſſor, in §. pater. ff. de pigno. & in l. Caius ff. de pigno. actio. & traditur in l. ſi ita §. Criſogonus. ff. de verb. oblig. vbi Bart. & Franc. de Aret. etiam ſubſcribens, præſumitur conſentire, & ſcienter facere, niſi contrarium probetur, ita Bar. in l. ſicut. §. non videtur. ff. quibus modis pign. uel hypot. Hinc dixit Bar. in l. emptor. §. Lucius. ff. de pact. quod ille qui ſe ſubſcribit ſcripturę factę per alium ſibi pręiudicat, ſicut ſi ipſe ſcripſiſſet. Patet igitur vndiq; de prędicta obiectione ad priuilegium Cæſaris, & alias Regias prouiſiones nullam rationem habendam fore. Hæc pro ipſorum parte.

Dominus Franciſcus Reuerterius Locumtenens Regię Camerę, acutiſſimus Iureconſultus: & Dominus Scipio de Summa Collateralis Conſiliarius, Eques admodum ſtrenuus, ab Illuſtriſſimo Domino Vicerege Iudices delegati, cauſa horum Dominorum ſomatim cognita, decreuerunt Dominum Abertinum Regentem alijs Dominis pręferendum fore: & (vt audio) ex verbis priuilegij & cedulę ſuę Cęſ. Maie. Aliqua pro vtraque parte potuiſſem afferre, ſed pro authoritate Dominorum ſubticui.

QVIS DICATVR PRINCEPS.

SVMMARIVM.

1 *Principatus dignitas vnde ſumpſit originem, & qualiter apud Longobardos incognita.*

2 *Princeps ciuitatis, & princeps magiſtratus ſunt, qui habent ſententiam & prærogatiuam.*

3 *Princeps quoque dicitur alicuius gentis, artis, vel officij, qui inter ipſas gentes, artes, vel officia primum locum retinet.*

4 *Princeps propriè dicitur Imperator.*

5 *Princeps abuſiuè dicitur, qui de feudo eſt inueſtitus à rege ſub titulo Principatus, nam cum ſubſit regi, non eſt primus omnium, ſecundùm vocis ſignificatum.*

6 *Principum appellatione non continentur hi Principes, qui Principatum tenent in feudum à rege, vel ab Imp. quia illi non dicuntur verè Principes.*

9 *Filius Regis primogenitus, qui mortuo patre eſt ſucceſſurus in regno, in Hiſpania vocatur Princeps. In Gallia Delphinus. In regno Neapolitano Dux Calabria.*

1 NON fuit cognita † à Longobardis eo tẽpore dignitas Principatus, cũ de ea nõ habeatur mẽtio in vſib. feudorũ: ſed tantùm de Comitatu, Marchionatu, & Ducatu, & has Regales eſſe tex. dicit in §. Pręterea Ducatus. Hęc autem dignitas, quę maior eſſet Ducatu, non reperitur, neq; vt feudi conceſſio, neque vt titulus officij, neque ut militię aſſignatio, vel militaris prępoſitura officij, prout aliæ dignitates exordium ſumpſerũt, de quibus ſupra diximus. Sed poſteriore vſu initium cœpit, & apud Germanos (vt audio) primò, & penes Grecos, & in Regno veteribus ẽt temporibus, vt Neapoli Princeps ab Imperato. Cõſtãtinop. qui nullã habebat iuriſdõnẽ in dom-

nium,

niũ,ſed in officiũ, eo ꝙ Imperatoris noĩe primũ
teoebat lucũ,& illius vice magiſtratũ getebat Ci
uitatis. ſic ẽt legitur apud Modeſt. in l. ſpado.
in §. ſi ciuitatis Princeps, id eſt magiſt. de excu.
tutu. de quo ꝑ Zaſ. in l. Prioc. de leg. & Iac. Spieg.
2 * Prioceps † cioitatis & Prioceps magiſtra-
tus, qui primam habebat ſententiam, & prætu-
gatiuam, quam Romani vocabaot primæ ſenten
tiæ, de quu Cicero lib. 1. epiſt. ad Atticũ, dum io
quit. Et ille ſulus in dicendu locus habet aucto
ritatem penè priucipis. Florus ex Liuiu capitu.
48. & Tabellij Pulliunis in hiſturia Valeriaoi,
qold vobis (Patres conſeripti) videtur de cenſo
re deligeodo, atque eum qui erat princeps: cum
Senatus ſeutentiam rogaſſet abſeute Valeriaou?
Flaoius etiam in Aotelianu: tum ſurrexit primæ
ſententiæ Vulpius Syllanus, atque ita loqoutus
eſt. Puteſt hoc dari iu meritum, vt primum
ſententiam dicat, aut propter ætatem, aut pro-
ptes nubilitatem, vel in alia in principem vel rẽ
poblicam collata beneficia: ot per Tacit. lib. 3.
hiſtu. Auguſte, & Appian. lib. 3. belli ciuilis: ex
gratia, vel ſingulari priuilegiu, vt legimus io
Adriano, qui hoc indulſit Seruiano ſorutis vi-
ro, de quu per Ælium Spartianum in hiſtoria
illius; vidi egu in collaterali Conſilio nuuum
conſiliariũ aſcitum primã tenere ſedem, & pri-
mã ſniam ferre, antiqnitatis ordine neglecto. *

Erat Apuliç pro Grçcis Bari princeps, & puſt
Carolũ Magnũ capto, relegatuq; Deſideriu Lõ-
gubardotum Rege Beneuẽti Prioceps, qui Ara
chi ipſius Deſiderij gener ſua authoritate voca-
tus inter Priocipes primus fuit.

3 Prioceps † alicuius gentis, artis, vel officij
primus dicitur, ut per Cicer. de cla. orato. t 17.
ibi, cum enim eſſem io plurimis cauſis, & Prioci
pibus patronis, qoinquennium ferè verſatus, &
io uratiooe pro dumo ſua, Des Imperij Prin-
ceps vitæ ſupremus, & io alijs pleriſque locis, &
per Soeto. de cla. gram. 13. Principem locum in-
ter grammaticos tenuit, & Macro. qui gradus
ioter eos Princeps hẽatot, & Princeps, idem eſt,
ꝙ primus & omniũ excelſiur; & primates, idẽ,
quod Priocipes vel principales: & primiures, idẽ
ꝙ uptimates, vt apud Mod. in l. lega. in fi. de vſu
& vſuf. vel ẽt Princeps delicti, principalis, pri-
mus, & author, vt apud Paul. in l. in hoc iodiciũ
de ſer. corru. & viri principales a Pompu. in l. 2.
de urig. iur. Et de hac Principis ſignificatiooe ꝑ
Luc. in rub. C. de Princ. agentiũ in rebos, & per
Taur. in ſua inueſt. feu. io ver. Princeps Pedemõ
tum, & ple. nor. in cle. 1. de bap. & ibi gl. & doct.
4 Dicitor † autem propriè Princeps, Impera-
tor, ut oo. io tit. de leg. & cõſt. Princ. & in §. ſed
qood Prioc. inſti. de iur. natu. gen. & ciui. Alij
5 † abuſiuè dicũtos Principes, q a Rege, uel Imp.
Principatum tenent in feudũ, vt no. per glu. in
d. cle, & propriè nõ ſunt Principes, cum ſiot Re-
gibus ſubditi, cum nõ ſint primi & primiures, ſe
6 cũdũm eius ſignificationẽ. † Et appellatione Prin
cipis nõ contioentur hi tenentes io feudũ à Re-
ge, vel Imp. licet in quibuſdã ſic vt hẽtur ĩ d. cle.
7 1. & ibi doc. † Et ĩ Hiſp. Regis primoge. mortuo
patre Regnu ſucceſſuturus, Prioceps nũcupatur.

In Gallia, Delphiu. & in Regno Neapo. Dux
Calabr. Et princeps dignitas habetur in l. 4. C.
de princ. age. in rebus, & Briſoninsio hoc ver
bo. De Principe ſat eſt aliquid attigiſſe, & de feu
dal. dignita. ad materiam modu deueniamus.

SVMMARIVM.

1 *Baro quam poteſtatem habet erga ſuum ſubfeuda-*
tarium, & quale dominium.
2 *Dominium Baronis in feudo alteri conceſſo quale*
ſit, & quomodo conſideretur.
3 *Seruitus ſeruitutis non inuenitur, nec dicitur.*
4 *Dominium directum feudi, quo conſideretur penes*
duos, videlicet, penes Baronem, & penes ſubfeuda
tarium, vel penes Regem, & penes Baronem.
5 *Andrea de Iſernia magna fit authoritas in Regno,*
propter eius ſublime ingenium, veritatem, ac ſin-
gularem doctrinam.
6 *Nicolaus Freccia fuit Protonotarius Regni & Col*
lateralis Conſiliarius, tẽpore Regis Roberti, & Re
gis Caroli Secundi, vnà cum Andrea de Iſernia.
7 *Dominium vtile eſt quaſi chimera.*

SED vt verius diguoſci poſſit,
1 † quæ ſit authuritas & poteſtas
Baronis erga ſuum ſubfeudata-
2 rium. Cooliderandũ † eſt, quod
nam duminium Baru habeat in
feudo alteri ſubcõceſſu. Aliqui
dicunt domioium nou habere directum: nam
cum duminiom directum ſit eccleſiæ, vt in ca.
ad Apoſtolicę, de re iud. io 6. directum etiam ſit
Regis, quò ad particularia feoda Regni, Baro-
nias, Ducatus, & priocipatus, vt Bal. dixit io l.
1. C. vode cognati, ipſe idem Baro in eodem ſub
feudu, in quo Rex directum habet dominium,
idem domioium habere non poteſt, per regu-
lam. l. ſi vt certo. §. ſi duobus vehiculum, cumo
dati. Alij dicunt peoes Baronem eſſe effectum
vtilis dominij: cum enim infeudandu in alium
vtile, quod habebat domioium, tranſtulerit, vt
in c. 1. §. prçterea, de capi. Corradi. penes ipſum
vtile dominium, quud ex feudi inueſtitura ha-
buerat, noo puteſt cooſiſtere, c. 1. §. quid ergo,
de inueſti. de re. alie. facta. & in c. 1. & in gloſſ.
de contru. inter vaſ. & alium de bene. & haoc
partem videntur ſequi Muderni Gallici in d. §.
prçterea. Alij dicunt penes Barunem conſiſtere
quaſi ciuile domioium, ex quo naſcitur quaſi ci
uilis poſſeſſio, vt dicit Paul. de Caſtr. io l. 3. §. è
contrario, de acq. poſſe. quem ſequitur D. affin.
meus io prælu. conſti. Regni. q. 23. ipſe autem
teoet in fidelitate. ſeruitijs, & alijs iuribus ſibi
retentis habere vtile dominium & in illis habe-
re poſſeſſiunem naturalem. Alij dicunt, penes
Baronem extare exercitium dominij directi, vel
illius utilis, vt per Deciũ cooſ. 518. in 3. vol. Mo
det. in c. 1. 11. col. de coorro. feu. apud Pares ter
mi. col. 11. per Saod. in c. quæ in eccleſiarũ, col.
2u. de conſti. & per Alex. conſi. 1, 14. col. 5. vol.
& per Soc. cooſi. 96. 3. vol. & per Card. Alex. in
c. 1. de ioueſti. de re. alie. facta. And. autem in d. §.
præterea, videtur tenere, penes Barooem non
eſſe

eſſe vtile dominium, neque directum, ſed propter iura ſibi retenta competere ſibi condictionem ex lege:& vbi aget contra tertium poſſeſſorem, ſi objiciatur ſibi de infeudatione in alium facta, replicabit fidem ſibi non eſſe ſeruatam, vt dicit gl. in l. fi. C. de iure empby.& in l. ſi vſumfru. mihi. ff. vſufru. quem. caueat. idem Andr. in c. 1. §. fi. de contro. inueſtituræ,& in c. 1. §. in generali, ſi de feud. ſue. contro. & in prolngo conſtitu. & in conſtitu. Regni, ſi dubitatio, & ibi gl. vtile autem vtilis dominij, dicit ipſe, non inuenitur: licet de' actio vtiliter vtilis actionis, quod ſequitur Bald. in cap. ſanè, col. vlt. de renuncia-
3 tione.† quia ſicut non inuenitur ſeruitus ſeruitutis. l. 1. de ſeruitu. lega. ita non reperitur vtile dominium vtilis dominij, & Bald. ibi, ſequitur May. conſi. 180. 2. col. 2. vol. & ſecundùm And. in d. §. prætetea, in additio. hoc procedit, nedũ in feudo in totum alteri conceſſo: ſed etiam ſi partem alteri dediſſet in feudum: vt quia Baro feudum Baroniæ excadentiale planum, & de tabula alteri tradidiſſet: cum intelligatur tradidiſſe ſub modo, donec ſibi ſeruitium præſtetur. hęredibus etiam deficientibus reddit feudum ad dantem, & non ad Regem l. 3. C. de donation. quæ ſub modo, & in §. adeo, loca. idem And. in c. 1. §. ſed nec eſt alia iuſtior. 3. col. quæ ſit prima cauſa bene. amit. In hoc articulo varia ſcripſere docto. in d. §. è contrario. & Cur. in tra. feu. in prima parte, in 6. q. 3. col. & in 2. parte 2. q. & in 4. parte. in 1. q. & in conſi. 1. 14. col. poſt finem tractatus. Bald. ſcripſit in l. ſi plures. 2. col. C. de condit. inſertis, quòd ratione pactorum vaſallus habet directum dominium. idem Bal. in l. 1. col. 16. C. de confeſſis:& in l. 1. vlt. col. C. ſi plures vna ſente. & in proœ. ff. 4. col. allegat Io. Mona. in c. 1. de reg. iur. in 6. & in c. abbate ſanè, in princ. de re iudic. ea enim quæ debentur ex natura feudi alteri conceſſi, dicuntur deberi ex pacto: vt Andr. not. in d. §. ſed nec eſt alia iuſtior. in iſtis habet Baro quò ad ſuum ſubfeudatarium dominium directum. Intelligo Bal. quò ad quid, non autem quò ad omnia. & quando Baro habet plura ſubfeuda in ſua Baronia, quæ ab eo & ſub eo tenentur, habet in illis vniuerſaliter directum dominium. tenuit Marti. de Lau. in c. 1. ſi vaſallus priuetur, & in tract. de princ. propè finem. Firmanus in verb. Rex, & in tract. de Epiſcopo. tertia parte. char. 41. Barba. conſi. 70. colum. 12. & conſi. 57. 5. colum. conſi. 55. colum. 10. & conſil. 27. colum. 3. quarto volum. Curtius Senior conſi. 50. 47. colum. Alber. Bru. conſi. 8. & conſi. 45. in quarta colum. Cardi. in cap. 1. §. & ſi clientulus, tertia colum. de aliena. feud. & in cap. 1. §. quid ergo, de inueſti. de re aliena facta. & Mayn. in conſil. 10. inter conſi. Bruni, & Inno. conſi. 180. dixit non eſſe incon-
4 ueniens, † quòd duo habeant directum dominium, vnum in vniuerſo, & alium in ſingularibus locis, per l. 3. in princip. de rei vendi. & not. Bar. in l. 1. §. per hanc. eodem tit. & ſequitur Bald. in d. l. 1. C. vnde legitimi, per gloſ. ibi Ludouic. & alios Moder. & ibi Bald. dixit peritos Regni antiquos tenere, Regem Apuliæ in particularibus feudis habere directum dominium: licet totum Regnum ſit feudale Romanæ eccleſiæ, per tex. in cle. paſtoralis. de re iudi. hoc etiam non eſſet inconueniens dicere quò ad Baronem, quò ad ſuos ſubfeudatarios: vt ſicut habet Rex in vniuerſo quò ad Regnum, vt Rex ipſe idem habeat vt Baro quò ad ſuos ſubfeudatarios: idem iuris eſt de toto quò ad totũ, ſicut de parte quò ad partem, per l. quæ de toto, de rei ven. & Baronia ipſa ſit pars quotatiua, in qua procedit argumentum. & non in ſingularibus rebus, ſecundùm Luc. de Pen. in l. ſi quis. 2. colum. C. de omni agro deſerto, libr. 11. habeat Baro in Baronia vtile quò ad Regem, hoc eſt ex natura feudi: habeat directum quò ad ſuos ſubfeudatarios, hoc facit rei vniuerſitas. directum dico non verè, ſed inferius directum, non directum directò, vt Bal. dicit in c. cæterùm de iudicijs. quare autem Rex habeat directum in Regno, ſi illud eſt eccleſiæ, & penes eccleſiam remanſit, non poteſt aſſignari vera ratio: niſi diceres, penes Regem omne dominium eſſe tranſlatum, niſi quò ad quædam ab eccleſia retenta. facti eſt quæſtio, & doctores controuertunt: probat tex. in l. 1. de bono. poſſeſſio. titulo generali, & ibi gloſſ. vbi licet in vniuerſa hæreditate prætoris authoritate quis habeat ius vtile, pro ſingulis tamen rebus hæreditarijs poterit actiones ciuiles intentare, & ſic directas. vel quòd ibi ſit verè actio ciuilis, vel exercitium ciuilis: hoc non refert, in alijs caſibus dicere vni competere directam actionem, & alteri exercitium directarum, vt de cedente & ceſſionario dicimus. ſed ideo forte datur propter vniuerſitatem iuris vel facti, vt vnumquodque ſuum caput dignius cenſeatur alijs ſuis membris, quæ ſubſunt ſuo Capiti: vt in conſti. Regni, ſi quis Baro, & infra diximus, quòd Rex in Regno quò ad feuda Regni habeat dominium directum, non facit Corona & circulus, neque amplitudo Comitatuum, Baroniarum, & feudorum: cum ipſe ab alio Regnum recognoſcat in feudum: ſed hoc inducit, aut legis potẽtia, aut illius, qui ex ſua voluntate rem ſuam in alium transfert in totum, quò ad directum dominium, licet aliquid ſibi retineat, vt in cap. conſtitutus, de religio. domibus: membra diſtant in multis à capite & caput in multis eſt pretioſius membris. l. cũ in diuerſis, de religio. & ſumptibus funerum. erit quodammodo dominium anomalum. præter regulas iuris, vt in pluribus alijs legitur: parum & minus non diuerſificant ſpeciem. l. fina. de fundo inſtructo. paruum feudum, & magnũ eodẽ iure cẽſentur, vt in c. 1. de feu. dato mini. val naſo. niſi vbi diuerſum conſtitutũ appareat: hoc non legitur, nõ inſpicitur ex tenore infeudationis, ſtabis ſub regula iuris feudalis. vt penes omnẽ recipientẽ in feudũ vtile ſit dñiũ. feudiſtæ plenè in prçludijs. & ibi And. & in definitione feudi. quòd vnus magnus Rex, vel eccleſia Romana prouinciam vnã concedit in titulũ Regiũ in feudũ cũ omnibus tenimentis illius prouinciæ, & cũ facultate infeudandi, ex hoc intelligatur dominiũ directũ conceſſiſſe, ex amplitudine doni,

gratiæ

gratiæ, vel tituli. lex non dictat hoc, magnū quò
ad huc non diſtat à paruo. habere .n. Comites, &
Barones dominium directum vel vtile, lex hoc
prouidet, vel ille, qui habet vim viuæ legis, quan
do vult & diſponit, aut erit dominium directū
penes vtrumque, aut penes neutrum. penes
vtrunque & Regem & Baronem, ex vniuerſitate
feudorum, ac iurium feudi penes Regem, & ſu-
premum, & à quo hoc ſubalternatur, penes Ba
ronem, veluti poſſeſſorem iuris vniuerſi in ſua
Baronia poſſet hæc opinio facilius ſuſtineri, ſi eo
tempore, quo fit Regni inueſtitura, eſſent in eo
Ducatus, Comitatus, & aliæ Baroniæ, quæ quodā
modo ſecundùm aliquos ſunt loco prouincia-
rum, vt dicit Odofred. in ſum. in princ. illos ui-
detur contuliſſe, vt Rex Regni, & ſub eadem di-
gnitate Regia: ſicut quando Rex concedit & in-
ueſtit, vt Baro, vel Comes, ſecundùm Bal. in ritu.
de pace Conſtan. in ver. inueſtituram recipietis,
quem ſequitur D. Alber. Brun. in ver. Rex. nu.
And. in conſti. dignum. Romanus ſingu. 617. &
D. Anto. Corſet. in tract. de poteſtate Regia, in
5 t. par. † Magna tamen eſt authoritas Andreæ,
præſertim in Regno, quem omnes magnoperè
veneramur, propter ſublimitatē ingenij, & veri
tatem doctrinæ ſuæ. ego maximè illi defero, pro-
pter nimiam coniunctionem, quam habuit tem
pore ſuæ vitæ cum D. Nicolao Freccia meo ex
6 attauis prædeceſſore, † qui longo tēpore fuit
Viceprotonotarius Regni, Collateralis Conſilia
rius Roberti Regis, & Conſiliarius Regis Ca-
roli II. vnà cum eodem Andrea. & Rex illis re-
ſcribere cōſueuerat ſub hac forma, videlicet. Di-
ſcretis viris Nico. Frecciæ, & Andr. de iſern. Cō
ſiliarijs noſtris &c. Vno tamen caſu poſſet dici
penes Baronem directum dominiū extare, quan
do Rex voluiſſet ſubfeudatarium Baronem de-
bere recognoſcere in dominum immediate, &
in capite. tunc ex voluntate Regis videretur al
terata regula feudi. per tex. in c. 1. de feudo nō ha
bente propriam naturam feudi. hoc eſt immedia
te recognoſcere, & in capite, quòd Baronem di
rectum conſtituere dominum, ex his quæ And.
ſcribit in c. 1, §. huius autem generis, 4. colum.
ex quibus cauſis feudum amit. & in c. 1. §. ſimi-
liter. col. 3. de capi. qui cur. uend. Mayn. conſil.
65. 3. vol. Debent hæc verba aliquid operari, per
l. ſiquando, de leg. 3. cum ſunt prolata à Rege,
debent accipi in ſuo potentiori ſignificatu, ar.
l. quæritur, de ſtatu hominum. cum Baro iure
habeat vtile ſuper feudo Baroniæ. Rex vult ſub
feudatarium debere recognoſcere de ſubfeudo
Baronem, ut dominum immediatum & in capi
te, non poteſt de vtili intelligi, ſed de directo, nō
debent. illa verba eſſe ſine effectu aliquid operā
di, ſunt poſita ſub miniſterio ab eo, qui poteſt al
terare, & mutare naturam feudorum. hoc cenſe
tur egiſſe, arg. l. quidam conſulebant, de re iudi-
cata hoc ſcire expedit ad multa, & in modo agen
di, & pro remedijs, quæ dantur Baronibus, pro
recuperatione bonorum feudalium, & quando
deſtituuntur poſſeſſione ipſorum, & ſi detur fa-
cultas recuperandi poſſeſſionem, vt à doctori-
bus traditur. dicit Andreas in d. c. prætetea, ꝙ

7 † vtile dominiū eſt quaſi chimera ſecūdùm Hoſ.
in ſum. & in c. 1. in ver. & filius fratris, in fi. col.
1. in per. Locha. dixit, vtile dominiū eſſe quaſi ni-
hil, & in c. 1. §. ſancimus, col. 5. quo tpe miles, &
in c. 1. §. tei autē, de inueſtit. de re alie. facta. effe-
ctum autem huius dominij vtilis, dixit, eſſe de
iure gentiū, Soc. conſi. 87. 3. vol. ar. tex. in §. fi. in
ſtit. de vſu, & habitatione. Viri clari ingenij co-
gitent ſuper prædictis, cum meæ vires debiles
ſint rectum iudicium tradere ſuper quæſtione
præpoſitæ. Proſequamur modò, quæ ſit authori
tas & poteſtas Baronis erga ſuū ſubfeutatarium.

SVMMÀRIVM.

1 *Feuda nō poſſunt alienari per Baronem ſine aſſenſu.*
2 *Feuda plana & de tabula, quæ tenentur à Barone alienantur cum aſſenſu Baronis tantùm, à quo tenentur.*
3 *Feuda quaternata, quæ à Barone tenentur, non alienantur abſque aſſenſu vtriuſque domini. ſ. Regis, & Baronis.*
4 *Aſſenſus Regius requiritur in alienatione feudi quaternati, quæ fit à Barone.*
5 *Feuda ſi alienantur ſine aſſenſu illius, à quo tenentur, applicantur illi.*
6 *Feuda ad hoc vt perdantur per illicitam alienationem tria requiruntur.*
7 *Tertius, cuius non intereſt, non admittitur ad opponendam caducitatem.*
8 *Conſtitutum & prçcarium quid operetur, & num. 15. 18. & 20.*
9 *Alienans ſaluo aſſenſu domini, ſi non deuenit ad actum realis traditionis, an amittat feudum.*
10 *Feudum illicitè alienatum nō incidit in commiſſum per actum verbi, ſed per actum facti.*
11 *Feudum vel emphyteuſis cum in alium transfertur, fit domini conditio deterior in pluribus.*
12 *Feudum in quibus conſiſtit.*
13 *Deuolutio feudi vel emphyteuſis ad hoc vt fiat, requiritur realis traditio.*
14 *Dominus quando dicatur ſperni, ſiue contemni à vaſallo, vel emphyteuta callidè verſato.*
16 *Lex confirmat actus agentium legitimè factos, minus verò legitimè reuocat, punit, & illis non præſtat aſſenſum.*
17 *Secundus emptor cum aſſenſu anteriori præfertur primo cum poſteriori: quia attenditur prioritas aſſenſus, qui conualidat actum.*
19 *Alienās ſine aſſenſu punitur, licet alienatio nulla ſit*
21 *Alienans feudum ſine aſſenſu in Regno ad euitandam pœnam caducitatis admittitur ad reuocandā alienationem.*
22 *Proteſtatio, ſaluo iure domini &c. dum transferetur poſſeſſio, non releuat: quia eſt contraria facto.*
23 *Alienans ſaluo aſſenſu domini, quòd non incidat in commiſſum, etiam ſi deuenit ad actum traditionis, ſi ex illa traditione dominus non læditur, nec ſua intereſt.*
24 *Proteſtatio, ſaluo iure domini, & non aliter nec alio modo, vel ſi domino placuerit, vel ſi non diſſenſerit, etiam in traditione, an & quando releuet in caſu, quo eſt deuentum ad traditionem.*
25 *Emphyteuta alienans ſine aſſenſu, an poſſit aliquam ver-*

verbalem cautelam adinuenire, per quã dominus lædi poſſit, & ipſe excuſetur à caducitate.
26 *Emphyteuta vel feudatarius an poſſit vendere ſaluo aſſenſu domini ſimpliciter, & deuenire ad actũ traditionis, vt excuſetur à caducitate.*
27 *Fraus & calliditas nemini patrocinatur.*
28 *Vaſallus de iure feudorum alienans feudum, ipſumque tradendo & nouum immittendo poſſeſſorem ſine aſſenſu domini, amittit feudum, quia dominũ contemnit, ſuamque poſſeſſionem interuertit.*
29 *Vaſallus de iure regni alienans feudum ſine aſſenſu, etiam quòd deuenerit ad actum traditionis nõ priuatur feudo, ſi reuocauerit alienationem.*

PRIMA anthoritas eſt Baronis,
1 † quòd vaſallus alienando feudum, quod a curia Baronis
poſſidet in feudum, debet ab eo
obtinere aſſenſum, capitulo Imperialem. de prohi. feu. alie. per
Federi. & in c. 1. de prohi. feu. alien. per Lothar.
not. Andr. ibi. & habetur in conſti. Regni, ſiquã
do à contrario ſenſu. & per glo. in l. conſtitutio-
2 nem diuę memoriæ. † & ſi feudum, quod à Ba-
rone recognoſcit, eſt planum & de tabula, ſuffi-
cit illum dum alienat habere aſſenſum ſui Baro
nis ſecundùm communem opinionem. Moder-
norum in d. c. Imperialem: & alios Regni peri-
tiores, & dominum. G. de Perno in notabilibus
feudorum, & ſecundùm hanc concluſionem vi-
di iudicatum in ſacro Conſilio, quam alij noſtri
3 patres in iudicando ſequuti ſunt. † Quando
verò feudũ eſt quaternatũ, vtriuſque domini aſ-
ſenſus impetrari debet tam Baronis, quàm Re-
gis, quia quod omnes tangit, ab omnibus ap-
probari debet, per regulam l. quod omnes. de
4 regu. iuris. † feudum quaternatum Baro non
poteſt conferre, ſed ſolus Rex tenendum a Baro
ne, vt not. in conſt. poſt mortem: ideo Regis aſ
ſenſus requiritur. nam aliàs ex ſolo aſſenſu Ba-
ronis poſſet fraudari Rex. & cum tractetur de in
tereſſe Regis principaliter, ipſe debet requiri &
præſtare aſſenſum. & hoc iure vtimur in Regno
vt vterque aſſentiat in alienatione ipſius. Firmãt
Moderni in d. c. Imperialem, & in l. conſtitutio-
nem diuę memorię. collector noſter Rotæ deciſ.
243. & 283. & D. G. de Perno in no. feudorum.
Paris in tract. de reinte. feud. fol. 252. & alij Re-
gni peritiores, quamuis nonnulli teneant ex iu-
ris rigore, tam in plano quàm in quaternato
feudo vtrinſque aſſenſum requiri, de iure au-
tem communi quid ſit, plenè habetur p Moder.
in l. 2. de iure emphyteut. per Sandæum in c. quę
in eccleſiarum, col. 24. de conſt. & per Mayn.
conſi. 176. & conſi. 180. 2. vol. Quando autem
alienaretur res particularis feudi, non ſufficeret
aſſenſus ſolius Baronis, ſecundùm Afflict. in c. 1.
§. ex eadem. l. 4. col. de lege Corradi. ex ea ratio-
ne, quia ſicut non poteſt præſcribi, ita nec alie
nari. Luc. plenè diſcutit in l. 2. C. de omni agro
deſerto. & in l. nulli. C. de fundis patrimonia. lib.
11. & per D. Anto. de Alex. in d. l. conſtitutionẽ
diuæ memoriæ: & ibi conſidera, quomodo hoc
5 dictum procedat. Si † enim vaſallus Baronis
alienaret feudum ſine illius licentia, applicare-
tur ei, à quo tenet, vt in d. l. Imperialem, & illi
deuolueretur: ſecus ſi eſſet feudum quaternatũ
deuolueretur Regi, qui illud conferret, tenendũ
tantùm ab ipſo Barone, vt iam diximus in diffe-
rentijs vtriuſque feudi, & hoc ex iure Regni,
non autem ex regula iuris communis, & ibi di-
ximus.
6 Ad. † hoc autem vt perdatur feudum per
illicitam alienationem requiruntur tria. Primũ,
quòd alienans ſciat feudum eſſe illud, quod alie-
nat. aliàs ignorans non perdit, tex. eſt. in c. ſi va-
ſallus. ſi de feudo fue. contro. no. D. Iacobus de
Ardizono in ſumma, in titulo quibus modis
feudum amit. car. 7. verſ. ſed nunquid cuilibet. ſe
quitur Aluaro. in c. 1. col. 2. de contro. inter do-
minum & emptorẽ. Andr. in c. in generali. ſi de
feudo fuerit contro. tex. eſt. in c. primo, de con-
trouer. inter dominum & emptorem. & ibi Car
di. debet dolo verſari feudatarius, vel callidè ma
chinando in perniciem domini. vt dicitur in §.
callidis, eodem titulo, & in l. Imperialem. ſed il-
le qui ignorat, non dicitur eſſe in dolo, vt l. quo
ties. §. qui dolo, de probatio. neque machinatur
contra dominum, vt not. in c. vaſallus, el primo:
ſi de feu. fuerit contro. hoc facit pro hæredibus
feudatarij, qui ſuccedunt in locum alterius, per
l. qui in alterius, de reg. iur. vel pro hæredibus
emphyteutæ. vt not. Mayn. in d. l. 2. 4. 24. Decius
in capitulo cæterùm de iudicijs. Taurinen. in
verbo, dictique inueſti. promiſerunt non com-
mit. ſello. col. 8. ſi forte ſciens rem eſſe feudalem
vendit vt allodium, & rem liberam, captio do-
mini eſt. dicatur tunc quodammodo negare feu
dum ad dominum pertinere, eo ipſo perdit; ſe-
cundùm Guid. Pap. deciſio. 236. in fine. Paris in
tractatu de reint. feudorum, fol. 65. vaſallus con
tendens, Andr. dixit in d. c. vaſallus, prima col.
ſcientia doloſa punitur, non autem ignorantia,
per. c. ſi vaſallus culpam, eod. titulo. Secundum
requiritur, ꝙ vaſallus alienans tradat poſſeſſio-
nem. iſto modo dicitur alienatum, quando in
alium poſſeſſio eſt tranſlata, & culpa eſt conſu-
mata, notat Andr. in cap. primo, quid iuris ſit,
& in cap. primo, de lege Corrad. & in l. Imperia
lem, col. 10. ſi eſſet facta alienatio, & non eſſet ſe
quuta traditio, vaſallus feudo non eſſet priua-
tus Bal. in cap. primo. §. aut ſi liuellario, quibus
modis feud. amit. & in capitulo primo. §. deniq;
quæ ſit prima cauſa bene. amit. & in l. 3. C. vt in
poſſeſſio. legatorum. & in cõſi. 276. ad euidentiã,
primo vol. & in conſi. 95. in ſecundo vol. Gui-
do Papæ deciſio. 101. & no. And. in capitu. pri-
mo, de prohibi. feud. alien. per Lotharium. Ter-
tium requiſitum eſt, quòd dominus ſciat feudũ
eſſe alienatum & traditum, & ipſe declaret illud
habere pro deuoluto: tunc dicitur apertum,
quãdo ipſe hoc aperuerit, Alex. conſil. 104. in
cauſa, & quæſtio. ſi. col. tertio vol. ſicut ſi ſerui-
tium aut canonem non præſtitiſſet. debet hoc
dominus declarare habere pro aperto, vt firmat
per plura Mayn. in l. 2. 46. co. de iure emphyten.
& Decius conſi. 206. tertia col. ſecundo lib. quia
hoc perdere non eſt in facto eſſe, ſed in poten-
tia

tia fieri domino volente: ſecundùm Alex. con-
ſilio. 172. viſo themate, in ſecundo vol. Taurinen
ſis in l. 2. C de ſeruis fugitiuis. Idem tamen Alex.
conſ. 150. tertia col. 6. vol. tenuit contrarium, quod
per alienationem illicitã ipſo iure perditur feu-
dum, nec requiritur alia declaratio domini, quia
tex. vel gloſſa non dicit contrarium, & in conſi.
92. eodem volumine. & ideo hæc caducitas poſ-
ſet opponi à tertio, ex dictis per gloſſam in
l. his conſequenter. §. primo, familiæ erciſc. da
qua glo. per Bal. in authen. qui rem. C. de ſacro
ſanct. eccleſ. & per Maynum in l. auunculo, col.
7 tertia, de condictio, ſine cauſa. Nos † autem in
in ſacro Conſilio non admittimus, antequàm do
minus ſuam voluntatem expreſſerit, tertium ad
opponendum, de caducitate & culpa aliena, cũ
non includat ex ea ius ſuum, ex dictis per Bar. &
Socin. in l. ſecunda, de exceptio. rei iudi. & alios
in l. eum ſeruum. C. de ſeruis fugitiuis. etiam ſi
ipſo iure feudum ſit deuolutum, poteſt à domi
no tacitè remitti, & pluribus modis, ſecundùm
Alex. conſi. 60: ſecunda col. tertio vol. & conſi.
13. vltima col. ſecundo libro, & Mayn. in d. l. 2.
& dominũ Ardizonum in ſumma, char. 13. col.
4. & per eundem Alex. conſ. 13. ſexto libro. hoc
eſt excipere de vtili dominio alterius, ſecundùm
And. in c. 1. §. 1. de inueſti. de re alie. facta, & in
c. 1. §. præterea. 2. col. de cap. Corradi, in c. 1. de
contro. inter dominum & emptorem. non licet
opponere ſecundùm Bal. in c. 1. §. ſimiliter, de le
ge Corradi, & Card. in c. 1. §. item qui domino.
quæ ſit prima cauſa bene. amit. Veritas huius ar-
ticuli prodeſt ad multa, ſi poſſit poſt mortẽ pla-
citari ab hærede hæc culpa, vidi aliquos Moder
nos plenius diſcutere non, eſt mihi viſum neceſ-
ſarium ſuper hoc inſiſtere.

8 Aliqui tenent, quòd † ſi vaſallus transfe-
rat poſſeſſionem in alium tradendo illã per actũ
fictum, perdat feudum. firmat dominus Capi-
cius in d. c. Imperialem, col. 204. vt ſi conſtituat
ſe feudatarius alieno nomine poſſidere, ex hoc
conſtituto transfertur vera poſſeſſio, per l. quod
meo, de acqui. poſſeſſ. quod ipſe intelligit proce
dere in ſimplici conſtituto: ſecus ſi adeſſet cum
conſtituto precarium, ex nota. per Aretinum in
§. actionũ, col. 6. inſti. de action. plura Corneus
conſi. 55. viſis. col. 2. tertio lib. & Barba. in c. 2.
col. antepen. extra de conſuetu. hanc eandem
opinionem tenuit Curtius in tracta. feud.
quarta parte. q. 12. & plenius 20. quæſtio. & ſe-
nior Curtius conſilio 8. Albertus Brunus conſi.
42. Decius conſil. 100. in primo lib. Stephan. Be
trand. conſi. 45. pridem. primo lib. Ruinus conſ.
7. prima facie col. 2. ſecundo vol. Afflictus in c.
ſi facta. 2. col. ſi de feudo fuerit cõtro. & alij, quos
refert dominus Andr. Tiraquellus in ſuo tracta.
de conſtituto, ſecunda parte, ampliatio. 34. & in
in tertia parte limita. 26. fol. 142. Alij dicunt, per
actum fictum traditionis conſtituti, precarij, re
tentionis vſusfructus, feudatarium non amittere
feudum: quia non dicitur verè alienatum, dum
poſſeſſio remanet penes alienãtem, per l. ſicut
§. ſuperuacuum, quibus modis pignus vel hy-
po. ſoluitur. & per l. alienatum, de verbo. ſignifi.

lex imponens pœnam alienanti traditionem ve-
ram requirit, tex in l. fi. C. de iure emphyteu. de
tradente loquitur, lex Federici, & lex Corradi: de-
bet intelligi de vera traditione, & non de ficta. &
ſecundùm hanc partem tenuit Card. Alexand.
& ibidem Afflictus in capitulo primo, quid iu-
ris ſit: & idem Afflictus in d. c. Imperialem. 13.
nota. 6. col. idem Curtius ſibi contrarius in præ-
dicto tracta. quarta parte. 13. q. Ripa lib. 1. reſpõ-
ſorum, clerici, num. 21. & in c. cum. M. Ferrariẽ-
ſis. num. 80. de conſtitutio. hanc autem partem
ſequitur idem dominus Andr. Tiraquellus in di
cta limita. 26. cum declaratione tamen ſi vaſal-
lus vendat & conſtituat ſe tenere & poſſidere no
mine emptoris, ſaluo domini aſſenſu ex autho-
ritate Bal. in c. Romana, col. 2. de electi qui fa-
cit differentiam inter realem traditionem, & fi-
ctam. quando adeſt proteſtatio iuris domini, nõ
dicitur tunc adeſſe domini deceptio, allegat etiã
9 Curtium in d. conſi. 8. Ego † autem in iudican
do ſequutus ſum hanc ſecundam partem, quòd
ex conſtituto, vel alio actu ficto vaſallus alienan
do, non amittat feudum: quia lex Federici loqui
tur de actu verè conſumpto, qui eſt per tranſla-
tionem poſſeſſionis de vna perſona ad aliam,
tex. in d. l. Imperialem in §. callidis, exprimit
ibi. vendunt, & in alios transferunt. & in dicto
c. 1. quid iuris, & ibi And. apertius aperit. non di
citur in alium transferri, quod penes eundem
alienantem conſiſtit in facto, & ipſe idem poſſi-
det, quod alienauit: translatio poſſeſſionis
corpore non dicitur fieri nudo tantùm verbo,
ideo Baldus dicit in conſilio. 287. factum tale
10 eſt, tertio libro, quòd † per actum verbi feu
dum non incidit in commiſſum, ſed per actum
facti, allegat tex. in d. l. alienatum, idem Bal. conſ.
nono, ſecunda col. primo lib. & in conſi. 95.
11 mortuo, tertio vol. quando † verè transfertur
poſſeſſio, in alium, fit conditio domini deterior
in pluribus, cũ ipſe contemnatur. haberet diffi-
cultatem percipiendi redditus, ſeruitia, iuramen
ta ab alio, qui non aſtringitur aliqua actione per
ſonali. & ſi dominus vult poſſeſſionem feudi, nõ
poteſt: quia forte eſt potentior primo vaſallo.
& feudum eſt poſitũ in alio loco tuto, vel cõſiſtit
in fortelitio, qđ difficulter recuperari poteſt. vt
doctores cõſiderant ſuper hoc articulo. ſed quã
do vaſallus poſſidet verè feudum, quò ad ſer-
uitia ſubuentionis, & alia nõ fit deterior condi-
tio domini: cum omnia poſſit conſequi à vaſal
lo. & ab eo inuito extorquere, tã perſonali actio
ne, quam reali & manu militari, ſi opus eſſet
tex. in §. callidis. ceſſat, nulla hic adeſt calliditas
in perniciẽ dñi, ex quo delictum non eſt verè cõ-
ſumatum & omnia iura domini ſalua ſunt, inta-
cta, & illæſa: nec lex feudalis in hoc conſidera-
uit ſubtilitatem iuris ciuilis. ſequendo fictiones
illius iuris. tex. in capitulo primo. de feudi cogni
tio. illas repellit: attendit tantùm id, quod in fa
cto conſiſtit, & non quod in figmento iuris, & ſi
plures tex. feudales inſpicimus, abuſiuas recen-
ſent eſſe inueſtituras, quæ non conſiſtunt in cor
pore neque de illis nimium curant: vt in capi-
tu. primo, quid ſit inueſtitura, ibi, abuſiuo autem

modo

modo dicitur inueſtitura, quandò haſta, vel
aliud corporeum quidlibet porrigitur à domi-
no, & in capitulo primo, qualiter olim poterat
feudum alie. & in capitulo primo, quid iuris ſi
quando vaſallus feudum alteri alienatum recu-
perat, domino erit apertum, verè erat ad alium
translatum, & poſſeſſionem aſſignatam alteri
ab eo recuperabat: & in capitulo primo, de
conſuetudine rect. feudi, id quod loco eſt in-
ueſtituræ, vade in poſſeſſionem illius fundi, &
teneas illum pro fundo. & alij complures ſunt
tex. ex quibus colligitur, non conſiderari actũ
fictum: licet ex ea iuris miniſterio cenſeatur ve-
ra poſſeſſio. Illi Longobardi conditores atten
derunt veritatem facti, translationem poſſeſſio
nis in alium traditam, vel tradendam: vt in ca-
pitulo ſi facta, ſi de feudo fuerit contro. ibi, ſi
facta de feudo inueſtitura pœniteat dominum
antequàm poſſeſſionem transferat, an præſtan-
do intereſſe liberetur, reſpondit prętermiſſa
illa condemnatione poſſeſſionem feudi, de quo
inueſtituram fecit, tradere compellendum; &
in capitulo primo, quibus modis feudum con-
ſtitui poteſt, ibi, nomine feudi poſſeſſionem na-
ciſcatur, & teneat, & in capitulo primo. §. fin.
de noua forma fidelitatis, ibi, omnimodo coga-
tur dominus inueſtitum in vacuam poſſeſſio-
nem mittere: vult poſſeſſionem vacuam tradi à
domino, & illam vacuam ab alio non inueſtito
poſſideri, & teneri per actum facti, vt gloſſa
exponit in l. ſtipulatio iſta habere licere, de ver-
12 bo. obligat. ideo text. dicit, quòd † feudum conſi
ſtit in rebus ſolo cohærentibus, quæ teneri, poſ-
ſideri, ac pedibus calcari poſſunt, & in capi-
tulo primo, qualiter olim poterat feudum alie-
nari, text. ponit caſum de eo, qui neceſſitate
cogente, partem feudi vendiderat, alia parte re-
tenta: ſemper attendit, tam ex parte domini,
quàm vaſalli, poſſeſſionem, quę conſiſtit in ve-
ro corpore, & non eam, quę habetur ex poten-
13 tia & authoritate iuris. Vt † ergo pœna amiſ-
ſionis incurratur: quia illicitè feudum aliena-
tur, debet ea poſſeſſio tradi, & alius in corpus
14 feudi reponi ac induci: tunc † vaſallus dicitur
callidè verſari, & facit domino iniuriam, ac ip-
ſum verè ſpernit & contemnit, ſed quando pro
alio ſe tenere confitetur, vel alterius nomine ſe
poſſidere affirmat, non interuertit poſſeſſio-
nem domino, quandiu ipſe poſſidet, argum. l.
quamuis colonus, de acquiren. poſſeſſio. ſed ip-
ſe magis dicitur voluere ſua labia in paris fini-
bus, prout erat per prius, antequàm hoc confi-
15 teretur. Sed † licet dicatur ex conſtituto om-
nem poſſeſſionem in alium transferri, & mutari
ipſi poſſidenti poſſeſſionis cauſam, id procedit
in eo, qui de re ſua liberè diſponere poteſt, pro-
16 ut vult. lex † proſpiciens vtilitati hominũ; ac-
commodat ſuum vigorem pro perficienda, &
exequenda voluntate contrahentium, vel vbi
actus agentium non eſt de iure improbatus, lex
accelerat executionem hominum, ne ſtent in
ſuſpenſo, licet poſſint ſuſpendi. bono tamen
publico id agit, ne rerum incerta ſint dominia.
l. prima, de vſucap. at quando actus agentiũ eſt
improbatus, illegitimus, ac punibilis, lex non fa
uet his contrahentibus: quia illos punit, & coer
cet, magis ipſorum geſta comprimit, quàm exe-
quatur. non puto legem eis eſſe fauorabilem,
qui contra legum interdicta contrahunt, vt mi-
niſterio ipſius legis actus illegitimus, & dam-
natus perficiatur. hoc volunt dicere doctores,
dum dicunt, quod in non volentibus liberè diſpone
re, actus fictus non operatur translationẽ poſſeſ
ſionis, vt not. Alex. conſi. 81. tertio volum. May-
nus. §. ſi vir vxori, de acquiren. poſſeſſio. Caſſa-
neus conſilio ſeptimo, & Alexan. in dicto §. ſi
17 vir vxori. Patet † hoc: quia ſi res feudalis,
vel emphyteutica vendatur. & venditor conſti-
tuat ſe emptoris nomine poſſidere, & antequàm
dominus aſſentiat alteri, vendat domino aſſen-
tiente, ſecundus præfertur, ſecundùm Guid.
Pap. deciſio. 46. & deciſio 71. colum. vltim. Ber-
tran. conſi. 107. ſecundo volum. & Caſſaneus in
dicto conſilio 7. quia illa conſtitutio poſſeſſio-
nis non habet concomitantiam iuris, neque lex
illi præbet aſſenſum, ex quo partes faciunt con-
tractum à iure prohibitum, & ſicuti contractus
principalis eſt nullus, ita & eius ſequela, vt in
l. fin. §. ſi. de conſtitu. pecu. notat glo. in l. ſi pa-
tronus. §. ſi patronum, ne quid in frau. patroni.
Alexand. in dicto §. ſi vir vxori. plura Barba. in
cap. vltimo, de præcarijs, & conſilio 36. colum.
vndecima, libro ſecundo, & Carolus Ruinus
conſilio 136. primo videndum, vltim. col. primo
libro, & conſilio 69. colum. nona. libro tertio, &
nos in ſacro conſilio determinauimus pro eo,
qui emit ſecundo loco rem emphyteuticam cu-
iuſdã eccleſię cum aſſenſu ſui rectoris, licet vẽdi
tor primi emptoris noīe ſe poſſidere cõſtituerit.
18 Dicet † fortè peritus, quòd conſtitutum in
re feudali operatur translationem poſſeſſionis
in pœnam eius, qui conſtituit ſe alieno nomine
poſſidere: licet non teneat quòad præiudicium
tertij, ex not. per Bal. in l. non dubium, col. 5. C.
de legibus. Actus nullus valet quòad hoc, vt
actum faciens incurrat in pœnam, ſecundùm
Bar. ibi. facit textus in capitulo ſi religioſus in
principio, de electio. in ſexto, & quod ſcri-
bit Bald. in capitulo primo, vlti. colum. de pro-
19 hibita feud. alienatione per Federicum, quod † licet
alienatio feudi ſit nulla ſine aſſenſu: tamen il-
le, qui alienat, incurrit in pœnam legis. plura cõ
gerit idem dominus Andreas in dicto loco. fol.
112. & in tractatu de retractu. §. decimoſexto.
fol. 252. num. 8. ſicut ille qui alienat rem aliena-
ri à teſtatore prohibitã alienatio nulla eſt. per. tex. ĩ
auth. res quæ. C. commu. de legatis, ipſe tamen,
qui alienat, ad reuocandum quod eſt nullum
non admittitur. l. pater. §. iulius Agrippa, à con
trario ſenſu. & in §. ſequent. de legatis tertio.
Corneus conſilio 243. circa primum, prima co-
lum. tertio lib. eo ipſo quòd committit contra
legem, facit ea re ſe indignum: vt firmat idem do
minus Andreas in dicto tract. fol. 58, & in ſuis
legibus connubial. propè finem operis. ſic hoc
caſu, lex transfert poſſeſſionem feudi in odium
vaſalli, qui offendit dominum, vt eo feudo iudi-
cetur indignus. Tertiò non nocet illa cõſtitutio,

nec domino, quia ex actu nullo & improbato
à iure ipſi damnificari non poſſunt, ſed ſibi ipſi
bene nocet, quia fecit contra legem, puniri de-
bet, & illa re priuari, in qua deliquit, vt not. in d.
l. non dubium. & eſt caſus in l. iubemus. §. I. C.
de ſacroſ. eccl. Reſponderi poteſt, verum eſſe ex
actu improbato, quem incurrere pœnam, licet
non valeat, tam quò ad dominium, quàm quò
ad poſſeſſionem, quando ille actus eſt conſuma-
tus, & perfectus, & ſuper eo lex prouidet, ſtatuit
ac diſponit. vt habetur in contrarijs. At hoc ca-
ſu, quando feudatarius conſtituit ſe tenere alie-
no nomine feudum, quod illicitè alienauit, lex
feudalis non dixit, nec ſtatuit, ipſum priuari, ſed
quando poſſeſſionem in alium tranſtulit, ponē-
do ipſum in corp ore feudi per actum facti cor-
poreum, quando autem conſtituit, actus tradi-
tionis non eſt perfectus, neque verè conſumatus
non dicitur omnino deliquiſſe, licet cœperit
delinquere vendendo, & vtendo medijs legali-
bus pro poſſeſſione tradenda, ceſſat ratio & pro
hibitio legis, quia dominus ex hac verè non læ-
ditur, nec impeditur contra vaſallum poſſiden-
tem redditum, & ſeruitium petere, exigere, ac iu
riſdictionem exercere.
20 Dicet † iterum vir peritus, q̃ conſtitutum
in feudo transfert poſſeſſionem, licet dominus
non præſtiterit aſſenſum, ex quo in Regno per
alienationem illicitam vaſallus non incurrit
pœnam, vt dicit in nota. quæſtione dominus An
tonius de Alexan. in l. conſtitutionē diuę memo
riæ, & illam iure proprio reuocat authoritate
dictæ legis, de qua infra plenius dicam in ſequē
tibus. ergo poſſeſſio intelligitur verè tradita, cū
poſſit reuocando euitare caducitatem. firmat
idem doctor in dicto tractatu conſtitu. fol. 87.
21 Reſponderi † poteſt, verū non eſſe, quòd periti
Regni nonnulli affirmant, alienantem non in-
currere pœnam per dictam legem Conſtitutio-
nem diuę memorię quia hæc lex hoc non dicit,
nec prouidet. ſed tātùm dat facultatem iure pro
prio reuocandi, perdit alienans, niſi reuocet. re-
uocatio eſt neceſſaria pro caducitate vitanda, vt
infra dicam. Ex prædictis mihi æquius viſum
fuit tenere hanc partem, ne vaſallus conſtituen-
do perdat: quia lex feudi requirit corpoream
traditionem, quo caſu non ſufficit ea, quæ de iu
re fingitur verè tradita, vt dicit Afflictus in di-
cto c. 3. col. quid iuris. Decius in regula contra-
ctus, col. quarta de regulis iuris. & Neap. gloſſa-
tor conſuetudinum Neapolitanarum cōſuetud.
contra inſtru. venditionum. In pœnalibus debe
mus ſequi benigniorem partem, & in re dubia
mitiorem amplecti. dicit Bal. in c. primo, ſi va-
ſallus feudo priuetur, quòd proceſſus pœnæ de-
bet eſſe liquidus, allegat tex. in l. teſtamento, de
22 conditio. & demonſtratio. Nec † mihi placet
temperamentum Domini Andreæ Tiraquelli,
vt tunc non cadat ex conſtituto, quando conſti-
tuit ſe tenere ſaluo domini beneplacito, ex di-
ctis per Bal. in dicto capitulo cumana. nam di-
co, q̃ illa reſeruatio non proficeret, veluti con-
traria facto, vt nonnulli ſcribunt. quanquam
poſſet prodeſſe in actu ficto: nec mihi dat ſa-
porem. aut enim eſt poſſeſſio tranſlata, aut nō.
ſi eſt translata, reſeruatio non prodeſt. aut poſſeſ
ſio non eſt tradita, & reſeruatio beneplaciti do
mini non eſt neceſſaria, quia etiam ſi non adeſ-
ſet, pœnam non incurriſſet, cum delictum non
ſit conſumatum, prout de iure requiritur, ad
hoc vt amittatur feudum. & illa reſeruatio reij-
citur, quando adeſt captio domini, magis tenē
da eſt fraudulenter appoſita, quàm pro domi-
ni honore conſeruando.
23 Sępe † etiam dixi contra nonnullorum
prudentum opinionem, Vaſallum, ſi vendat feu
dum ſaluo aſſenſu domini, & verè poſſeſsionem
tradat, ex hoc non priuari feudo, quia proceſſit
ad actum traditionis feudi, ſi Dominus ex hac
traditione non læditur, nec ius ſuum in aliquo
diminuitur, vt quia dominum feudi emptor
paratus ſit vt Dominum recognoſcere, eidem
offerendo ſeruitium, iuramentum, & alia,
ad quæ ex regula feudi tenetur, quia ceſsat ra-
tio caducitatis. & pœna ob id impoſita eſt, quia
domino poſseſsionem interuertit. Multùm
latè diffuſeque diſtinguūt doctores, tam anti-
qui quàm moderni, & repetentes, & idē D. Ca
pic. in d. c. Imperialem, in verborū formulis, an
dicat ſaluo aſſenſu domini, vel addat, & non ali-
ter nec alio modo, vel ſi dixerit, ſi domino pla-
cuerit, vel ſi dominus præſtiterit aſſenſum, an
etiam ſi eandem conditionem appoſuerit in tra
ditione feudi, ſcribentium ſuper hoc nume-
rus eſt copioſiſsimus,
24 Spectabo in hoc merum factū † cū nō liceat
ex verborū circūlocutionibus fraudare legē, ſi
domini in aliquo interſit, & ſit fraudatus pro-
25 prietate vel poſſeſsione feudi. mihi † nulla ver-
borū cautela ſatisfacit, quòd ſi vēdat, ſi dño pla-
cuerit, & non aliter nec alio modo, & tradat cū
eadē cōditione & proteſtatione, & emptor non
admittit dñm. neq; eum, ut dominum recogno-
ſcit, & poſsidet Caſtrum, quod de facili recupe-
rari non poteſt, quia eſt in manu viri potentis.
ex illis verbis non erit excuſatus, ex quo fecit
verborum commentum in perniciem domini,
magis dicitur deliquiſse, cum habuerit in ore
verba legis, mentē aūt ipſius corruperit ac dila-
niauerit, tex. in d. l. nō dubiū, lex impoſita eſset
verbis nō rebus, dixit Iuſtinianus in l. 2. C. com-
munia de lega. nō debet, quod vna via prohibe-
tur directò, per obliquū permitti. eſset duplica-
ta malitia ſecundùm Bal. in d. conſi. 187. vbi do
mino ſuper feudo ex cōtractu & traditione feu
di oritur aliqua difficultas, debet feudum redire
ad dominum ratione fraudis, ſecundùm Bal. in
dicto conſilio 95. ſecunda col. eodem volum. au
thoritates doctorum ad hoc debent pondera-
ri: vt Curtius in tractatu quarta parte, quæſtio.
na 20. Sandæus in cap. quæ in eccleſiarum. Ta-
urinenſis in verbo & cum pacto de non alie-
nando. Albertus Brunus in conſilio. 27. Bar-
bati. conſilio. 40. quarto volumi. Soc. in conſi.
4. tertio volum. & aliorū quos non refero, quic-
quid ſuper hoc ſcripſerit dominus Capicius
26 in dicto capitulo Imperialem Sufficit † bona
fide vendere ſaluo domini aſſenſu: & bona fi-
de

de tradere ſine alio verborum articulo. ſi dominus diſſentit, nulla eſt venditio ob defectum cõditionis voluntatis domini. nulla etiam eſt traditio. ſi dominus non vult præbere conſenſum, nihil eſt actum ob defectum conditionis, reſoluitur tradõ & tradionis effectus, ſi in hoc nõ ſit aliqua deceptio domini, vel occulta fraus. hoc voluit Corradus prouidere, & Federicus etiã prohibendo, ne fiat.

Et quamuis emptores rerũ feudalium, & emphyteuticarũ ſoleant quãque ſolũnes negligere, ac ſint in mora ſoluendi, vt prius cõtra eos ſit actũ, q̃ offerant ab ipſo cõtractus initio, & in ipſo poſſeſſionis ingreſſu, non ex hoc ſpoliandi ſunt: cum ſint parati dominum cum effectu recognoſcere, canonem ſoluere, & moram purgare, ſolutis omnibus damnis, quæ dominus patitur in Regno. Clementiſſimè egit Robertus Rex ſapientiſſimus, vt Andreas ſcribit in cap. primo, quo tempore miles. quamuis eo caſu Andream limitet Dominus G. de Perno in nota. feudorum niſi longa mora interceſſiſſet, voluntas domini quò ad hoc non habebitur pro intereſſe, iuxta l. ſi. de vſu & habi. quia de pœna agitur. meo iudicio contractus feudi non admittit ſubtilitatem iuris ciuilis, neque cum illis eſt finiendum. eſt enim contractus iſte de conſuetudine introductus, vt ſcribunt in prælodio feudorum. Quæ conſuetudo ſumpſit exordium ex moribus locorum, terrarum, & Regionum. & conſiſtit in facto dixit Pontifex in capitulo primo, de conſtitutionibus in ſexto. non debet ex volucro verborum
27 terminari. † ſed ex ipſo facto ac euentu rei, quatenus fraus detegitur, aut bona fides apparet. ſi ſyncerè egit & bona fide, puniri nõ debet: quia hoc bona fides non patitur. ſi mala fide callidè, & verſutè ex verborum ſupellectile excuſari non debet. plurimi ſunt ad fraudem periti, & nonnulli bona fide verſati. ſunt Notarij etiã pro locorum qualitate imperiti, nudi verborũ, & literarũ ignari. Scio etenim plurimos ſentire contrarium: hoc mihi decernit doctrina conſcientiæ meæ, aliorum ſit iudicium.
28 De iure feudorum † vaſallus alienando feudum, & poſſeſſionem tradendo, nouum immittendo poſſeſſorem in feodo, inſcio & ignorante domino, amittit feudum: quia ipſum dicitur contemnere, & domino iniuria irrogatur, cum alius inducitur in poſſeſſionem rei ſuæ, eo ignorante. & poteſt ſequi machinatio in ipſo feudo, vt dicitur in capitulo hac edictali, & in dicto capitulo Imperialem. etiam ſi poſſeſſionem traditam recuperauerit, debet perdere feudum, ex quo ſemel commiſit delictum: debet ipſe puniri, vt dicitur in dicto capitulo primo, quid iuris ſit. cum recuperando poſſeſſionem feudi non dicatur culpa purgari, vt not. ex tex. & do
29 ctoribus in l. prima. §. ſi rem depoſiti. † Hodie in Regno, ex l. Federici, ſi alienatur feudum, etiã poſſeſſione tradita, ſi ipſe qui alienat, reuocat, non perdit feudum, hoc eſt ius nouum in regno ex gratia dicti Federici Imperatoris, ſub lege, conſtitutionem diuæ memoriæ, tertio libro.

Ampliari poteſt eadem conſtitutio, vt procedat nedum in alienatione expreſſa, verum etiã in tacita, vt per Paridẽ in trac. rein. feu. vet. an ſi dominus feudi recipiat à tenente, fol. 41. de quo dicam. *

SVMMARIVM.

1 *Emens feudum ſine aſſenſu, an poſſit emptionem reuocare, antequàm impetretur aſſenſus, ſicut poteſt alienans.*
2 *Emptor & venditor ſunt correlatiua.*
3 *Statutum loquens de venditore etiam quòd ſit pœnale, extenditur quoque ad emptorem.*
4 *Actor & reus ſunt correlatiua, & ideo ſtatutum ſine pœna loquens de actore, extenditur ad reum.*
5 *Feudum quando alienatur ſine aſſenſu, emptor pretium amittit, & venditor feudum.*
6 *Contractus alienationis feudi ſine aſſenſu eſt improbatus, & ipſo iure nullus, & ideo licitè poteſt reſcindi.*
7 *Factum proprium reuocari poteſt, quando iure non permittente factum fuit, ſeu contra legis prohibitionem.*
8 *Tranſactio ſuper feudo poteſt fieri de iure feudorũ etiam ſine aſſenſu, dummodo bona fide & abſque fraude.*
9 *Feuda de iure regni non poſſunt in extraneum alienari ſine aſſenſu, etiam in caſibus à iure feudorum permiſſis.*
10 *Notarius, qui ſcribit inſtrumentum alienationis feudi ſine aſſenſu, punitur arbitrio iudicis.*
11 *Emens feudum ſine aſſenſu perdit pretium, & applicatur fiſco, & de euictione non agit.*
12 *Intellectus conſtitutionis, conſtitutionem diuæ memoriæ, & Andreæ de Iſernia, & nu. 16.*
13 *Alienans feudum ſine aſſenſu perdit illud etiam de iure regni.*
14 *Alienans feudum ſine aſſenſu ad euitandam caducitatem, poterit iure proprio reuocare alienationem.*
15 *Reuocatio alienationis feudi facta ſine aſſenſu, quo modo fiat, & quo iure, & num. 17. 18.*
19 *Vaſallus reuocando alienationem feudi factam ſine aſſenſu duplex negocium gerit, ſuum ſcilicet & Regis*
20 *Emens feudum ſine aſſenſu non habet poteſtatem reuocandi ſicut venditor, & num. 22.*
21 *Vaſallus reuocando alienationem feudi ſine aſſenſu factam fungitur poteſtate regia.*
23 *Correlatiuorum eadem eſt diſpoſitio cum eadem ratio militat in vtroque, aliàs ſecus.*
24 *Conſtitutio conſtitutionem diuæ memoriæ, duo beneficia gratiosè tribuit.*
25 *Filius vaſalli alienantis ſine aſſenſu admittitur ad reuocandum, quia eadem perſona cum patre cenſetur.*
26 *Alienatio facta per defunctum ſine aſſenſu non conualidatur ſine nouo conſenſu hæredis cum aſſenſu.*

A REGNICOLIS noo po-
nitur voa qnęſtio,ſoper qua po
1 teſt magnopere dubitari.† An li
ceat emptori feudi , antequàm
impetretur aſſenſus ſuper ven-
ditiooe ipſius authoritate con-
ſtitotionis Regni , reuocare alienationem factā
à venditore.Duo occurront pro emptore quòd
poſſit.Primum:qnia licet ipſi veoditori ex pro-
uidentia dictæ conſtitntionis renocare: ergo &
ipſi emptori,ex not.in l.1.C.de cupreſſis, libro.
11.& in l.fi.C.de indicta vidui.tollenda. Corre
2 latioa † ſnnt enim emptor , & venditor, ergo
quòd vni permittitur , debet alteri eſſe conceſ-
ſum,ootat Gemi.in c.1.de tempo.ordi.libro 6.
etiam ſi materia eſſet correctoria: vr dicit idem
Gemi.in capitolo ,cupientes, in §.deniqoe, per
gloſſ.ibi in verbo decreto,de electio. in 6. & di-
3 cit Bartol.io d.l.final. quòd † ſi ſtatutum pnnit
veodentem certa pœna extra plateam , licer ni-
hil de emptore loquatur , ſi ipſe emit tenebitur
ad pœnam.quia fit extenſio ad emptorem ex na
tura correlatiui,per dictam l. primam. C.de cu-
preſſis, notar Bald.in l.nemo martyres,in fin.C.
de ſacroſan.eccle.& in l.ſi conuenerit de pactis,
gloſſ.in cap.1.de cooſeſſis, in 6. pœnam impo-
4 ſitam † actori extendit ad reum: & in capitolo.
ſtatutum,de reſcrip.in 6.& io cle. 1.de electio-
ne.item contractus clsodicare non debet, niſi
lex aliqno priuilegio indulgeat, vt l.Iulianus.§.
ſiquis co.l ud.de actiooibus empti, in l. oó ideo
minus.C.de procurat. & In cootractibus onlla
fit exceptio perſonarū. vt ad imparia iudicētor,
vt in l.finali.C.de fructibus,& litt. exp. quando
5 fit alienatio feudi,ſine domini licentia , vendi-
tor feudum , & emptor pretinm amittit , per l.
Federici Imperialem.& ibi gloſſ.Andreas,& a-
lij.ſicot renocando venditor euitat cadncitatem
feudi,ſic & ipſe emptor iacturam pretij eroga-
ti.aliàs impium videretur: vt venditor feudum
per reoocationem recoperet, & emptor pretiū
perdat,per reuocationem,quæ fit authoritate le
gis contractus reſoluitur,& perinde eſt, ac ſi ni
hil eſſet actum.oeuter debet eſſe in damno . pro
hac parte facit ratio dictæ conſti. ex mente glo,
6 & And.& aliorum : † qnia non ioteruenien-
te aſſenſu ſnper alienatione fendi , cootractus
veluti contra legis prohibitionem geſtus nullus
7 eſt.& † poteſt tuoc venire contra factum pro-
prium,per.l.qoemadmodom.C.de agri.& cen-
ſitis . libro vodecimo. in contracto ſuper feudo
verſarur factum emptoris, qui ex ſoo conſenſu
& pretio perficir contractum.aote aſſenſnm do
minium non haber: & obſtat cootractui prohi-
bitio legis.& quia emit contra conſtitutionem
legis,ipſe idem poteſt à contracto recedere,cum
eius factnm ſit nullnm , & a lege improbatum,
per d.l.quemadmodnm . per quam dixit Paul.
de Caſt.io l.filiusfa.§.diui.ſecunda colum. poſ-
ſe eundem met vendentem reuocare alienatio-
nem rei fideicommiſſo ſobiectæ , cum illa fiat
contra prohibitionem legis.ſequitor Ferdi. A-
loazes ibi,qood non pono pro conſtanti, ex his
quæ ſcribat Andr. Tiraquellus in tract. retract.
fol.57.& contra opinionem Pau. molta allegat
in fol.58.in capitnlo 42.Secundò pro hac par-
te videtur text.dictæ conſtitotioois pro empto
re per hæc verba literæ.Eiſdemque cootrahen-
tibus, & alienantibus coocedimus poteſtatem
iure proprio prædicta omnia renocare. per quæ
videtur data poteſtas,nedum alienanti , ſed etiā
contrahenti,cum vtrique permittat: ſi idem eſ-
ſet alienans & cootraheos,noo poſuiſſet vtrnn-
qoe,ſed voum tantùm , poſuit igitur vt diuer-
ſa,ex his quæ ootat gloſſ.in rubrica de iuris , &
fac. ignoran. & hoc argumento ſæpe Andreas
vtitur,dum allegat.l.ſi idem. C.de codicillis.po
terat eſſe dnbinm,an alienans feudom ſolus re-
nocet.an etiam & cum eo cootrahens,expreſſit
vtrnnqoe,gratia dubitatioois tollendæ. & cum
videretur eſſe rationabile,noo vni tantùm , ſed
vtrique permittere,vtriqoe conſuluit : qoia de
vtriuſque damoo tractabatur . Et hæc pro iſta
parte,& alia quæ omitto.

Pro parte antem contraria , quòd ſolus alie-
nans renocet ex beneficio dictæ conſtitotionis,
& ooo etiam emptor : facit primò ordo titulo-
rum ſeu rubricarum illius tertij libri conſtitu-
tioonm.ex quo cognoſcitur , quid in re dubia
conditor legis nouæ voluerit prouidere, vt di-
citur in l.1.C.de impo. lucra. deſcrip. libro 10.
ex primordio tituli poſterior formatur euentus.
& in l.fina.de iuris & facti igno. Federicus Im-
peratot rigidus rerum ſuarum conſeroator , vt
ipſe dixit in l.dignum , Leges coodere intende-
bat, per quas Regia ſua iura , perſonę ſeruiles,
ſeruitia,& redditus non diſtraherentur abſque
ſpeciali oraculo & priuilegio , oeqne ſob arcta
pœoa ab alijs occuparentur: vt habetur in pri-
mo titulo de iuribus rerom Regalium, & in ti-
tulo de vaſallis aliàs villanis non ordinandis ,&
io titnlo de iure ſoę curiæ obſeruando, & in no
ua conſtitutione perſonas. volens etiam amplia
re prohibitam diminutionem feudorum, ſuper
qua Rogerius Normannus auus ſuos cooſtitu-
tiooem ediderat,ſubnectit rubricam de renoca-
tiooe fendorum,& rerum feudalium, in eadem
noua lege decernit omnes alienationes, & quoſ
cunque contractus ſuper feudis & rebus feuda
libus miouendis,aut commutandis oullam om
nino habere firmitatem,niſi de ſpeciali ſuæ cel-
ſitudinis licentia cooſirmentur. incipit . Impe-
ratot ab vniuerſali prohibitione diminotionis
feudorum,& rerum feudalium,quæ fit per alie-
nationes, & quoſcunque contractus ſuper feu-
dis ioitis minuendis, aut io aliam perſonam cō
8 motandis , & † qoia de iura feudorum atiam
ſecundùm nouam legem Federici Imperialem,
poterat fieri tranſactio ſuper feudo ſine aſſenſu
domini, vt not.in capitulo primo.§.ſi vaſallus,
el ſecundo,ſi de feodo fuerit contron. dum ta-
men fieret ſyncerè , bona fide , & ſine fraude,
quia qui tranſigit rem poſſeſſoti dimittendo,
ooo dicitur alienare. vt in leg.ſi pro foodo, vbi
tex.ſingul.C.de tranſa.in ſequenti idem impe-
rator prohibet fieri tranſactionem feudi ſioe aſ
ſenſu,quę aliàs de antiqno . & vltimo iure feu-
dorum erat permiſſa, rationem deſignat gloſſ.

in

in verbo ſuper eis: quia fingi lites poſſent, ex qui-
bus feudum ad extraneum perueniret, allegat
tex. in l. cum hi. §. ſi cum his, de tranſactio. ideo
prohibet tranſactionem fieri. Verum quia ſuper
feudorum alienationibus, & tranſactionibus in-
terponebatur iuramentum, & pœnalis ſtipula-
tio, per quam pars cogebatur quodámodo feu-
dum alienatum dimittere penes poſſeſſorem,
nec poterat ab eo abdicare, Imperator in eadé
lege decernit iuſiurandum interpoſitum & pœ-
nalem ſtipulationem interpoſitam nullius eſſe
momenti. Intelligo ego ſcilicet ſuper alienatio-
ne & commutatione feudi, vt reddat ſe confor-
mem cum ea prouiſione, quam in principio le-
gis edixerat, vſque ad hæc verba, Imperator ver-
tit ſermonem ad eos, qui alienant feudum, di-
minuendo, commutando, vel tranſigendo. &
concedit eiſdem contrahentibus, & alienanti-
bus poteſtatem iure proprio prædicta omnia re-
uocare. Hactenus de voluntaria, ac ſpontanea
alienatione dixerat: nunc de ea quæ fieret ex ar-
bitrijs per compromiſſa: & addit alium caſum,
quaſi quòd colore cuiuſdam iudicij licita eſſet
alienatio, & Imperator decernit arbitria ex cō-
promiſſo lata ſuper præmiſſis, nulla eſſet ratio-
nem aſſignat; quia feudorum cognitio certis
perſonis demádata eſt: & de iure feudorum hoc
erat permiſſum. vt Andr. dicit in c. 1. 2. colum.
de leg. Corradi, & in c. 1. de inueſtitura de rea-
li. facta. cum vulg. & hic etiam caſus reſpicit per-
ſonas alienantium feuda ex compromiſſo, lau-
do inde ſecuto: cum per arbitria poſſet fieri feu-
dorum diminutio, aut de perſona ad perſonam
commutatio contra voluntatem Regis. Vltimò
prohibet alium caſum permiſſum de omni iu-
re feudorũ, tam veteri, quàm nouiſſimo, ſ.
infeudationem, quæ poterat a feudatarijs fieri:
dum tñ ſyncerè, æquali, & bona fidé fiat infeuda-
tio, vt dicitur in cap. 1. §. ex eadem lege. de lege
Corrad. & in l. Imperialem. & inhibet Baroni-
bus. permittit autem locare excadentias ſub an-
tiquo ſeruitio vel reddito; ita q̃ in nullo debitũ
ſeruitiũ, aut redditus minuatur. Hęc eſt tota lex
& ſanctio illius cōſtitutionis, ex qua colligo mi-
9 hi cōcluſionem, q̃ † feuda per hanc legé Regni
non poſſint alienari in extraneũ, ét in caſibus à
iure feudorũ permiſſis, ſine ſpeciali licentia &
cōfirmatione Regis, cōceſſa tamen poteſtate alie-
nātibus & cōtrahētibus reuocādi iure proprio.
Dico in primis, q̃ hęc litera in expreſſis tan-
tũ iura antiqua corrigit, & non in alijs, quę erāt
10 de iure feudorũ prohibita. Ideo † ſi notarius cō-
ficit inſtrumentũ alienationis feudi, punitur ar-
bitrio iudicis, non tamen pœna. l. Imperialem.
§. ſcriba veró, de probi. feu. alie. per Federicum.
quia illa pœna fuit impoſita per Imperatorem,
poſtquàm Regnum Sicilię fuit datum eccleſiæ
Romanę, vt ita not. And. in d. §. ſcriba, in 2. col.
& ibi dicit hæc verba, ibi, In Regno Sicilię r ad
hanc conſtitutionem, ibi, licet in vno ſit mitiga-
ta, ſeu relaxata pœna, ſ. in alienante, quia nō per-
dit feudum, non eſt relaxata notario, qui veti-
to contractu inſtrumentum conſcripſit, ſunt. n.
ſeparata, & non tā coniuncta, tam perſonę alie-
nantis, & notarij, quàm pęna vnius vel alterius.
11 Secundò † de iure feudorum emptor perdit
pretium, & applicatur fiſco, nec agit de euictio-
ne; per hanc conſtitutionem emptor feudi non
recuperat pretium. And. ibi, & in d. l. Imperialé,
in verbo Imperator Lotha. quia hoc non dicit
hæc conſtitutio. & ſi forte pretium recuperat,
non agit ad intereſſe: quia prouidit in pretio tā-
tùm, ar. l. tutori. C. de neg. geſtis. & ex verbis An-
dreæ ibidem patet, q̃ etiam ſi alienans reuocet
alienationem per conſtitutionem Regni, em-
ptor pretium amittat: ibi dum dicit, emptor e-
nim ideo perdit pretium: quia ſciens fuit rem
prohibitam alienari, perdatur vel non perdatur
per venditorem, hoc non releuat emptorem,
aliam perſonam ſcilicet venditore, argumen.
eius, quod dicitur. ff. de adulterijs. l. 1 §. ſi publi-
co. hic enim non remanebit pretium venditori,
ſed fiſcus habebit: licet fiat ſibi gratia; quòd nō
perdit feudum alienatum. non facit, vt retineat
pretium; quòd debet ad fiſcum deuolui. & ibi
Andr. loquitur ſecundùm terminos huius con-
ſtitutionis. & hæc verba faciunt ad deciſionem
huius quęſtionis.
12 Tertio † dico vnum, quod videtur durum,
& contra communem opinionem legentium,
& peritorum Regni, quòd conſtitutio prædi-
cta circa pœnam amiſſionis feudi alienati ſine
aſſenſu Regis, non corrigit ius feudorum: ne-
que quicquam de nouo diſponit: vt feudum a-
lienatum non perdat in Regno, ex quo nulla eſt
alienatio, nec ubi hoc legitur in text. nec in ſen-
ſu, ratione, aut intellectu ipſius. & dum de nul-
litate alienationis prouidet, tam concordat cū
iure communi, per quod idem erat ſancitum,
vt dicitur in cap. 1. de prohi. feud. alien. per Lo-
13 tha. & in l. Imperialem. ex † quo infero, quòd in
Regno ſi alienatur feudum ſine aſſenſu, amitti-
tur feudum, etiam de iure Regni: cum lex noua
nihil innouet in hoc de antiquo; & quod non
mutatur, ſtare nō prohibetur, vt in l. ſancimus,
14 C. de teſtam. hoc † tantùm addit & prouidet
ad finem euitandi pœnam caducitatis; vt poſſit
alienans iure proprio reuocare, & facta reuoca-
tione alienationis non amittet feudum. Hoc
ſolùm eſt inductum per iſtam nouam legem. &
ita ſemper Andream intelligo, cum dicit in Re-
gno non amitti feudum per alienationem, ſi a-
lienans reuocet, aliàs meo iudicio non bene di-
ceret: quia hæc conſtitutio hoc non dicit. ideo
ad euitādam caducitatem requiritur organum
hominis in reuocando, cum niſi reuocet, iam
deuolutum ſit feudum ad Regem: & ita intelli-
gendo Andream, res eſt expedita: aliàs opor-
tet fateri Andream peſſimè dixiſſe in capitulo
primo, de vaſallo, qui contra conſtitu. Lothar.
feudum alien. dum quærit, vaſallo non reuocan-
te, an dominus reuocet: & vſque ad quod tem-
pus debeat expectari, vt reuocet. & ſi dominus
præuenit in reuocando à poſſeſſore: quia di-
cit ſibi apertum per illicitam alienationem fa-
ctam à ſciente ſequuta traditione ipſius: nam ſi
ipſa lege Regni nouella feudum non eſt deper-
ditum, quid expedit quærere hoc, & ſimilia, quę

ipſe poſuit ibi,& noſtri Regnicolæ ſcribentes in pleriſque eorum ſcriptis hoc tetigerunt, & hic eſt verior intellectus ad hāc conſtitutionem, & Andreæ hæc eſt intērio: ibi dum dicit, in Regno Siciliæ corrigitur per conſtitutionem Regis Rogerij, vt ipſe reuocet idem, qui alienauit, non autem perdit feudum vt dixit ibi in 2. col.& in d. l. Imperialem, in pleriſque locis, ibi, ſed per conſtitutionem Regni Siciliæ ipſe idem qui alienauit reuocet,& non perdit feudum.& ego miror, ꝙ tam celeberrimi patres in eorum lectoris videantur tenere contrarium, eo iudicio ruditer intelligendo hanc quæſtionem.

15 Iſta † autem reuocatio quomodo fiat iure proprio.glo.ibi,& And.& doctores noſtri vario modo exponũt, vt intelligatur fieri iure ſpeciali, per quod poteſt quis venire contra factum proprium, quando eſt de iure prohibitum: non tamen auocando poſſeſſionem propria authoritate, & de facto ſpoliando emptorem, ſed per ſententiam iudicis, vt ibi dicitur. & hæc eſt communis opinio omnium peritorum Regni in eorum ſcriptis, quę non repetam breuitatis gratia. Mihi autem iſte intellectus nunquàm placuit: & verba literæ aliud ſonant, quòd alienatio facta ſit contra prohibitionem legis, ideò ipſe idem reuocet: nam de iure feudorum eſt prohibita alienatio feudi, etiam pro anima, nec poteſt de eo aliquod fieri commercium. & tamen nemo dicit, quòd ipſe qui feudum alienauit, alienationem reuocet. lex antiqua prohibet, lex noua etiam prohibet in caſibus aliàs permiſſis.& tamen ſtatuit, ipſo iure feudum amitti, aliàs illa lex eſſet poſita ludibrio. quinimò lex feudi prouidet contrarium in eod. titulo, qui inſcribitur, quid iuris ſit, ſi vaſallus poſt aliena: feodi id recuperet,& omnes ſummiſtæ,& ſcribẽtes in eorum tractatibus affirmant, vaſallum alienantem feudum, & poſtea recuperantem feudum iam amiſiſſe. ſequuta traditione ſemel culpa commiſſa eſt, poniri debet. domino ius eſt quæſitum, ſine eius facto ab eo euelli non põt,& nõ põt maior dici reuocatio ab effectu, ꝙ̃ recuperatio feudi, & tamen perditur feudum, illa lex quemadmodum & ſimiles non proſunt in caſu iam ſpecialiter prouiſo per leges, ſemper ſpecies derogat generi, illa ergo litera hoc non ſentit, neque hoc probat, & tamen inueterato hoc ſenſu à peritioribus Regni; hanc ſumpſit interpretationem. noluit Imperator fauere alienanti in reuocando: quia actum nullum faceret, & de iure improbatum, ſed ſibi ne feudum veniat ad alienas manus, & ne ſeruitium, aut redditus minuatur. fuit tamen gratioſa lex & fauorabilis, remittendo pœnã facta reuocatione, leniendo aſperitatem antiquæ legis, & ita ſæpe dicebat mihi recolẽdæ memoriæ vir acutiſſimi ingenij Antonius genitor meus.. iſta lex arctius prohibet & propter gratiam Regis mitius punit & ſi pro ſuo iure conſeruando prohibuit alienationem feudorum in caſibus permiſſis, mitigauit ac temperauit pęnam amiſſionis ipſorum ex gratia & benignitate ſua.

16 Conſiderabam † hunc eſſe intellectum illius nouellæ Conſtitutionis in reuocando iure proprio, aliter quàm ſcribentes communiter ponant, videlicet, quia vbi feudum alienatur ſine aſſenſu, Rex reuocat alienationem, & iſta facultas pendet à voluntate Regis, quando velit reuocare. hanc poteſtatem reuocandi Rex ipſe alienā-

17 tibus & cõtrahentibus concedit † iure proprio, ſcilicet ipſi Regi competenti reuocandi, propriũ ius ipſius eſt reuocandi & reducendi, quod diſtractum eſt citra eius conſenſum,& in hoc reuocãs fungitur vice ac authoritate Regis, non ꝙ reuocans aliquo ſuo iure proprio, vel ſpeciali fungatur. ex quo licet alienando fecerit actum à iure prohibitum, & in ſui ſubſtantia nullus ſit, ipſe tamẽ incurrit in pęnam irremiſibiliter domino volente. ius enim ſpeciale reuocandi non lego per leges communes, quæ adducuntur à gloſſa, & Andrea,& doctoribus Regni. & quando fit alienatio illicita, habemus leges contrarias feudorum, quòd etiam ſi reuocauerit, iam feudum perdit: per ea quæ dicuntur in tex.d.c.1. quid iuris ſit, not.Bal. in d.c.Imperialem. 5. col. vbi dicit ad intereſſa teneri, licet nullus ſit contractus, nec reuocat, vt per Decium conſi. 185. fol. 50. r. vol. ideo non poteſt dici ius ſpeciale. vt quis veniat contra factum proprium.

18 † Ius ergo ſpeciale eſt ipſius Regis, cui ſoli competit reuocare. hanc propriam poteſtatem concedit alienanti, ex perſona ipſius Regis, per quam reuocationem videtur pęnam caducitatis remittere. Hoc apparet ex verbis dictæ conſtitutionis, dum dicit, concedimus poteſtatem, id eſt donamus, cum concedere donare ſit. vt not. Barto. in l. vxori. §. finali. de leg. tertio. And. in c.1. in fine, ex quibus cauſis feu. amit. & in c.1.2.col. de his qui feu. da. poſſ. eſt tamen latis generale verbum, vt in c. Titius, & ibi notat Bal. ſi de feudo fue. contr. & in l. non ambigitur. de legibus. donat igitur poteſtatem reuocandi, quæ proprium ius erat ipſius Regis. Alio etenim verbo fuiſſet vſus Federicus in d. conſtitutione, ſi de iure communi, aut ex ſpeciali regula hoc competiſſet alienanti, ar. l. 1. C. de theſaur. quia fuiſſet donatio collata à Rege erga alienantem, ſi potuiſſe ex aliquo ſpeciali iure ipſe ex ſe facere; ridiculũ videretur hoc dicere, & tenendo hunc ſenſum, alienans, quandò reuocat non dicitur venire contra factum ſuum, neque etiam dicitur periurare, cum non faciat vt ipſe, ſed vt miniſter Regis & dicitur venire contra factum ſuum ex perſona alterius, quod non eſt improbatum: ex not. per Ang. in l. cum vir. de viuca. glo. eſt in §. primo, in verbo interdicta, inſti. quibus aliena. licet, & in l. 1. §. ſed cum. C. de rei vxo. actio. tex. eſt in c. ſiquis presbyterorũ, de rebus eccleſi. alie.

· Probatur hoc ex lege Imperatores. de ſeruitu. ruſti. prædiorum ibi, niſi proprio quis iure ſibi plus datum oſtenderit, & ibi gloſſ. in verb. oſtẽderit, propriũ Principi competens ſibi eſſe conceſſum, quod Bal. etiam ſeaſſumit conſi. 294. ſereniſſimus Princeps, ubi g. nota eſt proprium iub ex facultate legis propter nullitatem contractus à iure prohibiti: ſed quia Rex, quod tuta ſibi pro-

ptio

prio competabat, concedit alienanti.
Ex hac ratione colligitur, ꝙ beneficio ipſius
cōſtitutionis, vt nō liceat reuocare, nō pōt renū-
ciari, quicquid Moderni in eadem conſti. ſcripſe
rint: cum ad hoc non aduerterint: quia autho-
ritas ſeu poteſtas reuocādi non reſpicit aliquod
ius vel beneficium proprium principaliter, ſed
alterius, & ſemper dicetur ſibi data poteſtas, niſi
per non vſum illius facultatis Rex præuenerit
in reuocando, & his fuerit cōteſtata, vt no. dicit
Andr. in d. c. 1. licet alibi videatur ſentire ſecun-
dùm Puteū in tract. de rein. feu. char. 69. verſi.
ſed iuxta prædicta quęritur, quòd anno tantùm
duret, ex no. per Andr. in c. 1. in fi. col. de feudo
guardiæ, quòd non teneo, cum Andr. loquatur
ibi ſecundùm terminos illius capituli, & tēpus
non ſit præfinitum, vt ipſe dicit in d. c. 1. idem
dicemus, de prælato, qui alienauit, vt reuocet ad
vtilitatem eccleſiæ ſuæ, vt procurator eccleſiæ,
& ſic vt alius, vt in d. c. ſiquis presbyterorum.
& de marito, & alijs, qui vidē ur fungi vice dua-
rum perſonarum, not. Bal. in l. iubemus. §. ſanè.
C. de ſacroſan. eccl. & in illa re alius habet domi
nium directum, aut aliquod ius principale. dū
19 vaſallus † reuocat, duplex negotium gerit:
Regis primò. cum ſua interſit illum habere va-
ſallum, & non alium citra eius voluntatem, red
ditum vel ſeruitium non minui, & ſui ipſius, dū
reuocando euitat pœnam caducitatis, ſuo iuri
poteſt renunciare, ſed alterius non, cum illius cē
ſeatur eſſe miniſter, ex quo proprietas ſua non
eſt, ſed aliena.
20 Ex † prædictis patet rectè conſideranti, ꝙ
recipiens feudum ab alienante non habet pote-
ſtatem reuocandi: cum illa poteſtas detur feudū
diſtrahenti, & non recipienti, vt apparet ex ver-
bis literę. Rex non habet ipſum in vaſallum ſine
ſua voluntate, non intelligitur illi hoc demandaſ-
ſe, qui non eſt ſuus vaſallus. domini Regis nō
intereſt, emptor habeat vel perdat prætium, ſed
an feudum ſuum veniat ad manus alienas. impu
tet ſibi emptor, qui voluit cōtrahere, priuſquàm
haberet aſſenſum, dum ſe in periculo expoſuit
culpa ei imputanda eſt. Alia etiam ratio pro hac
parte adduci poteſt, nam ſi poſſet emptor vel re
cipiens feudum reuocare contractum, ad quid
glo. Andr. & alij doctores quærunt, an emptor
perdat prætium facta reuocatione ab alienante,
& necubi ponitur per doctores, neque per An-
dream perſona recipientis feudum, ſed ſemper
dicunt, ipſe idem qui alienauit reuocat. Affli-
ctus in c. 1. §. ſed & res. 10. col. per quos fiat in-
ueſtitura, hoc tenere videtur: dum dicit, empto
rem perdere prætium etiam in Regno ſecūdùm
conſtitutionem prædictam, & in eodem loco
hęc inſeruit verba, ſcilicet. Et hoc procedit etiā
in Regno, nam per conſtitutionem diuæ memo
riæ, ipſe venditor, qui alienauit ſine cōſenſu do-
mini ſcienti illud eſſe feudum, iure proprio re-
uocabit alienationem, & emptor non recupera
bit prætium, nec illud prætium habebit vendi-
tor, ſed fiſcus qui recuperabit illud à venditore.
nam licet hodie non amittatur feudum per alie-
nationem, ſed ipſe idē reuocat, tñ emptor per-
dit hodie prætium, & fiſco applicabitur, ſicut
olim, quia hoc non corrigit dicta conſtitutio.
& ſufficit, quòd in paucis eſt prouiſum vendito
ri, ſcilicet, quòd reuocet alienationē. vbi iure
iſtorum feudorum feudum amittebat propter
alienationem, & firmum remanet iſtud ius quò
ad acquiſitionem prætij faciendā ipſi fiſco pro-
pter alienationem indebito modo factam, alle-
gat Andr. in d. l. imperialem, in §. a. & in d. conſt.
conſtitutionem. Quando ergo venditor reuo-
cat, repetit id, quod in ſuo erat vtili dominio
& poſſeſſio erat in alium tranſlata per eum. id
etiam recuperat, quod in alterius erat dominio
directo, cuius ipſe erat cuſtos, vel vſufructuarius
21 vel vtiliter dominus, & tunc reuocando † dici
tur fungi poteſtate Regis, per l. 2. C. de veteri iu
re enucl. omnia noſtra facimus, cuius poteſtatē
faciendi mandamus, & eadem perſona feuda-
tarij alienantis duplici modo cenſebitur, etiam
eodem tempore, ar. l. pater militi. §. ſi ſeruus pe-
culij, de caſtren. pecul. notat glo. prima in l. ſi-
quando, de hominibus Baronum poſſi ſenti-
22 bus terram, tertio libro conſti. At † emptor
in nihilo repræſentat ſeu ſuum, cum nunquam
à domino habuerit aſſenſum. de venditione ſen
ſit Federicus in d. ſua conſti. à parte ante, & non
de emptione ex parte poſt, ideo ipſe reuocare
non poteſt.
Ad duo contraria reſpondetur. Et primò ad
tex. dictę conſti. vbi permittitur contrahentibus:
ſed emptor eſt de contrahentibus, ergo ipſe re-
uocat, nam dico, quòd Federicus non intellexit
de illis contrahentibus, qui feuda acquirunt, ſed
de illis, qui contrahendo diſtrahunt, nam cum
in eadem lege expreſſerit de illis, qui minuebāt
feuda, aut commutabant de perſona in perſonā
de illis etiam qui tranſigebant, vel iuſiurandum,
aut pœnalem ſtipulationem ſuper feudis accō-
modabant, ne tot contractus iterum exprimeret
dixit, eiſdemque contrahentibus, ſcilicet, quos
ſupra expreſſit, & quia poterat alio modo etiam
fieri feudorum commutatio, ſub largiſſimo vo-
cabulo vt quoſcunque alios poneret, addidit,
& alienantibus, non quòd illi, qui feuda capiūt
ex alienatione feudorum, ipſi reuocēt, cum hoc
ſuperioribus non cogitat, neque rubro, aut præ
ludio ipſius legis, neque etiam iuri & conſue-
tudini feudorū. ad quod eadem lege Federicus
addit, prouidet, & accumulat ſupra diſpoſitionē
antiquę legis, quę ipſum emptorē mulctabat in
prætio, quando non bona fide fuiſſet mercatus,
vt in d. l. imperialem. & illa verba literæ, contra
hentibus, tanquam ſpecies expreſſa ſui generis
reſtringitur à ſequenti genere, ſcilicet alienanti-
bus, ar. l. fi. §. ſicut dulcia, de vino, tritico & oleo
legato, in quo non ineſt ei qui feudum acquirit.
& ita recto ſenſu illa verba explanata non merē
tur pro emptoribus feudorum allegari.
Ad ſecundum poteſt faciliter reſponderi, ꝙ
23 † licet ex regula correlatiue diſpoſitum in vno
referatur ad aliud, & quòd eadem ſit cenſura vē
ditoris, ſicut & emptoris, & ecōtrario. Hoc pro-
cedit, vbi eſt eadem ratio, ſecus vbi eſt diuerſa ra
tio, vt dicunt omnes in d. l. fi. C. de ind. vi. tollē.
per

per tex.in l.fi.C. de reſciden. vendit. notat Bar. per illum tex.in l. multùm intereſt, de verb. oblig.& Bal.in l.prima,per gloſſam ibi. C.de cõmu.ſeruo manumiſſo. Sed in hoc articulo ſatis diuerſa ratio eſt inter alienantem & ementem: nam alienans in contractum deducit rem alienam reſpectu domini, cuius intereſt perſonam non mutari: emptor verò prætium, quod eſt res ſua, & nemini ſuppoſita. item alienans ponit in contractu rem, quæ non eſt in commertio hominum: prætium verò ſecus. item alienans contrahit ſuper impoſſibili, vendẽdo rem, cuius commertium pendet à voluntate Principis, etiã ſi Princeps conſueuiſſet præbere aſſenſum, vt in l.apud Iulianum.§.ſi conſtat,de lega.1.ſecus eſt in emptore, qui de ſuo prætio diſponit liberè, prout vult ſine aliena licentia.item alienans intendit in alium transferre illud, quod iuris eſt publici. Feuda ſunt de publico: vt in §.optimũ, in authentico de exhi.reis.notat ſæpe Andr. in lecturis. emptor autem non publicum transfert, ſed quod eſt priuatum, & in contractibus fit differentia ex parte acquirentis, vel promittentis, quando res in contractum deducta non eſt in eorum communi comertio, vt eſt caſus in d.l.multùm intereſt,& ibi late Zaſius.ita q ex diuerſitate rationũ non poteſt cẽſeri in vtriuſq; perſona eadẽ iuris ſanctio. iſta eſt gratia Regis, & noua poteſtas à Rege tradita alienanti, nõ extenditur ad emptorem: quia gratia fuit perſonalis, vt in l.1.de conſtitu. Principũ,& dicit Andr. in conſtitu.domini vaſallus, quòd pactum in venditore non habet locum in emptore, per l.fin.ff. de contra.emptione, & hoc eſt, quod idem Andreas voluit in d.l.Imperialem, in verbo Imperator Lotharius.ibi,emptor enim ideo perdit prætium: quia ſciens fuit rem alienari prohibitam. perdatur, vel non perdatur per vẽditorem,hoc non releuat emptorem. ex hoc apparet, quòd ſiue ſit pœna venditoris, vel gratia illi facta,hoc nihil ad emptorem.addit ipſe hæc alia verba, aliam perſonam ſcilicet à venditore, argumen.eius quod dicitur. l. prima. §. ſi publico,de adulterijs,quò ad hoc perſona emptoris cenſetur diuerſa à venditore,fit ſeparatio perſonarũ nulla habita ratione correlatiui, quia cum vtrunque ſit ad Regem deuolutum, & feudum,& prætium,non poteſt conqueri emptor, quòd Rex ſoli venditori vel alienanti gratiam faciat,ſicut econtrario: quia hęc pendent à nutu Principis, & ſunt perſonalia, & non excedunt perſonam,vt in §.ſed quod Principi,inſti. de iure natu.gen.& ciui.non eſt ergo credendum Regem etiam emptori conceſſiſſe hanc poteſtatem reuocandi: quia aperta lege non expreſſit, & ſi voluiſſet,iam dixiſſet, & cum diuerſitatis ratio ſit in vtroque,diuerſum ius cenſetur ſtatuiſſe, vt in l.Papinianus exuli,de minoribus.alienans eſt vaſallus Regis, ſibi fidelis cliens, miles ſuus,dicitur quodammodo Regi coniunctus & aſtrictus ex re Regis, quam poſſidet, & ex fidelitatis ſacramẽto plus præſumitur dilectus ab eo, quàm
24 emptor, qui eſt extraneus. In † duobus hæc lex gratioſa eſt.Primum eſt, vt alienans reuocando non perdat, vt ſupra diximus.Secundũm, q alienante vaſallo feudum ſine aſſenſu, ex hac culpa filius feudo priuabatur: vt not.per ſcribentes in c.Titius,ſi de feudo fuerit contro. & ibi per dominum Iacobum Camaleum. Hodie autem hæc pęna non afficit filium hęredem: quia cum
25 feudum ſit penes eum hæreditarium, † poterit ſimiliter reuocare eandem alienationem, ad hoc ne ipſe perdat, cum cenſeatur eadem per-
26 ſona cũ defuncto. † licet quo ad validandã illam alienationẽ requiratur nouus conſenſus hæredis cum aſſenſu, & forte noua & principalis diſpoſitio,ex not.per Andr.in c. Imperialẽ. in 6.col.alienatio illa facta à defuncto nulla eſt: requiritur tamen hęredis reuocatio, cum licet per mortem fuerit etiam caducata, quia hęc culpa facti etiam illegitimi nocet hæredi, niſi ipſe reuocet hoc illegitimè factum, priuaretur feudo, ex his quæ ſupra diximus. Scribit Capic.in d.c.34.col.& in dec.ſua 100.q cum fuiſſet facta reuocatio alienationis à venditore in cauſa Tuccij de Theano,ſacrum Conſilium iudicauit, prætium eſſe reſtituendum emptori, & non eſſe applicandum fiſco. & quamuis venditor, & emptor vna perſona cenſeantur, vt tradit Albe.in l. damni.§.emptor prædij.de dam.infe.Verũ eſt in realib.ex iu ſucceſſionis, & acceſſionis, ſecus in alijs, vt per dominum Andr. Tiraquel. in tract. vtriuſque retractus fol.70. in his quę ſunt de natura contractus, venditor & emptor ſunt correlatiui, ſecus in alijs ſecundum Bal. in c. 1. qualiter domi. proprie. feudi priuetur, & vbi fit diſpenſatio, vel ſuper re, aut perſona, non habet locum regula correlatiui, Benedictus de Perubio plura conſilio primo, & Curtius cõſilio primo. 2.colum.2.vol. Iſta pars mihi uidetur de iure verior. & hanc teneo, quicquid (quodam tamen abuſu) videam ſeruari contrarium: tamen remitto me peritioribus.

SVMMARIVM.

1 *Conſtitutio, conſtitutionem diuæ memoriæ, recipit multas limitationes.*

2 *Reuocatio alienationis feudi facta ſine aſſenſu non poteſt fieri per acquirentem, ſed tantùm per alienantem.*

3 *Reuocatio fieri non poteſt per vaſallum, quando à domino fuit præuentus, & lis conteſtata.*

4 *Reuocare non poteſt vaſallus alienationem factam ſine aſſenſu, quando fuit dolo vel fraude verſatus.*

5 *Auxilium Regis non meretur qui in legem cõmittit.*

6 *Feuda non poſſunt in dotem dari per nouam capitulationem Regni, & ſi dentur, alienans non admittitur ad reuocandum.*

7 *Filiæ Baronum poſſunt liberè abſque licentia Regis maritari.*

8 *Conſtitutio, conſtitutionem diuæ memoriæ, habet locum in alienatione voluntaria, non neceſſaria.*

9 *Feudum an poſſit in ſubſidium alienari per Curiam pro ſoluendis debitis vaſalli, ſi in obligatione vaſalli non fuerit obligatum feudum cum aſſenſu.*

10 *Exequutio ſententiæ an & quando poſſit fieri ſuper feudo, ſeu ſuper fructibus ipſius, dum non adeſt aſſenſus*

ſenſus in obligatione bonorum feudalium, & inuito debitore, & quo ordine.

11 *Exequutio fit ſuper feudo in curia Pariſienſi, ſicut ſuper allodialibus.*

12 *Rex per aſſenſum non poteſt tollere ius alterius ſine ipſius voluntate.*

13 *Rex debet aſſentire in alienatione bonorum feudalium, quando non habet iuſtam cauſam denegandi aſſenſum.*

14 *Reuocatio non admittitur in alienatione neceſſaria.*

15 *Alienatio neceſſaria maioris eſt effectus & maioris exequutionis eſt, quàm voluntaria.*

16 *Reuocatio non poteſt fieri per vaſallum alienantẽ, quando eſt impoſita ſeruitus ſuper feudo.*

17 *Seruitus impoſita non dicitur alienatio, nec deminutio feudi.*

18 *Alienationis verbo venit etiam ſeruitus impoſita.*

19 *Reuocatio non poteſt fieri per vaſallum alienãtem, quando fuit expreſſè renuntiatum facultati reuocandi ex interuallo.*

20 *Renunciari non põt beneficio conſtitutionis, conſtitutionẽ diuæ memoriæ, contra Afflicti ſententiam*

21 *Conſtitutio diuæ memoriæ, circa facultatem ruocãdi principaliter fauore Regis inducta fuit, ne feudum diminuatur, licet ex reuocatione vaſallus cõmodum ſentiat.*

22 *Reuocatio non poteſt fieri, quando pro dote facta eſt obligatio feudi.*

23 *Aſſenſus licet poſt mortem alienantis impetrari nõ poſſit, vt ſupra capitulo proximo, num. vltimo, impetrari tamen poteſt fauore dotis, licet non pro anteſato, & hoc viuente ipſa muliere tantùm.*

24 *Reuocatio ceſſionis hypothecę rei feudalis factę per creditorem ſuo debitori fieri non poteſt.*

25 *Mulier, quæ prohibetur pro viro intercedere, poteſt viro renunciare ius hypothecæ.*

26 *Reuocatio non poteſt fieri per vaſallum, qui promiſit emptore feudo ab emptore illud nemini vendere, niſi primo emptore requiſito.*

27 *Alienare prohibitus non prohibetur perſonaliter obligari.*

28 *Reuocatio non admittitur obligationis perſonaliter factę ratione feudi, dum tamen feudum directè non alienetur.*

29 *Aſſenſus impetratus ſuper pacto de vendendo non operatur in ipſa venditione, adeò quòd alius aſſenſus requiritur.*

30 *Pactum de vendendo non inducit actionem realem, ſed perſonalem tantùm, & num. 34.*

31 *Pena impoſita per ſtatutum alienanti non habet locum in eo, qui promiſit alienare.*

32 *Emphyteuta, qui promiſit vendere, non incidit in commiſſum, niſi vendat & tradat.*

33 *Alienare prohibitus an intelligatur prohibitus promittere.*

35 *Fideiuſſor adhibitus ſuper alienatione prædij minoris obligatur, licet in ipſa alienatione non fuerit interpoſitum decretum.*

36 *Emergentia ex cauſis principalibus aſſumunt naturam principalem.*

37 *Alienans feudum ſaluo aſſenſu, & recipiens pretium obligatur ex contractu perſonaliter, adeo q̃ tenetur ad tertias, & ſi reuocet tenetur ad pretiũ & intereſſe.*

38 *Aliendus feudum planum & de tabula ſine aſſenſu non habet facultatem reuocandi.*

39 *Conſtitutio, diuæ memoriæ, loquitur de feudis nobilibus & quaternatis, & quæ à rege tenentur.*

40 *Alienans feudum nobile & quaternatum, & tradens ſine aſſenſu, reuocãdo non euitat caducitatẽ.*

41 *Reuocatio non admittitur in alienatione fructuum feudi ratione dotium promiſſarum per patrem, vel fratres, cum hoc ſit onus feudi.*

42 *Reuocatio non admittitur in alienatione fructuum feudi etiam pro toto tempore, quo vaſallus erat feudum poſſeſſurus.*

43 *Vendens fructus feudi infra modicum tempus admittitur ad reuocandum.*

44 *Alienare prohibitus rem non cenſetur prohibitus alienare fructus.*

45 *Reuocatio non admittitur, quando fit alienatio in proximum ſucceſſorem, ſiue feudum ſit antiquum, ſiue nouum, ſiue ex pacto & prouidentia, ſiue hæreditarium.*

46 *Reuocatio non admittitur ab eo, qui renunciauit liti motæ ſuper recuperatione feudi, ſiue ſuper poſſeſſorio, ſiue ſuper petitorio.*

47 *Renuncians inſtantiæ litis non cenſetur renunciare iuri, quod habet in re, de qua mota fuit quæſtio.*

48 *Renuncians liti non cẽſetur transferre nec dominiũ, nec poſſeſſionem, quod habet in re.*

49 *Renunciatio facta inſtantiæ quæſtionis feudalis, an requirat aſſenſum, & num. 51.*

50 *Renuncians liti an videatur ius ſuum remittere vel alienare, vel tranſigere, vel facere pactum de nõ petendo & ſimilia.*

52 *Ceſſio rei feudalis facta per pauperem potentiori pro vili ſumma an teneat.*

53 *Inſtantia cauſę tranſit ad hæredem allodialium & non feudalium.*

54 *Reuocatio non admittitur ab eo, qui fecit pactum de non petendo feudum.*

55 *Reuocatio non admittitur ab eo, qui non alienauit, ſed tantùm alienationi conſenſit, ſed vide nume. 58. & 59.*

56 *Alienare prohibitus an poſſit alienanti conſentire.*

57 *Conſentire alienationi, & alienare an ſit idem vel diuerſum.*

60 *Conſentire idem eſt; quòd contrahere, quando ex conſenſu obligatur.*

61 *Conſentire non eſt idem, quòd alienare, & quomodo intelligatur.*

62 *Reuocatio non admittitur, cum defunctus locaſſet in teſtamento fructus feudi per x. annos, vel legaret certam quantitatem fructuum pro eius anima.*

63 *Contractus poſſunt fieri etiam in vltima voluntate, & inteſtamento.*

64 *Fructus à feudo collecti non dicuntur feudales, ſicut nec fructus beneficij à ſolo ſeparati dicuntur eccleſiaſtici.*

65 *Reuocatio procuratoris facta ad vendendum feudum non admittitur.*

66 *Aſſenſus non requiritur in mandato ad vendendum feudum.*

67 *Alienare prohibitus non cenſetur prohibitus conſtituere procuratorem ad alienandum.*

68 *Procurator conſtitutus ad vendendum feudum non poteſt reuocari authoritate conſtitutionis, diuæ*

memo-

memoria, ſed prout de iure communi poſſit.

69 Teſtamentum factum cum aſſenſu regio an poſſit reuocari ſine licentia Regis.

70 Donatio facta per vxorem conſentiente marito cõualidatur per mortem vtriuſque.

Filius Regis primogenitus viuente patre dicitur Rex, & eſt Vicarius patris in regno.

72 Reuocatio non admittitur in contractu facto cum primogenito Regis. quia cum ſit rex etiam viuẽte patre dicitur aſſenſiſſe.

73 Reuocari non poteſt repudiatio feudi facta per ſucceſſurum in feudo aperiendo locum proximiori.

74 Repudians hæreditatem non dicitur contrahere, nec diſtrahere.

75 Reuocatio non admittitur in eo contractu, in quo rex tenetur aſſentire, quia tunc habetur pro conſentiente.

76 Reuocatio non admittitur in alienatione feudi franci.

77 Feudum francum poteſt alienari ſine aſſenſu.

78 Aſſenſus in alienatione bonorum feudalium ex quibus cauſis non ſit præſtandus à rege.

79 Reuocatio non admittitur in aliatione feudi, quod de conſuetudine poteſt ſine aſſenſu alienari.

80 Feudum, de quo ſoluitur tertiana vel quartana, dũ alienatur, non requirit aſſenſum.

81 Aſſenſus non requiritur in alienatione feudi, de quo de conſuetudine tertiana vel quartana ſoluitur.

82 Emphyteuta ſoluens domino laudemium non indiget aſſenſu in alienatione, quia laudemium ſubrogatur loco aſſenſus.

83 Laudemia qui ſoluunt de conſuetudine, poſſunt alienare ſine alio aſſenſu domini.

84 Laudemia à quibus debeant ſolui à venditore, vel ab emptore.

85 Reuocatio reuocationis conualidat primam alienationem, & deſtruit reuocationem, per quam alienatio erat reſciſſa.

86 Aſſenſus nihil operatur ſuper alienatione iam reuocata, & propterea de nouo requiritur alienatio cum aſſenſu iterum præſtito.

87 Reuocatio non admittitur virtute conſtitutionis, diuæ memoriæ, quando fuit quæſtio facti non perpetui, vt puta ſi eſt facta concordia ſuper quantitate vitæ militiæ.

88 Compromiſſum non poteſt fieri ſine licentia regis, quando eſt quæſtio iuris ſuper feudo.

89 Reuocare non poteſt hæres ſucceſſurus in feudo alienationem factam per defunctũ, quando alius hæres proximior præcedit ipſum, nam quandiu ſuper eſt proximior, alius non reuocat.

90 Alienãs feudum ſine aſſenſu ſi lite mota ſuccumbat non poterit reuocare vigore conſtit. regni.

91 Alienans feudum ex neceſſitate præcedentis contractus, non poteſt reuocari vigore conſt. reg.

92 Alienans feudum in eum, à quo ſine aſſenſu habuit, non poterit reuocare.

93 Feudatarius locans ſimpliciter feudum non reuocat vigore conſtitut. nam pro anno tantùm videtur locaſſe.

94 Feudum alienatum, vel locatum cum pacto, quòd interim non tranſeat dominium, an poſſit reuocari vigore conſtit. reg.

95 Promittens Regem donaturum feudum, non poteſt reuocare vigore conſtitu. reg.

96 Reuocatio vigore conſti. reg. an promittatur magno domino, vel Conſiliario regis, qui promiſit Regem præſtiturum aſſenſum ſuper alienatione feudi.

97 Reuocatio vigore conſtit. reg. an permittatur ei, qui tempore reuocationis non erat verè dominus: quia ſuſpenſum in diem vel ſub conditione.

98 Reuocatio vigore conſtitu. reg. non habet locum in eo, qui vendit feudum aliquo penes ſe remanente: nam neque aſſenſus ſuper alienatione tenet.

99 Reuocatio vigore conſtit. reg. non datur patri obliganti feudum primogenito pro alimentis.

100 Reuocatio vigore conſti. regni an habeat locum in emptore, cui fuit traditum feudum cum aſſenſu & pacto, quòd eſſet obligatum pro pretio, licet hoc ab emptore fuerit omiſſum in precibus aſſenſus.

101 Reuocatio vigore conſt. reg. non habet locum in caſibus, in quibus rex tenetur aſſentire.

102 Reuocatio vigore conſtit. reg. an habeat locum in hærede grauato, vt cum aſſenſu vendat feudum.

57 riatur, qui hoc ignorant. Iſta † pars ſuſtineri poteſt ex regula. l. aliud eſt, de regulis iuris, quæ dictat, aliud eſſe vendere, & aliud vendenti conſentire, per quam dixit Bald. in l. ſecunda, columna antepenult. C. de reſcind. vendi. quòd non dicitur venditor ille, qui venditioni conſentit, neque illi competit remedium illius legis, text. in l. ſi minor, la prima, de manu. vindicta. ex quo gloſſa ibi notat, quòd poteſt quis conſentire in eo, quod per ſe facere nō poteſt. bonus eſt text. in l. iubemus. §. œconomos. C. de ſacroſanct. eccle. vbi facit diſcrimen inter contrahentem & conſentientem, & not. gloſſa. & ibi Bartol. in l. cum pater. §. libertis, de legatis ſecundo. conſuluit Signorol. conſilio 145. in quæſtione vertente, columna ſecunda. extante ſtatuto, ne mulier poſſit vendere niſi quadam ſolemnitate adhibita, ſi ipſa venditioni conſentiret, venditio tenet, & transfertur ex ea dominium: cum non dicatur ſtatuto contraueniſſe. idem notat Andr. in l. Imperialem. quinta colum poſſe Vicarium Regis aſſentire alienatione feudi, cui inhibitum eſt, ne alienet feudum. ſequitur Curtius in tractat. feudi, quarta parte, in 43. q. Taurinenſis, in verbo, Vicariuſque perpetuus, prima col. Laud. Cardi. & alij in dict. capitulo Imperialem. cum vendere ſit aliud, quàm vendenti conſentire, & de pupillo, vt poſſit veterem inueſtituram confirmare, vt in capitulo primo, per quos fiat inueſtitu. & poſſit cōſentire alienationi feudi, vt Afflicti. dicit in dicta lege Imperialem. 44. quæſt. num. 72. idem Bal. in lege vltima in fi. C. de ſuis & legi. non eſſe venditionem, conſenſum venditioni adhibitum. Calca. conſilio primo. colum. 13. & in conſilio 74. col. 9. Decius conſilio 123. placet mihi. 3. col. 1. vol. idem tenet in ſtatuto prohibēte venditionem. ſequitur And. Tiraque. in lege ſi vnquam. quæſt. 21. ſol. 221. C. de reuo. dona. & in ſuis legibus connubia. in fine operis. & ille, qui alienationi conſentit, potius dicetur alienātem non impedire, vt dicit And. ibi per tex. in d. aliud, quem ſequitur Paris in ſua. fol. mihi ad pennam 258. & 259. ac magis dicetur ius alterius perficere, per tex. in dicta l. ſi pater. in fi. dixit Signor. conſi. 61. colum. fi. & de minore & muliere, cui inhibitum eſt à ſtatuto ne alienent ſine propinquorum cō ſenſu, vt cōſentire valeat plenè, d. Hie. Cag. in l. fi. nu. 123. cum ſeq. C. de pact. & idem videtur tenere in l. Impe. num. 20. alleg. Bal. in l. cum pater. §. liber. de leg. 2. Sed cōtrarium ipſe idem Affli. tenuit in c. 1. col. 7. de alie. feud. pat. dicens, poſſe agnatū reuocare ſuū conſenſum præſtitum in alienatione feudi, facta ab agnato ſine domini conſenſu, ex authoritate dictæ conſtitutionis, quia alienare dicitur, qui alienāti cōſentit, alleg. tex. ī l. alienationis verbo, de ver. ſig. nec alia pro hac parte refert. idē videtur tenere in l. Imper. nu. 129. & videmus hunc doctiſſ. auth. in eodem arti. contrariari ſibi ipſi, ex volgari regula. Hæc vltima pars ſuſtineri poteſt per no. in l fi. C. de pact. vbi cōſenſus adhibitus per alium in diſpoſitione hæreditatis inter viuos à tertio facta, pōt ab eodē reuocari, ſicut poteſt à pricipali diſponēte. Bar. ibi Pau. de Caſt. Aquenſis, & cæteri, cum ille conſenſus reguletur à contractu principali, cui ipſe accedit ſecundùm Bal. ibi. & hic conſenſus ſortiatur naturam contractus ſuper quo interponitur. ſequitur. D. Hierony. Cagnol. in 10. col. vnde ſicut principalis contractus eſt reuocabilis ſecundùm naturam ſui, ſic etiam & ipſe conſenſus, & notat Bal. poſt Odofredum in l. liberti. C. de operis liberto. q; conſenſus ſuper contractu alterius durat eatenus, & quatenus cōtractus. & hoc argumentum procederet, quando in alienatione facta per agnatum non fuiſſet interpoſitus aſſenſus, & veluti ſequela illius conſenſus agnati fuiſſet adhibitus, & ſicut principalis contractus eſt nullus, quia poteſt reuocari, ſic & iſte veluti acceſſorium, cum acceſſorium ſequatur naturam ſui principalis per hanc regulam. Difficultas eſt, ſi domino Regi nihil eſſet dictum de hoc aſſenſu præſtito ab agnato, ad quem non refertur: cum ignoret dominus, & aſſenſus hodie præſtetur quo ad expreſſa tantùm, & perſona extrinſeca non præſumatur in contractibus, vt in l. qui Romæ. §. Griſogonus, de verb. oblig. & cōtractus principalis valet quò ad partes, ſi poſſit hic cōſenſus dño Regi non notus, nec expreſſus

ab eodem reuocari. pro hac parte videtur tex.in
l.cum quis:de regulis iuris.vbi,cui donare non
conceditur,nec donanti quoque conſentire per
mittitur, glo. ibi allegat concordantes. & facit
bo.tex.in l.2.C.ſi aduerſus donatio. per quem
Bal.ibi notat,quòd ille qui eſt prohibitus à ſta-
tuto vẽdere ſine certa ſolemnitate,minimè etiã
vendenti poterit conſentire.idem dicit Sal.ibi.
Barba.in c. ſiquis presbyterorum. per illũ tex.
de rebus eccleſiæ non alienandis. Decius in d.
l.ſi.&in d.l.aliud.cum alijs,quos refert Andreas
Tiraquellus de vtroque retrac.& in ſuis legibus
cõnub.& in d.l.ſi vnquam.Si permitteretur va-
ſallo Regis conſentire alienationi feudi ſine il-
lius aſſenſu aperta eſt fraus contrà legis prouidẽ
tiam: vt feudum de perſona in perſonam tranſ-
feratur.hoc non eſſet ferendum,cum ipſa prohi
bitio alienationis fiat ab effectu iuris,prout con
ſiderant ſcribentes,quę militat tam in alienan-
te,quàm in eo qui conſentit: cum per conſen-
ſum præſtitum perpetuò excludatur, vt in c.1.
§.præterea quibus modis feudum amit. & in c.
Titius,ſi de feudo fuerit contrõuer. pone enim
vendidi tertio feudum Titij, cum conſenſu ip-
ſius Titij.hæc venditio ſi fieret de feudo alieno
Regi nõ nocet, cũ venditor in emptorem nihil
transferat, cum ipſe feudi dominus non ſit. ve-
ro domino non nocet,quia dominium feudi ſi-
ne eius facto legitimo ab eo auferri non poteſt.
Si cum illius domini conſenſu alienat, ex iuris
interpretatione ab iſto conſentiente dicetur fie-
ri alienatio:& non à principali vẽdente ſeu alie-
nante per tex.in dicta.l.in ædibus. §.ſi.quam ad
hoc Andreas allegat in d.l.Imperialem, in ſexta
58 col.& Moderni in dicta.l.ſi.C.de pactis.† ergo
huic conſentienti debet concedi facultas reuo-
candi,& non alienanti:cum ipſe per ſuum con
ſenſum perficiat ſubſtantiam contractus,& non
ille qui nudo nomine contrahit in fraudem le-
gis. & ideo dicit Bal. in l. ſi vt proponis. C. de
ſeruo pigno.dato.ma.quòd cum ille, qui eſt rei
dominus,conſentit alienationi,q̃ ſit per alium,
ipſe id propriè facere cenſetur,cum ſit rei domi
nus,per tex.in l.ſi fundum §.ſi neſciente. de pi-
gnoribus,ſequitur Aretinus conſi. 57. diligen-
ter & maturè. col. 3.& Doctores in d.l.fina.De
hoc alienante conſtitutio intellexit,vt ipſe reuo
cet,ad quem verè ſpectat feudum, nõ de eo qui
nominatur venditor,& mens legis prius ſpectã
da eſt,quàm verba.l.ſcire oportet. §. vltimo. de
excuſation, tutorum. & in c. cum voluntate
de excuſation. tutorum.& hæc mens non erit
extenſiua,ſed interpretatiua:vt not. in l. Cæſar
de publicanis,inutilis eſſet reuocatio illius, qui
alienat, cum feudi dominus non ſit Rex, dum
dat facultatem reuocandi, ſibi non conſulit,
cum velit illum in vaſallum retinere, & illi gra-
tiam facit,ne feudum amittat. non enim verbis
legem impoſuit,ſed rebus,dicit tex.in l.2.C.cõ-
munia de legatis.ideo ſumendo alienantem ab
effectu,& alienationis ſubſtantia, ne fraus fiat
59 legi, † conſentientem ſumemus pro ipſo alie-
nante:& fiet verborum impropriatio, vt in l.ſi
vno.C.locati.& in l.inſulam,de præſcriptis ver

bis,nec hoc inconuenit, vt Andreas notat in c.
1.§.donare, 4. col. qualiter olim poterat feudũ
aliena.vt ea ſignificatio verborum capiatur,quæ
negotio congruit mutata natura verborum, vt
in l.ſi ſtipulatus. de vſuris, & in l. Lucius. de
donatio. nec ius publicum verborum ſuperfi-
cie tolli poteſt. nullus enim priuatorum pactio
nibus lædi poteſt. l. ius publicum. de iuriſdict.
omn.iudi.& in l.ius publicum.de pactis. de hoc
etiam conſentiente ſenſit Federicus in d. conſti.
ibi dum dixit, eiſdemq́; contrahentibus: quia
60 †qui conſentit contrahit,dum obligatur ex eo
conſenſu, ne agat, & patiatur feudum ſuum ab
alio poſſideri. hic contractus eſt. de quo in l. La
beo.§.contractum.de verb. ſignific.& in l.iuriſ
gen.in princ. de pact. huic conceſſit facultatem
reuocandi: quia id agit ex ſuo conſenſu,vt feu-
dum ad alium perueniat ſine voluntate Regis.
ad eum refertur prouiſio legis,ad quem ratio le
gis, mẽs & verba dirigũtur, vt in l.4.§.toties.de
dam. infect. & ſi diceretur, prædicta procedere
non in omni conſentiente,ſed in eo.qui conſen
tit feudum ab alio diſtrahi, quid ſi pater vendit
feudum cum conſenſu filij? Res plana eſſet:
quia pater dominus eſt. & ſi feudũ nouum eſſet,
vel hæreditarium poſſet etiam eo inuito, vt An-
dre.firmat in cap.1.§. & ſi liuellus.3.col.de alie.
feu.paterni,& in c.Titius,ſi de feu. fue. contro.
tempore venditionis attento.& futuro,nulla eſt
machinatio.ſi Rex aſſenſit venditioni paternæ,
conſenſus filij, neque perficit contractum, nec
tollit obſtaculum, quod ipſe nõ præſtabat: nec
reuocat, quòd à patre factum eſt legitimè: eius
venditionem impugnare vt hæres non poteſt,
per l.cum à matre.de rei vend. de hoc conſentiẽ
te lex Federici non loquitur:quia ipſe re vera nõ
alienat, neque alienationem factam poſt patris
mortem reuocare poteſt. illius conſenſus velu-
ti ſequela liciti contractus validus eſt,etiam ſi do
mino hoc non ſit expreſſum, non læditur: cum
hoc inſit ab intellectu iuris,quod eſt certum, vt
in l.ornamentorum, de auro,& ar.legato & ha-
beat omnia iura in pectore propter aſſiſtentiam
prudentum virorum de ſuo Conſilio, vt in c.1.
de conſtit.lib.6. erit tunc feudum perpetuò pe-
nes emptorem & ſuos hæredes & ſucceſſores, vt
Andr.firmat in c.1. qui ſucc. tene. nec refert fi-
lius conſenſerit vel non. dubium erit,ſi feudum
eſſet ex pacto & prouidentia, quod ex ordine
agnatis defertur,in quorum ordine filius eſt pri
mus,ſi filij, vel agnati conſenſus accedit, prout
lex feudalis diſponit in c.1.de aliena.feudi pater
ni,idem reuocet, in vita patris non poſſet, niſi
pretium reſtituat, vt in c. Titius, & in c.1. §.do
nare. hoc ius reuocandi in vita ſine domini licẽ
tia remittere non poteſt: cum feudi natura Re-
gi non ſit aperta, qui intelligitur aſſenſiſſe ſecun
dùm legem feudalem quò ad ſe tantùm, & alie-
nis iuribus ſemper ſaluis.ius vendentis eſt reuo-
cabile ex lege feudi, quę prouidet filijs, & agna
tis,& propter mortem fit caducum, vt in l.vxor
patrui. C. de legatis, & in vita volente filio ac
prætium offerente: agnatis poſt mortem, & ſi-
ne prætio.quanquam tempore vẽditionis alius

ſit

ſit dominns, illud tameu dominium datum eſt
ad diem. & fideicommiſſo ſubiacet, vt ipſe An-
dreas ſæpe dixit, & in §.boc quoqne.de ſucceſ-
ſio.feudi.& in capitulo primo, ſecuuda colum.
qui ſucceſſ.tene.certum eſt tempore exiturum.
Si hic conſenſus firmns eſſet, ex ſuo conſenſu
haberet, qui tenere non poſſet, hæc eſt alie-
natio, in qua quò ad hoc, ſiue ſit filius, ſiue ſit
agnatus: vt extranei reputantur Rege non aſ-
ſentiente, etiam ſi non eſſet aliqua ceſſio in em
ptorem. niſi diceres, teneat in vita emptor, qua
durante ſuper illo conſenſu obtinebit Regis aſ
ſenſum, renocatione ſublata, non quòd poſt
mortem valeat: ſed qnòd ipſe initium reuocare
non valeat. Sed qnia hic conſenſus feudum re
ſpicit, quò ad hoc pro alienante babetur fauo-
re Regis: cum eo tempore, quo conſentit, peri
culum non iocurrat. quia feudi alius eſt poſſeſ-
ſor & dominus, agit tamen intempeſtiuè licet
de voluntate eius, qui dominus eſt, faciat. in
hoc poteſt eſſe domini deceptio. ſibi uon licet,
quando feudum ad eum perueniret, nec ante in
tempore alieno debet eſſe permiſſum. Nec
61 † obſtat, quòd qui conſentit, non alienat. verum
eſt quò ad quædam, & procedit in re, quæ eſt in
communi hominum commercio, ſecus in re,
quæ de publico eſt, & cuins aliena eſt proprietas.
ſicut alienare non licet, nec conſentire ex ratio-
ne legis, ne fiat fraus legi. quę iam circunueni-
retur, ſi poſſet ex conſenſu fieri, quod non po
teſt principaliter diſponendo, & cui non licet
qnod maius, neque quod eſt minus, cum vtrũ-
que ſit prohibitum, vt Andr. diſcutit in d.l. Im-
perialem, & eſt tex. in l.ſi pupillorum, de rebus
eorum. & autboritates ac iura pro bac parte
addncta ad hoc tendunt. Ad l. ſi paret. §. fin. de
manu. vin. reſpondetur ex dictis per dominum
Bartho. de Capua ibi, & retulit idem Afflict. in
deciſ. præallegata, & dominus Antonius de Ale
xand. in conſtitut. conſtitutionem diuę memo-
rię, in quæſtione, ſi creditor remittit debitori hy
potbecã ſuper feudo, vel cedit alteri, & de illa le
ge ſi pater, plura docto. Moderni in d. l. finali,
& meo iudicio plura poſſent dari reſponſa, quę
verè ad feudalem materiam applicari non poſ-
ſunt, & uera eſt regula in multis, vt per Decium
in ea regula, & Hieronym. Cagnol. & vbi
ſit prohibitio ab homine ex certa ratione, vel
præſumpta, ſi illa ceſſat, qui non poteſt alie-
nare, poterit cõſentire, vt ſupra de Vicario Re-
gis dixi: quia tunc non alienat, ſed alienantem
non impedit. ideo aſſentit: cum non de feudo
Regis diſponit, ſed de vtili dominio vaſalli acce
dente volnntate ipſius. deputant Vicarium pro
pter commoda ſubditorum, ne expenſis, & iti-
nere oppreſſi irent ad Regem. conſueuit hoc
Rex facere. venit hoc in commiſſis: vt faciat mi
niſter eius, ſi non in ſpecie probihuit, argum. l.
qui ſemiſſes. de vſuris, & in l. vel vniuerſorum
de pigno. actione. aſſentire ſuper utili dominio
vaſalli non eſt alienare feudum Regis, cum non
diſtrahat proprietatem ſuam. hæc erat cauſa
prohibitionis, & quando in vtroque eadẽ eſt ra
tio, paria ſunt. vel alienare, aut alienanti conſen
tire. & ideo tenendam puto hanc ſecundam opi
nionem domini Afflicti.
62 XXI. Limito † non habere locum, ſic in
teſtamento defunctus locaſſet fructus feudi in-
63 fra tamen decem annos cum † contractus poſ-
ſit fieri etiam in vltima voluntate, & in teſtamẽ-
to miſceri, vt l. hæredes palàm. §. fi. de teſta. &
qnod geſtum eſt in vita, confirmari ſecundùm
Bal. in l. ſi pater. C. de ſponſa. per l. 1. de autho.
tuto. in fi. ſicut econtrario poteſt vltima volun-
tas in contractu coniungi, & erit reuocabilis,
vt dicit Aret. in d. §. fi. Alber. Brun. conſi. 43. &
aliquid per And. in c. 1. §. donare. 5. col. qnaliter
olim po. feu. al. e. hæres non reuocabit locatio-
nem factam à defuncto: cum feudum eſt hære-
ditarium, & illi ſtare tenetur, vel ſi forte diſpo-
neret, vt qnolibet anno ſoluatur certum quid
pro anima, ſalma vna vini, vel olei, & ſimilia: cũ
intelligatur, vt de re allodiali diſpoſuiſſe de
fructibus à feudo collectis, ſecundùm Bal. in c.
1. §. hoc qnoqne. in fi. col. de ſucce. feudi. Alex.
in conſi. 18. in 5. libro. & Tauri. in verbo & cum
64 pacto de non alienan. in 4. col. Sicut † etiam
fructus beneficij à ſolo ſeparati non dicuntur ec
cleſiaſtici, vt tenet Inno. in c. verũ. de foro cõpe.
& Picus in rep. §. Titia cum nuberet. col. 84. de
leg. 2. ſic. & fructus feudi collecti à fendo non
erunt feudales. hæres tenetur in feudo, cum feu-
dum eſt hæreditarium, ſecus ſi ex pacto. & de
hac quæſtione plura per Andr. in c. 1. in fine an
agnatus, & in c. Imperialem 2. col. & in conſti.
conſtitutionem diuæ memorię. bona glo. in con
ſtitutione hac edictali.
65 XXII. Limito † niſi quis conſtituiſſet pro
curatorem ad vendendum feudum. in hac enim
66 † conſtitutione procuratoris non requiritur
aſſenſus, & ideo reuocari non poteſt, ex quo illa
deputatio non eſt conſeqnens neceſſarium ad
vendendum feudum, vt ſupra diximus, per l. ora
67 tio. de ſponſa. & † qni prohibetur vendere po
teſt ad vendendum procuratorem conſtituere,
ſecundùm Bal. in l. 1. 7. col. C. qui admitti. cum
intelligatur mandaſſe ſuo procuratori vt in ven
ditione faciẽda adhibeat ſolemnitates iuris, ar.
l. miſſi opinatores. C. de exacti. tributorum. &
not. Bal. in l. 1. C. ſi propter publicam penſi. quẽ
ſequitur Soci. conſi. 131. 2. col. 4. vol. nec ex illa
deputatione procuratoris poteſt ſequi aliqua do
mini Regis lęſio vel deceptio, antequam deuen
tum ſit ad actum venditionis feudi, vel proximũ
aut pactum, ex quo ſeqni poſſit diſtractio feudi.
ſicut enim dominus principalis poteſtatem ha-
bebat, ſi voluiſſet per ſe facere, ita & alium depu
tare ad id faciendum alium ſubrogando, vt in l.
3. in princi. & ibi glo. Bar. & Ang. rem ratam ha
beri. vbi minor in caſibus, in quibus legitimam
habet perſonam ſine curatore, in id poteſt pro-
curatorem conſtituere, & l. ſi vnus. §. idem ait.
de iureiur. & in l. etiam. §. abſens. & ibi Bar. de
manu. vindicta. & not. Bal. in c. vltimo. de iura.
calum. & filiusfa. conſtituit procuratorem eo
caſu, quo patre inuito agere poſſet, per l. filiusf
fa. in prin. de procurato. & licet aliqui impugnẽt
doctrinam Bal. in d. l. 1. quia qui non poteſt actũ
facere

facere de per ſe, neque ad id poſſit procurato-
rem conſtituere, ne fiat fraus, vt not. idem Bal.
in l. 2. C. ſi aduerſus tranſa. & in l. præſes. C. de
tranſa. Panor. in c. cum cõtra. de arbitris. docto.
in l. neque tutores. & in authen. ſacram. puber.
cum cęteris quos Soci. refert conſi. 239. 2. col.
2. vol. & conſi. 654. 1. col. eo. libro, & in d. conſi.
131. & in l. 1. §. item acquirimus. de acqu. poſ-
ſeſſ. ſed dominus vendere non poteſt feudum ſi-
ne licentia Regis, ergo neque ad vẽdendum, pro
curatorem conſtituere, cum vno prohibito cen-
ſeatur id prohibitum, per quod ad id peruenit-
tur, vt in §. quia tamen. inſti. vi bonorum rapto
rum, & in c. nam concupiſcentiam. de conſtito.
Reſponderi poteſt ex ratione ſupra expreſſa, ꝙ
conſtitutio procuratoris non eſt actus immedia
tus, vel proximus venditioni feudi, nec feudum
tangit. nec ex ea conſtitutione domini eſt captio
antequàm procurator contrahat, vel exequatur
mandatũ ſuum. frequens eſt & neceſſarius vſus
procuratorum, dicit Vlp. in l. 1. de procuraro.
vbi antecedens eſt neceſſarium ad ſubſequens,
procedit ar. l. oratio. de ſponſ. & vtrinſq; cõcur
ſu, vt dicunt Moderni, poſt antiquum in l. 2. de iu
riſ. om. iud. qui procuratorẽ conſtituit aliũ ſui
loco ſubrogat. l. ita autẽ §. geſſiſſe. de admi. tuto.
& in l. qui per alium. de regul. iur. & perinde eſt
ac ſi ipſe dominus contraheret, dum procurator
contrahit, vt in l. libertum. §. ſenatus. de ritu nu-
ptiarum. & in materia ſtricta diſpoſitio de domi
no habet locum in procuratore ipſius, vt not.
Bar. in l. 3. §. liberis. de lega. præſtan. Ang. & Cu-
ma. in l. apud Iulianum. §. ſi. ex quibus cauſis in
poſſ. eatur. Areti. in l. mutom, vbi alij de acquir.
hære. Mayn. & alij in l. 1. §. item acquirimus. de
acquir. poſſeſſ. & hoc facit pro aſſenſu, ne dica-
tur ſurreptitius, ſi fiat mentio de perſona domini
& contractus celebretur cum procuratore. ad
hoc bonus eſt tex. in l. certè. §. 1. de præcario. ibi,
ſi procurator meus me mandãte, vel ratum ha-
bente præcariò rogauerit, ego præcariò propriè
habere dicor. de quo tex. per Caſſaneum in con-
ſue. Burg. fol. 141. col. 3. cui addo Maynum in l.
generaliter. de acquir. poſſeſſione, vbi illum tex.
dixit ſingularem ad multa. & quod dicimus de
principali, idem de perſona eum repræſentan-
te, vt not. Bar. & alij in lege poſtulante. ad trebel
lian. ſubtraheretur quodammodo commerciũ,
ſi principalem feudatarium adeſſe ſemper opor
teret, & id propter abſentes, & mulieres, & in lõ
gioribus partibus exiſtentes, qui ignorant fir-
mare verba in inſtrumentis, & accomodare ne-
gotijs, pro quibus procuratores eligunt, vt vi
68 dimus in multis. dico igitur, ꝙ † procurator cõ
ſtitutus ad vendendum feudum non poteſt re-
uocari ex authoritate dictæ conſtitutionis, ſed
prout de iure communi, quando & quomodo
reuocari poteſt. dixit tamen Afflict. in d. l. Im-
perialem. q. 46. num. 75. quòd ſi in conſtitutio-
ne procuratoris ad vendendum, ſiue ſit ſpecia-
liter deputatus, vel ſit generaliter conſtitutus,
dominus Rex aſſenſum præſtiterit, in alienatio-
ne facienda, non requiritur alius aſſenſus, velu
ti venditio ſit ſequela, per tex. in l. tutor rerum.
de admini. tutorum, & aſſenſus in principali
operatur in executione ipſius: vt in l. ſi pupillo
rum. §. 1. de rebus eorum. allegat Federicum de
Senis conſi. 100. aliàs ſubiectum. cui addo, quę in
hoc articulo ſcribit Albertus Brunus in tract. de
ſolem. & forma, fol. 72. & plenius, fol. 75. co-
lum. 4. verſic. hinc ſtante ſtatuto, & quę notat
Mayn. in l. 1. §. Neratius, de acquir. poſſeſſ. &
Socin. in d. §. item acquirimus, & plura Andr.
Tiraquellus in ſuis legibus connobialibus, fol.
203. mihi autem non placet, quod ſcribit idem
Afflict. in d. conſu. cõſtitutionem, col. 23. verſi.
ſecundò nota iſtam gloſſam, nume. 80. quòd
69 † ſi in teſtamento faciendo Rex præſtat aſſen-
ſum, ꝙ teſtamentum poſtea factum non poteſt
reuocari ſine licẽtia Regis. fretus ex dicta gloſ-
ſę in c. frater. 17. q. 4. quę dicit illud, quod autho
ritate Pontificis confirmatum eſt, ſine eius licẽ
tia retractari non poſſe, per tex. in c. 2. de confir
ma. vtili vel inu. nam aſſenſus Regis ſuper teſtõ
faciendo regulatur ab actu teſtandi, ar. l. fin. C.
de non nume. pecu. & ſolemnitas in actu reuo-
cabili ex ſui natura facit actum irreuocabilem,
arg. tex. & ibi not. in l. fi. C. de pactis, & dixi ſu-
pra allegando Odofredum, & Bald. in l. liberti.
C. de operis libertorum. teſtamentum non eſt
actus perfectus, quò ad hæredem, & legatarios
niſi ſequuta morte teſtatoris, vt dicit Paulus
Apoſtolus ad Corin. ſecundo, & eodem teſtan-
te in ſua voluntate perſeuerante. aſſenſus ſu-
per teſtamento faciendo. & diſpoſitione bono-
rum feudalium etiam in fauorem certæ perſo-
næ, non perficit actum, neque confirmat, niſi te
ſtator in eadem voluntate perſeuerauerit: cum
ipſe Rex aſſentiendo ſuper diſpoſitione feudo-
rum non donet feudum niſi in quantum durat
voluntas vaſalli. tollit tunc Rex aſſenſum præ-
ſtando obſtaculum, text. capituli primi de ſuc-
70 ceſſi. feudi. Sicut † dicimus de vxore donante
cum conſenſo mariti, vt vtriuſque mors requi
ratur pro donatione confirmãda, ar. l. cũ hic ſta
tus. §. oratio non ſolùm, & §. ſeq. de donation.
Inter virum & vxorem, & ibi glo. in §. in hac. &
in l. ſi eum qui. §. ex quibus. de dona. cau. mo.
& de donatione facta cum conſenſu patris, vt di
cit gl. in l. ſi vt proponis. C. eo titulo, & in l. nec
fratris. eo. titulo, & ibi Cyn. Bal. & alij, & in l.
qui prçoo. in fin. glo. nota. eo. titulo, & ea quo
teſtando cum aſſenſu Regis facit actum vali-
dum, ſolus teſtator ſine nouo aſſenſu poteſt re-
uocare teſtamentum, prout dicimus de filioſa.
donante rem ſuam cum conſenſu patris, poteſt
ſolus abſque patre reuocare, vt not. Bar. in l. a.
§. 1. quarta. q. de dona. cauſa mor. Raphael, &
Corneus in l. ſenium. C. qui teſta. facere poſſunt
Alexan. conſi. 246. placet admodum. 6. vol. &
Soci. conſi. 114. viſo teſtam. 2. col. primo libro.
& ideò mihi videtur non benè dixiſſe Afflictum
in d. conſtitu. nec quicquam facit in hac quæſti.
glo. & tex. in ea allegatos in d. c. frater. Fateor ta
men, quòd aſſenſus operabitur tantùm in eo te-
ſtamento & diſpoſitioni faciendæ de feudo. & ſi
illud reuocauerit, & feudum legatum vni alteri
legauerit. non valet legatum, quia primo teſta-
mento

mento Rex tantùm intelligitur aſſenſiſſe l. bo-
nes.§.hoc ſermone,de verbo. ſignifica. condito
teſtamẽto,& facta diſpoſitione ſuper ſendis per
fecta eſt gratia. ſi renocat & in alium diſponit
noua gratia,& nouus aſſenſus requiritur, ex his
quæ nniai Soci.in l.ſi iam facta, de conditio.&
demonſtra.

71 XXIII. Limito † niſi vaſallus contra-
heret cum primogenito ipſius Regis, qui etiam
patre viuente dicitur Rex ſecundùm glo. in c.
72 cœpit.24.q.1. quia † tunc non poteſt reuoca
re,ex quo primogenitus Regis in Regno dici-
tur Vicarius patris,& adeſt huic contractui aſ-
ſenſus præſumptus ipſius Regis: vt concludit
idem Afflict.in d.c.Imperialem.20.q.num.17.
cum ſequentibus. ſed contrarium tenet domi-
nus Loffredus conſi.17.vbi reſpondet rationi-
bus domini Afflicti. Ego autem pro nunc non
excutio, quæ nam pars mihi verior eſſe videa-
tur,cum ex vtraque parte plura poſſint afferri.
Capicius in d.c.Imperialem,col.102.idem te-
net,qd Afflict. quem non refert, allegat ſolùm
Fely.in c.quæ in eccleſiarum,col.32.de conſti-
tutio.vide And.in c.primo §.commercium, de
prohib.alien.per Lothar. quando Principi dile
ctus alienat.

73 XXIIII. Limito † niſi poſt mortem de-
claret filius,vel agnatus nolle in feudo ſuccede
re,vt aperiat locum proximiori,quia hanc de-
clarationem, ſeu repudiationem non poterit
reuocare ex authoritate dictæ conſtitutionis.
& ratio eſt in promptu, quia antequàm in feu-
do ſuccedat,non eſt dominus feudi, vel poſſeſ-
ſor; ideo non dicitur alienare feudum. de alie
nante loquitur conſtitutio, non autem de eo,
qui facit actum, per quem non vult eſſe va-
74 ſallus Regis in acquirendo feudum. † & il-
le qui repudiat,non contrahit, neque diſtrahit
ſecundùm Bal.in l.ſi maior.C.de dolo.hoc ſen-
tit Andr.in c.1.§.& ſi liuellus.3.col.de aliena.
feudi paterni.nam cum aperiat locum proxi-
miori,ſe tantùm à loco auocat,in quo erat pro-
ximior. nec dicitur de feudo diſponere, quod
nondum eſt ei quæſitum:licet poſſit ad illud ad
mitti,ſi vult.quod nondum quæſitum eſt,non-
dum etiam in bonis noſtris eſſe dici poteſt:vt in
l.nemo.§.illud quæritur,pro ſocio.& in l.rem
in bonis,de acquiren.rerum dominio.not. Bal.
in l.1.col.11.verſi.ſextò arguo.C.qui admitti.
& ille,qui non poteſt alienare,poterit non quę
rere,vt in l.pignus,de his quæ in fraudẽ credi.
tex.in l.Iulianus ait,de conditio.& demonſtra.
vbi conditio dandi non impletur per remiſſio
nem.& qui obuiat principio acquiſitionis,non
donat,vt in l.ſi ſponſus.§.ſi maritus, de dona.
inter virum & vxorem,& in l.Iulianus, ſiquis
omiſſa cauſa teſta.& ideo non requirit inſinua-
tionem ſecundùm Bal. in l. illud, col. 3. C. de
ſacroſanc.eccle. quem ſequitur Alexand. con.
ſilio 29.præclarè,col.3.tertio libro,Soci.conſi.
53.viſo inſtrumento, col. pen. vol. 4. & plura
Andr.Tiraquellus in l.ſi vnquam,8.quęſt.num.
147. C.de reuoca. dona. & in tract. retractus,
& in ſuis legibus connubialibus, in 3. glo. in
prima quæſtione. feudum eſt alienari prohi-
bitum ſine voluntate Regis:nõ autẽ perſona eſt
obnoxia quærere: vt ſi dimittat quid certum,
videatur alienare: ſicuti in pupillo & adulto,&
in muliere,quæ prohibita eſt ſine conſenſu con
ſanguineorum alienare, vel prælato, aut ſeruo
prout doctores attingunt.ex hac abſtinentia nõ
læditur dominus Rex: quia in feudo non ad-
mittitur perſona extranea, ſed alius, qui eſt de
vocatis ex ordine ad ſucceſſionem feudi: vt ſi
primogenitus poſt mortem patris declaret nol-
le in feudo ſuccedere, vt in eo ſuccedat ſecun-
dogenitus: non dicitur diſtrahere feudum, qui
non acquirendo alium admittit, qui vocatus
eſt,not in c.1.de eo,qui finem fecit agnato,& in
c. 1. §. præterea, quibus modis feud amit.& c.
Titius,ſi de feud.fuer. contr. Hæc quò ad reuo
cationem huius repudiationis feudi in non ac-
quirendo & in non ſuccedendo, vt non poſſit
reuocari per illam conſtitutionem.& in ſacro
Conſilio iudicauimus contra illum nobilem de
Sancto Felice Cuſentinum, qui declarauit nol-
le ſuccedere in hæreditate ſui patris,& vendica
bat feuda,quę erant ex forma inueſtituræ hære-
ditaria,& abſoluimus Illuſtrem Comitem San-
ctæ Seuerinæ. ego fui commiſſarius cauſæ.po-
ſtea frater egit, & dixit ſe hæredem, & pendet
quæſtio.

75 XXV. Limito † non habere locum, quan
do alienatur feudum ex cauſa, pro qua Rex re-
quiſitus teneretur aſſentire: quia non poterit
reuocare: cum Rex habeatur pro aſſentientẽ
cum ad id teneatur,ar.l.nouiſſimè, de eo quod
falſo tutore. de qua plura ſcribit dominus Hie
rony.Cagnol.in l.ſiquis maior.C.de tranſactio.
& not. Areti. in l. ſi cum dotem. §. tranſactio.
ſoluto matrim.hic caſus non eſt comprehenſus
in hac noua lege: quia dominus Rex iam cenſe
tur pręſtitiſſe aſſenſum ex natura ipſius feudi,
quę habet ſua onera, ex quibus ligantur tam
dominus quàm agnatus,vt dicit And.in §.quid
ergo.de inueſti. de re alien. facta: vt quia pro
domino fideiuſſit, vel vt ipſum adiuuaret, vel
pro maritanda ſorore, aut pręſtanda milítia fra
tri ſecundùm conſtitutionem Regni. pro qua
neceſſe eſſet facere impenſam, non fiet reuoca-
tio, ſi cauſa aliqua prædictarum vera eſſet,cuius
notio Regem reſpicit, vt ipſe dicit in d. §.quid
ergo, & in c.1. an ille qui interfecit fratrem do
mini,& in c.1.§.ſed & res, per quos fiat inueſt.
& in l. Imperialem, & in conſti. ſiquis poſt litẽ
cum his caſibus poſſet aſſenſus impetrari poſt
mortem, & per quam inducitur reuocatio lega
lis propter tranſlationem dominij in alium fa-
ctam,vt not.Moderni, in d. l. Imperialem, no.
24.num.38.fit reuocatio à feudatario, quando
voluntariè feudum alienat extraneum immit-
tendo in poſſeſſionem feudi. ſecus vbi lex feudi
aſtringit eum ad onus,pro quo feudum alienat,
non debet contrahens cum eo authoritate le-
gis decipi,vt in l.1.C. de his qui veniam ætatis
impetra.

76 XXVI. Limito † quando feudum eſſet fran
cum: vt per Modernos in præludijs in diuiſio-
ne feu-

77 ne feudorum: quia † poterit ſine aſſenſu alie-
nari, vt not. in c. 1. de feudo non habente pro
priam natu. feudi.

* Haberetur, vt res allodialis, & per Io. Fab. in
§. item ſeruiana. inſtit. de actio. & in §. 1. de le-
git. agnato. tute. tunc diceretur liberum, & non
expectat licentiam alterius, per not. per gl. in
clem. dudum. de ſepul. & in clem. fin. de æta. &
quali. & per Abba. in c. de multa. de præben. Go
zad. in conſi. 27. 2. col. & Roland. conſi. 42. *

Vel data eſſet à Rege poteſtas alienãdi, quod
quomodo procedat ſi in ipſa alienatione de-
beat peti licentia, controuertunt doctores, vt
dixi in d. c. 1. Paris in tract. feudorum, fol. 57.
in libro à penna. 20. Neap. deciſ. 307. Curtius in
tract. feudi, quarta parte, in 5. col. Calcaneus
conſi. 50. Alexan. conſi. 104. in 4. vol. Barba. in
conſi. 40. 4. lib. & Dec. cõſi. 614. in 4. vol. & Re
gnicolæ diuerſa coniunxerunt, quos reticet do
minus Loffred. in c. 1. §. donare, qualiter olim
po. feu. alienari. ut quia eſt data licentia alienan
di, Regio aſſenſu reſeruato & beneplacito inter
ueniente, an debeat requiri dominus, licet re-
quiſitus denegare non poſſit, quando non ha-
bet iuſtam & probabilem cauſam. vt illa licen-
tia ciuili modo intelligatur, per l. ſi qui de ſerui
78 tutibus. Veluti † ſi alienaret in eccleſiam, quę
nunquam moritur, ut in c. ſi gratioſè. de reſcri-
ptis in 6. de hac non videtur ſenſiſſe, quando li
centiam conceſſit, vt And. not. in §. illud, vel ſi
venderet inimico domini, vt not. in l. fi. C. de iu.
emphyteu. aut ſi luxurioſè viueret, & pro ea cau
ſa alienet, vt dicit Iacobus de Ardizono in ſum.
in 3. par. in verbo fœmina. illa licentia recipit
interpretationem à iure ſcripto ſecundùm Bal.
in ſimili, in l. prima de rerum diuiſione, quem
allegat Paris in eodem tract. fol. à penna. 320.

* Alij dicunt communem opinionem eſſe ve-
riorem, quòd non requiritur licentia: conge-
rit Ruyn. conſi. 81. col. 3. vol. 1. Aym. conſi. 92.
3. vol. Paris conſi. 3. & conſi. 23. primo. vol. *

79 XXVII. Limito † niſi ex conſuetudine
poſſet feudum alienari ſine aſſenſu: vt notat
Curtius in d. tract. 4. par. tunc alienatio eſſet le
gitima ſine aſſenſu, & non poſſet alienans reuo
care, conſuetudo eſt pro aſſenſu.

* Decius conſi. 269. 588. & 680. valet hęc con-
ſuetudo contra conſtitutionem feudalem: quia
illa etiam ſumpſit exordium à conſuetudine,
tex. eſt. in §. vox Romanorum, de pa. Conſtã. ideo
illi facilius derogatur ſecundùm Bald. in l. 2. de
vulg. & pupill. *

80 Et † hoc facit pro illis, qui quando alienãt
ſoluunt tertiariam, vel quarteriam pretij, quæ
de iure non debet ſolui, ſed de conſuetudine
præſtatur, vt feudum non deuoluatur, quia fa-
81 cta eſt alienatio ſine aſſenſu: cum † illa con-
ſuetudo, quæ tertiariam aut quarteriam intro-
duxit, licentiam alienandi conceſſiſſe videatur,
in vno grauando vaſallum, & in alio releuãdo.
notat ſingulariter And. in c. Imperialem. §. illud
quoque. 2. colum. de prohi. feud. aliena. per Fe-
82 dericum. 2. col. ibi, qui † præſtant laudemiũ
83 † alienant ſine conſenſu domini de conſuedi-
ne contra iſtam legem, & eſt valde notandum
pro ruſticis, qui ſæpe ab eorum dominis inquie
tantur, quia rem feudi ſine aſſenſu alienant, dũ
releuium ſoluunt, quod hodie tertiaria, quarte
ria in aliquibus prouincijs nuncupatur, vel pœ
na aurea, ſecundùm Bertrandum conſi. 3. in 3.
vol. & de his tertiarijs, aut quarterijs licet non
ſint redditus feudi ordinarij, ſolet tamen habe-
ri ratio in præſtatione releuij aut ſeruitij, vt Pa-
ris ſcribit. & de his multa colligit in ſuo tract.
84 char. à pẽna 70. 78. & 104. 113. & † à quo dẽt ſol-
ui, an ab emptore, vel à vẽditore ſtamus conſue
tudini, vt dicit Spec. in tit. de locato. §. nunc ali
qua, verſic. 126. & plenè per dominum Andreã
Tiraquellum in conſuet. Pict. fol. 128. & fol.
173. cum ſequentibus ad intellectum. l. debet.
de ædili. edicto. Mayn. in l. 1. de cond. ob cau-
ſam. Iacobinus in l. cum fundus. §. ſeruum tuũ
imprudens, ſi cer. petat. & per Caſſ. in conſuet.
Burg. in tit. de cenſi. fol. 347. num. 3.
85 XXVIII. Limito † niſi feudatarius, qui alie
nauit feudum, & reuocauerit alienationem, im
petrato aſſenſu ſuper ipſa venditione, reuocaue
rit ipſam reuocationem, quia tunc confirma-
tur alienatio ex aſſenſu præſtito, ſecundùm ali-
quos, & illa reuocatio reuocationis cõualidat
primam alienationem, quæ per reuocationem
erat reſciſſa. hanc quæſtionem poſuit dominus
Afflict. in d. c. Imperialem, num. 64. & aliquid
ibi per Capicium, & idem Afflict. plenè in c. pri
mo, de vaſallo, qui contra conſtit. Lotha. feudũ
86 alienauit. Sed † nos in ſacro Conſilio iudica-
uimus reuocata alienatione aſſenſum nihil ope
rari reſoluto contractu ex authoritate legis, &
ꝙ alienans, vel tacitè, vel expreſsè reuocationẽ
reuocet, niſi de nouo iterũ alienet, & ſuper no-
ua alienatione Rex aſſentiat, & ſi in alium alie-
naret cum aſſenſu, & traderet, ſecundus præfer
retur per l. quoties, C. de rei vendica.
87 XXIX. Limito, quando non eſſet † quęſtio
iuris, ſed facti tantùm non perpetui: quia tunc
non daretur reuocatio. hæc regula poteſt ſumi
ex dictis per Andr. in repet. conſt. Comitibus,
quando inter fratres ſit concordia de quantita-
te vitæ, & militię. iudex habet eam ratam, nec
datur reuocatio, ſecundùm dominum Anto-
nium de Alexand. ibi. & plenius per dominum
Guilielmum de Perno in no. feudo. quia cum
certum ſit, vitam & militiam fratri ſecundoge
nito deberi in vita, incertum autem quantum,
cum ignoretur, & valor fructuum incertus ſit:
feudum ex ea concordia non grauatur, neque
Rex lędi poteſt. ratione dubij euentus hoc tole
ratur, arg. l. de fideicom. C. de tranſact. certum
eſt etiam conuentionem in vita finituram: ſe-
88 cus † vbi eſſet controuerſia, an debeatur: tunc
principaliter eſſet quæſtio iuris ſuper feudo, &
non ſuper quantitate: tunc non fit compro-
miſſum ſine Regis licentia. ſæpe hoc fuit in Cõ
ſilio determinatum. pater forte legauit in teſta-
mento fratri ſecundogenito, allegat Bart. in ſi-
mili in l. ſtipulatio iſta. §. ſi quis ita, de verborũ
oblig. intelligo ego, quando quæſtio facti non
habet reſiſtentiam iuris communis, vt in quæ-
ſtione

ſtione prædicta,aliàs ſecus. Affl.deciſio.130.primo dubio.

89 XXX. Limito † non habere locum in eo, qui non alienauit,ſed ſequens eſt in ordine ſuccedendi:quia alius præcedit ipſum. quandiu alius ſupereſt,ipſe non reuocat.not.glo.in dicta conſtitutione conſtitutionem.dominus Gulielmus de Perno,conſi.6.in fine per tex.in l.peto. §.fratre de leg.2.

ADDITIO NOVA.

90 XXXI. limito † ſi in lite mota ſuccumbat, iux.conſilium Bart.in re per fideicommiſſum alienari prohibita,in l.peto.§. prædium.de lega.2.docto.in §.diui.& ibi Ripa nu. 59. niſi ex proceſſu appareret colluſio inter actorem, & reum:vt per Alci.reſpon.506.nu.5.

91 XXXII. limito † in eo, qui contrahit ſuper feudo ex neceſſitate præcedentis contractus,nõ dicitur alienare,ſed exequi, nec dicitur verè cõtrahere.l.ſi tibi pecuniam.de pac. ibi, exoluendi cauſa magis quàm alterius obligandi. Areti. in l.ſi ita quis.§.ea lege.de ver. obli.Soci. conſi. 48.in 1.vol.& Andr. Tiraq. de iur. maritali,in gl.8.q.23.

92 XXXIII. poſſet limitari † quando alienans in eum transferrà quo habuit, ex not. per gl.in l.ea quæ.in ver.conuerſa. de dona. inter vir. & vxo.& Mayn.in l.filiofamilias.nu.168. de lega. 1.Sed obſtat regula communis quãuis hoc non videatur eſſe in damno, de quo per Andr. in l.ſi vnus.nu.158.C.de reno.dona.& de iure maritali in 5.gl.tex.in l.1.§.fi.de reb.eorum.

93 XXXIIII. limito † niſi feudatarius ſimpliciter.locaret feudum † tunc non reuocaret, quia pro anno tantùm intelligitur locaſſe, ex regula l.boue.§.hoc ſermone.de ver.ſign.Iunior Soci.conſi.25.lib.2.ſecus eſſet,ſi facta eſſet,quamdiu dominus voluerit,& incertitudo magis lõgum tempus quàm breue inducit, ex regula l.ſufficit.de condi.ir.de.& ibi Bar.& Mayn. idem ſi eadem voluntatis incertitudo ad conductorem referatur,ſecundùm Mart.de Laud. in rub. de rei vend.

94 XXXV. poſſet limitari, † quando eſſet dictum, quòd non tranſeat interim dominiũ per alienationem vel locationem, iſta non poteſt dici alienatio,argu. eorum, quę de re eccleſiaſtica dicuntur.per Bal.in l.ſi domus.§.ſi de lega.1.& in l.voluntas.C.de fideicomm.& in feudo not. idem Bal.in c.1.§.aut ſi liuellario.quib. modis feud.amit.& in l.codicillis.de legat.2.Alij tenẽt contrarium,vt per Didacum Couar. lib.2. vari. reſolu.c.16.procederent contraria quando perſona poſſet liberè diſponere, vt per May. conſi. 94.in fi.col.1.vol.fieret fraus legi prohibenti alienationem.& per Bal.in c.1.de prohi.feu.alie. per Fede.col.3.ſequitur May.in d.conſi.94.adde Boer.deciſ.234.& Beroum in c.nulli. de reb. eccle. alienandis.

95 XXXVI. Limita in eo † qui promitteret Regem eſſe donaturum feudum, hoc non eſt cõtra iuris prohibitionem, ex not per And.in c. 1.§.hac edictali.de prohi.feud.alie.per Lotha. non datur facultas alienandi; quia ipſe non alienat feudum ſuum, licet promittat, q Rex ipſe donabit feudum,cuius proprium eſt donare,& liberalitatem exercere,c.1.de dona.& c.1.quis dicatur dux,& in c.1.de feud.marchiæ.

96 XXXVII. Limito † non habere locum in magno Domino ſeu Conſiliario Regis,qui promitteret, Regem præſtaturum aſſenſum ſuper alienatione feudi,ex dictis per And.in d.§. hac edictali, cum Rex propter illum conſueuerit aſſentire.Pal.de Caſt.in l.continuus.§. cum quis. de verb.oblig.tex.ad hoc in l.penul.& in l.fi. de cada.punito.& in l.qui cum maior. de bon. libert.per Cur.iun.conſi.182.2.lib.cogita. quia prouiſio fit ſuper re à iure prohibita.

97 XXXVIII. Limita in eo † qui tempore,quo reuocat,non erat uerè dominus feudi. verba legis in eo non conueniunt, diſpoſitio nouę l. non verificabitur in eo, l.4.§. hoc autem iudicium, de dam.infect.ſi forte habebat ius firmatum quò ad dominium relatum in diem, vel in conditionem in ſuſpenſo tamẽ, licet poſtea eueniat, arg.l.hoc legatum.de lega.3. ceſſat ratio illius legis: quia tempore, quo alienat & reuocat, non transfert ius domini in alium, neque fit domini conditio deterior, aliàs non poteſt, vt vaſallus in fundum introduci ex defectu iuris ſui: nemo dat,quod non habet,ex regula iuris. ea quę poſt contractum contigerint, non conſiderantur. l. Rutilia Polla. de contrahen. emp.& propter incertitudinem non debet extendi ius ſpeciale,ſuper quo eſt valde aduertendum, quia ex hac limitatione poſſent plures quæſtiones determinari,& dicam plenius.

98 XXXIX. Limita in eo † qui vendit vniuerſaliter feudum, & aliquid retinet, vel propter ſe, vel ad beneficium alterius, quod non habuit effectum: nam ſi interuenit aſſenſus in contractu,licet de reſeruatis nihil ſit dictum, non poterit reuocare ex defectu cauſæ reuocationis.

99 XL. Poſſet limitari in patre † qui contrahit cum primogenito in caſu, quo pater aſtringitur de iure, vt eſt dare alimenta, & obligaret feudalia, tenet obligatio in primogenitum, ex not.per gl.in l.regni hac edictali. Paris in trac. de reintreg.feud Blaſcus in rep.c.volentes.

100 XLI. Limita † quando venditor tradidiſſet emptori poſſeſſionem feudi cum aſſenſu, & eſſet conuentum, quòd feudum eſſet obligatũ pro pretio,vel parte ipſius, & omiſſum eſſet in precibus,emptor nõ poſſit reuocare: tum quia in contractu principali adeſt aſſenſus: tum quia res illa affecta erat onere tacito legali,& conuẽtionali licet inualido. tex. eſt ſing.in l.prima.§. fi.de reb.eor.per rationes,quæ ex illo tex. colliguntur,quas plenius poſui.

101 XLII. Limita in caſibus † in quibus Rex aſſentire tenetur, in illis reuocatio fieri non poteſt, nam vaſallus non reuocat iure ſuo, ſed domini, & poteſtas attributa beneficio dictæ conſt.intelligitur,quatenus domino competit: quia nemo poteſt plus iuris in alium transferre, quàm ipſe habet, vt in regula iuris. & licet non poſſit per ſe neque per alium.l.ſi minor.de verb.oblig.& ibi Bar.l.2.de admi.tuto.& ibi gl.

&

& facultas vaſalli pendet à poteſtate domini. l. 2. & ſeq. C. qui manumit. non poſſ. l. 3. §. vſus. de procur. & ibi glo. qualitas domini attenditur non procuratoris. l. filiusfamil. de procur. gl. eſt. §. ſi. inſtitu. ex quib. cau. manu. non licet, & not. in clem. religioſus. de procur. & dominus iuris intellectu videtur ipſe reuocare p vocem vaſalli ſui, arg. l. quod meo. §. procurator. de acq. poſſ. Bar. not. in l. ſi is qui pro emptore. vlt. par. de vſucap. hoc valde notandum eſt ad multa & ſingularia ſunt ad cognitionem terminorum, & dictum eſt ſupra limita. 25.

102 XLIII. Limitari poteſt † quando teſtator granat hæredem: vt cum regio aſſenſu nendat feudum Titio: tunc non reuocat: tum quia ipſe verè non vendit, cum faciat ex præcepto teſtatoris. l. filiusfamilias §. diui. de legat. 1. l. magis puto. §. ſi fundus. de rebus cor. tum quia grauamen imponitur perſonæ, non vt quæratur actio ſuper feudo ante licētiam Regis, ſed vt interim à reuocatione ſilear, ſed hęc limitatio, ſi vera eſſet, eſſet nimis ſingularis, & læderet plures regulas, cū res inſpiciatur non perſona, quæ præcipit, aut cui iungitur.

103 XLIIII. poteſt limitari † quando feudum expoſitum eſſet ſub baſta, & vltimo licitatori vę luti plus offerenti remanſiſſet, non poſſet fieri reuocatio propter anthoritatem publicæ haſtę, quę debet ſtare firma, & immobilis, & ab aliquo partium lędi non poteſt ex bis, quæ not. in l. 1. & 2. C. de fide inſtrum. & iure haſtę fiſcalis, & in l. licitatio. de publica. babet bic contractus aliquid ſingulare, ne liceat ab eo recedere, licet cū abſente, & incerto homine contrahatur, vt not. per Bar. & Paul. de Caſ. & alios in d. l. licitatio. per Areti. conſi. 17. & Corne. conſi. 29. vol. 4. offenderetur reſpublica, ſi daretur facultas pœnitendi, & res ludibrio verteretur, in opprobriū, & dedecus haſtæ, quæ omnibus ſecuritatem pręb et, veluti confugentibus ad aſylū. neque quiſque auctoritate legis decipi debet l. fin. C. de his qui ven. ęta. impetra. curate non debemus deapicibus iuris: cum res agitur de bono & ęquo l. quintus. manda.

104 XLV. Eſt † & aliud ſpeciale in hoc contractu: vt procur. eo nomine contrahens proprio nomine teneatur, text. eſt ſingularis in l. ſi cum veniente. C. vbi cauſa fiſcales, & ibi Paul. de Caſ. notabiliter ſcribit, fit contractus ab incerta perſona in illa promiſſione liberandi feudum plus offerenti & ſoluenti pretium: cum emptor ſub haſta offert, neque interuallum, neque partis abſentia impedit contractum perfici, prout habetur per exempla tradita per Bar. in d. l. licitatio. quæ reaſſumit Alex. conſ. 114. viſo proceſſu. prima col. 6. lib. quādo bona diſtrahuntur ſub haſta per iudicem exequentem, debet pecunia eſſe præſens l. à diuo Pio. §. ſed ſi emptor, de re iudi. ne haſta & eius auctoritas vileſcat, ne lites inde oriantur, & vt creditori celeri ſolutione ſatiſfiat indecorum eſſet, reuocationem admittere perfecto contractu modo, quo fieri aſſueuit, naſceretur iniuria, vnde iura orta ſunt l. meminerint. C. vnde vi. dicit Iacobus Camaleus in c. Imperialem. de prohi. feu. alie. per Fede. apud Gallos feuda capi pro exequutione iudicati, & diſtrahi in emptorem ſine licentia, quod tamen

105 ibi poteſt eſſe ex ea ratione † cum feuda omnia redacta ſint ad inſtar allodialium: vt refert Io. Fab. in §. 1. inſtit. de legi. agna. tute. quem refert Guid. Papę deciſ. 59. & alij Moderniores ſequuntur, poteſt tamen dici, ꝙ cum in alienatione feudi requiratur ſpecialis aſſenſus, non ſufficiat tantummodo haſta pro aſſenſu domini, cū non ſit impoſita ad hoc de voluntate domini. Illa venditio eſt voluntaria, eſt enim remedium iuris per ſecuritate emptoris, eſt ſuffragium iudicis, qui non poteſt facere gratiam, & dominiū transferre ſine domini licentia, vt per And. in c. 1. §. quid ergo. de inueſ. de re alie. fac. & in l. ſi quis poſt litem, & quamuis fiat non ex neceſſitate legis ſed ex voluntate venditoris ad alliciēdos emptores, vt compareant in offerendo, nihil eſt immutatum de ſolennitate iuris, nec derogatum honori, & reuerentiæ domini Regis vt ſciat, quem habeat in vaſallum. fuit hæc quęſtio de facto, dum ciuitas ſancti Angeli prope Hippontum venderetur ſub haſta anno 1563. emptores, qui magnum detulerant precium & vltra valorem, pœnitentia ducti intendebant reuocare: vt venditor minori pretio cogeretur vendere, poſtea concordauerunt ſe, & habuit vnus dominus, cuius nomine ſuerat licitata, & ſacrum Conſilium ſemper in ſimilibus venditionibus regium præſeruat aſſenſum, dum dicit, feudum non liberari, donec aſſenſus regius pręſtitus fuerit.

106 XLVI. Limitatur † niſi tempore conceſſionis feudi fuerit traditum pro recipiente, hęredibus, & quibus dederit. nam poterit alienari ſine alio aſſenſu: tunc cenſetur præſtitus, quādo fuit cōceſſum feudū c. 1. de feu. nō habē. pro. nat. feud. & ibi Bal. quem ſequitur Cur. conſi. 1. 1. col. & conſi. 4. 2. vol. & ſenior Curtius conſil. 63. col. pe. May. conſi. 155. 2. col. & cōſi. 156. in 2. vol. Par. cōſi. 3. & conſ. 23. 5. col. 1. lib. poſt modernos, qui teſtantur, hanc eſſe communem & veriorem opinionem ex pacto & tenore inueſtituræ potius derogari iuri feudorum, dum habuit originem ex conſuetudine, quę ſicut poteſt tolli contraria conſuetudine ſic etiam ex pacto: ſic valet etiam conſuetudo, quod poſſit feudum paternum & antiquum ſine conſenſu agnatorum alienari, ſecundùm Campeginm conſi. 2. col. pen. inter conſilia Bruni & his ſimilia: cum pactū & conſuetudo procedāt à pari: vt ait Bal. in l. liberti libertęque. colum. penulti. de oper. liber.

Tunc. n. fit reuocatio alienationis feudi, quādo vaſallus alienando incideret in pęnam ammiſſionis feudi, facit actum illicitum & nullū in calliditatem domini. dicta leg. Imperialem: hanc pœnam remittit Rex, vt ſuo iure ſpeciali vtatur in reuocatione feudi, ſed quando alienatio eſt permiſſa vel à lege, vel ex pacto, vel ex conſuetudine, ceſſat caducitas, tenet venditio, & ideo reuocatio fieri non poteſt.

107 XLVII. limitatur † quando Rex daret

 feudum

feudnm Titio pro ſe & quibuſcunque hæredi-
bus:tunc quò ad hoc videtur nouam aſſumpſiſ
ſe naturam & veterem depoſuiſſe, ex not.in d.
c.1.de feu.non haben.propriam nat. feud.& vi
detor in quemcunqoe etiam inhabilem,aliena-
bilis ex volũtate Regis,qoi ſic voloit, & potuit,
& ſob illis verbis includuntur ne dum tria ge-
oera hęredum,de qnibus inſtit. de hæred. qual.
& diffe.ſed etiã legatarius,qni in re legata quo-
dammodo eſt hæres ſecundùm Bal.ibi,quem ſe
quitur Mayn.conſil. 17. col.4.vol. . . &
conſi. 118.4.lib.Ruyn.conſi. 105.col.3.3.vol.
Rìpa in l.ex facto. §. ſi quis ita,ad trebell. & alij
hnios claſſis, ſed contrariom multi tennerunt,
quòd inre requiratur licentia, vt illa verba in-
telligantur ſecundùm naturam rei,vt per Deciõ
conſi.171.col.2.& dixi ſupra limitaoone, 16.
reſeruo ſcribendum in nouis quæſtionibus ſu-
per materia aſſenſus.
108 XLVIII. limitari poteſt in eo † qoi vendit
fendnm cũ pacto: vt infra certũ tp̃s poſſit illud
reemere pro eodem precio.nam tonc poſſet vẽ-
ditor illud pactum remittere emptori vel hære
dibus ſnis, noo dicitur alienare feudum: cũ fue-
rat feudum alienatum in emptorem regio aſſen
109 ſu,& in eum dominium tranſlatum † licet ha
beat actionem perſonalem cõtra emptorem ad
retronendendum feudum ex nota. per Paul. de
Caſ.in l.ſi cnm venderet.de pigno. actio. Alex.
conſi. 10.lib.3.& Cnr.conſ.12.& alios,non ta-
men habet dominium, antequam redimat, vel
offerat preonm infra tempus redimendi, per l.
2.C.de reſcin. vend. actio in perſonam oon eſt
realis,neqne rem ſequitur.l.ſi.§.fin.de contrah.
emp.l.1.§.ſi hæres. ad trebel. ſuper feudo nullũ
ius eſt quæſitum aut conſtitutũ, pro quo diſtra-
hendo,aut remittendo domini reqniratur aſſen
ſus. Nec obſtat, ſi ſnper pacto adeſſet pignoris
obligatio, & aliæ clauſulæ conſuetæ apponi ex
communi conſuetudine notariorum, & pacto
contrahentium,& in eo eſſet aſſenſus cum clau
ſulis reſolutiuis:nam anteqnam declaret vendi-
tor velle redimere,res in pendenti eſt à ſua vo-
luntate,& non à tertio, vel caſuali, & dum re-
mittit emptori, non mittit extraneum in poſ-
ſeſſionem feudi, neqne mnnitur feudnm reſpe-
ctu feudi, quæ dno, vel alterum impedit aliena-
tionem feudi tam ex lege communi fendali quã
imperiali conſtitutionem diuæ memoriæ, pro
iſta parte faciunt multa, quæ ſupra diximus de
remiſſione dotarij, vel hypothecæ io cundem
poſſeſſorem non tranſlatiue in extraneum,& ſæ
pe decidimns in Conſilio. nam cum poſſit ven
ditor infra terminum conuentum redimere, &
paſſus eſt labi terminum in fauorem emptoris,
tacitè alienare cẽſetur,ex nota.in l.ſi ego. de ne
go.geſt.ergo poteſt expreſſè remittere, vt taciti
& expreſſi virtus ſit eadem. l. cum quid.ſi cert.
peta.& iſta magis dicitor extinctio quàm ceſſio,
aut alia nooi iuris acqniſitio, cum fiat, ei qui
ageret,& pateretur, quæ inſimul non conſiſtãt,
nec per hoc fraudare diceretnr fiſcum, cum nõ
quęſitum non retinet. l. cum autem. ſi qnid io
fraudem credito. Illud redimendi pactum fuit
inter partes à principio voluntarium,poterat li
berè vendere ei ſine pacto. Rex ſine controuer-
ſia præſtitiſſet aſſenſum,quærendum eſt,an hęc
perſonalis actio feudi,vel ioris ad feudum alter
natio ſit.& dicit,qoòd noo refert clauſulas in-
ſpicere:com illæ acceſſorię ſint, & à principali
contractu regulentur,quo finito,& partium cõ
uentione extincto ruunt,intercidunt, dom per
ſe non conſiſtunt,& pendens, ab ore & vſo par
tium, & nihil eſt tam uatorale quàm eo modo
contractus diſſolui, quo contracti ſunt l. nihil
tam naturale. de reg.iur. niſi forte remiſſio hęc
in frandem fiſci fieret,ex nota.per Andr. in c.1.
§.ſed & res.per quos fiat inue. ſemper in omni
generali diſpoſitione ac licentia fraus excepta
intelligitur.l.in fraudẽ.de iur.fiſ.& l. ioter om-
oes.§ Lucios.quę io frand.credit.de tertio hy-
pothecam habente nulli eſſet dubium., ex not.
in d.l.cum autem:& Negoſ. libr. 3. pigno.quic-
quid quidam ſcribnnt in l. imperialem. oeqne
lege aut anthoritate, nec valida ratione monea
tur, ſibi etiam dicta eius adoerſantur, cuius di-
cta non poſſunt comprobari in hoc articulo,
quando ſit remiſſio pacti de retrouendendo ei,
qui emit cum aſſenſu, & eſt dominus feudi, &
remiſſio eſt actionis perſonalis extinctiua,& nõ
eſt nooi iuris tranſlatiua,quamuis ex hac remiſ-
ſione pacti minori pretio feudnm cenſeatur vẽ
ditum,aliò vertit difficultatem, & cauſam prin
cipalem tangeret & oon nullitatem aſſenſus. Dũ
hęc ſcriberem, Cęſar Freccia nepos chariſſimus
adoleſcens acuti ingenij dixit hanc eandem par
tem Afflictũ tenuiſſe io d. l. conſtitutionem di-
uę memorię.col.7.ou.16.& 17.
110 XLIX. limitatur † quando feudatarius ha
buiſſet aſſenſum à Rege diſponendi, & alienan-
di de feudis ſuis,& de ipſis diſpoſuiſſet in partẽ
& poſtea vellet de toto diſponere, recordatus
ꝙ omiſerat alienare aliam partem feudorum.
nam non poterit primam alienationem reuoca
re,quia prima alienatio de parte feudorum fuit
valida,nec fuit illegitimè facta, & ſeqnens non
valeret,ex regula l.boue.§.hoc ſermone.de ver-
bo.ſign.extingoitur poteſtas per illam alienatio
oem. Fely.in c.inueniamns. de treug. & pac.

Hæc omnia, quæ ſupra ſcripſi ad decla-
rationem & limitationem dictæ conſtitutio-
nis, credo non facilè alibi reperiri. Lector
quiſquis erit acuti ingenij, officioſo animo
corrigat & emendet, ad laudem & gloriam
omnipotentis Dei,& Glorioſiſſimæ Marię Vir-
ginis,& omnium Sanctorum. Die 24. No-
uembr.1553.

SVMMARIVM.

1 *Aſſenſus pręſtitus ſuper alienatione fendi facta per patrem in perſonam ſecundogeniti, an valeat in praiudicium primogeniti, vel filiorum primogeniti, de quo nulla eſt facta mentio.*

2 *Impetratio feudi non facta mentione, qualiter alij erant ſucceſſores, eſt ſubreptitia.*

3 *Feudum hareditarium ſiue nouum, ſiue antiquum, poteſt per feudatarium alienari cum aſſenſu do-*

mini

mini,ſine aſſenſu filij ſucceſſuri in feudo, imò contra voluntatem ipſius, & ita in Regno ſeruatur.

4 *Feudum ex pacto, & prouidentia non poteſt aliena ri etiam cum aſſenſu Domini ſine conſenſu proximioris agnati in feudo ſucceſſuri.*

5 *Legitimare filios naturales poteſt pater per reſcriptum Principis impetratum, inuitis filijs legitimis, & naturalibus, dummodo in memoriali dixerit habere legitimos, & naturales.*

6 *Legitimatio per reſcriptum Principis non fit, niſi legitimis non extantibus.*

7 *Legitimatio fit ex authoritate dominica & ex plenitudine poteſtatis.*

8 *Pater non poteſt alterare naturam feudi, quam à lege vel pacto ſumpſit, ideo viuens iure Francorum non poteſt ſecundogenito donare feudum, quod ſpectat ad primogenitum, & nu. 11.*

9 *Filius Primogenitus ſi eſt inhabilis à natura, pater poteſt donare feudum ſecundogenito, niſi ſit inhabilis ex accidenti.*

10 *Aſſenſus pręſtatur à Rege in forma Cancellariæ cum clauſula, feudi natura in aliquo non mutata, & iuribus alienis ſemper ſaluis, per quam clauſulam non alteratur natura feudi ab ea forma, qua à lege vel ab homine tradita fuit in feudo.*

11 *Pater poteſt feudum hęreditarium extraneo vendere in pręiudicium primogeniti. ſed ſecundogenito non poteſt donare, & quæ eſt ratio.*

13 *Feudum quòd veniat ad primogenitum, eſt fauor domini, ne feudum diuidatur in plures, & fauor primogeniti, vt ipſe cæteris pręferatur.*

14 *Aſſenſus ſemel præſtitus reuocari non poteſt.*

15 *Aſſenſus præſtitus ſuper alienatione feudi facta per patrem in perſonam ſecundogeniti contemplatione matrimonij per ipſum contrahendi, an valeat in pręiudicium primogeniti, vel eius filiorũ, de quibus nulla eſt facta mentio.*

SVPEREST, vt aliqua in materia aſſenſus diſcutiamus, quę quandoque in facti contingentia vidimus pertractari.

1 Et primò. Si pater † habens nepotes ex filio primogenito donet titulo donationis inter viuos irreuocabili filio ſecundogenito caſtrum vel feudum magni redditus, viuatque pater iure Francorũ, & in hac donatione Rex pręſtitit aſſenſum, & nulla eſt facta mentio de ſuperexiſtentia primogeniti, vel illius, qui obtinet locum primogeniti: an aſſenſus debeat iudicari obſeptitius, & per primogenitum poſſit peti, illam donationẽ nullam declarari. Fuit de facto in ſacro Conſilio inter Dominum Carolum Buxutum filium Scipionis primogeniti domini Cęſaris Buxuti, aliàs Capicij, & dominos Troianum, & Ludouicum Buxutos, filios ſecundogenitos, quibus dictus Cęſar eorum pater donauerat caſtrũ Loſeò ſitum in Regione Salẽtina, aliàs terra d'Otranto. Pro parte dicti Caroli dicebatur, dictum aſſenſum validum non eſſe de iure: quia tempore impetrationis non fuit narratum Domino Proregi, ipſum fuiſſe ſuperſtitem ex primogenito dicti Cęſaris, quòd ſi fuiſſet expreſſum, Dominus Prorex non præſtitiſſet aſſenſum prędictum aut difficulter conceſſiſſet. per no. in cap. ſuper literis, & in c. ad hęc. de reſcriptis. & obreptio in effectu vitiat gratiam, quemadmodũ & ſubreptio, vt not. ibi, & in capitulo poſtulaſti, & in c. cęterùm. eo. titul. ad quod dignoſcendum attendimus ſtylum Cancellarię, vt no. plura Lapus allega. 80. Sed Dominus Prorex non conſueuit pręſtare aſſenſum donationibus feudorum, quę fiunt à parentibus erga ſecundogenitos, cum in Regiſtris hoc non inſpiciatur, & in antiquis Caroli ſecundi, & Roberti Regum in duobus capitulis legatur, ibi, in diſpoſitionibus factis per patrem ſaluum ius eſſe primogenitis. veriſimile eſt, quod ſi de hoc Prorex fuiſſet certioratus, minimè conceſſiſſet aſſenſum prædictum, poſtquam hoc non conſueuit præſtari. Aduocatus dicti Caroli allegauit deciſionem domini Afflicti in conſtitutione Regni, vt de ſucceſſio. in fi. col. in glo. nu. 50. qui tenebat ibi aſſenſum dici ſubreptitium, ſi in eius alienatione non notificetur Regi ſuperexiſtere ſucceſſurum immediatè in dicto feudo: cum non ſit veriſimile, Regem per ſuum aſſenſum illi præiudicare velle, qui ex regula feudi eſſet ſucceſſurus, vt in §. meritò, & in §. ſi quis à Principe. agit tantùm Rex per aſſenſum in alium trãsferre, quod in vita feudatarij eſt, vt no. in c. 1. qui ſucce. tene. idem firmat Decius conſilio 445. quinta co-

2 lum. tertio vol. quòd confirmatio facta per Regem non præiudicat primogenito: cum in dubio quando aliud expreſſum non eſt, non cenſeatur à priore forma inueſtituræ receſſiſſe, vt dicit Pau. de Caſt. conſilio 150. viſo & examinato puncto, ſecundo libro. Alexand. conſilio tertio, ex his quæ in themate, & conſilio 23. viſo proceſſu, in quinto vol. ſequitur idem Decius conſilio 389. ſecunda colum. in tertio libro. & quòd dicat Calder. conſilio primo, titulo de feudis, quòd ſi fit impetratio feudi non facta mentione, quod ſuperexiſtunt alij ſucceſſores eſt ſubreptitia. ſequitur Dominus Loffredus conſil. 47. in prima col. Sed hęc allegatio mihi fuit viſa impertinens, & affinis meus in dicta conſtit. non non benè concludit, aſſenſum ideo dici ſubreptitium: quia fit tertio præiudicium. hoc nihil

3 eſt dicere in hoc articulo. nam † aut feudum eſt hæreditarium, & poteſt feudatarius alienare feudum cum domini aſſenſu etiam circa voluntatem filij futuri hæredis, aut ſucceſſoris, & contra eius voluntatem: vt Andreas notat in capitulo primo, quarta colum. de alienatione feudi paterni, in verbo & ſi liuellus. & in capitulo primo. §. hoc quoque. de ſucceſſione feudi, & nota. in capitulo primo, an agnatus. & hoc iure vtimur in Regno: ut poſſit feudum alienari ſine conſenſu filij primogeniti, quando eſt hæreditarium, ſiue ſit nouum, ſiue ſit antiquum. notat Andreas in capitulo primo, de natura. ſucceſſion. feudi. & in capitulo Titius, ſi de feudo fuerit controuerſia. Alexand. conſilio primo, quinto volumine, & in conſilio 128. in ſexto volumine, quicquid dixerit Decius in conſilio 208. in

tertia columna.in ſecundo volumine, & in conſilio 399.in tertio libro.cui addo Bald. in conſilio 337.in primo volumine. & hoc in Regno nullam haber difficultatem vſu, & interpretatione prudentum paſſim, & cum ratione ſeruamus & eo ipſo quòd Rex præſtat aſſenſum perfecta alienatione ſucceſſor excluditur, cum veniat ad feudum ex perſona defuncti, qui dum alienat, non vult ipſum habere ſucceſſorem in feudo. & res ſua non durat in eodem ſtatu, vt ipſe ſcribit in dicto. §. & ſi liuellus, in tertia columna. ibi, & ſic demum haber ſucceſſor, ſi maneat in eodem ſtatu, quòd non ſit alienatum. & in ſ[illegible] arguit idem in capitulo præterea. de proh[illegible]ta feudi alienatio per Federicum, in quarta columna. & clauſula poſita in aſſenſu iuribus [illegible]uriæ, & alienis ſemper ſaluis, tollit vitium ſubreptionis, ſecundùm Andream in capitulo primo, de lege Corradi. & Calderinus conſilio octuageſimo ſecundo, quarta colum-
4 na. Aut † vero feudum ex pacto & prouidentia, & tunc non ideo dicetur aſſenſus ſubreptitius: quia non eſt facta mentio de ſucceſſuro: quia etiam quòd eſſet facta mentio, & Rex vellet, hoc non poſſet: cum per mortem illius alienantis ex forma, & pacto feudum vadat ad alium, & non remaneat in hæreditate illius, qui feudum alienauit. & ideo duplex aſſenſus requiritur, & Domini, & proximioris agnati: vt eſt caſus in capitulo primo, de alien. feudi paterni. & ipſe notat in d. §. hoc quoque, tunc tractandum de voluntate, quando indubitata eſſet poteſtas. At modò quærimus, an Rex voluerit: quia ſi noluiſſet, res clara eſſet: cum alienatio nulla eſſet in Regno, ob reuocandi poteſtatem. & quando Regi eſt obreptum, gratia non tenet, text. eſt in capitulo primo, in fine de feudo guardiæ, in arg. quem ad hoc allegat Dominus Ripa, libro tertio reſponſorum fol. 21. & dicta per eundem Afflictum procedunt in feudo ex pacto, in quo uelit Rex an non, nihil refert: cum expreſſim hoc minimè poſſit. uoluntas non dicetur: quia tertio parat præiuditium. Sed an uolerit, & gratiam ſuam impenderit, à ſuo pendet nutu, ex qualitate facti temporum & perſonarum. Pro
5 † hac eadem parte Iacobus de Beluiſo in authentico, quibus modis naturales efficiantur ſui, ſecunda col. uidebatur quæſtionem decidere, dum dicit, poſſe patrem inuitis filijs legitimis & naturalibus precibus Principi oblatis naturalem filium legitimare. debet tamen exprimere, quando ſupplices preces offert, legitimos & naturales filios habere. idem tenet Ioannes Andreas in additio. Speculi, in titulo de ſucceſſione ab inteſtato. §. primo, verſicul. ſed ex facto. Abbas poſt Butrium in capitulo per uenerabilem. qui filij ſint legitimi. Alexandr. conſilio 25. ſecunda colum. & conſilio. 67. penul. colum. primo libro. Aretinus conſilio pen. pen. col. & alij in tractatu legitimationum, qui uideri poterunt. eodem modo uidebatur dicẽdum in hac quæſtione: vt cum pater donat filio ſecundogenito feudum, in quo viuitur iure Francorum, debeat narrare Regi, dum petit aſſenſum, habere primogenitum, vel eum, qui obtinet locum primogeniti: vt poſſit melius deliberare, an ſit aſſentiendum ſuper hac donatione. Hæc obiectio tollitur ex duobus. Primò: quia multi tenuerunt contrarium eius, quod dicit Iacobus de Beluiſo, & contrarium conſuluit Federicus de Senis conſilio 55. videtur mihi, quòd in priuilegio. Bald. conſilio 59. an pater, ſecundùm antiquam impreſſionem, libro ſecundo. latiſſimè Maynus conſilio 68. viſo themate. in tertio volumine. & in §. & quid ſi tantùm, ita quòd hæc concluſio non eſt vſquequaque tuta propter varietates & authoritates doctorum ſcribentium & conſulentium, qui tenuerunt, non eſſe neceſſarium hoc exprimere precibus, dum petitur legitimari naturalem. Secundò, quando vera eſſet prima opinio, magna eſt differentia inter aſſenſum ſuper feudo interponendum, & legitimationem naturalium, nam
6 † legitimatio per reſcriptum non fit, niſi legitimis non exſtantibus, vt in §. ſiquis verò, in authen. quibus mo. natu. effi. legi. & eſt forma legitimandi tradita, ſcilicet, vbi legitimi non exiſtunt, vt in eodem titulo, in §. ſequen. ibi, ſi legitimam ſobolem non habeat. & in §. ſi quis ergo, quibus modis natu. effi. ſui, ibi, ſiquis ergo legitimos filios non habens, & in §. generaliter. & in multis locis illorum titulorum, fit
7 † etenim legitimatio de plenitudine poteſtatis, & ex authoritate dominica, vt Alexand. ſcribit conſilio 188. Paulus, & Maynus in dicto. §. & quid ſi tantùm. & eo caſu, quo legitimi non exiſtunt. at in præſtatione aſſenſus nulla eſt tradita forma quò ad hoc, cum per aſſenſum Rex perficiat actum concurrente volũtate alterius, & lex non præſtituit metam, ſicut in legitimatione, in qua maior vertitur difficultas; cum fiat immutatio ſtatus, licet ad priſtinam naturam reducatur, datur & bonorum ſucceſſio, & filius ancillæ fit hæres cum filio liberæ; quod ſatis videtur inhoneſtum, & indecorum: vt pariter ſedeant genitus ex pediſſequa, vel ancilla cum eo, qui nobilibus nuptijs genitus eſt. ideo ſi non exprimitur, legitimatio dicitur obreptitia, cum illa legitimatio reguletur à ſanctione aliarum legum, vt in §. ſancitum, eodem titulo. & in §. ſi verò. & eſt de mente Ioannis Andreæ in titu. de ſucceſſio. ab inteſtato. §. primo, verſiculo ſed ex facto. & Brun. in dicto capitulo per venerabilem, columna vndecima, & habet in ſe eam conditionem, quam lex Imperialis ponit in dicto. §. ſiquis uero: ſcilicet ſi legitimi non exiſtunt. hoc tenent Socin. Crotus, Ruinus, Galial. & alij in dicto. §. & quid ſi tantùm. quòd autem pater non poſſit donare filio ſecundogenito feudum, lex feudalis non prohibet, neque in aſſenſu pręſtando à Domino aliquam formam conſtituit. & feudum datur ei, qui eſt de compręhenſis in ſucceſſione ipſius, quamuis alius ſit interim prælatus, non eſt ipſe excluſus: cum poſſit primogenitus in uita patris decedere, uel eo mortuo filios non ſuſcipere, & fratrem, qui donatarius feudi eſt, habere ſucceſſorem. quòd ſecus eſt in legitimato

qui

qui omni tẽpore eſt excluſus,& à l.& ab homi-
ne, niſi miſerationis ac pietatis cauſa, quò ad
vitæ neceſſaria & alimenta tantùm quædam per
cipiat, vnde illa ratio de legitimatione ad aſ-
ſenſum non benè procedit. Conſiderabam
8 † pro iſta parte dici poſſe, quòd feudum, quod
donat pater filio ſecundogenito habeat legem
appoſitam in conceſſione ipſius, quòd in eo pri
mogenitus ſuccedat, non poſſit illud pater do-
nare ſecundogenito, etiam cum aſſenſu Regis.
nam cum ſit data in hoc feudo forma & viuen-
di, & ſuccedendi, non poteſt à patre immutari,
cum ſit filio primogenito ex ipſa conceſſione
ius quæſitum: vt diſcutit Guilielmus de Perno
conſilio ſeptimo, & conſilio 12. quia lex & pa-
ctio feudi ſecum aſſumpſit certam naturam, il-
la non debet, nec poteſt omitti ex his, quæ no-
tat Andreas in capitulo primo §. omnes filij, ſi
de feudo fuerit controuerſ. donare autem ſe-
cundogenito eſt peruertere regulam adiectam
in feudo, vt primogenitus ſuccedat: ideo ſe-
cundogenito donari non poteſt, vt idem notat
9 in dicto capitulo, & in §. Titius, niſi. † primo-
genitus eſſet ignotus, vel inhabilis naturaliter,
vt in capitulo primo. §. ſi. Epiſcopum, vel Abba
tem, ſecus ſi ex accidenti ſecundùm Bal. in capi-
tulo primo, quarta col. de ſucce. feudi, quem ſe-
quitur Socin. conſilio. 47. tertio libro. Alexand.
conſilio 87. 6. vol. & Corneus cõſilio 199. in ſe
10 cundo volumi. debet † ergo certiorari Rex
de natura feudi, vt gratia ſua perficiatur: cum
ipſe præſtet aſſenſum ex communi forma Can-
cellariæ ſuæ, feudi natura in aliquo non muta-
ta, non intendit eam naturam, quę feudo aſ-
ſignata eſt à lege, vel ab homine immutare,
ex qua vel ius ipſius ſit deterius, vel alterius
lęditur. & iſtæ duæ clauſulę in priuilegio aſſen-
ſus interpoſitæ hoc operantur, ſcilicet gra-
tiam conditionem recipere ab his verbis, de
qua clauſula Moderni in in capitulo primo, qui
ſucce. tenea. ideo dicitur, feudi natura non mu-
tata, & iuribus curię & alterius ſemper ſaluis.
natura feudi idem eſt, quòd lex feudi, ſcribit
Bal. conſilio 275. ſecundo libro. & ita intelligi
tur titulus de natura feudi. plura ſcribit D. Za-
ſius in epitomate feudali. 12. parte, de feudis de
generantibus. Rex dat ſub ea conditione. ne feu
di natura mutetur, ſcilicet, quę erat in alienan-
11 te remaneat in accipiente, ſed † pater habebat
feudum ſub ea regula, vt ad primogenitum feu-
dum deuolueretur, & non ad ſecundogenitum,
ſi modò reperitur, patrem habere primoge-
nitum, vel eum qui primogeniti locum obti-
net, aſſenſus ex vi deficientis conſenſus reſolui
tur conditione purificata, vt Andr. dicit in capi
tulo Imperialem. §. ſcriba verò 2. col. de prohi.
feu. alie. per Federicum, ibi, ſi vendidit & tradi-
dit conditionaliter, ſi dominus conſentiat, tunc
domino non conſentiente non videtur vendi-
diſſe, quia deficit conditio, vt in l. ſi fundum. in
principio, de contra. emp. idem Andr. in c. ſi fa-
cta, ſi de feud. fuerit contro. bonus eſt tex. in l.
qui abſenti. §. ſiquis. & in l. ſi me in vacuam, de
acqu. poſſeſ. vt per Lucam de Pen. in l. nulli. C.
de fundis patrimon. & non ſine miniſterio in
aſſenſu ponitur verbũ illud, in aliquo non muta
ta, cũ referatur etiã ad minimum, vt ſingulariter
glo. tradit in clemen. prima, in verbo, aut eorũ,
de foro competen. quã ſequitur Barba. cõſi. 44.
in 4. vol. & D. Tiraq. in rep. l. ſi vnquã, in fine ope
ris. C. de reuoc. donation. Alia videbatur ratio,
nã cum pater donat ſecundogenito, in re dona-
ta plus videtur diligere ſecundũ filiũ, quàm pri-
mũ, vt in l. 1. de dona. ſed primus à domino fuit
plus dilectus, quia ipſe primò ad feudũ admitti
tur ex forma iuris Francorũ, non eſt veriſimile
dñm per aſſenſum ſuũ voluiſſe excludere eum,
quem plus dilexit. quando de hoc non fuit infor
matus. & per excluſionem primogeniti ipſe vide
tur quadã iniuria affici, vt ſecundogenitus prę
feratur ſibi in feudo, ꝙ nõ cõſueuit eſſe, niſi aut
ipſe ignotus ſit, aut perpetuo morbo impeditus
aut patri ingratus, & ideo dicit Imperator in l.
nec auus. C. de emancipa. liberorum. ibi, nec in
iuriam cuiuſque reſcribere moris eſt noſtri: &
cum ſoleant homines perſcrutari de cauſa dona
tionis, de vita, & de moribus primogeniti, ſaltim
eius opinio prima frõte grauatur. & eò magis,
12 lęditur, qñ † pater in ſecundum diſponit, & non
in extraneum alienando, nam ſi venderet extra
neo feudum cum domini aſſenſu, pecunia eſſet
in hæreditate communis, vt ipſe ſcribit in dicto
capitulo Imperialẽ. §. præterea, tertia col. & nul-
la eſſet ſibi iniuria, ſi pater eos in pręcio æqua-
uit, potuit vendere, & vendidit cum aſſenſu, ip-
ſe non lęditur, ſi pater pro ęqualitate ſeruanda
pariter filios dilexit, at quando donat ſecundo-
genito, & in re & in prętio grauatur primogeni
tus. & ideo dicit Guilielmus de Perno acutiſſi-
mi ingenij doctor Siculus conſi 7. ꝙ poteſt pa-
ter extraneo vendere feudum, & non donare ſe
cundogenito. allegat Andream hoc mirabiliter
dixiſſe in c. 1. 3. col. in additione, de natura ſuc-
ceſſio. feudi, & plenius idem conſilio 12. tertia
col. etiam ſi feudum eſſet nouum, dumtamen in
eo viuatur iure Frãcorũ, & in notabilibus feudo
13 rum, de quo alibi dicam, ꝙ † feudum veniat
ad primogenitum, eſt fauor domini, ne feudum
diuidatur in plures: eſt etiam fauor primoge-
niti, vt ipſe cæteris in feudo præferatur. Rex di-
cit non mutata natura aſſentire. modò etenim
mutaretur, ergo ex defectu voluntatis præ-
ſumptæ hic aſſenſus non tenet, argum. eorum,
quæ Andr. ſcribit in ſimili in c. 1. ver. quoniam
col. 2. de prohi. feu. alien. per Lotha. facit tex. in
l. qui luminibus, de ſerui. vrba. prædiorum, ibi,
ſciat ſe formam, & ſtatum antiquorum ædificio
rũ cuſtodire debere. & in authen. hoc amplius.
C. de fideicõ. In hoc etiã ſpectanda eſt conſuetu-
do Principis, & vltima magis prævalet, vt in l.
itẽ Mela, de alimen. & ciba. legatis. Dum fuiſſet
de facto annis proximis defuncto. D. Antonio
Maria Ieſualdo, filio primogenito. D. Michaelis
Baronis Petræ paganę, & Rubi, & ex eo ſuper-
ſtitibus tribus filiabus, quarum primogenita
erat ſucceſſura in Caſtris, dedit pater ſuppli-
ces preces. D. Protegi pro excluſione fœmi-
narum aſſignata eis pingui dote, & vt ma-

ſculi tantùm ſuccederent. fuit à principio denegatus aſſenſus, ex quo filia primogeniti erat ſucceſſura, & non filius ſecundogenitus, cum illa filia locum patris in feudis ſubingrediatur, qui ſi viueret, excluderet ſecundogenitum, vt Andr. dicit in capitulo primo. de eo qui ſibi & hæredi. ſuis. & Rex Ferdinandus primus pronunciauit ſententiam in fauorem Dominæ Mathiæ de Senerchia, quæ erat filia primogenita domini Baronis Senerchiæ, aſſignando eidem Caſtra Coliani, & Quaglietæ, & de benignitate reliquit Caſtrum Senerchiæ filio ſecundogenito, ex quo erat cognomentum huius nobilis familiæ, cum quadam reſeruatione, prout vidi in originali. & in cauſa fui poſtea aduocatus dictæ Dominæ. & hunc articulum plenè diſcurit. D. Aſflictus in capitulo primo, de natura ſucce. feudi poſtea autem fuit datus aſſenſus, excludendo fœminas. & in eo caſu concurrebat defectus ętatis, quia minor ętate ipſius ſecundogeniti, & quia fœmina, quæ primęuo feudorum iure excluſa erat. quanto fortius quando ex primogenito ſupereſt maſculus, de quo ſi fuiſſet expreſſum Regi, aut non conceſſiſſet aſſenſum, aut cauſa cognita præſtitiſſet. Si pater forte erat diues, ſi feudum erat magni redditus, de facultatibus, quæ ipſi patri ſuppetunt, ſi primogenitus eſt idoneus ad ſeruiendum domino Regi, vel inhabilis, aut ſi patri eſſet obediens, vel ingratus. & dum quidam Comes optaret habere ſucceſſorem in Comitatu per ipſum quęſito filium ſecundogenitum, ex aliquibus cauſis, quæ forta non videbantur condignæ, reluctante primogenito, fuit denegatus aſſenſus. ex pędictis digno ſcitur, an huic donationi factæ per Cæſarē fuiſſet datus aſſenſus, ſi fuiſſet facta mentio de ſuperexiſtentia primogeniti, argumen. l. vel vniuerſorum, de pigno. actione. & in l. qui ſemiſſes. de vſuris.

* Diſcutit etiam modernus doctor Didacus Toletanus lib. variarum reſol. 1. c. 20. in fi. ſi in conſtitutione maioratus ſecundùm morem Hiſpanię Regi mentio fieri debet de quantitate patrimonij & numero aliorum filiorum, qui excluduntur à maioratu propter primogenitum, ibi videndum, arg. l. nec ei. §. vlti. de adoprio. *

Sed pro parte conuentorum dicebatur, donationem fuiſſe validam, & aſſenſum ſuper ea interpoſitum non eſſe obreptitium. nam nulla lege feudali cauetur, neque communi, quòd vbi donatur filio ſecundogenito, debeat fieri mentio de primogenito. vnde erubeſcimus, cum ſine lege loquimur. neque eſt neceſſarium de hoc in precibus Regi oblatis facere mentionem ex his, quæ ſupra deduximus contra dominum Aſflictum: nam aut feudum eſt hęreditarium, ſiue nouum ſit, ſiue antiquum & nō habet dubium; vt vendi poſſit etiam filio diſſentiente. aut eſt ex pacto: & patris & Regis non ſufficit conſenſus, niſi etiam ipſe vt primus agnatus conſentiat, & eo tantùm viuente prodeſt. iſtę ſunt regulę feudales, ex quibus plura deciduntur dubia, de alijs non curamus, cum debeamus hęrere re-
14 gulę, ſicut Bononienſes Carotio. Nec † defectus voluntatis in Rege quęri debet, poſtquàm ipſe pręſtitit aſſenſum. perfecta gratia reuocari non poteſt, vt in l. perfecta. C. de donatio. quę ſub modo. vnde ſicut ipſe non poſſet eam infringere, ita nec onus aut conditionē imponere, quando non procedit ex natura ipſius rei, Bald. notat conſilio 190. quarto volum. Socin. conſilio 74. primo vol. Decius conſilio 48. pen. col. primo vol. Alber. Brun. conſilio 11. declarare tamen poſſet, quando res eſt ambigua, vt in l. in conuentionalibus. de verbo. obliga. Do. Loffredus in §. ſed nec eſt alia iuſtior, quę ſit prima cauſa ben. amit. & quando vertitur pręiudiciū tertij, Paul. de caſt. in l. hęredes palàm. §. fin. de teſta. vt quia dicat, hęc fuit mea intentio. cauillatio magis eſt quàm interpretatio, dicit text. in l. diuę memorię. C. de decurio. libro decimo. Ancharan. conſilio. 145. plura Sarnenſis in regulis Cancellarię fol. 44. in verbo. . . gratia aſſenſus in expreſſis eſt certa, eſt perfecta. ex eo q̃ nō eſt expreſſum dicere, intentionis Regię fuiſſe non aſſentire, ſi hoc ſciuiſſem decipere eſt hoc, non interpretari ex vi verborum aut authoritate legis. & ſcimus quendam officialem ſępe dicere, non fuiſſe intentionis in re clara & aperta: & longo etiam tempore, ad commodum fiſci, nec ratione aut honeſtate vinci poterat, de hoc hactenus. benè ſcit, qui graui damno affectus eſt ab imperitis. quando pater donat filio feudum, & exprimit Regi filio donare non vt extraneo, ex ſua aſſertione iam demonſtrat aſſenſum eſſe in ea donatione neceſſarium, quia alius filius eum præcedit. nam ſi primogenito donaret, qui eſſet ſucceſſurus immediate, aſſenſus hominis non requireretur. fruſtra præcibus impetratur, quod de iure communi conceditur. Tunc Rex debet ſe informare de omnibus, quæ ſupra expreſſimus, ſi ſupereſt primogenitus de numero filiorum, ſi eſt habilis vel obediens. ideo ſecum habet prudentes viros, vt ipſi perſcrutentur & inquirant, quæ neceſſaria eis viderentur. ſi aſſenſus debeat concedi vel denegari. & ſi non faciunt, quare decipi debent authoritate Regis illi, qui hoc modo cum Rege contrahunt, ſi ipſe negligit & non perquirit. nec obſtat, quòd feudi natura mutaretur, quæ eſt, vt primogenitus ſuccedat. nam illa natura in ſuccedendo non mutatur, ſed eadem durat ex eadem lege appoſita in aſſenſu. ſed natura feudi non eſt, vt in vita pater cum aſſenſu non poſſit diſponere in alium filium. hæc eſt omiſſa. remanet in diſpoſitione iuris, vt in l. ſi extraneus. de condictio. ob cauſam. & ſi eſſet tam in vita quàm in morte, feudum tunc non iudicaretur hæreditarium, ſed ex pacto, & prouidentia. nos loquimur, quando feudum eſt hæreditarium. & quando Rex dicit, feudi natura non mutata, non alteratur ex regula iuris, quæ dictat, liberis hominibus rerum ſuarum non eſſe denegandum commercium. eadem natura durat in recipiente, quæ erat in tradente, vt ſi erat francum, ſit francum, ſi Longobardum, ſimiliter, vt dicit Luc. de feudo permutato in l. prima. C. de tempore. lucra. deſcript.

ſcript.lib.10.& hoc quãdo ex expreſſione,& gratia non fuerit alterata, innouata ſeu impreſſa: quia tunc illa clauſula non refertur ad id, quod eſt in ſpecie conceſſum, vt Andr. dicit in c. 1. qui ſucce.tene. in ea clauſula, iuribus curiæ, & alterius ſemper ſaluis: Illa ergo regula iuris Francorum, lex & pactio in ſuccedendo operatur inter filios, qui ſint primò admittendi ad ſucceſſionem feudi. quo expedito feudum retinet naturam ſuam: vt ſi ſit ex pacto remaneat inalienabile poſt mortem. ſi eſt hæreditarium, cum domini licentia alienari poſſit. Nec obſtant dicta per D. Gulielmum de Perno, nam Andr. meo iudicio non dicit id, quod ipſe affirmat explicitè, & ſi diceret, forte procederet in eo Siciliæ vltra Farũ regno, in quo interpretati ſunt, illud feudum eſſe ex pacto, in quo primogenitus tantùm admittitur, & vbi etiam feudũ eſſet mixtum, vt dignius attendatur, quod in Regno non procedit, quando feudum eſt datũ Titio & hæredibus, ita q; maior natu, vel Titio, & deſcendentibus hæredibus, & vt maior natu præferatur minori, de quo dicam in formulis inueſtiturarum. Non reperitur hic caſus aliàs deciſus in ſacro Conſilio. duo peritiſſimi Conſiliarij habuerunt aſſenſum validum, & donationem tenere: alij domini vtriuſque aulæ iudicauerunt aſſenſum eſſe ſubreptitium, & condemnarunt reos conuentos ad relaſſandam poſſeſſionem caſtri, ſine eius prætium, & licet in eadem cauſa diſceteretur etiam, an donatio eſſet inofficioſa; tamen ex priore capite obreptionis fuit cauſa determinata. Dum ab hac ſententia fuiſſet reclamatum, partes compromiſerũt eam in poſſe valentis, & doctiſſimi viri Franciſci Reuerterij, tunc præſidentis Regiæ Cameræ Summariæ, & nunc meritiſſimi Locumtenentis magni Camerarij 1544. declarauit aſſenſum eſſe validum, & non obreptitium, & compoſuit partes ſuper certa parte prætij ex poteſtate ſibi aſſignata, & dixit mihi non reperiſſe deciſioné contrariam, & ideo ſtandum eſſe regulæ.

✱ Hæc quæſtio maiorem haberet difficultatem,
15 † ſi pater donaret filio ſecundogenito contemplatione matrimonij per ipſum contrahendi; vt ducat vxorem nobilem & ditiorem: fauor matrimonij ſpetialia quædam habet. l. diui Conſtantini. in verſi. pactis. C. de natu. libe. fauor etiam filiorum, qui ex tali, vel alio matrimonio naſcerentur: vt not. in c. primo de fil. nat. ex mat. ad morga. contrahen. & in c. mulier. ſi de feu. fue. contro. honor verſatur, & decus familiarum, ſecundùm Bal. conſi. 360. quantùm ad pũctum. 2. lib. paciſci etiam ſolet pro filijs, vel etiã fæmellis naſcituris: vt per Io. Fab. in l. fin. C. de pact. & in l. 1. C. ſi mancip. ita fuer. alien. Ægid. conſi. 17. contrahens. Cappel. deciſ. 52. & ſi vt hæredibus, Bertran. conſ. 256. viſo caſu 2. lib. & conſi. 1. 1. volum. & conſi. 176. in 3. & conſi. 73. in 2. etſi fiat infanti notario recipiente, per Alc. reſpon. 112. in fin. frequens eſt hæc quæſtio, omniq; die verſatur inter nobiles, de qua p Mayo. conſi. 60. in 3. vol. die primo Iulij 1563. in cauſa domini Franciſci Caraffæ cum domino Bartholomæo eius fratre per ſacrum Conſiliũ fuit pronunciatum ſecundùm opinionem illorum duorum Dominorum: verũ in quæſtione propoſita donatio totius feudi erat, & primogenito nihil de feudo remanebat, & poterat dici quodãmodo in fraudem facta: poterat filius iniuria notari, vt ſupra dictum eſt ex omiſſione formæ. In hac cauſa fuit facta donatio filio ſecundogenito Adriano aliquorũ feudorum, & non omnium. Item & maior ſeu maxima pars caſtrorum non fuerat donata. Item pater donauit filio contemplatione matrimonij per eundem contrahẽdi cum dicta Caterina de Marra aliàs non contractura ſecum: Audio pleniſſimè fuiſſe tractatum inter eos, rationes an hę fuerint, vel aliæ, ignotum hodie habeo, ſed ex regula puto bene iudicatum. *

SVMMARIVM.

1 *Aſſenſus pręſtitus pro reſtitutione dotium & antefati in caſu ſoluti matrimonij, & in omnem euẽtum reſtitutionis dotium, an extendatur in caſu aſſecurationis dotium propter inopiam viri conſtante matrimonio.*
2 *Incluſio vnius eſt excluſio alterius.*
3 *Argumentari de maiori ad minus non licet in feudis.*
4 *Pars feudi an vendi poſſit data licentia vendendi feudum, & nu. 9.*
5 *Aſſenſus præſtitus in donando an intelligatur in donatione cauſa mortis.*
6 *Prouiſio de vendendo diuerſus contractus eſt à venditione, & idem ſi ſolui debet gabella de vẽditione non debet ſolui de promiſſione de vendendo.*
7 *Aſſecuratio dotium, quæ fit propter inopiam viri conſtante matrimonio in pluribus differt à reſtitutione dotium, quæ fit ſoluto matrimonio.*
8 *Statutum loquens de reſtitutione dotium non comprehendit aſſecurationem.*
10 *Licentia Regis ſuper matrimonio operatur etiam in conſtitutione dotium.*
11 *Aſſenſus ſuper pacto operatur etiam ſuper exequutione ipſius.*
12 *Aſſenſus præſtitus ſuper conſignatione dotium operatur etiam ſuper reſtitutione.*
13 *Aſſenſus pręſtitus ſuper contractu operatur etiam in diſtractu ipſius*
14 *Aſſenſus regulatur ex contractu, ſuper quo interponitur.*
15 *Aſſenſus præſtitus ſuper conſequenti cenſetur etiã præſtitus ſuper antecedenti.*
16 *Aſſenſus ſi fuerit pręſtitus in alienatione rei emphyteuticę, ſi alienans eſt lęſus vltra dimidiam poterit agere ſine nouo conſenſu.*
17 *Aſſenſus præſtitus in conſtitutione dotis operatur etiam in retraslatione ipſius.*
18 *Dotis cauſa pia eſt, & fauorabilis, & pro dote receditur à regula feudali.*
19 *Dos & donatio propter nuptias à pari procedunt.*

1 SECVNDO quæro † an aſ-
ſenſus præſtitus pro reſtitotio-
ne dotium & antefari per mor
tem viri, & in omnem caſum,
& euentum reſtituendarum do
tium & antefati comprehēdat
etiam caſum aſſecurationis propter ioopiam vi
ri conſtante matrimonio? Videtur qoòd non:
2 quia † vnius incluſio eſt alterius excluſio, vt in
l.cum prætor, de iudicijs, quam ad hoc allegat.
And in c.Imperialem.3.col.ſed partes ſupplica
uerunt Regi in caſu mortis, & io reſtitutione do
tium. ergo excluſerunt caſum inopiæ, quæ fit
conſtante matrimonio.
Secundò in materia aſſenſus non recedimus
à proprietate verborum, & hoc regulare eſt, vt
in l.nō aliter.de leg.3. ſed alia eſt proprietas ver
borum in reſtitutione, quę fit per mortem, &
alia quę fit conſtante matrimonio, & cum ioter
hęc ſit diuerſitas in effectu ſpectatur ſonus ver-
borum. l.res hypothecę.§.iter pignus. de pign.
3 Tertiò licet † in feudis arguere de maiori
ad minus, dicit Andr. ibi, & in cap.1.§.donare,
quinta col. qualiter olim pote. feudum aliena-
ri, arg.tex.in c.cui de non ſacerdotali, de prębē.
in 6.eo enim ipſo ꝙ prębet Rex aſſenſum ſuper
contractu cēſetur diſpenſare iuri prohibitiuo,
& ideo non arguitur de maiori ad minus, ut in
l.ſi pupillorum.§.ſi pętor, de rebus eorum, ex
decreto, ibi, pręcoris vendendi rem pupillarem
obligari nō poterit, & minus eſt obligare, quàm
4 vendere. & † ſi eſt data licentia vendendi feu-
dum, non poterit vendi pars, quæ in toto ineſt
vt minus: vt aliqui Moderni tradunt ex mente
Andr.in c.Imperialem, quibus addo glo.in cap.
pen.de officio delega.in 6.& in clem. prima.de
præbendis, & ſi eſt data licentia Titio, vt vēdat,
vel alienet, non diſponet in teſtamento, vt per
Bar.in l.peto.§. fratre, de lega. ſecundo, & per
Albertum Brunum conſil.39. per Bal. conſilio
56. in tertio libro, & per Iaſonem conſilio
170.in ſecundo vol.quando permiſit, vt alie-
5 net. & † ſi dedit aſſenſum donandi, non po-
terit donare cauſa mortis, not.Bal.in d.c.Impe-
rialem.Oldra. conſilio 134. Alexand. conſilio
12.primo volum. Soci. conſilio. 19. quarta col.
primo libro, & Curtios in tract. feud. quarta
6 parte. q.17.& vbi permiſit vendere, † non fa-
ciet pactum de vendendo, Moderni in conſtito-
tio. conſtitutionem diuę memoriæ.q.9. & dicit
Bald.in l.prima.C.de pactis pignorum, qoòd ſi
pro qualibet venditione debet ſolui gabella,
non ſoluetur de promiſſione de vendendo, qui
promiſit vendere, non dicitur vendere, vt in l.
in bonæ fidei, de eo quod certo loco. Taurinē.
in repeti.l, ſecundæ.C.de pactis inter empto.&
vend.ſed licet in gratia Regis plus ſit in plena
reſtitutione doris, non ideo debet comprehen-
dere, quod eſt minus in aſſecuratione. caſus
7 † aſſecurationis, qui fit conſtante matrimo-
nio, eſt omiſſus, & non expreſſus. ideo non ve-
nit, vt in l.quicquid aſtringendę. de verbo.obl.
& ea tacita mente contrahentium non venit,
quia ſi voluiſſent, expreſſiſſent de eo, prout de

alijs, vt in l.1.§.cum autem. C.de caduc.tollen.
& ſæpe hoc argumento utitur Andr.tam in le-
ctura feudali, quàm in conſti.Regni.
Quartò longa, & ampla eſt differentia inter
aſſecurationem dotium & reſtitutionem: vt di
ſcutit per plura Io. Crotus in d.l. ſi coostante.
ex qoo arguit Paul.de Caſtr.in l.ſiquis ſtipule-
tur.per illum tex.eo.titulo. ꝙ ſi extraneos ſtipu
letur dotem ſibi reſtitui, non poterit agere pro
aſſecuratione ipſius: quia licet aſſecuratio ſit rc
ſtitutio, non tamen eſt regularis, quod ſeqoutus
eſt conſulendo idem Paul. de Caſtr. conſi. 126.
in primo vol.& eſt glo.in d.l.ſi conſtante, quam
ibi ſequontur Cyn. & alij in l. vbi adhuc. C.
de iure dotium. Alexand. conſilio 142.in quin
to volum. Campegius in tractat.dotium, in ter
tia parte.q.decima, & dicit Bal.nouellus in tra-
cta.dotium, io prima parte, vltimæ partis, in 6.
8 priuilegio 10.col.ꝙ ſi ſtatutum † facit mentio
nem de reſtitutione dotium, non comprehen-
detur aſſecuratio propter differentias, quæ ſunt
inter ipſas, & hanc concluſionem ibi dixit ma-
gis eſſe communem Collector Neapo. deciſ.9.
& in deciſione 199. & per Ioannem Lupum io
repeti.capituli per veſtras, char.60. de donatio.
inter virum & vxorem, & ex his videbatur, ꝙ
aſſenſus præſtitus ſuper reſtitutione non opere
tur in aſſecuratione: cum tractetur de præiudi
cio tertij, ideſt domini Regis, qui in vno tan-
tùm caſu aſſenſit, & non in omnibus.
Sed in contrarium videtur, ꝙ aſſenſus ſuper
reſtitutione dotium comprehendat etiam aſſe-
curationem ipſarum. hoc tenuerunt nonnulli
doctores relati per Modernos poſt Alexand. in
d.l.ſi conſtante, & in eornm tract. & quando eſt
illa, quę fuit ſtipulata reſtitutionem. & agit,
verior eſt opinio, vt ipſa poſſit petere aſſecura-
tionem: ſecus quando extraneus. hoc modo
concordat opiniones Ioan. Lupus. in d.c. per
veſtras, char. 51. & pro hac parte contra Bar.
dicit ſe conſoluiſſe Ludo.Roma.in d.l. ſi conſtā
te, quod conſilium in ordine ſuorum eſt 392.
circa primum propoſitę coofultationis articu-
lum. & fuiſſe pro eo iudicatum, & contra Pau.
de Caſtr. teſtatur fuiſſe iudicatum Ripa doctor
ſublimis in d.l. ſi conſtante, colom. 19. Nam
licet aſſecoratio non ſit vera reſtitutio, tamen
in ipſa reſtitutione comprehenditur, & illud
quod virtualiter comprehenditur ſub aſſenſu,
non excluditur ab aſſenſu, vt not. Andr. in d.
c. Imperialem, per duo exempla, quæ ponit.
Primò ex licentia data vendēdi feudum Titio,
poterit vendere hæres: quia perſona hęredis
venit ab intellectu iuris, per l.ſi pactum, de
probatio. de hęrede non erat expreſſum, & eſt
perſona repreſentata fictione legis, & tamen
venit ea virtute legis comprehenſiua, & gratia
porrigit vires ad eum, qui non eſt nominatus.
9 Secundò † vt ſi eſt data licentia vendendi feu-
dum, poſſit vendi pars: quia pars in toto in-
cluditur, & pars ineſt in toto, vt in l. ſiquis
cum totum, de excep. rei iudic. & tamen de
parte nihil erat dictum. Sed quia includitur,
& conprehenditur, aſſenſus in vno operatur in
vtroq;

parte nihil erat dictum. Sed quia includitur &
comprætenditur, aſſenſus in vno operatur in
vtroque. Andr. ibi ſequũtur Moderni Neapo-
litani, Afflictus, Capicius, & Loffredus. Illud
quod ex mente comprætenditur concedentis,
non dicitur extendi: nec excluditur, ſed includi
tur, glo. eſt nota. in c. 1. de tempo. ordina. in 6.
quã ibi ſummè cõmendat Geminianus, ſequi-
tur Abbas in capitulo cum dilecta, de confirma
tione vtili vel inutili, Felynus in capitulo tua
nos, ſecunda col. de reſcriptis in ſexto, & Soci-
nus in conſilio 30. in primo volumine. Sed de
his quæſtionibus infra dicam ſuo ordine, & no
tat Bar. in l. poſtulante, ad trebellianum, de
ſtatuto permittente carcerari debitorem ad in-
ſtantiam creditoris, vt poſſit hæres eius capi &
carcerari: quia perſona eius comprehenditur
in ſtatuto. Alexand. ibi, & alij, de qua quæſtione
plenè dixi in tracta. præſenta. inſtrumentorum
ſecũdùm formam Ritus 1526. ea ætate iuuenili
qua doctior eſſe credebam. Aſſecuratio etenim
dotium præambulum eſt, & neceſſarium pro
reſtitutione dotium: quia niſi dos conſerue-
tur, reſtitui non poteſt. Vnde aſſenſus trahitur
ad id veluti vnum alterius conſequens directò,
argum tex. in l. 2. de peculio legato. Andr. in ca-
pitulo primo, quarta columna, qui ſucce. tene.
allegat tex. in l. ſiquis pro eo. §. ſi nummos,
de fideiuſſoribus, quòd aſſenſus in principali
10 operatur in his, quæ ex eo inſurgunt, & † ideo
licentia Regis ſuper matrimonio operatur in
conſtitutione dotiũ, And. in cõſti. licentiã, quia
eſt ſequela: idem notat in dicta l. Imperialem,
quinta col. Sandæus in capitulo poſtulaſti. 12.
col. extra de reſcriptis, & dicit Paris in tract. de
11 reinteg. feudorum fol. à penna. 151. quòd † aſ-
ſenſus ſuper pacto operatur ſuper executione
ipſius, alleg. glo. in l. 3. §. ſed vtrum, de minori.
& ſuper dote ad augmentum. Ang. in §. aliud
quoque, in authen. de æqual. dotium, col. 8. &
ſuper ſorte competit etiam ad intereſſe. Cur-
tius in l. lecta, ſi certum peta. Fanen. in tract. pi-
gno. in quinta parte, char. 31. ſecunda col. & per
Maynum conſilio 124. in ſecundo libro, poteſt
de hoc in Regno dubitari. ad prædicta facit bo
12 nus tex. in l. vſuſfructu, ſoluto matri. quòd † aſ-
ſenſus præſtitus ſuper cõſignatione dotium ope
ratur ſuper reſtitutione ipſarum: quia eſt ſe-
quela præcedentis contractus, quem tex. ad hoc
allegauit Paris in dicto tracta. fol. 151. & ex eo
13 firmat regulã, ꝙ † aſſenſus ſuper contractu ope
ratur in diſtractu ipſius. addo tex. in l. ſi pu-
pillorum. §. 1. de rebus eorum, quem allegat
Saly. in l. creditores num. 26. C. de pignoribus,
ſed aſſecuratio dotium eſt de appendiijs matri
monij, & neruus contractus, vt ipſa dos con-
ſeruetur propter onera, & fructus, qui ex dote
obueniunt, diſtribuantur inter coniuges filios
& familiam. hoc virtualiter continetur, & ſi non
14 ſit expreſſum: quia † aſſenſus regulatur à
contractu, ſuper quo interponitur, ar. l. ſi vno,
15 locati. & † cum Rex præſtiterit aſſenſum ſu-
per conſequenti, ſuper antecedenti intelligitur
aſſenſiſſe, ar. l. illud, de acquir. hęredi. & l. quam-
uis. C. de fideiuſſo. reſtitutio dotium conſequens
eſt à conſeruatione dotium, quæ niſi conſer-
uentur, fruſtra de ipſarum reſtitutione tractari
poſſet. ex hoc argumento decidit Bal. nouel-
lus in tract. dotium. 8. parte 6. priuilegio, quin-
16 ta col. fol. 41. quòd † ſi dominus pręſtitit
aſſenſum in alienatione rei emphyteuticæ, &
vltra dimidium emphiteuta læſus ſit, poterit
17 agere ſine nouo conſenſu, & † ſi mulier de
conſenſu domini feudum, vel emphyteu-
ſim dedit in dotem, in tranſlatione ipſius non
requiritur nouus aſſenſus, ar. lege ab emptio-
ne de pactis. hoc fit ex miniſterio iuris: & non
ex nouo facto hominis, & quia vnum ex al-
tero inſurgit, & vnum eſt præludium, & a-
liud executio, allegat tex. in dicta lege ſi pu-
pillorum, §. ſi pupillus, Neapo. gloſator in con
ſuetu. Neapo. in rubrica de iure quartæ, in ver-
bo poſt mortem, eam conſuetudinem loquen-
tem de lucriſactione quartę per mortem viri,
dicit habere locum, vbi petitur aſſecuratio do-
tium, & in caſu aſſecurationis non loquitur,
eſt ſtricti iuris conſuetudo ſecundùm Bar. in l.
poſt dotem, antepe. col. ſoluto matr. & Abb. in
capitulo, quod translationem, de officio legati.
& tantum habet de potentia, quantum verborũ
cortex loquitur, dicit Bal. in l. 2. C. de patri. qui
filios diſtraxerunt. Ratio quę expreſſa eſt pro re-
ſtitutione trahit ad ſe aſſecurationem. ex præam
bulo dignoſcitur. & licet legem correctoriam al
legare de ſtricta ſignificatione ad largam, quan
do ratio eſt ſcripta. glo. eſt in authen. vt hi qui
obli. perhi. re. minor. in princi. in verbo ad cura
tionem, quam in diſpenſationis materia ſequi-
tur Abbas in c. at ſi clerici, in §. de adulterijs, de
iudicijs, cum ſit in vtroque eadem ratio, cenſu-
ra eadem debet eſſe, vt dicit Curtius in conſilio
9. col. 6. & in conſilio. 81. rectè præfatus. quomo
do poſſit dos reſtitui, niſi primò conſeruetur ?
vtrique conſolitur, viro, & vxori. Regis condi
tio non fit deterior, ſeruitium nõ minuitur, per-
ſona non commutatur, extraneus in feudo non
admittitur, inhumanum videretur mulierem
excludere à feudo, ſi poſſidetur à tertio, & do-
nec viuit maritus eſurire, cum filijs in pauper-
tate viuere, & pro remedio exoptare celerem ma
riti mortem, verba reſtitutionis hoc caſu pio e-
runt intelligenda ſecundùm communem vſum
loquendi. l. Labeo, de ſupellect. lega. tex. eſt in l.
1. & 2. vſufructua. quẽadmodum caueat, vbi ca-
uet vſufructuarius de reſtituendo vſumfructũ
& ſub eodem verbo cautionis præſtatur cautio
arbitrio boni uiri, de modo & qualitate, fruendi
cũ ſit neceſſariũ antecedens ad reſtitutionẽ: eſ-
ſet alià in facultate fructuarij proprietatem
cõſumere, & de facili fraus & deceptio ſequi poſ
ſet. gloſſa in clemẽtina prima in verbo ſepelire,
de ſepultu. & in capitulo quanquàm, in fine, de
vſuris, in ſexto. Nec obſtat, ꝙ in inſtrumẽto mor
tis fiat mentio, vt caſus vitę non videatur inclu
ſus, quia hoc non fuit cauſa limitandæ gratiæ:
ſed quia frequens eſt caſus mortis, ideo in-
cludit alium, qui non ita frequenter accidit, ſe-
cundùm glo. in l. prima, in verbo ſponſam.
C. de

C.de raptu virginum. qui loquentem illam legem de viro, dicit etiam procedere in muliere: cum raptus frequentior ſit in maſculo, & rarò eſt in fœmina, glo. eſt ſimilis in cle. 1. de reſcri. & in c.2. de confeſſis in 6. & in l.1, C. de his qui ad eccleſiam confugiunt, & ſi Rex de hoc interrogatus fuiſſet, quod de reſtitutione expreſſit in caſu mortis, idem decerneret in aſſecuratione, quæ fit in vita propter inopiam viri, debet haberi pro expreſſo, ſecundùm glo. in l. tale pactum, in §. qui prouocauit, de pactis, quę eſt ſingularis, & habet locum in omni materia etiam rigoroſa, & pœnali, ſecundùm Doctor. ibi, poſt Mayn. & plura per Curtium in conſi. 49. recolendę me
18 moriæ, col. 45. Dotis † cauſa ſemper pia eſt, fauorabilis, & præcipua. pro dote receditur à regula feudali, ſecundùm Dominum Bartholomæum de Capua, per l. ſi ego. §. ſi res, de iure dotium.
19 & † quod dicimus de dote, in hoc idem de donatione propter nuptias, ſecundùm Andream in c. 1. 4. col. qui ſucce. tenea. & ibi Loffred. Dum hæc quęſtio verteretur in Regia Camera Summariæ referenda in Collaterali Conſilio, & ego eram vnus de aſſumptis de Cōſilio Regio, inter Dominam Camillam Pappacodam petentem aſſecurationem dotium, & antefati ducatorum nouem mille, ſuper terra Torellæ, quæ poſſidebatur per dominum Comitem dictæ terrę, fuit pręſtita aſſecuratio pro ſumma prædicta, damnis, expenſis & intareſſe, & hęc ſententia eſt menti tenenda in materia aſſenſus: quia aliàs non reperitur hoc determinatum, & regius Fiſcus fuit plenè auditus in cauſa 1541.

SVMMARIVM.

1 *Aſſenſus præſtitus ſuper obligatione bonorum feudalium, an extendatur etiam ad futura feuda.*

2 *Argumentum de feudo ad emphyteuſim valet, & ſic econtrario.*

3 *Bona emphyteutica ſi obligantur, intelligitur etiam de futuris, & quid de feudalibus.*

4 *Bona feudalia non veniunt in generali obligatione bonorum, & quare.*

5 *Aſſenſus operatur in connexis ex voluntate contrahentium, ex fictione legis.*

6 *Hypotheca datur legatario in feudalibus data licentia teſtandi, & diſpenſandi ſuper feudo.*

7 *Clauſula apponi ſolita in aſſenſu quò ad expreſſa tantùm eſt de ſtylo Cācellariæ nouiter introducta, & ob quam rationem.*

8 *Hypoteca tacita an habeat executionem paratam virtute ſtatuti mandantis, quòd inſtrumenta dotalia habeant executionem paratam.*

9 *Pax facta pro ſubditis reſpicit futurum euentum, ut porrigatur etiam ad futuros ſubditos.*

10 *Iuri communi ſtandum eſt, cum non habemus certā legem in feudalibus,*

1 TERTIO quæro, an † aſſenſus præſtitus ſuper obligatione bonorum feudalium, iuxta tenorem inſtrumenti dotalis cū clauſula apponi ſolita per Dominos de Cancellaria quò ad expreſſa tantùm, extendatur, vel comprehendat etiam bona feudalia de futuro, ſecundum regulam. l. fin. C. quæ res pigno. oblig. poſſunt? Dicebat aduocatus fiſci, non venire in generali obligatione feudorum futura feuda: quando precibus hoc non exprimitur, quia in diſpoſitione Principis, quod non exprimitur, pro omiſſo habetur, vt in lege ſi minor, de verborum obligation. Andr. in pręlu. feudorum, in quinta, & ſexta quæſtione, & in dicta l. Imperialem, in ſexta colum. ſequitur Curtius in tracta. feu. in quarta parte, decimaſeptima quęſtione, & Soci. in conſilio 67. primo lib. debet imputari parti, quę hoc nō expreſſit; cū potuerit ſibi apertius conſulere, ar. l. veteribus, de pactis. lex finalis, quę dicit, in obligatione venire futura p extenſioné, prouidet ibi, ius tamen generalis hypothecę etiam ad futuras res producatur: ſed in feudis non fit extenſio, vt dicit Andr. in dicto c. Imperialem, §. donare, etiam vbi maior daretur ratio, ergo non veniunt: quia neque in tempore, neque in loco, nec in perſona poteſt excedi à forma diſpenſationis. colligunt Moderni in d. cap. Imperialem, vbi dixi, & in conſtit. conſtitutionem diuæ memorię. Curtius congerit in eodem tracta. in prima parte, in quarta quęſtione. Item lex finalis procedit, vbi agitur de modico præiudicio, ſecundùm gloſſ. & Doctores ibidem, ſed vbi tractatur de feudo commutando de vna perſona ad aliam, ſiue ſit ratione dominij, ſiue ratione hypothecę, de maximo tractatur pręiudicio reſpectu domini, cum dicatur deterior fieri eius conditio, eo ipſo quòd noluit, licet commutetur in melius, vt in l. fi. de vſu, & habi. quæ eſt nota. lex, & de ea meminit Andr. ibi. & bonus tex. in l. hactenus. in fine, cum lege ſeq. de vſufruct. & ibi Bald. colligit ſatis damnificari eum, ex eo; quòd contra eius voluntatem fit, allegat gloſſam in l. ſoluendo, de negotijs geſtis. plura per Andr. Tiraquellum in conſuet. Pictonum, in præfatione operis, fol. quinto. numero 25. obligare bona feudalia præſentia prohibitum eſt, per l. final. C. de rebus alie. non alienan. bona etiā futura obligare ſimiliter eſt prohibitum. ſi Rex diſpenſat obligationi bonorum, intelligitur eorum, quæ de pręſenti poſſidet. ex quo de illis Rex potuit certiorari, & informatus aſſentire. ad futura non præſumitur conſenſiſſe. ex quo de illis nō cogitauit, ar. l. qui cum tutorib. de tranſactio. ideo futura non veniunt, cum ſatis ſit, aſſenſum in feudis præſentibus operari, ar. l. tutori. C. de nego. geſtis, quem allegat Andr. in c. 1. qui ſucce. tenea. & in §. ſcribe verò, de prohi. feud. alie. per Federicum. quidam aduocatus ponderabat illam clauſulam quò ad expreſſa tantùm, per quem dicebat non procedere leg. finalem, & poteſt ſe fundare ex

tex.

tex. l. primæ, de his quæ in teſtamen. delentur. ibi, ſed oculis perſpici, quæ ſcripta ſnor. putabam pro fiſco eſſe tex. in l. qui Romæ: §. Callimachos, dc verbo. obliga. vbi mentio fuit facta obligandi merces, iam præſentes, quàm futuras. & ibi Soci. ſumit argumentum, q ſi alicui datur facultas obligandi merces, de præſentibus tantùm intelligitur, & non de futuris, niſi ſit dictū: quia merces erant alienari prohibitæ, licentia & poteſtas ad præſentes tantùm debet reſtringi, ne ex larga interpretatione nimiorum à regula recedatur, & quamuis ibi doctores communiter teneant contrarium, & plenè Fanen. in tracta. pignorum, in quarta parte, & Moder. in c. in generali, ſi de feu. fuer. contro. ratio tamen ſua procedit in caſu quæſtionis propoſitæ, in qua vt de re feudali obligatio prohibita eſt, tam præſentium, quàm futurorum, & per largam interpretationem diſpoſitionis non debemus excedere terminos regulæ, & videtur per hęc, vel declarare, vel limitare dictam l. fi. vt pro cedat in re, quæ eſt in communi hominum commercio, & ſuper qua poſſunt partes liberè contrahere, & quando indefinitè vel generaliter cō trahunt, lex ſtatuit & diſponit ſuper ipſa re, quatenus partes reſpicit. Sed in diſpenſatione videtur contrarium: cum præſtatio aſſenſus ſit quædam relaxatio iuris prohibitiui, vt dicit Dominus Loffredus conſilio 7. quę debet ſtrictè interpretari, & quatenus verba ſonant de præſenti, argom. l. ſi à colono, de verbo. obligat. ex præſtatione aſſenſus rei publici iuris tāgitur, vt in §. optimum, in authentico de exhi. reis. ab intellectu iuris non videtur diſpenſaſſe ſuper futuris: vt dicit Epiſcopus Saroenſis ſuper regulis Cancellariæ quæſtin. cum dc illo non fuerit data notitia: aſſenſus ad ea, quæ dominus ignorauit, non videtur eſſe conceſſus, ſeruari debet rigor: vt omnia non expreſſa denegata eſſe videantur, ſecundùm Andream ibi: & per Paridem in tracta. reintegra. feudorum, in titulo de aſſenſibus, verſi. pone q vaſallus. forte dominus ideo fuit facilis in aſſentiendo: quia vaſallus tenue habebat feudum, & conſiderauit perſonam eius, qui petijt, vt ſi illud feudum ad illum perueniret, non poſſet Regem damno afficere, ſecus ſi feodum fuiſſet nobile cum fortalicio, & numero copioſo vaſallorum. ex re & tempore & perſona iſta diſcutiuntur. Futura veniunt in contractu, quò ad partes ex fictione, & prouiſione legis, quando placet, & quomodo placeat eis contrahere. de feudo autem non poſ ſunt diſponere, neque ipſi contrahere. niſi quatenus Rex vult. & gratia Regis partium contra ctum perficit, & non ſimplex eorum motus, neque volontas.

Sed pro contrario, vt veniant etiam futura, ponitur affinitas, quæ eſt inter feudum & emphyteuſim. † & procedit argumentum de feu-
2 do ad emphyteuſim, & econtrario, niſi vbi datur ſpecialis diſtantia, vt dicit Maynus in præludijs feodorum, col. 16. & plura Cacialupus
3 in capitulo primo de feudi cognitio. ſed † vbi obligantur bona emphyteutica, includuntur etiam futura emphyteutica, per text. in l. tutor §. finali, de pignora. actio. & in l. lex vectigal de pigno. & nedum priuati, ſed etiam eccleſiæ, vt firmat Ripa in l. prima, num. decimo. de pignorib. ergo & ſimiliter bona feudalia, cum hoc caſu non poſſit dari maior ratio differētiæ plus in vno quam in alio. hoc Andreas decidit in c. 1. 6. col. in ver. item quilibet, qui ſucce. tene. tor. dum dixit in generali obligatione, & inde finita futura venire. idem ſcripſit in c. 1. in fi. verbis, de vaſallo decrepitæ ętatis. & ibidem ſentit, quòd in gratia, & in conceſſione non veniūt futura; quando agitur de tranſlatione dominij, iuxta l. ſi ita, de auro & argen. legato, per l. ſi mandauero. §. is cui, mandati. idem Andr. in c. 1. §. ſimiliter, ſecunda addit. in fi. col. de capitulis Corradi, & in c. 1. in fi. qualiter vaſallus iurare debeat domino fideli. & in capitulo motibus, ſi de feudo fuerit contro. ſed ſpeciale eſt (ipſe dixit) in hypotheca, vt futura comprehendatur in c. 1. quarta col. de contro. inter ma ſcu. & fœmin. de benefi. vbi plenè, & ibi videtur tal ere dubium l. obuenire. cum Rex aſſentiendo donare videatur: nam ſpeciale eſt in hypotheca, ſed neque receditur à voluntate obli gantis, licet creditor in ſua quantitate reddatur cautior, cum adiectione futurorum, maior ſumma non additur. & eo modo veniant futura in obligatione, quo & præſentia, & cum illis pactis & qualitatibus, quibus præſentia
4 regulantur. dicebam † ego, quare in obligatione bonorum generaliter facta non veniunt feuda per capitulum in generali: quia lex prohibet, & quia poſſet vaſallus in pœnam incurrere: & quia non licet de feudo diſponere ſine voluntate Domini, ergo quando Dominus aſſenſit obligationi. & ideo partes faciunt contractum validum, iſtæ rationes ceſſant, ex quo ſi principalis contractus tenet, ſimiliter & omnia, quæ ſunt de ſequela illius. ſic contra vbi principalis contractus eſt nullus, & omnia in eo contenta nulla erunt, ſecundùm Baldum in l. ex teſtamento. C. de fideicommiſſ. gloſſ. eſt in l. patronus. §. patronum, in verbo fauiaua, ſi quid in frau. patron. ſequitur Alexan. in l. prima. §. ſi vir vxori, de acquirenda poſſeſſione, q Dominus aſſenſerit obligationi præſentium, & excludantur futura, non eſt dare rationem, vbi habemus certam domini voluntatem in præſentibus, cum lex ſuppleat in futuris: hoc videtur connexum ex prouidentia legis.
5 ideo † dicit ipſe in dicto capitulo primo, in quinta colum. qui ſucce. tene. quòd aſſenſus operatur in connexis, per no. in l. ſi de certa. C. de tranſactio. ex voluntate contrahentium qui bus Dominus conſenſit, hoc venit, vt eorum voluntati ſatisfiat, tex. ibi in dicta l. fi. hoc ineſt, & ſi non dicatur, eſt fictio legis ſine nouo facto hominis, & ideo ineſt, quando Dominus aſſentit obligationi bonorum, iam eſt ipſe doctiſſimus & ſcit venire futura, mioiſterio iuris Imperialis intelligitur aſſentire, iuxta illam regulā, quando aliud non expreſſit, eſt notab. deciſio
6 Andr. in c. primo, prima col. de beneficio fœminæ

minę : ſi fęminæ, dicit ipſe, detur feudum,
non, ſuccedit fœmina: quia intelligitur datum
ſub regula feudi, per quam excluditur, & fiet in-
terpretatio à re, & non à perſona, quæ capit,
idem And. magiſter in c. 1. §. & quia, quarta col.
6 de his qui feudum dare poſſunt & † ideo ſi Rex
dat licentiam vaſallo teſtandi & diſponendi ſu-
per feudis, poterit agere legatarius ſuper adocā-
da poſſeſſione feudi per hypothecariam, quę da
tur pro legato quantitatis: quia hypotheca da-
tur pro legato prædicto, per l. primam. C. com-
munia de legatis. hæc hypotheca datur à lege, &
non ab homine, hanc quæſtionem poſuit domi
nus Afflictus in dicto c. in generali. alias ratio-
nes ponit, nec memini legiſſe alibi, cum ea quæ
inſunt & ſi non exprimantur, veniant: idē And.
in dicto capitulo primo, ſecunda col. qualiter
vaſallus iurare debeat Domino fideli. & in c. 1.
§. huius autem generis, ex quibus cauſis feudum
ami. Obligatio futurorum ineſt ex fictione le-
gis, ineſt in contractu, & in aſſenſu: ideo neceſſa
rium non eſt exprimi. allegabā Bal. in dicto capi
tulo in generali, in prima oppoſitione. vbi ar-
guit ad illum tex. & poſtea ſoluit per hæc ver-
ba, So. quædam ſunt, quæ emptor veriſimiliter
non eſſet empturus, ſi ſciuiſſet, vt feudum, quod
alienari non poteſt: & iſta non continentur, vt
hic. quædam ſunt, quæ fuiſſet empturus, ſi ſci-
uiſſet, quando feudum poteſt alienari. verbi gra
tia, cum curia conſenſerit, & tunc feudum benè
continetur, vt c. 1. de c. qui cur. ven. idem ſentit
And. in d. c. 1. dum arguit de tex. in d. c. in gene
rali. Hæc authoritas Bal. multùm fuit commen-
7 data à Dominis de Colla. Conſilio. Nec † ob-
ſtat clauſula, quò ad expreſſa tantùm, per quam
Rex taxauit, & limitauit aſſenſum ſuum in ex-
preſſis, & non vltra. in diſpoſitis ab homine nō
veniunt ſimilia, ſecus ſi à lege, ſecundùm glo. in
l. ob æs. C. de prædijs minorum. nam hęc clauſu
la & forma Cancellarię de nouo introducta &
meo iam tempore per D. Regentes, fuit appoſi-
ta ad tollendas fraudes contrahentium, qui lon-
go iam ſermone ſupplicant, aſſenſum interpo-
ni ſuper contentis in inſtrumentis & cautelis ce
lebandis, & in eis apponunt pacta non ſolita, ex
quibus mutatur natura & ſubſtantia feudorum
& fiunt etiam ſubſtitutiones, quæ ſi eſſent notæ
Regi, & de verbo ad verbum exprimerentur, nō
admitterentur, & aſſenſus denegaretur, & ex re
rū experientia edocti cęperunt hanc clauſulā po
nere. dixerunt mihi antiquiores Domini de Cā
cellaria, hac de cauſa fuiſſe introductam, non an
tē quando illud. quod non exprimitur, eſt de an
nexis gratię, vel ad cautelā, & ſecuritatē gratię, q̄
ex hoc augetur, licet pars ſecurior efficiatur, ex
hoc feudum non commutatur, neque minuitur
ſeruitium, quæ duo ſunt claues in conſideran-
da conceſſione aſſenſus, quòd futura feuda ve-
niant in ea obligatione, & quantitate, pro qua
de conſenſu domini ſunt obligata præſentia feu
dalia, non eſt extraneum à contractu principa-
pali, eſt idem cum contractu: vt ſi pro vna re
quis habeat plures reos obligatos, vel pro vno
debito multa pignora, vel in vna eademque
cauſa plures ſpecies probationum, & teſtium &
ſcripturarum, nō ampliatur cauſa vel obligatio
quæ eſt in mille. vt ſint duo mille: niſi ex tempo
re creſcat intereſſe, quod etiam ineſt in contra-
ctu ex communi forma inſtrumentorū. & ideo
in aſſenſu hoc venit, quod conſuetum eſt, ſecun
dùm Dominos antiquiores, per l. quòd ſi nolit,
§. quia aſſidua, de ædilitio edicto. & in l. certi
condictio. §. ſi nummos, ſi certū petatur. & in l.
fi. C. de fideiuſſori. curia non circumſcribitur à
contrahentibus, quando ſit conſuetum fieri, &
hoc etiam facit pro ordinarijs clauſulis inſtru-
mentorum, videlicet pacti de ingrediendo; &
conſtitutione præcarij: & de capiendo in ſolutū
mediante decreto. iſta extranea non ſunt à con-
tractu: apponuntur, vt creditori vel emptori ci-
tius & plenius ſit conſultum.: & quæ ſi non ap-
parerent per iudicem, eſſet prouidendum parti-
bus., ac proceſſu inſtructo non puto eſſe de his
certiorandum, quæ habent certam & vniuerſa-
lem notam à tabellionibus ex eorum formulis.
Dominus Antonius de Alexan. in conſtitutio-
ne Regni conſtitutionem diuæ memoriæ, quędā
notabilia ſcribit, videri poterunt ibi, non legi
alibi penes Doctores noſtros Regnicolas. quidā
capitoſus ex ſua ceruice legibus & feudalibus re
gulis non inſtructa, decantabat pſalmum in re-
gione mortuorum, ſed non in Domino, ſed in
8 Dæmone morientium. Secundò † reſpondetur
quòd vbi vnū exprimitur, & ex expreſſo aliquid
inſurgit, illud etiam indicatur expreſſum. Bar.
in l. prima, de his quæ in teſtamēto delentur: vbi
infert ad ſtatutum diſponens inſtrumenta dota
lia habere executionem paratam: ſi maritus do
tem recepit, ex qua receptione oritur tacita hy-
potheca pro reſtitutione dotis: illa tacita hypo
theca habebit executionem ſtatuti. Bar. ibi ſequi
tur Bal. in l. vbi adhuc, quinta colum. C. de iure
dotium. & in l. ad probationem. C. de probatio-
nibus, & in lege prima. §. & vt plenius. C. de rei
vxo. actio. & in l. iuriſgentium. §. quod ferè, de
pactis. Barbatia in cap. tranſlato, de conſtitutio-
nib. & in l. cum acutiſſimi, columna trigeſima.
C. de fideicommiſſis. Maynus in §. fuerat, de a-
ctionibus, in inſti. ex quo illud, quod reſultat, cē
ſetur fauorabile, & regulatur à ſuo principali,
vt dicunt in dicto. §. quod ferè, & Aretinus in c.
quoniam contra, de probationibus. & ſi defun-
cto hæres ſuccedit, poterit exeq. contra hæredē
prout vigore ſtatuti poterat contra defunctum:
quia hoc inſurgit ex aditione hæreditatis: vt di-
cunt Doctores, Paul. de caſtro, Alexan. & alij in
l. poſtulante, ad trebellianum. & in l. in ratione
§. ſi filio, ad legem falcidiam. & quando ex natu
ra actus tacitè ineſt, & hoc verbum importat, iā
dicitur expreſſum, ſecundùm Angelum conſi.
17. pro deciſione quæſiti, quinta colum. per l.
prætor. §. interdictum hoc, & ibi gloſſa in verbo
expreſſum, de noui operis nunciatione. Decius
conſi. 68. quarta colum. verſiculo poſtremò, pri
mo volum. & id quod ex ſcriptura colligitur, iā
dicitur eſſe in ſcriptis, ſecūdùm Bar. in l. 1. §. ſin
autem, per illum tex. de hæredibus inſtituendis,
& per Angelum in l. quoties, per illum tex. eo-
dem

dem titulo. plura Andreas Tiraquellus de legi-
bus connubialibus, in fine parui libri, fol. 226.
ſi ſupplicatur Regi pro aſſenſu obligationis ſeu
dotium, ex hac eadem ſupplicatione veniũt feu
dalia de futuro: & iam cenſentur expreſſa Rege
aſſentiente ipſi obligationi: quia hoc reſultat mi
niſterio & fictione legis, quæ hoc ſtatuit futura
venire. hoc eſt expreſſum Regi, non tam ab ho
mine; lex hoc caſu expreſſit Regi. lex non deci-
pit: quia ſancta eſt, & ius ſuum retribuit vnicui
que: & ideo futura veniunt in obligatione gene
rali, quia effectus hypothecæ confertur in futu-
rum euentum, ſi debitor non ſoluerit. ita dicit
Ripa in l. prima, ſecunda colum. de pignoribus
ſicut ſeruitus, ne luminibus officiatur, compræ-
hendit futura lumina, quia confertur in futurũ
euentũ, vt in l. ſi ſeruitus. de ſer. vrbano. prædio-
9 rum. ideo † pax facta pro ſubditis, & adhærenti-
bus, intelligitur etiam pro futuris: quia effectus
pacis non conſumitur in inſtanti ſecundùm Io-
annem Andream in additio. Speculi, in rubrica
de treuga & pace. idem in ſocietate omnium bo-
norum, cum oculos proſpectet in futurum, vt
in l. tertia. §. & ſpecialiter, & in l. ſocietatem, pro
ſocio. Nec obſtat conſideratio Socini in dict. §.
Calimachus: quia illud in mandato hominis;
hic in prouiſione legis: & contra Socinum mul
ti tenent. vel ſi credimus illi viro ſubtiliſſimo in
hoc articulo, ſuper eo mandato lex non ſtatue-
rat: prout in obligatione generali: & ibi argui-
tur præſumpta voluntas Domini, ne veniant
futuræ merces: vel quia de præſentibus diceratur
vel tractabatur de maiori præiudicio diſtrahen-
di & alienandi, non obligandi pro ſumma præ-
ſentium. Secus vbi agimus de amplianda obliga
10 tione eiuſdem met ſummę. & † cum in hoc
paſſu non habeamus feudalem legem, quæ hoc
in ſpecie decidat, debemus ſtare regulæ iuris cõ
munis, vt dicit tex. in capitulo primo, de feudi
cognitione. ſed de iure communi veniunt fu-
tura, pariter debet dici in feudalibus, cum non
ſit dare rationem diuerſitatis, & diſtinguere vo
luntatem Domini, qui præbuit aſſenſum ſuper
obligatione feudorum. In eadem cauſa Dominę
Camillæ Pappacodę, cum Regio Fiſco, & Do-
mino Comite Torellę, facta relatione per Re-
giam Cameram in Collaterali Conſilio, & cum
interuentu meo, & duorum Dominorum de
Conſilio noſtro, fuit iudicatum pro hac par-
te. ut futura veniant in obligatione: & lata fuit
ſententia in fauorem dictę Dominę, pro ſumma
ducatorum nouem mille, cum damnis expenſis
& intereſſe.

S V M M A R I V M.

1 *Aſſenſus præſtitus per Regem Catholicũ ſuper obli
gatione bonorum feudalium mariti pro dotibus,
& antefatis vxoris, an extendatur etiam ad ſub
feuda, quę à Barone tenentur.*
2 *Stylus & obſeruantia Curię ſuperioris debet quo-
que ſeruari in Curia inferiori: imò pro lege ſeruan
da eſt.*
3 *Conſentiens iura ſua perdit, & aliena fortificat.*
4 *Mulieres confiſę de eorum parentibus et coniunctis
de ſolennitate cautelarum non cogitant.*
5 *Aſſenſus non trahitur ad incogitata.*
6 *Diſpoſitio adaptatur ad eum caſum ad quem uerba
referuntur.*
7 *Dubia gratia interpretatur ex petione partium.*
8 *Aſſenſus Regis, & Baronis requiritur in ſubfeudo
quaternato, niſi Rex ex certa ſcientia pro utroque
aſſenſiſſet.*
9 *Rex non diſponit de alieno inuito domino.*
10 *Aſſenſus Regis gratia eſt.*
11 *Rex non ſe intromittit in feudo Baronis.*
12 *Dominium utile Baronis præfertur directo, quod eſt
Regis.*
13 *Perſonalis gratia perſonam non tranſgreditur.*

1 QVARTO quęro, an † aſſen
ſus impetratus a Catholico, &
Sereniſſimo Rege immortalis
memoriæ per Inclytam & Fide
liſſimam Vrbem noſtram Nea-
politanam, ſub die quinto Octo
bris 1505. Segouię, ſuper obligatione bonorũ
feudalium mariti pro reſtitutione dotiũ & an-
tefati, habeat locum in ſubfeudis, quæ à Baro-
ne tenentur immediate & in capite? Fuit de fa-
cto annis pręteritis in ſacro Conſilio, quando
vxor Americi de Laudolpho petijt adiudicatio
nem ſibi præſtari pro ſumma dotium ſuarum
& antefati ſuper quodam caſali, & feudo ſito in
Baronia Cilenti, quod idem Americus tenebat
in feudum ab Illuſtriſſ. Principe Salerni, & non
habebat aſſenſum ſuper ſuo inſtrumento dotali
ſed ſe defendebat ex illo capitulo. aliqui ex meis
Dominis dicebant quòd ſic, cum illud capitulũ
generaliter loquatur, debet generaliter intelligi
vt in l. 1. §. generaliter de legatis pręſtan. Secun
dò quia illud capitulum erat lex generalis in Re
gno, quæ ex ratione expreſſa habet locum in om
ni feudo: nec poteſt aſſignari ratio diuerſitatis.
& quod ſeruatur in Rege, & in capite, ſeruari
debet à Baronibus, & in omnibus membris, vt
per Andream in rubrica de conſue. recti feudi,
quem Capicius allegat ad quæſtionem vnam in
c. Imperialem, in 6. col. & dicit Abb. in c. ea lite
2 ris de conſtitutio. quòd † obſeruantia curiæ Ro
manæ quò ad inferiores habetur pro lege, ut idẽ
ſeruare debeat quòd curia ſuprema, text. eſt in l.
de quibus de legibus. Tertiò, quia ſi hoc dubiũ
eſſet, an ſubfeuda etiam veniant, deberet fieri in
terpretatio pro ciuitate, ut in l. final. de conſti-
tu. & de hoc etiam eadem ciuitas habet pluri-
ma capitula. Quartò, quia eadem capitula &
prædictum, inter alia facta fuerunt de conſen-
ſu & voluntate Baronum Regni, qui illa etiam
præſentauerunt & obtulerunt Domino Regi,
& ſupplices dederunt preces pro expeditione
ipſorum, ipſi videntur conſenſiſſe obligatio-
ni feudalium pro reſtitutione dotium, qua-
3 tenus de eorum ſubfeudis ageretur. & † qui
conſentit ſua iura perdit, & aliena fortifi-
cat, ut in capitulo primo. §. præterea, quibus
modis feudum amit. & notat. in capitulo Ti-

Q tius,

tius, ſed ſi de feudo fuerit controuerſia. & de ipſorum cooſeoſu poteſt colligi ex lectura nonoullorum capitulorum. & hic cooſenſos ootus poteſt videri domino Regi, dum recipit eorum præces, & in caſo dobij eſſet pro dote indicaodum, vt in regula ioris. & eo ſortius, quòd hic aſſeoſus pro dote & aotefato eſt expeditus publi
4 co fauore, & † ne mulieres iodotatæ remaneát cum ipſæ confiſæ eorum parentibus & coniunctis non cogitent de ſolemnitate cautelarum, & impetratiooe aſſenſus tam Regii quàm Baronis. & hanc partem nooonulli domioorum ſequebantur.

Ego dicebam cootrariam partem de iure veriorem eſſe per ootata per Aodr. in cap. 1. 3. co-
5 lum. qui ſucce. tenea. qoòd † aſſeoſus non trahitor ad id, quod cogitatom noo eſt, per tex. io l. cùm aquiliana, de tranſactio. Idem dixit in c. Imperialem. in quarta colom. ſed quando Proceres & Barooes Regni obtulerūt capitola Neapolitana Regi Catholico, ooo cogitauerunt habere aſſenſum, niſi quò ad feoda Coriæ Regiæ, & noo quò ad ſubfeoda ipſorum: patet hoc ex verbis dicti capituli, ibi dum dicitur, *con riſeruatione del Regio aſſenſo*, & ibi io fioe, *quali ſi ritrouaſſino in dominio del Regio Fiſco*, hæc verba oon poſſunt ad eorom ſubfeoda trahi, nec adduci: quia de fiſco Regio, & oon de Barone loquuntur. voces ſoot ſigoa earum, quæ ſoot in animo paſſiooom ootæ, teſte Caſſiodoro, quē refert Bald. io conſilio ſciſmatis poſito ſub rubrica. C. ſi quis aliqoem teſtari prohi. lingua eſt nuntius coidis. l. Labeo. de ſupellec. legata. ſi verba capituli de feudis fiſci loqouotur, & non Baroouum, ergo ad ſubfeuda Baronum oō poſ
6 ſunt referri, quia † ad eom caſum diſpoſitio adaptatur, ad qoem illius verba referuntor, vt in l. quarta. §. toties, de damoo infecto. Narratio ſupplicationis reſpicit Regiam curiam; ergo gratia ad illam reſtringitur, ex not. per Andr. in d. capitulo primo, in 4. col. qoia obi petitur pro aſſenſu determinatè, & conceditur indeterminatè, reſtringitor ad ſopplicata, argo. l. iobemus. C. ad. velleian. & ad petita intelligitur reſpondere: vt in §. præterea. iuſti. de inutili. ſtipo
7 la. & † vbi dubia eſt gratia, ex partis petitione declaratur, vt in l. prima. C. de diuerſis reſcriptis. talia ſunt ſubiecta: qualia prædicata demōſtrant, vt dicit Barba. conſilio 63. quarta colo. in ſecundo volom. ſed capitulum exprimit Regiam curiam, & aſſenſom Regis, noo autem Baroois. ergo noo omnium ſobfeuda Baronom de quibus noo ſopplicatur. potuiſſent exprimere, ſi voluiſſent. & Rex concedere, ſi placuiſſet. de hoc videtur inter partes non cogitatum, qoia ooo apparet petitum. vnde dicit Andr. in dicto capitulo Imperialem. in tertia columna, ſi datur licentia vendendi Seio non poterit vendere Meuio, & qoi Seium exprimit, Meuium excludit. & qui dicit decem non dicit dena. du-
8 plex † erat neceſſarius io ſubfeudis quaternatis; quæ à Barooe tenentur, Baroois & Regis; vt dicit Aodr. ibi. niſi ex certa ſcientia Rex pro vtroque aſſenſiſſet, ſecundùm Paridem in tract. de re integr. feudorum, folio à penna. 255. Sed Rex in eodem capitulo in fine dicit, iura tamen alterius cuiuſlibet remaneant ſalua. quod ſuum erat, Rex voluit concedere: quod erat alicuius excepit. non extenderetur ergo gratia ad ſubfeuda Baronum, quia Rex non exprimit, imò nō vult
9 qoia † de alieno domino iouito oon diſponit: vt in l. final. C. de pactis, quem Andr. allegat in c. 1. 5. col. de cootro. feudi apud pares termi. Re-
10 gis † aſſenſus gratia eſt, ipſe dicit io c. 1. §. qoid ergo, de inueſti. de re alie. facta, & in conſti. ſi quis poſt litem. ſioe præiudicio tertij debet cooceſſa intelligi, vt in §. meritò, & in §. ſi quis à Principe. & io l. oec auos. C. de emancipa. liberorum. legem generalem io hoc ſtatuit Rex Catholicus. taoto mious ſubfeuda Barooum includi præſumitur. dare feudatario ſuo alium vaſallum, quem noo vellet, quem ignorat, & ſi forte eſſet odioſus vel inimicus Barooi, hoc nō poſſet, cum Dominos & vaſallos iudicentur ad paria, vt in c. 1. §. ſi. qualiter vaſallos iurare debeat
11 Domioo fidelitatem. de † feudo Baronis non
12 ſe iotromittit Rex: qoia † vtile, quod habet Baro, præfertur directo. vt idem dicit io c. 1. §. rei autem, de inueſtitu. de re alie. facta. & in c. 1. §. præterea, de capi. Corradi. noo eſt credendum in genere voluiſſe, quod in ſpecie noo potoiſſet, arg. l. obligatiooe generali. ipſe io ſpecie excipit: Rex ergo ex verbis, ex mente, & ex ratione non cooceſſit.

Nec obſtat, qoòd Barones conſenſerunt, vt dicitur: quia per illud capitulū oon apparet de Baroonm conſenſo, neque tacito, neque expreſſo. & capitula offeruntur Regi Catholico nomine Ciuitatis, & nō nomine Baronum. hoc agebatur principaliter ciuitati, & eius ciuibus & habitantib. conſulere, at l. ſi quis nec cauſam, ſi cer. peta. & ſi plurū Procerū, & Baronum nobiles ſint & ciues Neapolitani: noo ergo ſequitur ipſos præſtitiſſe aſſeoſum pro eorum ſubfeudis. & quatenus aliter de ipſorum conſenſu appareret; iam liqueret, qualiter Regi ipſi ſopplicaſſent, ſcilicet pro obtineodo aſſenſo à Rege pro bonis, quæ à Rege tenentur, vel in dominio eſſent Regio. vbi clara eſt diſpoſitio, nōn oportet recurrere ad cōiecturas. & ſi Barones hoc vellent, vt ij gratia Regis Catholici in eorū ſubfeudis extenderetur, non poſſent ſine Regia aſſenſo, eſſet alienatio. & dicit Andr. in c. 1. §. ſed oec eſt alius uſtitor, 4. col. quę ſit prima cauſa benefi. amit. q ſi Rex facit gratiā vaſallo ſuo, ooo cogitur tandem facere vaſallus
13 ſuo ſubdito † perſonalis gratia eſt; non excedit perſonam, vt io §. ſed quod Priocipi. inſti. io. de iure naturali gentiom & ciuili, io re dubia faoemus doti, cuius cauſa ſemper & vbiq; pręcipua eſt. neque doti aoi piæ & miſerabili cauſæ ita debitores ſumus, vt cæteris iniuriam faciamus: nulla eſt in iudiciis exceptio perſonarum. omnibus æqua lance quod cuiuſque ſuum tribui debet. nam hæc ſoot ioris pręcepta. Domini de Cooſilio, & relator cauſę ſequuti ſunt opinionē meā: & fuit concluſum, illi mulieri non eſſe pręſtandam aſſiſtentiam cum adiudicatiooe ſuper caſali prędicto ob defectum Baronalis aſſenſus.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Aſſenſus præſtitus defuncto pro alienatione rei feu dalis an proſit eius hæredi, & nu.6.*

2 *Licentia conceſſa defuncto alienandi vel pignus diſtrahēdi, an cenſeatur conceſſa eius hæredi. & numero 6.& 8.*

3 *Prohibitio alienandi facta defuncto cenſetur quoque facta eius hæredi.*

4 *Hæres eiuſdem poteſtatis eſt & conditionis quemadmodum & defunctus, cum una eademque perſona cenſeatur, contrarium uide numero 7.*

5 *Aſſenſus operatur in connexis, tam ratione rei, quàm perſona.*

9 *Licentia vendendi Titio, an proſit vt uendi poſſit eius hæredi.*

10 *Vſusfructus perſonalis eſt, & cum perſona finitur.*

1 QVINTO qoæro, ſi † Rex dedir licentiam vel aſſenſum Ioā.
Baptiſtę, vt vendat feudum, an
ex eadem licētia idem feudum
poſſit vendere hęres? Tetigi hác
quæſtionem ſupra allegando
Aodream in d. c. Imperialem. & periti de Regno tenent quòd ſic, Paris, Afflictus, Capicius,
& Loffredus, ex rationibus allegatis per Aodr.
in d. capit. Imperialem. quia feudatarius proſpexit ſibi & hęredibus, per l. ſi pactum, de probatio. & tex. io c.1. de duobus fratribus, & videtur tex. ad literam io l. ſicut, in §. ſi debitori. quibus modis pignus vel hypotheca ſoluitur. ubi
2 † ſi debitori conſenſit creditor pignus diſtrahere, poterit etiam hęres eius diſtrahere. ſatis videretur ſubtile, ne poſſit hęres, cũ potuerit defuoctus, & cum fuerit permiſſum debitori, videatur denegari eius hęredi, hę enim difficultates à
indicantibos reſpuendę ſunt, & iſta videtur eſſe
opinio feudiſtarum in ſumma, pet illum tex. &
Andr. de Iſer. in dicto loco, qui eſt Princeps, &
auriga omniũ feudiſtarũ. nec tũc dicitur fieri extenſio de vna pſona ad aliã, oec de vna re ad aliã,
cum cenſeatur eſſe & eadẽ pſona, & eadem res
ex iuris ioterpretatione, & comprehenditur ab
intellectu iuris eadem perſooa hęredis, quamuis
non nominetur in graria, & idem fuerit feudũ
defuncti, quod nunc eius hęres poſſidet. oec fit
domini conditio deterior, vt eadem gratia fruatur hęres, qua frui & vti defunctus poterat, non
ſuperaddito alio feudo, gratia cenſetur eſſe realis, & non limitata ad certam perſonam, quãuis
proprium nomen fuerit expreſſum, hoc fuit nó
gratia limitandę & taxaodę facultatis io eãdem
perſonam, ſed vt demooſtraret perſonam, quæ
hoc petijt à domino. & nonquam poſſet exprimi nomen proprium, ſi ſic prę ſumeretur, prius
perſona nominatur & exprimitur, vt ſciatur cũ
quo cootrahitur, vt Andr. notat in d. §. huius ao
tem generis, in gratioſis expreſſio certæ perſonę non reddit diſpoſitionem perſonalem, ſecundùm gloſſam, in cap. cũ veniſſent, io verbo probatom, de inſtitotio. allegat text. in l. iuriſgentium. §. pactorum, & in l. tale pactum, de pactis. & fit perſonæ expreſſio propter communẽ
frequentiam, vt dicuot Mod. in conſue. Paris.
foli. 59. ſecunda columna, alia veniunt ab intellectu iuris, ex tempore, ex perſona, & ex cauſa,
quę narrantur ad arguendam inteotiooem coocedentis, quæ & qualis fuerit. & per text. io d. §.
ſi debitori. firmat Bart. in l. ſi filiusfamil. §. diui,
in fin. quęſtio. quòd permiſſum principali, cenſetur etiam permiſſum hæredi eius, quia hæres
3 eſt eadem perſona cum defuncto. ſic † contra
ſi eſt facta prohibitio defuncto, intelligitur etiã
hęres eius prohibitus, arg. text. l. pater filium. §.
fundum. de leg. 3. & ſequũtur communiter ſcribentes in d. §. diui, licet oon per illum text. ſed
4 ea ranone, quia † cum eadem ſit perſooa defuncti & hęredis, illud, quod defuncto nõ licet, minimè hæredi eius debet poſſe iicere. & ideo concludunt, quòd prohibitio facta hæredi comprę
hendit etiam hęredem hęredis, quia ex propria
ſignificatiõe hęres eſt eadem perſona cum priore hærede, per l. hęredis appellatione, & ibi glo.
de uerbor. obligation. notat Bald. in l. fin. C. de
hære. ioſtituen. 21. quęſtione, Saly. io l. uoluotas. C. de fideicom. & ſequitur Alexand. conſil.
56. prima colum. primo oolumin. & in in coofilio 36. ponderatis his quę in rhemate, in tertio
volum. Iaſon io l. ſiquis filium. §. ultim. de acq.
hæred. & in l. paterfamil. de uulg. & pupil. & id
quod conſiſtit io facto, poteſt impieri in perſona hæredis, quando proprium nomen ooo eſt
taxatum, Bar. in l. ſub diuerſis, de condit. & demonſtr. Bal. io l. 1. C. de executio. rei iudic. quia
hæres eiuſdem eſt poteſtatis & iuris, cuius erat
defunctus, per l. hęredem, de reg. iuris, ideo licentia data defuncto tranſit ad heredem, notat
Bald. in c. primo. §. ſiquis verò, de pace iora. firma. & promittens de facto ſuo tantùm, tenetur
etiam ex facto hęredis, Bar. in l. ſi ſeruus, ia ſecõ
da, de coodi. furtiua. Bal. in l. fi. C. de actio. emp.
Alex. conſilio 18. fi. col. io quinto volum. tex. eſt
ſing. in l. ſtipulatio iſta habere licere, de verb. ob
lig. ſecundùm Barb. in c. vlt. de emp. & vẽd. Alex.
coofi. 4. in 3. dubio, in quinto libro. veoit hæres
in conceſſiooe, quia lex compræhendit perſonam illius veluti eandem perſonam cum defuncto, notat Bald. in l. 1. prima col. C. qoorom legatorom, Moderni in l. poſtulaote, poſt Bartol. ad
trebellianum. lex exprimit pro hærede, vt sẽtit
Aodreas in dicto capitulo Imperialem, quem ſequitur Loffredus cooſilio 7. eſt ſucceſſor iuris
uniuerſi, qood defunctus habebat tempore mortis ſuæ, ut in l. hęreditas, de reg. iur. particularis
autem ſocceſſor non ueniret, ut dicunt in eodem articulo, Domini noſtræ Rotę Neapoiit.
deciſion. 335. Curtius cooſilio primo, poſt
tractatum feud. & ibidem conſilio quarto, &
Senior conſilio 83. quarta columoa, Alexaod.
conſilio 193. ex themare, in ſecundo volumine antiqnorum. niſi pro quibuſcuuque recepiſſet, ſecundùm Sandęum in capitulo in pręſentia, de probatio. Decius cooſilio 235. ſecundo
volumine, & per Bertrandom conſilio 264.
ſecuodo libro. & dicam alibi de hoc qualiter ſit intelligendum. virtualiter continetur

in gratia Regis perſona hæredis, etſi non nomi
netur, ſecundùm Alexand. in l. in ratione. §.
ſi ſi 10, ad legem falcidiam. arg. text. in l. 1. de
his quæ in teſtamẽ. delentur. Barbaria in l. cum
acutiſſimi. 7. col. C. de fideicom. eſt etenim cum
defuncto perſona connexa, & non extranea. &
5 aſſenſus † operatur in connexis, tam ratione
rei, quàm perſonæ, notat plura Mayn. in §. ſuc-
gat. de action. inſtitu. & in l. 1. C. de tranſactio.
& ideo aſſenſus in antecedenti operatur in con
ſequenti, vt in lege prima. §. item acquirimus,
de acquirenda poſſeſſion. & ibi Mayn. & So-
cin. & in his quę ſunt de ſequela, vt in l. tutor re
rum, & ibi Bartol. de adminiſt. tutorum. & in
omni materia venit hæres etiam quòd non ſit
expreſſa perſona hęredis. hæres eſt ſequens per-
ſona à defuncto immediate, ſecundùm Bal. con-
ſilio 38 proponitur quòd domina prima colu.
tertio volumin. & in conſilio 70. apparent quę
dam inſtrumenta. primo volumi. dicit in ſtatu-
to faciente mentionem de venditore compræ-
hendi hæredem ipſius. & in conſilio 112. de ge-
nerali natura. lib. ſecundo. Mayn. in l. epiſtola.
§. primo de pactis. Decius conſilio. 680. in cau
ſa feudali: & in d. l. hæredem. Andr. Tiraquell.
in tracta. de utroque retractu. fol. 342. & domi
nus Blaſcus Lancea in repetitione capituli vo-
lentes. & cum ſtatutum in principali habeat lo-
cum in hæ ede, vt ſupra diximus, iam patet, ꝙ
in materia ſtricti iuris venit perſona hęredis, per
l. Meuius. de condi. & demonſtra. vbi libertas le
gata Meuio, ſi Seio decem dederit, competit Me
uio, ſi Seij hæredibus ſoluerit. & in l. ſub diuer-
ſis. §. 1. & ibi Bar. & in l. cum ita datur. §. ex his
verbis, eo. titul. & in l. ſeruus ſi hæredi, de ſtatu-
liberis. Mayn. conſilio 217. ſecundo volumin. al
legat pro hac parte tex. in l. ſi neceſſario. §. pri-
mo. de pignor. action.

* Text. eſt in l. ſi ſeruus. §. qui margaritã, de
leg. 3. quem dixit eſſe vnicum & ſingularem Ro
dericus Xuares ſolennis doctor Hiſpanus in l.
poſt rẽ. nu. 10. de re iud. & in præced. fo. 551.*

6 Et hæc quò ad iſtam partem. Sed † vlterius
cogitanti aliud de iure dicendum videretur, ꝙ
ex licentia data Petro vendendi feudum, non
poſſi. hæres eius vendere: argumentum ac du-
bium facit text. in d. §. ſi debitori, vbi Marcellus
iureconſultus dixit hoc ex facto pendere: ac vo-
luntatem iudicari ancipitem in caſu formato in
dicto. §. in quo non erat data licentia alienandi
ſed tantùm conſenſus alienationi. & in multis
vnum ab alio differt, & conſenſus erat datus à
creditore illi, qui erat dominus: & de ea quæ e-
rat in communi commercio. & ibi Iureconſul-
tus arguit difficultatem eſſe, licet poſtea dicat
hoc ex ſubtilitate procedere: & decidat hæredẽ
debitorem poſſe ex ea licentia pignus diſtrahere
quanto magis videbitur hoc difficilius in feudo
alienando, cuius proprietas eſt alterius. & vbi
tractat de relaxatiõe & diſpenſatiõe iuris publi
ci, qđ nõ immutatur, niſi vbi hoc ſpecialiter ex
primitur, & Regio decreto cõfirmatur, ꝙ plus
p cõſtitutionẽ Regni cõſtitutionẽ diuæ, vt dicit
Andr. in c. 1. §. hac edictali, de prohi. feud. alie.
per Lotharium. Aluarotus in d. ca. Imperialem,
videtur tenere, quòd non poſſit hæres alienare,
& allegat And. ibi, dum dicit, rigor autem. nam
licèt in illis tribus quæſtionibus videatur dixiſ-
ſe, quòd ex licentia vendendi poſſit hæres ven-
dere: & ſi datur poteſtas vendendi feudum poſ-
ſit vendi pars, & ſi conceditur facultas vendendi
poſſit obligari: tamẽ in illis uerbis cõtrariũ con-
cluſiſſe videtur: quia cum tractetur de diſpenſa-
tione & relaxatiõe iuris prohibitiui. illud quod
verbo claro, expreſſo & aperto non conceditur,
videtur omiſſum & denegatum, quamuis aliàs
ex regula cõmonis iuris permiſſum videretur.
& Andr. ibidem ita intelligit quidam Gallicus
doctor, & poſt eum Franc. de Curte in tract. feu-
di, in quarta parte, in 17. q. de quo noſtri Regni
colæ non meminerunt. pro hac parte facit, ꝙ cũ
expreſſa ſit perſona feudatarij, excluditur perſo
na hæredis, ar. tex. in l. Lucius. §. Semproniæ, de
leg. tertio. per quem tex. Moderni in d. §. diui,
concludunt, quòd ſi teſtator prohibet Titium
hæredem alienare fundum, hæres Titii pote-
rit alienare: cum prohibitio cenſeatur eſſe per-
ſonalis. Roma. in l. ſi quis filio. §. vltimo. de acqui
ren. hæred. Alexan. conſilio 56. conſideratis, pri
mo libr. Ripa. Crotus, & alij in d. §. diui. idem
contra eſſe debet, ſi permittat: ut ſit eadem ra-
tio contrariorum, quando Rex permittit Titio
feudum vendere, videtur taxare perſonam Ti-
tij, quia ſi uoluiſſet feudum ab eius hærede poſ-
ſe vendi, appellatiuo nomine feudi ipſum nun
cupaſſet, arg. text. in l. ſeruus communis. de ſti-
pula. ſeruorum. gloſſ. & ibi Bar. in l. cum ita da
tur. §. ex his verbis. de cond. & demonſtr. Bald.
in cap. 1. in verbo Marchio, de his qui feudum
dare poſſunt. & Cano. in c. quoniam Abbas. de
offi. delegati. in §. ſi debitori, creditor conſen
ſit debitori vendere pignus. hęres eſt debitor,
ideo vendit, quia debitor eſt adeundo hæredi-
tem. non dixerat Titio permitto vendere perſo
nam proprio nomine nuncupando, quaſi quòd
de teſtatore tantum intellexerit, ut gloſſa ſentit
7 ibi, in verbo facti quæſtio. & † quamuis iuris
interpretatione eadem ſit perſona hæredis &
defuncti, re vera perſona eſt diuerſa & non ea-
dem, ſecundùm Paul. de Caſtr. conſilio 197. viſis
dubijs. ſecundo libr. Decius in d. l. hæredem, &
in regula qui per ſucceſſionẽ. aliàs eſſet in infini
tum hic perſonarum progreſſus, cum hæres hæ-
redis ſit hæres teſtatoris, per d. l. fin. Forte Rex
habebat notam perſonam Titij, qui erat ſibi gra
tus, & vir ſtrenuus, & pretium fuiſſet erogaturus
pro ſeruitio Domini Regis, & hæres eius nõ ſit
cognitus & acceptus Regi, vel ꝙ de eodem pre-
tio ipſe idem fuiſſet aliud feudum empturus, &
Regi fuiſſet eius perſona acceptabilis in retine-
do ipſum vt feudatarium, quæ omnia ceſſant in
perſona hęredis, præſertim ſi eſſet inimicus vel ex-
traneus Regni, potuit Rex moueri propter me-
rita Titij tantùm eidem dare licentiam alienan-
di feudum, quæ non conſiſtunt in perſona hęre
dis. hoc pendet ex facto ad arguendam mentem
Regis, qui ſi eandem gratiam ſuo hęredi voluiſ
ſet concedere, tam expreſſiſſet ſi non ex profeſſo

vi-e-

videtur tantùm in perſona nominata taxaſſe.
hoc non eſt regulariter ad hæredem tranſitori-
um; quia cõſiſtit in facto, ſed ex quadam diſpen-
ſatione: ar. tex. in l. cum ita datur, de cond. & de
monſtra. vbi conditio dandi Titio non imple-
tur in perſona hæredis Titij. & in l. qui hæredi,
in principio, eod. titul. notat Mayn. in d. l. pa-
ter. de vu g. & pupil. Decius in l. quæ legata, de
regul. iuris. vendere conſiſtit in facto, & habet
ſub ſe præſumptam perſonæ induſtriam. l. con-
ſilio, de cura. fur. l. cum quis ſibi, & ibi Bart. de
ver. oblig. R ni. con ſ. 39. nu. 12. 1. uol. de quo me
minit Natta conſi. 165. primo uol. hoc factum
Rex vult ab eodem nominato explicari, non à
ſuo ſucceſſore, cum inter artifices longa ſit diffe
rentia, vt l. inter artifices. de ſolutio. perſona hæ
redis non præſumitur dilecta: quia incognita,
ar. tex. in l. ſed & ſi ſic. §. fi. de legat. 3. quem tex.
in hæredum materia adducit Alex. conſi. 49. co.
fi. 6. uol. & præcipuum erit hoc, ſi aliqua affectio
nis ratio in feudatario conſiderari poteſt ex his
quæ notat Corneus conſi. 69 quanquàm, lib. 4.
ſi venit hæres hæredis, & quomodo: vt per Are-
tinum & Modernos poſt Bar. in l. qui liberis §.
hæc verba, de vulgari & pupillari. magna eſt in-
ter ſcribentes in eo articulo controuerſia, ſi ad
nominatum tantùm, uel eius hæredem diſpoſi-
tio porrigatur poterit hoc facilius ex ſupplica-
tione feudatarij cognoſci, uel ex gratiæ conceſ-
ſione, ut ſi dicat, promitto Titio vendere feu-
dum tale, quod ipſe poſſidet, eo mortuo non
poſſet hæres, cum non dicatur feudum Titij am
plius, ſed feudum hæredis, no. Andr. in d. l. Impe
rialem, in 6 colu. verba non congruunt, quæ ad
tempus venditionis reſtringuntur, quando Ti-
tius vendit, Titius non dicitur tunc dominus, li
cet fuerit: nec dicitur poſſidere, quamuis poſſe-
derit, ar. tex, in l. qui Romæ. §. Augerius, ſecun-
dùm unam lecturam, de verb. ob. quem ſingula-
rem dixit Bal. in cap. ad noſtram, ſecunda lectu-
ra, ſecunda col. de iureiur. & in cap. ſignificauit,
ſecunda col. de reſcrip. cogitauit Rex, quod Titius
in uita ſua venderet, & ideo permiſit: vnde ſi per
miſiſſet vendere infra annum, poſt annum non
poſſet, vt l. ſtatuliber. §. j. de ſtatulib. & in l. ſicut.
§. fin. quibus modis pignus uel hypo. ſoluitur.
quem tex. allegat And. in d. l. Imperialem, 3. col.
in additione, ita nec poſt mortẽ. vnica hæc fuit
gratia Titio facta vendere, & ſuum feudum uen
dere, & per ſe ipſum vendere, ſuo vitæ tempore,
arg. l. Celſus. de arbitris. aliàs duas cenſeremus
Regem gratias conceſſiſſe. vnam Titio, alteram
hæredi ſuo, vendere potius iudicari poſſet in fa-
cultate conſiſtere, limitata tamen ad perſonam,
vel ſit conditio quædam poteſtatiua, ſi ipſe ven-
dere voluerit: quæ non tranſit ad hæredem, ut in
l. ſi ita expreſſum, de conditio. & demonſtra. &
notatur. in l. ſi decem, de verb. obl. & per doc. &
Alex. in l. centeſimis. §. fi. eo. titul. regulariter io
re, quæ ſui natura tranſitoria eſt ad hæredes, con
cedens videtur donare non tam accipienti, quã
hæredibus, per tex. in d. c. 1. vt eſt feudi traditio
8 & donatio. vendere † feudũ ſine licentia domi-
ni eſt contra regulam iuris: dare licentiam ven-
dendi feudum, hoc non ex ſui natura eſt tranſi-
torium ad hæredes, ſed eſt quędam relaxatio ſeu
diſpenſatio iuris, debet reſtringi & reduci ad ius
commune, poſtquam aliquo caſu operari po-
teſt vt ſupra diximus. ſi hæres hanc facultatem
non habet, aliquid de ſuo feudo non diminui-
tur. hoc eſt regulare, ut actio beneuola ſit reci-
pienti, & hæredibus ſuis. vt in c. 1. §. beneficium,
quibus cauſis feudum amit. in hoc non erit ſpe
ctanda perſona quę recipit gratiam, quę ſoleat
ſibi, & hæredibus proſpicere: ſed natura feudi,
quę repugnat vbi non exprimitur, Andreas di-
xit notabiliter in cap. 1. §. & quia, de his qui feu
dum dare poſſunt. & in cap. 1. de feudo fœminæ,
cuius authoritas prodeſt ad multa: ibi ponit
quæſtionem in matre, quæ habuit feudum a do-
mino, ut illi mortuæ filia non ſuccedat: quia fœ-
mina non ſuccedit ex illo iure in feudo. & ſi ma
ter fuit habilitata ad feudum, perſonale fuit, vt
ipſa tantũ ſuccedat, & ſpecialis gratia facta ma-
tri, vt in c. 1. quemad. feudum ad fœminam per-
tineat. Sequeretur aliàs inconueniens, quòd ſi
Rex conceſſiſſet Titio, ut ipſe poſſet facere teſta
mentum ſuper feudis, ſi defunctus non condi-
diſſet teſtamentum, poſſet illud facere hæres: quod
nunquàm fuiſſe videtur de mente feudatarij, ne
que Regis concedentis Hoc idem in venditio-
ne, ſi gratia ipſa iudicatur realis. & forte eſſet
contra intentionem feudatarij, quod hæres ſuus ven
dat feudum, quod ſibi erat permiſſum. quid ſi
habeat ipſe plures filios, & feudum erat hære-
ditarium, & eo tempore ipſe cogitabat pretium
diſtribuere inter filios pro æqualitate ſeruanda,
& poſtea ipſe peruenit ad pinguiorem fortu-
nam, & ideo non vendidit: vel ſi ipſe erat perſo
na diligens, & exquiſita, relinquat autem filium
primogenitũ ætate minorẽ, & inexpertũ, qui ex
facilitate ſui precium eſſet conſumpturus: & pre-
tio & feudo eſſet cariturus: forte confidit in Re
ge & miniſtris eius, quòd ſi filius petierit aſſen-
ſum, illi non erit conceſſurus: quia videt filium
malè verſari, & prolabi facultatibus, & habet no
titiam, & ſi ex paterna licentia ſibi liceret in oc-
culto defacili poſſet decipi & fraudari re & pre
tio. omnia hæc attendenda & cõſideranda ſunt,
ne poſſit hæres vendere, quando defuncto
data fuit licentia vendendi, & perſona hære-
dis non fuit nuncupata. idem recipiens gratiam
videtur voluiſſe hoc pro ſuo hærede perituro
quæreie. pone quòd longum eſt elapſum tem-
pus, quo feudatarius obtinuit licentiam à Re-
ge vendendi feudum. & nõ vendidit: quia ipſum
met pœnituit, & in eadem voluntate non per-
ſtitit: hæres eius vendet de facto, quod noluit
defunctus de iure. Illa licentia vendendi diſpen
ſatio fuit, reſtringitur ad ipſum tantùm, qui
obtinuit, arg. text. in cap. 1. & 2. de filijs presby
terorum. quando feudatarius capit feudum à
Rege, qui illi donauit, Rex non diſponit con-
tra ius commune, neque iuri communi derogat
ſed exercendo liberalitatem vtitur iure commu
ni, cuius proprium eſt donare: vt in cap. 1. de do
natio. & facere infeudationes magnas, vt in c. 1.
quis dicatur Dux. & in ca. 1. de feudo marchiæ.

no.Bal.in l.1.de conſti.Principum, & in c.1. de
natura feudi. & plura par ſcribentes in c. 1. de
probatio.ſecus eſt autem, qoando dat aſſenſum
& licentiam feudum alienandi. tunc non dici-
tur vti iure communi, quod vetat à feudatario
alienari, ſine ſit antiquum, ſiue nouum, aot
ius Regni reſpicias, à feudatario eſt inalienabi
le: & qoęrete facultatem à Rege alienandi,
quodammodo reputatur impoſſibile, arg.tex.io
l.apud Iulianum.§.ſi conſtat: de leg. 1. hoc apet
tius colligitur ex dictis per Andream in cap. 1.
in verbo commercium, de prohi. feudi aliena.
per Lotha.ponit ibi, ſi promittit vous, qoòd
Rex donet mihi feudum, obligatur mihi: quia
promiſſio eſt licita, & noo eſt contra ius.ſecus ſi
promiſerit Regem mihi ſuper feudi alienatio-
ne præſtiturum aſſenſum: hoc eſt prohibitum,
& illicitum, & lex non debet circũueniri, quę
vetat, vt in l.ſcire oportet.in principio de tut.
& curato.datis ab his.& in l.cum hi.§. ſed cum
lis, de tranſactio. licet ea promiſſio & pactio à
priuato daſcendat, aſſignat Andr. ibi rationem
diuerſitatis in vtroque caſu. & verba Andreæ
repetit Paris in tractat.de reinteg. feudorum,
fol. à penna 76.Bal.in c. domino guerram, hic
finitur lex. Cumanus conſilio 186. uiſo inſtru.
Legem ſi pactom, de probat. intelligo, vbi paci-
ſcitur ſuper iure ad hæredes tranſitorio: vel
vbi non fit derogatio iuri commuoi: vel vbi nõ
diſpenſatur ſuper iore prohibitiuo: tuoc gra-
tia non cenſetur realis, ſed ſpecialis ad illam
tantùm perſonam, cum qua diſpenſatur, ex
verbis Aodr.in d.§.& quia, ibi, item ſi dominus
ſpecialem gratiam faceret matri: intelligit ipſa
gratiam eſſe ſpecialem, quando non dixit ex
matre filiam ſuccedere, & dooando fœminæ vi
debatur diſpenſaſſe ſuper ſexu, vt ſuccedat filia
hæres. ratio eſt ex dictis ibidem: qoia illa fuit
habilitatio, non regularis conceſſio, & ſecun
dùm naturam feodi, quæ ſi fuit in voo altera-
ta, quò ad illam perſonam, in alijs firma rema-
net, & hoc etiam procedit, ſi illa diſpenſatio
non fuiſſet gratioſa, ſed prætio redempta, vt
idem Andr. dicit ibi. ſi mater redemiſſet hoc
feudum à domino, nec adieciſſet pactum: ut fi-
lia ſuccederet, de quo per Signorolum conſi-
lio 12. & per Albertum Brunum conſil. 1.col.
7.idem Andre. in c. 1. de feudo fœminæ, & in
c. 1.de natura ſocceſſio. feudi. in Regno fœmi-
na ſuccedit ex lege communi Regni: licet ſit di
ctum in inueſtitura, quòd ipſa ſuccedat, quaſi ꝙ
ſit admiſſa ex pacto, & ex contractu.

* Tex.ibi in d.l. ſi pactum. noo loquitur in pri-
uilegiis, quæ ſui natura ſunt perſonalia, ex not.
in l.quia tale.ſolu.matrimonio.Bar.in l. prima
de conſtit.princ.& tex.io d.§.ſi debitori.in con
tractu loquitor, qui ex cooſenſu deſcendit,
nullam ibi patitur iuris repugnaotiam, niſi ſo-
lam voluntatis quæſtionem, ſui natora tranſit
ad hæredẽ.l.penul.C.de actio. diſpenſatio odio
ſa eſt, ampliari noo debet, ſecundùm gloſſ. in
c.ſtatutum.in ver.numerandum, de præben.in
ſexto. *

Zaſius vir doctiſſimus i epitoma. feudali par
te.12.de feudis degenerantibus, fol.214.& 220.
9 & dicam alibi. ſi † eſſet data licentia, vt Titius
vendat Semprooio feudum emendo pro ſe &
hæredibus ſuis. quò ad emptorem, & eius hæ-
redes oulla eſt diſpenſatio, aut derogatio iuris
commonis. in hoc regulæ non repugnant, ſed
concordant: ſecus econtrario. ideo Andre.
ibi iu dicto capitulo Imperialem. poſt argu-
menta, & rationes aſſignatas, quæſtionibus ibi-
dem poſitis cõcludit de rigore aliud eſſe, quàm
ſit de iure communi: quia hoc fuit omiſſum, et
lex habet pro omiſſo, & quod eſt omiſſom, pro
negato habetur. rei natura inſpicitur in cõtra-
ctibus, & in vltimis voluntatibus magis, qoàm
perſona. ideo io l.antiquitas. C. de vſufructo,
10 oon fit ad alios hæredes tranſitus: quia † natu
ra vſufructus eſt perſonalis, & cum perſona fi-
nitur, Alexand.in l.ex facto.§. ſiquis rogatus.
ad Trebell.Docto.in l.Gallus.§.etiam ſi paren-
te, de liberis & poſthumis.& Bald.in l.fi. C.de
hære.inſtituendis, plura congerit dominus Lof
fredus conſilio 7.ad intellectom capituli volen
tes, quæ hic referri poſſent. ipſe autem nonnul
la ex Siculis authoribus deſumpſit etiam, quæ
in ſcriptis habeo. & dominus Antonios Palme
rius idem conſuluit in eodem caſu: vt diſponen
di facultas primo actu ſit contenta, veluti illa
iuris diſpenſatio primo actu finiatur, per l. bo-
ues. § hoc ſermone, de verb. ſign. quibos addo
quæ Andreas ſcribit in c.1. §.quin etiã, Epiſco-
pum, vel Abbatem. ut ſufficiat, tenori ſatisfa-
ctum eſſe, ot ad ius commune fiat reductio, &
plenius in c.1. prima colum. de eo qui ſibi, &
hæredibus ſuis.

* Hoc faoorabile eſt: vt feudom sedeat ad pri
meuam naturam ſuam.l.ſi vnus §.primo, de pac.
cap.ab exordio. 33. diſtin. irrationabile eſſet in
non expreſſis ex ſoi natura & legis prohibitio-
ne licentiam extendere. *

Si in hoc articolo tenorem quærimos. hære
dem non legimus, licet illius perſona à lege re-
preſentetor, vt io l. prima, de his quę in teſta.
delentur.confirmatio alienationis feudi in Re-
gno fit per expreſſum conſenſum.dixit And. in
d.§.hac edictali.allegat tex. in l. prima, de con-
firmando tutore: ſenſit ibi per illum tex. cauſę
cognitionem reqoiri pro obtinendo decreto
confirmationis: quæ non præſumitur pro hære
de interfoiſſe, vbi hæres non exprimitur. hic
eſt rigor ioris feudorum, ot iota ſtus conſiſtat,
qoando Dominus oominatim noo relaxat.
hæc eſt durities iuris communis, pro tuendo &
conſeroando iure publico, ut tenor legatur, &
inſpiciatur oculo corporis, dom Dominus re-
mittit habenas: & ideo ibi caotè dixit Andreas,
rigor aotem, ſuper qoo peritiores cogitent.

* Reperi dominom Nattam Aſtenſem conſil.
164.& ſeq.ferè per aliqua media idem tenentẽ
primo volum.quod ſupra dixi.aliter autem in-
telligit Andr.in d.c.Imperialem. quid ſi ob ſer
uitia grandia eſſet data facultas, idem plenius
diſcutit & multa allegat.

SVMMARIVM.

1 *Licentia vendendi feudum, an operetur in venditio-*
ne partis feudi.
2 *Pars in toto ineſt. & plura de materia partis, & an*
idem ius ſit in parte quod in toto.
3 *Pars feudi an vendi poſſit, ſi aſſenſus ſit præſtitus in*
toto feudo.
4 *Licentia vendendi feudum vni non cenſetur data*
duobus.
5 *Feudum non dicitur amplius, ſi diminuitur de an-*
nuo valore vnciarum viginti.
6 *Mandati fines diligenter cuſtodiendi ſunt.*
7 *Feudatarius cum vendit feudum cum licentia Do-*
mini, in totum deſinit eſſe vaſallus.

1 SEXTO Quæro, an † ſi data
eſt licentia Petro: vt valeat ven
dere, feudum, poſſit eiuſdem
feudi vendere partem? Andr.
in dicto capitulo Imperialem,
videtur tenere quòd ſic, † quia
2 in toto ineſt pars, per leg. ſi quis cum to-
tum. de exception. rei iudicatæ. & meum eſt
quod pro parte eſt meum, vt in l. pupillus §.
fi. de verborum ſignificatione. & ſecundùm Al-
uarotum, in d. c. Imperialem. hoc eſt ex quadam
æquitate, per l. pupillus §. 1. de verborum ſigni-
ficatio. & iuxta ſententiam, quæ colligitur ex di
ctis per Andream ibi illud quod continetur in
gratia non eſt neceſſarium exprimi: quia ineſt,
etiam ſi non exprimatur. expreſſio requiritur,
quando abeſt ab intellectu, & ab effectu eius
quod narratur: vt ſuperiore loco diximus. in
toto pars ineſt: velut per quandam neceſſariã
conſequentiam. & cum liceat vendere totum,
quod eſt plus, multo fortius partem, quod eſt
longè minus, per regulam l. cui licet, à ſimili ha-
betur in c. cui de non ſacerdotali, de præbendis
in ſexto. ſi Papa mandat prouideri de præbenda
aliqua valoris centum aureorum, poſſet confer
ri minoris valoris: quia minor ineſt in maiore.
& non dicitur fieri contra mandatum Pontifi-
cis, qui certam ſummam taxauit, glo. in c. penul
timo. de officio legati in ſexto: & in clementina
prima. de præbendis. per Decium conſilio. 355.
in fi. col. 2. volum. & de illo tex. per Bal. in l. diẽ
proferre §. ſi plures, de arbitris, per Alexandrũ
Moderoos, & Galiaolam in l. 1. §. ſi ſtipulanti.
de verborum obligationibus, quando certa prę-
bẽda certi valoris, ſecus eſſet per illum textum,
etiam ſi conſenſus illius, ad cuius fauorem Pon
tifex reſcripſit, acceſſerit, cum forma à ſuperio-
re tradita obſeruari debeat, nec præteriri poteſt
per l. diligenter, mandati.
3 Sed mihi † videtur, quòd non poteſt vendi
pars feudi, vbi licentia datur de toto feudo ven-
dendo: quia aliud eſt totum, & aliud eſt pars il-
lius, habetur in l. qui concubinam. §. 1. de lega-
tis primo & ſecundùm proprietatem ſermonis
vnum differt ab alio in multis & ex vno feudo
fierent duo feuda, quod non poteſt fieri à priua-
to, ſed ab homine, vel à lege ſic, vt nota. per An-
dreã in c. 1. §. & olim, de ſucceſſio. feudi, quãdo
fit diuiſio inter fratres viuentes iure Longobar-
do. lex præbet aſſenſum, vt in c. præterea, & ibi
And. de prohibi. feu. alie. per Fed. quęlibet por-
tio feudi diuiſi, dicitur vnum feudum. at ſi mo-
do permitteretur vendi partem feudi, feudum
ſcinderetur in plures: & fieret conditio domi-
ni deterior in pluribus, & non videtur hoc fuiſ-
ſe de mente domini, quando præſtitit licentiam
vendẽdi, & hoc hodie videretur procedere ſine
difficultate ex verbis, quę ſolent ex forma can-
cellariæ apponi in priuilegio, quò ad expreſſa
tantùm, feudi natura in aliquo non mutata, &
iuribus curiæ ſemper ſaluis, & eò magis quando
in feudo viuitur iure Francorum, quod non tã
vnius ſucceſſoris fauore, quàm domini introdu
ctum eſt, non videtur dominus cogitaſſe de par-
te, qui expreſſit totum, captio eius verteretur,
quia incideret ex caſu in communionem, cum
alio aliter non contracturus, argumen. tex. in l.
fundus ille, de contrahen. emptio. de quo per
Andream Tiraquellum in tracta. de vtroque re-
tractu, fol. 238. Soci. conſi. 125. pen. col. 4. vol.
Alex. conſi. 92. 1. col. 6. vol. & per Bar. in l. ſi cui
vſumfructum, de vſufr. leg. validum eſt argumẽ
tum de re ad perſonam, habetur in l. vinum. ſi
4 cer. pet. † vnde ſi Rex daret licentiam venden
di vni feudum, non poſſet vendere duobus, ex
no. per An. in d. c. Imperialem 4. col. cum vnius
perſona ſit expreſſa. idem de feudo vendendo, vt
5 totum & non partem vendat. quid † ſi eſſet feu
dum annui valoris vnciarum 20. (hoc eſt feudũ
in Regno vt diximus in titulo quis dicatur feu-
datarius, ex more Regni, & ex cõſuetudine, quæ
taxauit feuda dici, quando in hoc valore conſi-
ſtunt) & venderet decem vncias de 20. penes
emptorem non eſſet feudum, quia non poſſi let
in ea ſumma, per quam fiunt feuda in Regno, &
quęlibet pars feudi non faceret feudum de per
ſe: grauaretur Rex in præſtatione ſeruitij à plu-
ribus exigere, qui cogitauit cum vno contra-
here, ar. tex. in l. 2. §. 1. de tributoria. quando ex
neceſſitate in plures qualitas alteratur, hoc eſt
tolerabile, vt nota. in l. 2. §. ex his, de verbo. obli.
& ibi dominus Zaſius egregiè explicat ſuo more.
idem in c. omnes filij, ſi de feudo fuerit contro-
uerſia, vel ibi omnes pro vno habentur. hic
autem eſſent duo poſſeſſores feudi non integri:
& dominus neutrum haberet in vaſallũ quò ad
omnia, ſed quò ad quid, nec ipſi poſſent aſſiſtere
in parlemento, quando feudatarij vocantur in
6 parlamento, ſeruanda † eſt forma mandati l.
diligenter, mandati, & ſi priuati hominis, vt ibi,
quid illius, qui gerit publicam perſonam, vt Re
gis. & ſi dat mandatum, vt vendat domum, non
dicitur adimplere, ſi vendit partẽ, vel ſi vt emat
totam, & emit partem & ſi certo pretio: vt nota.
in pluribus legibus tituli mandati, de quibus
plenè per Modernos in d. §. ſi ſtipulanti.
* Poteſt ſolùm verificari in parte l. appellatio
ne rei, de ver. ſign. l. ait prætor, in princ. de iure-
iuran. hoc non eſt ex proprietate ſermonis ſed
per interpretationem. vt vbi Alciatus in l. pupil-
lus. §. fin. eod. titu. quæ non habet locum in di-
ſpoſitione ſtricta. l. 3. §. hæc verba, de nego. geſt.
idem

idem Alcia. reſp. 742. & ſtipulatio de aliquo in-
telligitur reſpectu totius & non de parte l. ſi di-
ctum. §. in ſtipulatione de euictio. Bar. in l. le-
gatis, de leg. 2. *

Et tex. in dicto c. cui de non ſacerdotali, face-
ret pro hac parte. vendere totum, & vendere
partem, eſt vtrunq; prohibitum, vno permiſſo,
non erit permiſſum aliud, quod eſt voluntariũ,
neque eſt neceſſarium ex actu, qui inſurgeret ex
eo, ar. tex. in l. 2. de peculio legato, glo. eſt not.
in c. quia in tantum, de prębendis, & not. c. ſi-
quis clero. 6. q. 1. Socin. conſi. 226. col. ſi. 2. vol.
in toto ineſt pars ipſius quoddam concretum,
& connexum, ſed alio modo conſideratur pars
ipſius quò ad tertium, qui ex hoc læderetur, aſ-
ſenſus non trahitur ad id, quod dominus non
cogitauit, ar. l. qui cum tutoribus, de tranſactio.
quando dedit licentiam vendendi feudum, cogi
tauit dominus emptorem habere vaſallum, &
eius hæred. & ſucceſſores, & non venditorem &
emptorem. nam vt dicit Bal. in c. cęterum. de iu
7 dicijs, quando † alienatur feudum cum licen-
tia Domini, venditor in totum deſinit eſſe vaſal
lus, neque in eo remanent aliquę reliquię quò
ad iura feudi. & perinde eſt ac ſi nunquàm fuiſ-
ſet feudatarius, quò ad ipſum feudum. hoc ha-
buit Dominus in mente, quando dedit licentiã
& erat expreſſum ipſi vendenti ab intellectu iu-
ris, quod interpretatur ipſam licentiam, non
poteſt conqueri vaſallus, qui quod poteſt non
vult, & quod non poteſt, ipſe pertractat, ar. l. mul
tum intereſt. C. ſi quis alteri, vel ſibi, notat An-
dræas in d. c. Imperialem, col. 3. & in d. c. 1. nec
habet locum regula, vt cui liceat totum, ergo &
partem diſcretiuè. in relaxatione iuris commu-
nis non procedit, vt vbi Moderniores, & vbi
vertitur publicum intereſſe, quod à ſola volun-
tate Domini regulatur: vt in l. ſi. de vſu & habi-
tatione. debemus hęrere regulę feudali, & nó cõ
muni iuri in feudis, quæ habent ſuos Canones,
& diuerſas rationes, quę conſiderantur in eis: li
cet quandoque ex malo more & conſuetudine
Regionum aliter ſuſtineantur, & hanc partem
puto veriorem, & hanc etiam credo fuiſſe inten
tionem Andreæ ex ſequẽtibus, quę ibi poſuit, &
ibi dum dixit, rigor autem, & vide Curtium in
tracta. feudi, in quarta parte 18. quæſtione.

S V M M A R I V M

1 *Licentia ſiue poteſtas alicui data, vt poſſit aſſentire in alienatione feudorum, an cenſeatur fauorabilis vel odioſa.*
2 *Odia ſunt reſtringenda, fauores conuenit ampliari.*
3 *Aſſentiendi poteſtas licet ſit fauorabilis ex aquo tamen eſt odioſa.*
4 *Legitimatio licet ſit aliquo modo odioſa, poteſtas tamen legitimandi eſt fauorabilis.*

1 SEPTIMO quæro, an † ſi Rex
det facultatem alicui, vt poſſit
aſſentire ſuper alienationibus
feudorum, illa poteſtas cenſea-
tur fauorabilis vel odioſa? Po-
terit prodeſſe ad multa, nam
2 † ſi fauorabilis iudicatur, latè erit intelligenda,
vt in l. ſi. de conſt. Principum. ſi odioſa, tunc ſtri
ctè accipietur, vt in c. quamuis de prębendis in
6. & in c. 1. in ſi. de filijs presbyterorum in 6. Sed
3 dic, ꝙ † poteſtas eadẽ cẽſetur fauorabilis, exe-
cutio autem odioſa, tex. eſt. & ibi notat Ioan.
Andr. in c. finali, de ſimonia. & ideo † legiti-
4 matio licet aliquo modo ſit odioſa, poteſtas ta-
men legitimandi latè interpretabitur, ſe-
cundùm dominum Antonium de Butrio, in c.
per venerabilem. 10. col. qui filij ſint legitimi,
quem ſequitur Sandęus in d. c. ſi. 2. col. & in c.
poſtulaſti. 12. col. de reſcriptis, Socinus conſi.
260. col. 11. 2. vol. verſi. 2. quod videbatur, niſi
illa poteſtas eſſet relata ad certam perſonam tan
tùm, ſecundùm Abbatem ibi, quia non eſt ſim-
plex poteſtas, ſed diſpenſatio in eſſe producta
expectans ſolam executionem, glo. hoc ſenſit in
c. literas, in verſi. ordinarij, de filijs prebyterorũ.
habetur per Modernos in l. 2. de verborum obli
gation. & per Dominum de Ripa in c. ad aures,
in ſi. col. extra de reſcriptis. ſi Rex daret poteſta-
tem Titio, vt poſſit aſſentire alienationi facien-
dę per Petrum, iſta poteſtas ſtricto modo debe-
ret intelligi, vt verba ſonant, quaſi quòd quò ad
Petrum ſit tantùm merus executor: ſed non quò
ad omnes, licet ex forma poteſtatis cognoſci poſ
ſit ſua authoritas, vt Andreas ſcribit in d. c. Im-
perialem, in quæſtione de vicario, ſi poſſit aſſen-
tire, tamen in dubijs debet ſumi vt fauorabilis
illa generalis poteſtas. & nota hoc quia Docto-
res noſtri non ponunt in dicto capitulo Impe-
rialem.

S V M M A R I V M.

1 *Licentia ſiue poteſtas alicui data vendendi feudum, an opituletur, ſi feudum vendatur pluribus.*
2 *Beneficium an poſſit permutari cum duobus, ſi Papa diſpenſauit, quòd poſſit fieri permutatio beneficij.*
3 *Subſtituendi poteſtas ſi data fuerit, an poſſit plures gradus ſubſtitutionis facere.*

1 OCTAVO quęro, ſi † Rex dat
licentiam petenti, vt poſſit ven
dere feudum, an poterit vende
re duobus vel tribus? Iſtam quę
ſtionem poſuit affinis meus de
Afflicto in c. omnes filij, quinta
col. ſi de feudo fuerit controuerſia. & dicit fuiſ-
ſe determinatum, quòd ſic, neque poſſet eſſe iu-
ſta cauſa denegandi aſſenſum in alienatione ip-
ſius: eo quòd feudum perueniat in poſſe duorũ,
quia hoc eſt in augmentum domini, vt de vno
feudo habeat plures vaſallos. quod dixit eſſe mẽ
ti tenendum, nec reperiri ab alijs tactum in ſpe
cie. Sed puto contrarium eſſe de iure ve-
rum, quòd feudatarius ex ea licentia non poſ-
ſit feudum vendere niſi vni, rationes ſunt,
quę in præcedenti quæſtione deduximus, & in
hac adduci poſſunt: quia cum feudum perue-
niat in duos, ſit deterior conditio domini, ex
quo feudum non ita de facili erit recaſurum in
dominum: And. notat in d. c. Imperialem, in 6.
col. & ſi poſſet alienari in duos, poſſet etiam in

quatuor, ex ratione Afflicti, aut etiam in plures, quia fieret in augmentum, cum plurimos ex vno feudo vaſallos haberet, hoc non cogitauit Dominus: ſed tantùm habere vaſallum emptorem eo modo, quo habebat venditorem, illa licentia debet reſtringi ad perſonam, quæ habuit licentiam vendendi: cum non ſit actus, qui ex ſola ſua voluntate procedat. in duobus domino fieret damnū, primò feudi diuiſio inter duos emptores: ſua intereſt feudum præſeruari integrum ex rationibus And in c. 1. §. præterea ducatus. & minus dicitur eſſe in valore res, quæ diuiſa eſt in plures. l. Meuius. §. fi. & ibi glo. commu ni diuiduodo, quam dixit eſſe ſing. Sandæus in c. cum cauſam, de teſtibus. Secundò cū ſunt plures domini in feudo, non ſic de facili ad dominū reperueniet; & quando domino aperiretur, pro parte dimidia tantùm deuolueretur, hoc intereſt domini, vt totum ad ſe feudum deuoluatur, & non pro parte, neque eſt augmentum domini, quod in eo feudo habeat plures vaſallos, quia ipſi habentur pro vno, & ſeruitium ex hoc non augetur, ex quo feudum poſſidetur à pluribus, tantum præſtabunt plures in quantum vnus tenebatur pro feudo, vt in l. ſi fundus, de condi. & demon. not. in c. omnes filij, ſi de feudo fuerit contro. & in l. 2. §. ex his, de verbo. obliga. illa licentia alienandi eſt diſpenſatio ſuper iure prohibitiuo, debet capi in ſtrictiore ſenſu, quo poteſt, quando aliter ex verbis, vel ex mente non apparet, vt not. in d. c. fi. de ſimonia. ſat. ſ eſt illi, quòd vni vendere poteſt, ar. l. tutori. C. de ne

2 go. geſt. † ſi Papa diſpenſat, quòd poſſit fieri permutatio beneficij non poterit permutari cū duobus. Anto. de Butr. in c. cum venerabilis, de exceptio. quē ſequitur. D. de Ripa in c. ad aures, nu. 98. de reſcri. nec valet argumentum à poſteriori. per tex. in d. c. omnes filij, quia hoc ſit ex neceſſitate legis communis & feudalis, vt omnes filij pariter ſuccedant in feudo, quod erat vnius, & in ea ſucceſſione ab ipſo initio aderat voluntas domini, qui ſic dedit vni patri, vt omnes filios haberet vaſallos, & cum lege mitius agitur quàm cum homine l. Celſus; de arbitris, aliter non poterat fieri in feudo diuiduo, vt omnes ſuccederent; aut nullus, propter æqualitatē ſeruandam inter liberos l. vt liberis. C. de collationibus; niſi dominus in traditione feudi vnū prædilexiſſet; qui interpretatur primogenitus, vel tempore contracti matrimonij vni prouidiſſet, vt not. in c. 1. de filijs natis ex matrimonio ad morganaticam contracto. quando alienatur in duos, hoc ſit ex voluntate alienantis, lex, dominus, vel pactio ad id non cogit hominem, de vno duos immittit in feudo: & licet pro indiuiſo; lex tamen per ſuum intellectū diuidit & ſcindit l. reos. §. cum tabulis; de duobus reis, & procederet ſine difficultate, quando eſſet feudum iuris Francorum, quod vni deferetur tā fauore Domini quàm primogeniti, & hodie ex inſtructionibus Sacræ Cæſareæ Maieſtatis non haberet dubium, quia Rex noſter intendit feuda habere integra, niſi aliter ſibi viſum fuerit. Si ex ea licentia poſſet alienari in duos, iam facta eſſet diuiſio feudi, quod non poteſt fieri à priuato, ſecus à lege, vt no. Andr. in c. 1. de contro. feud. apud Pares termin. tertia col. & in conſtitutione Regni honorem, & in c. 1. in fine, an ille qui interfecit fratrem Domini ſui. & in c. 1. ſecunda col. de capitaneo, qui curiam vendidit, & per Lucam de Penna in l. ſi quis. C. de omni agro deſerto, libro 11. 4. col. & vide omnino ſimili per Andream in c. 1. & ibi glo. de fra. de no. bene. inueſti. & ſi pro parte poteſt ſatisfieri in hæreditate, an pro parte repellatur à feudo, Bar. in l. ſi mihi & Titio, de verbo. obligatio. in ſimili, & in l. tertia, de condi. ob turpem cauſam & hanc partem teneo, ne liceat alienare in duos, quando ſimplex fuit licentia alienandi, cum alia perſona extranea non ſubintelligatur in feudo, quàm expreſſa & nominata, vt in l. ita ſtipulatus. §. Griſogonus. de verbo. obligatio. & eodem modo dico, ſi eſt data poteſtas faciendi hæredem,

3 non poterit inſtituere plures, neque † ſi eſt data facultas ſubſtituendi, poterit facere plures gradus ſubſtitutionum, notat dominus Loffredus conſilio. 7. & dominus Antonius Palmerius eodem. conſultus caſu ſuper c. Volentes, Regni Siciliæ.

S V M M A R I V M.

1 *Licentia vendendi feudum ſi data fuerit, an poſſit feudum obligari.*

2 *Argumentum à maioritate rationis non ſit ſuper iure prohibitiuo.*

3 *Vendere cui permittitur, an permittitur obligare.*

4 *Obligatio diuerſa eſt à venditione.*

5 *Alienare directò non dicitur, qui obligat, licet per obligationem deueniatur ad alienationem.*

6 *Venditio aliud eſt, & aliud pactum de vendendo.*

1 NONO quæro, Si † datur licentia vendendi feudum, an poſſit obligari: & Andr. in d. c. Imperialem quarta col. videtur firmare quòd non, quia cum ſit vtrunq; prohibitum, vno permiſſo non intelligitur aliud eſſe permiſſum, pignoris datio omiſſa eſt, ideo nō cenſetur permiſſa. per l. quicquid aſtringendæ, de verbo. obligatio. quam ad hoc in feudis allegat Soci. conſi. 67. 3. col. 1. lib. & ſi permiſſum eſt; quod eſt maius, non per hoc erit conceſſum; quod eſt minus, ſecundùm Bar. in l. in quorum, de pignoribus. iſta eſt prohibitio rei, non perſonæ, facta à lege propter ipſam rem; Fabianus in tracta. de emptione & venditione, col. 2. Areti. conſi. 14. viſo, 3. col. & conſi. 125. plura Barbatia in rubrica de rebus eccleſiæ alie. vel non, & in c. nulli, eo. titulo. vbi

2 † ſit diſpenſatio ſuper iure prohibitiuo, nō procedit argumentum à maioritate rationis, ſecundùm Abbatem in c. at ſi clerici. §. de adulterijs, 3. col. de iudicijs. ex forma verborum, & ex ſopita vocis aliud eſt vendere, & aliud eſt obligare, lex feudi ſuper vtroque interdixit commercium vt in c. Imperialem, Federicus ſtatuit, & Conradus etiam in §. commercium, de prohi. feudi alienа.

3 aliena. per Lotha. non † debet obligare, cui
permittitur vendere, quia hoc dominus non cō-
ceſſit: dum permiſit venditionem, cauſę cogni-
4 tionem adhibuit pro vendendo, quæ † diuer-
ſa eſt ab obligatione, tex. eſt ſingul. in l. ſi pupil-
lorum, §. ſi prætor, de rebus eorum. res pupilli
obligari non poteſt ex prętoris decreto permit-
tente venditione, diuerſa eſt cauſę cognitio in
vtroque, & in l. magis puto. §. item prętor, eo.
tito. ibi, item prætor æſtimare debebit, vtrum vē
dere, an obligare permittat. & tamen plus eſt vē-
dere, quam obligare, quando dominus diſpen-
ſat ſuper alienatione feudi, conſulto hoc facit,
dum adhibet cauſe cognitionem, ſingulariter di
xit Andr. in d. §. commercium, allegando tex. in
l. 1. de confirma. tuto. & ideo aſſenſus debet eſſe
expreſſus, quia decreto confirmatur, nec dixit
alibi. ad intelligentiam conſtitutionis conſtitu-
tionem diuæ memorię, in Regno non aſſenſus
tantùm, ſed decretum requiritur, ibi, ſine ſpecia
li celſitudinis noſtræ licentia confirmetur. Gui
lielmus de Perno notat hoc in ſuo tracta. feu-
dorum, & Federicus in l. ſiquis poſt litem, ibi,
ita, vt prędicta feudalia ex decreto noſtro tan-
tummodo, non alterius iudicis diſtrahantur, li-
cet ibi quādo cognitionaliter, & iudicij ordine
decretum interponitur, tamen ad partis poſtu-
lationem Imperator reſpondet, Principis decre-
tum eſſe neceſſarium ſiue ex iudicij regula, ſiue
voluntariè feuda diſtrahātur, & in §. quid ergo,
And. loquitur ſecundùm terminos iuris com-
5 munis, de 1. & 2. decreto. Ille † ergo, qui obli
gat feudum directò, non alienat l. ſi. C. de rebus
alienis non alien. licet per obligationem ad id
deueniatur, ſecundùm Bar. in d. l. in quorum,
per l. oratio, de ſponſalibus, non tamen facit id
quod de gratia eſt ſibi conceſſum, ſicut ſi permit
teretur vendere, & ipſe faceret pactum vel pro-
miſſionem de vendendo, ſecundùm Modernos
in d. conſtitu. conſtitutionem, nono notabili:
6 quia † aliud eſt venditio, & aliud eſt pactum
de vendendo, ſecundùm Bal. in l. 1. C. de pactis
pignorum, & dixi ſupra in limitationibus dictę
conſtitutionis, eo modo, & eo verbo debet exe
qui gratiam, quo ſibi eſt permiſſum, ne incidat
in laqueum fiſcalium, & ne ipſe illuſus reperia-
tur, dum exequitur aliud, quàm ſibi ſit per-
miſſum.

* Aliud agit, qui non ſeruat formam, vt in d. §.
ſi prætor, arg. l. ſed ſi alio §. ſin. cum l. ſeq. ad tre-
bell. & in l. ſi commnnem, quemad. ſer. amitt.
& per Alber. in tracta. de augmento, concluſ. 8.
Bar. in l. ſicut §. ſi permiſerit. quib. mod. pig. vel
hypo. ſol. Alex. in l. in actionibus, & ibi Mayn.
de in lit. iuran. & Paul. de Caſ. in l. quicunque.
§. 1. de inſtito. actio. •

SVMMARIVM.

1 *Licentia teſtandi data in vna perſona, an valeat, ſi factum fuerit aliud teſtamētum & inſtituta alia perſona.*
2 *Teſtamentum conditum authoritate ſuperioris ſine eiuſdem authoritate reuocari non poteſt.*
3 *Solemnitas, quæ requiritur in contractu, requiritur & in diſtractu.*
4 *Teſtamentum cum authoritate & aſſenſu Principis inſinuatum valet, niſi teſtator aliud diſpoſuerit.*
5 *Donatio facta à filio cum conſenſu patris poteſt reuocari patre inconſulto.*
6 *Aſſenſus domini regulatur ab actu, ſuper quo interponitur.*
7 *Aſſenſus præſtitus in prima diſpoſitione non operatur in ſecunda.*

1 DECIMO quarto. Si † Rex dat
facultatem teſtandi de feudo, &
teſtator de feudo diſpoſuit in
vnum, poſtea fecit aliud teſta-
mētum, & diſpoſuit de feudo
in alium, an potuit hoc facere?
Terigi ſupra hanc quæſtionem in limita & Mo-
derni in dicta conſtitutione tenent quòd non,
2 quia cum † teſtamentum ſit conditum autho-
ritate ſuperioris, ſine eiuſdem authoritate reuo
3 cari non poteſt, & eadem ſolemnitas † requi-
ritur in diſtractu, quæ & in contractu, per regu-
lam iuris, & per tex. in l. ſi ad reſoluendam. C. de
prędijs mino. de qua multa per dominum An-
dream Tiraquellum de legibus cōnubia. in fine
operis. Ego autem contrarium teneo, per tex. in
4 in l. omnium. C. de teſta. vbi † teſtamentum
coram Principe inſinuatum ſuum habet vigo-
rem, niſi teſtator aliud diſpoſuerit, ibi, nec con-
tra iudicium ſuum defunctus poſtea veniſſe dete
gatur, ex quo tex. Bar. Bal. & alij notant, quòd
teſtamentum factum Principe accommodante
ſuam authoritatem, poteſt reuocari eo inſcio.
5 idem † in filio qui donat cauſa mortis cum
cōſenſu patris, qui in ea donatione requiritur,
poteſt reuocare donationem huiuſmodi patre
inconſulto, notat Dynus, Cynus, Saly. & alij in
l. nec fratris. C. de donatio. cauſa mortis. Fulgo.
& Corneus in l. ſenium. C. qui teſtamen. fa-
cere poſſunt, plenè per dominum Andream Ti
raquellum de legibus conoubia. in glo. in verbo
cōtrahere, & in tractatu de iure primogeniorū,
q. 68. nu. 3. char. 409. quando teſtatur de feudo,
6 facit actum reuocabilem. Aſſenſus † domini
regulatur ab actu, ſuper quo interponitur, ar. l.
ſi. C. de pactis, nec facit actum irreuocabilem vo
luntas domini, qui nihil aliud intendit facere,
quàm ſequi voluntatem feudatarij, not. Andr.
in d. c. Imperialem 6. col. & in c. 1. de contro.
feudi apud Pares termin. & Socin. conſi. 159. in
fine, ſecundo vol. & ille aſſenſus intelligitur, vt
diſpouit ius, ſæpe hoc And. dixit & in c. 1. 6.
col. qui ſucce. tenea. & alibi. non eſt conſtitutum
feudum in perſona legatarij, vel hæredis, ante-
quàm defunctus moriatur, & in eadem volunta
te perſiſtat, & ſicut ſi vēdit vni ſine aſſenſu po-
teſt pęnitere in regno, vel ſi cum aſſenſu vendit
vni & alteri poſtea vendit, & tradit, præfertur ſe
cundus, quia penes primum non eſt conſtitutū
dominium, aut ius feudi, per l. quoties. C. de rei
vendi. not. Andr. in c. ſi facta, ſi de feudo fuerit
contro. ita & quando teſtatur de feudo cum aſ-
ſenſu

ſenſu, & in eadem voluntate non perſeuerat, aſſenſus reperitur ſuper volútate abortiua, quæ nondum venit in lucem. non ſufficit vxorem eſſe prægnátem, niſi partus educatur in lucem. notat Bal. per illum tex. in l. pen. ff. de conditio. inſtitutionum. ſic & aſſenſus domini non alterat naturam contractus, ſuper quo interponitur. ideo ſi aſſentit alienationi feudi, non facit, vt feudum perpetuò remaneat penes emptoré, & eius hæredes, ſed in quantum durat ius ex perſona venditoris, iuxta tex. c. prim. de aliena. feudi paterni, & propter aſſenſum domini non excluditur aſſenſus agnatorum, qui in ea alienatio: requiritur, ſed terminabitur iuxta regulas feudales, notat Alexan. conſi. 104. in quarto vol. & in conſi. 128. in quinto libro. Card. Alexand. in c. 1. de feudo non habente propriam natorá feudi. Decius conſi. 395. 1. col. ſecundo vol. quẽ ſequitur Ioan. Antonius Rubeus in conſi. 110. in fi. col. & eandem ſequor ſententiam in hoc articulo tantùm eius, quod ipſe ſcripſit in d. cõſi.

7 neuter † ergo habebit, feudum hoc caſo: primus non quia teſtamentum fuit reuocatum, & teſtator in alium diſpoſuit, ille aſſenſus redditur caducus & inutilis. Secundus non, quia nõ valet diſpoſitio eius ſine aſſenſu, nec ille aſſenſus poteſt operari in hac ſecunda diſpoſitione, ex quo repugnat regula. l. bone. §. hoc ſermone de verborum ſignificatio. ſemel tantùm fuit ſibi permiſſum diſponere, eo diſponente ſtatim reſoluitur facultas, & noua gratia requiritur pro validitate actus, vt in ſuperioribus diximus.

* Vide dictum conſi. 512. in 3. lib. Alcia. ponit not. quæſtionem in eo, qui habuit poteſtatem à Rege nominandi heredem in feudis, quæ poſtea fuit reuocata, reſpon. 177. vide eum & cõſidera: nam hallucinantur quidam in l. Imperialem. fol. 63.

S V M M A R I V M.

1 *Aſſenſus præſtitus ſuper venditione facienda an operetur, ſi venditio fuerit facta, & è conuerſo.*
2 *Licentia data conſtruendi molendinum intelligitur confirmare iam factum.*
3 *Aſſenſus præſtitus ſuper teſtamento faciendo, an operetur in teſtamento iam facto.*
4 *Beneficium vacaturum ſi fuerit conceſſum, an comprehendat tunc vacans, & è conuerſo.*
5 *Futurum an veniat, ſi conceditur, quod eſt præſens & è conuerſo.*
6 *Conceſſio feudi Titij facta per Regem credentem Titium eſſe mortuum, qui erat viuus, an conualidetur ſequuta morte Titij.*
7 *Mandatum de mutuando non conualidat mutuum iam factum.*
8 *Aſſenſus operatur in expreſſis, & non tacitè ſub intellectis in Regno.*
9 *Aſſenſus declaratur à ſuppletione petentis.*

1 VNDECIMO quæro, ſi † petatur aſſenſus ſuper venditione facienda, & erat facta prius, an conualidetur venditio ex hoc aſſenſu? Hæc quæſtio non habet magnam controuerſiá: quádo in priuilegio aſſenſus reperitur appoſita clauſula, veris quidem exiſtentibus prænarratis, quæ communiter poni ſolet ex forma Cancellariæ, aſſenſus intelligitur præſtitus conditionaliter, & conceſſus ſuper actu celebrando, non operatur in celebrato, & econtrario, vt dicit Collector noſter Rotæ Neap. deci. 355. & in conſtitutione conſtitutionem diuæ memoriæ, ſecunda quæſtione, ſed quando hæc clauſulę adiectio nõ reperitur, vt erat prioribus temporibus, & in multis priuilegijs legi, quæ veniunt à curia Cæſaris, maior eſt difficultas. Dominus Antonius de Alexand. in d. c. Imperialem, tenuit, quòd licentia pręſtita ſuper alienatione feudi conualidet alienationem factam, quia in Regno per alienationem feudi factam ſine aſſenſu non amittitur feodum, ex quo ipſe idem iure proprio reuocat, & ratio illorum qui tenent contrariũ, habet locum, quando per illicitam alienationẽ feudũ deuoluitur domino, vt per Paul. de Caſt. in l. ſi quis filio. §. irritum, de iniuſto, irrito facto teſtamen. & ibi Bal. & per Alexan. conſi. 146. in cauſa & lite, quinto lib. ſi dominus ignoret alienationem eſſe factam, non videtur caducitatem remittere, tex. in l. ſi iam facta, de condi. & demonſtra. dicit ipſe fuiſſe determinatum per ſacrum Cõſilium in cauſa. D. Nicolai Villani de ſancto Seuerino, quòd aſſenſus confirmet venditionem factam ex ratione prędicta, & Loffredus ibi eiſdem adductis tacito authore nihil in ea tedecidit. poſſent in hoc articulo adduci, quę Maynus ſcribit in l. quominus, de fluminibus,

2 21. q. an † ſi Princeps concedens licentiam cõſtruendi molendinum intelligatur confirmare iam factum, multa allegat pro vtraque parte,

3 & ſi † Papa dat facultatem teſtandi, & teſtamentum erat per prius conditum, ad tex. in l. ſi quis filio exhæredato. §. irritum, per Bertran. conſi. 103. 2. vol. per Bal. in c. at ſi clerici, col. 8. de iudicijs. Marſilius in practica fol. 84. in paruo libro, & in rubrica de fideiuſſo. char. 16. & quæ ſcribit Soci. in l. ſi iam facta, de conditio. &

4 demonſtratio. & ſi conceditur † præbenda vacatura, quæ iam vacabat, glo. ſingul. in clemen. prima, in verbo notitia, de conceſſio. præbẽdæ. quod latè proſequitur Barbatia in c. conſtitutus, col. 20. de reſcriptis. Ego autem contrarium teneo. nam licet ſecundùm pręfatum authorem ceſſaret in Regno pęna caducitatis (quod indiſtinctè non ſequor: nam dum vaſallus alienat feudum & tradit, in Regno perdit feudum, niſi ipſe reuocet) tamen non ea ratione, quia non cadit propter alienationem illicitam, gratia illa confirmat, quod eſt nullum, ex quo ſumus in materia rigoroſa, in qua non recedimus à pro-

5 prietate ſermonis, & † ſi conceditur, quod eſt pręſens, non venit futurum l. ſi à colono, & l. cũ ſtipulamur, de verb. oblig. & econtrario. de pro

prietate

prietate autem vocis pręſens non includit futu
rum,illa alienatio erat nulla,& inualida ab ini-
tio.ſecus erat in §.irritum, vt conſiderat Ioan.
Lupus in c.per veſtras.§. 10.2.col.de dona. in-
ter virum & vxorem, neq; in alijs caſibus conſi
deratis à Doctoribus erat ibi diſpenſatio ſuper
iure prohibitiuo,& publico:licet poſſint etiam
aliqui ipſorum ad id adaptari.idem Andr.dicit
in c.moribus, ſi de feudo fuerit controuer. ſi
6 † Rex concedit feudum Titij,quem credit eſſe
mortuum,non confirmatur conceſſio, ſi poſtea
moriatur,per tex.in d.l.ſi à colono, quia illa cõ
ceſſio velut ambitioſa eſt reſtringenda, vt ſi ex
vna cauſa dat, & ex alia vacat, non ſuſtinetur
ex illa,ex qua non conceditur.per tex.in c.ſuſce
ptum.de reſcript.in 6.& in c. quamuis,de præ-
ben.in 6. & And.ibi ſequitur dominus Loffre-
dus conſi.45.num.22.de quo plura per Sandęũ
in c. in noſtra,col.28.correlar.38.de reſcriptis,
Alexan.conſi.22.5.vol.Taurienſis in verbo in-
ueſtiuit,4.col.Deci.conſi.233.& conſi.285.3.
col.2.lib.Moderni in conſti.violentias, quarta
col.Garſia Fortunius in §.& quid ſi tãtùm,nu.
93.& per Ripam lib.3.reſpõſorum,char.21.&
ibidem per doctores habentur limitationes,
quando ex mente, & vbi motu proprio, & vbi
in gratioſis & ex coniecturis, & per Curtium
conſi.21. quando Rex concederet pręter pro-
hibitionem legis, poſſent contraria procedere.
at ſecus vbi contra.cum diligenter ſint inſpicien
di fines gratiæ ſuæ.per l.diligenter.& in l. ſi ve
rò non remunerandi.§.ſi poſt creditam, manda
7 ti,vbi † in mandato de mutuando non cõfir-
matur mutuum ante factum, tantùm opinio
præfati authoris poſſet procedere de iure com-
muni feudorum,vbi ſufficit tacitus conſenſus.
8 at † in Regno debet eſſe ſpecialis, & non ſuf-
ficit tacitus,per legem Federici conſtitutionem
diuæ memoriæ.illa aũt confirmatio, quę inſur-
geret ex ſuperueniente aſſenſu,eſſet tacita,& nõ
ab intentione concedentis, qui conſpexit ver-
ba ſupplicantis,dum petit aſſenſum ſuper ven-
ditione faciẽda, & erat facta,vel ſuper facta,quæ
9 poſtea facta fuit. aſſenſus † declaratur à ſup-
plicatione petentis; vt in l.ſi defenſor. §.qui in
terrogatus, de interroga. actio. hoc vidit do-
minus oculo corporis,illud conceſſit,ſuper pe-
tito adhibuit cauſæ cognitionem, in conceden
do aſſenſum,ſuper alio non cognouit,an expe-
diat concedere vel ratione cauſæ. vel temporis,
vel perſonæ.potuit ſibi illud eſſe gratũ, & aliud
non perdatur nec ne feudum propter illicitam
alienationem,nihil tangi de voluntate domini,
cui ſi placet remittere caducitatẽ, non placebit
futuram venditionem ratam habere, hæc non
ſunt connexa & inſeparabilia,ſunt ſeparata, &
ſub diuerſa ratione.ex vno non poteſt inferri ad
aliud,& ita teneo.Dum eſſet de facto,1540.26.
Septembr.inter.D.Iulium de Ianuario,& Ferdi
nandum de Serris, per ſacrum Conſilium fuit
iudicatum,aſſenſum ſuper venditione facienda
non operari, neque confirmare venditionem
factam.eſt verum,quòd ibi erat clauſula in pri-
uilegio,veris exiſtentibus prænarratis,tamen cũ
ego eſſem Comiſſarius cauſæ vertentis inter. D.
Comitem ſanctę Seuerinæ, & Carolum de ſan-
cto Felice nobilem Cuſentinum, vendicantem
quædam feuda quaternata magni redditus &
valoris, & produceretur pro Comite donatio
ſeu ceſſio facta per Iulium patrem dicti Caroli
cum aſſenſu Regio, ex prædictis rationibus nõ
habui rationem de eo. licet ibi prætenderetur
certus error in inſtrumento, vt vidimus ex
protocollo.& dum facta eſſet ſuper hoc articu-
lo diſcuſſio, Domini de Conſilio idem ſenſerũt.

SVMMARIVM.

1 *Feudum,quod fuit adiudicatum mulieri pro ſuis doti bus & antefato,in quo non fuit facta inueſtitura pro ſe & haredibus,ad quem deueniat mortua mu liere ſine liberis, ad fiſcum, vel ad proximum agnatum.*

2 *Aſſenſus præſtitus per Regem Catholicum ſuper obligatione bonorum feudalium pro reſtitutione dotium & antefati mulierum Neapolita. an intelligatur pro ſe & haredibus, an pro perſonis mu lierum tantùm.*

3 *Clauſula in præcedenti c. poſita cenſetur repetita in ſequenti,quod ſequitur continuatiuè.*

4 *Actio competens ad feudum feudalis eſſe cenſetur. & nu. 11.*

5 *Actio competens ad rem mobilem vel immobilem iudicatur ſecundùm naturam ipſius rei, cui competit.*

6 *Succeſſoris verbum in feudo intelligitur de perſonis habilibus ad ſuccedendum in feudo ex natura feudi vel ex prouidentia conſtitutionis.*

7 *Aſcedentes non ſuccedunt filijs ſuis in feudo, quia feuda non reſpiciunt retrorſum.*

8 *Patruelis frater, qui eſt in quarto gradu,non ſucce dit in feudo in regno.*

9 *Frater an ſuccedat ſorori in feudo, quod ſibi fuit pro dotibus & antefato adiudicatum.*

10 *Feudatarius vnuſquiſque acquirens feudũ cenſetur proſpexiſſe ſibi & haredibus ſuis ex corpore.*

12 *Donatio plenior eſt quàm infeudatio.*

13 *Clauſula, feudi natura in aliquo non mutata, & iuribus curia ſemper ſaluis, intelligitur quò ad non expreſſa,non autem quò ad expreſſa.*

14 *Aſſenſus ſuper venditione bonorum feudalium intelligitur præſtitus iuxta formam priuilegiorum venditoris.*

16 *Aſſenſus præſtitus per regem Catholicum ſuper obligatione bonorum feudalium pro reſtitutione dotium mulierum Neapolitanarũ intelligitur iuxta formam inſtrumenti dotalis.*

17 *Gratia licet ſit generalis,reſtringitur ad petita,& ſi petitio ſit amplior, gratia reſtringitur ad conceſſa tantùm.*

18 *Clauſula, aſſentio inſtrumentis, pluris eſt effectus, quàm dicere cuius tenor habeatur pro expreſſo.*

19 *Feuda Galliæ ſunt ſicut allodialia.*

20 *Frater fratri an ſuccedat in feudo.*

21 *Soror an ſuccedat fratri ſuo in feudo.*

22 *Soror non continetur appellatione fratris in materia feudali,quod ſecus eſt in alijs.*

23 *Fœmina, quæ eſt habilitata ad ſucceſſionẽ feudi cẽſetur habilitata quò ad quadã,nõ quo ad omnia.*

DVO-

1 DVODECIMO quæro † de noua quæſtione. Catholicus Rex
præſtitit aſſenſum obligationi-
bus bonorum feudalium pro re
ſtitutione dotium, & antefati
mulierum Neapolitanarum nu
bentium intra vel extra Neapolim: poſtea eue-
niente caſu mortis fit adiudicatio vxori pro
concurrente ſumma dotium, & antefati, & ipſa
immittitur in poſſeſſionem feudi adiudicati:
deinde decedit ſine filijs ex corpore, an in tali
feudo adiudicato ſuccedat fiſcus Regius, an il-
le qui dedit dotem, vel frater, aut ſoror, cum nō
reperiatur feudum adiudicatum mulieri, & hæ
redibus ex ſuo corpore legitimè deſcendenti-
bus. vel ſi forte vxor decedat ante adiudicatio-
nem, ſi in iure recuperandi dotes ſuper feudo
habeat patrem dotantem, fratrem, vel ſororem
2 in ſucceſſorem. Oritur † difficultas: quia nō
habemus expreſſum aſſenſum pro muliere, &
eius hæred. & ſucceſſoribus, & dubium verti-
tur, ſi aſſenſus ſit præſtitus ipſi mulieri tantùm
fauore dotis recuperandæ, qua recuperata rema
neat in diſpoſitione iuris, ſi in ea habeat ſucceſ-
ſorem, & quem. Verba c. 20. Regis Catholici ſa
tis ampla & larga ſunt, tam in ſupplicatione,
quàm in gratiæ cōceſſione, petitur aſſenſus om
nibus mulieribus, & earum hæredibus, & ſuc-
ceſſoribus, & Rex contentatur, quòd ad dotes ve
ras, & ſine fictione. ſed ea gratia eſt quòd ad obli
gationes bonorum feudaliū factas. exprimit ibi
Catolicus Rex, dum dicit, placet Regiæ Maie-
ſtati quò ad obligationes factas, ita quòd futu-
ras obligationes omittit. ſequens capitulum.
21. nihil dicit de hæredibus & ſucceſſorib. mu-
lierum. verùm præſtatur aſſenſus ad beneplaci-
tum Catholicę Maieſtatis futuris contractibus
obligationum bonorum feudalium per mari-
tos faciendarum, eo tunc cum inſtrumenta con
fecerint, cum obligatione bonorum feudaliū,
& ſecundùm vnam interpretationem iſta gra-
tia eſſet amplior, vt contractui ſit præſtitus aſ-
ſenſus, in quo ſolet eſſe, prout eſt generaliter
obligatio bonorum feudalium, pro reſtitutio-
ne dotium, & antefati facienda vxori, & eius
hæredibus, & ſucceſſoribus, & in principio
notarij etiam apponunt, tam vniuerſalibus,
quàm particularibus: quo caſu veniunt om-
nes ſucceſſores, tam de iure ciuili, quàm de
iure prętorio, vt not. in l. quidam. §. nihil, de
edendo, & admitterentur etiam illi, qui ex re-
gula feudi non ſuccederent in feudo, neque
3 in iure & actione feudali. Videtur † tamen
adiectio hæredum & ſucceſſorum poſita in præ-
cedenti capitulo repetita in ſequenti, cum ve-
niat continuatiuè ad idem, per ea quæ haben-
tur per Bartol. & Doctor. in lege talis ſcri-
ptura. de legatis primo, & per Modernos in
capitulo ſecundò requiris, de appellationibus.
& in lege in repetendis, de legatis tertio, gra-
tiam præcedentem ampliando, quæ erat de
obligationibus factis, ipſe concedit etiam in
obligationibus faciendis, ac in inſtrument. mu
tui, quod ſolet fieri dote confeſſata, pro cau-
tela explicita ipſius mulieris. ita quòd videtur
vnum capitulum alteri connexum: cum ſint
de eadem re, & materia, & de quò ad me non
habeo dubium in hoc, quòd adiectio hære-
dum, & ſucceſſorum intelligitur etiam repetita,
& vxor habeat aſſenſum pro reſtitutione ſuę do
tis & antefati pro ſuis hæredibus & ſucceſſori-
bus, qui uel ex regula iuris feudorū, uel ex pro-
uidentia conſtitutionis Regni poſſunt in feudo
4 ſuccedere, aut in actione feudali: cum † actio
competens ad feudum cenſeatur eſſe feudalis, vt
5 dixi ſupra: & ſi competit † pro re mobili, cen-
ſeatur mobilis, vel ſi daretur ad rem immobi-
lem, cenſeatur immobilis, aut ſi ad certum
locum & territorium iudicetur de ea, vt de re
immobili illius loci, propter effectum ſtatuti
de quo per Modernos Neapolitanos in capi-
tulo finali, finali columna, quæ ſit prima cau-
ſa benefic. amitt. & plura per Albertum Bru-
num in tractatu ſtatuti excludentis fœminas,
ſeptimo articulo principali. vigeſimaquarta
quæſtione. Lapum allega. 91. intelligendo
ſecundùm ſubiectam materiam, in qua inter-
ponuntur, argumen. leg. cum ſtipulatus. de
uſuris. & illud verbum † & ſucceſſorum,
6 non ad omnes ſucceſſores, vt dicitur in lege
fluminum. §. adijcitur, de damno infecto, ſed
reſtringatur tantùm ad eos, qui habiles ſunt
ad ſuccedendum in feudo ex natura feudi, vel
ex prouidentia conſtitutionis, ſecundùm Bal-
dum in capitulo primo. ſexta columna, de pro-
hi. feudi aliena. per Federicum. conceſſio fa-
cta pro hæredibus quibuſcunque reſtringitur
ad eos tantùm, qui ſunt habiles. licet tenue-
rit ipſe alibi contrarium, de quo per Curtium.
conſilio quinquageſimo, & conſilio octuageſi-
moquarto. Decium in rubrica de probat. co-
lumna vigeſima, & in conſilio 193. & in conſi-
lio 208. ſecunda columna, ſecundo libro, Al-
bertus Brunus conſilio decimo, & per Barba-
tiam conſi. penult. primo volumine, & quam-
uis nonnulli in hoc articulo variè ſcripſerint,
vt dicam in formulis inueſtiturarum: tamen
7 † in hoc articulo dubium eſt admitti ad ſucce-
dendum patrem, qui eſt in linea aſcendenti,
& ſecundùm leges feudales non ſuccedit pa-
ter filio vel filiæ in feudo: vt in capitulo pri-
mo, de natura ſucceſſio. feudi: niſi ſit antiquum
eo tamen modo, quo Andr. diſcutit in c. 1. §. &
ſi libellus, 2. col de alien. feud. paterni, & in ca-
pitulo primo, de vaſallo decrepi. ætatis. feuda
non habent oculos retro, Card. plura in præ-
8 ludijs feudorum, neque † etiam frater pa-
truelis, qui eſt in quarto gradu, & eſt exclu-
ſus in Regno, vbi viuitur iure Francorum,
vt dicitur in conſtitutione. Vt de ſucceſſio-
nibus. neque filius fratris, quia de filio fra-
tris non loquitur Federicus in dicta lege, vt
de ſucceſſionibus. neque Honorius in capi-
tulis ſæpe relatis per Andream, & extant pe-
nes me quaſi originalia. Iſti, & ſi ſint in gra-
du coniuncti, & proximiores ſucceſſuri, ſe-
cundùm ius Romanorum, non tamen admit-
tuntur ad ſuccedendum eorum filię, aut ſoro-

ti,& ſi dotauerint, quò ad feudum illi adiudica
tum, vel ſuper hypotheca ad feudum compe-
tente ratione obligationis: cum reſpectu mulie-
ria feudum ſit nouum. & conſideiato effectu
hypothecę cum clauſulis conſtituti,& præcarij,
& pacti de ingrediendo, illa actio vt feudum
exiſtimatur, neque etiam ſi vellet ſuper fructi-
bus feudi ſatisfieri,ad hoc haberi poſſent habi
les & ſucceſſores: vt fortè poſſeſſor, aut fiſcus
offerre teneretur doté in pecunia, tangit hoc feu
dum vel poſſeſſionem feudi, quæ eſſet commu
tabilis de perſona ad perſonam, feudalem rem
eſſe arbitror, & eodem iure cenſeri, ac ſi eſſet
9 verum feudum.dubitari † poteſt ao ſuccedat
frater ſuæ ſorori, quæ habuit feudum adiudica
tum, duo eſſent conſideranda. Primò, qua-
tenus velîemus tenere aliam opinionem.quòd
verba hæredum & ſucceſſorum, poſita in ca-
pitulo vigeſimo non ſint repetita io 21. ſe-
quente, quòd feudum in perſona huius mu-
lieris eſſet informe, quòd. D. Gulielmus de
Perno intelligit ſine forma, ac ſi Rex pro do-
te mulieris ei feudum adiucaſſet ſimpliciter
ſine alia adiectione hęredum, quomodo iudi-
cetur fuiſſe ſibi datum, an pro hæredibus ex
corpore legitimè deſcendentibus, vel pro hæ-
redibus ſuis, dicet eruditus, pro hæredibus
ex corpore, quia ſic lex feudi interpretatur, vt
in capitulo primo.§.& ſi liuellus, de alie. feu-
di, & in capitulo fi.ſi de feudo fue. contr. &
ibi, vt ſit maſculus in Regno, & etiam fęmi-
10 na, per eandem conſtitutionem, Iſta † eſt
forma iuris feudorum, vt vnuſquiſque ſibi
& hæredibus ſuis ex corpore proſpexiſſe videa
tur, vt in capitulo primo, de fratribus de no-
uo benefi.inueſtitis. eſt etiam communis for-
ma priuilegiorum, vt Andr. dicit in capitulo
1. §. & ſi clientulus, de aliena. feudi, in fi. col.
& in capitulo naturales, ſecunda col. ſi de feu
do fuerit controuerſia. perinde videtur per il-
lum aſſenſum generalem,ac ſi Rex ipſe donaſſet
feudum & mulierem de eo inueſtijſſet,per l.le-
ge obuenire, de verborum ſignificationibus,&
vnus actus de medio occulretur, vt fingatur ad
Regem reperueniſſe, & de nouo conceſſiſſe.
Areti ſingulariter in conſilio tertio,& Andreas
ſingulariter in capitulo 1.ſexta colum. qui ſuc-
ceſſo. teneantur, & quando ſic conceditur, fra-
ter non ſuccedit fratri, quia feudum nouum
non habet agnatos, vt in capitulo primo §.
primo,de ſucceſſi. feudi, & in capitulo primo
§.fratri, de his qui feudum dare poſſunt,iſto
caſu non poſset ſuccedere, quia lege ex pacto
vel iure ſcripto non vocatur, ſecundùm An-
dream ibi, quando prętat aſſenſum ſuper obli
11 gatione bonorum feudalium, † intelligitur
vt creditor illam obligationem in feudum ha-
beat, ex nota. in capitulo primo, per Andr. de
feudo non habente propriam naturam feudi,
dicitur Rex donare in feudum non donatione
ſimplici, ſic intelligo, quod Andr. ſępe dixit
per illam legem, lege obuenite, infeudatio eſt
donatio impropria, ſecundùm Andr.in §. ſed
nec eſt alia iuſtior, columna quinta, & quando

donat feudum, non eſt feudum. Decius conſi.
390. in ſecundo libro Cardinalis Alexandr.
in prælud.feud.colum. 12. niſi alia appareant
in donatione appoſita vt ſuperioritatis reten-
tio, de quo per eundē Dec. conſi. 11.poſt ſe-
cundum vol.& plura in conſilio,403.Alex.con
ſilio 24.5.vol.Calderi.in titulo de feudis.Tauri.
in verbo inueſtiuit,& per Oldr. conſ.159.& Io.
And.in titulo de prę ſcrip.in addi. Specul. ple-
12 nior † eſt donatio, quàm infeudatio, ſecūdùm
Angelum conſi.252. ſuper puncto. Decius
conſi. 32. in princi.& in conſilio 269. prima
col. ſecundo libro, de quo aliàs, & quamuis
ex ea pecunia videatur feudum emiſſe, vel quan
do dotē dedit, vel quādo ſibi adiudicari petit, eſt
tamen feudum, & ſub regula feudi: impro-
prium tamen quò ad hoc, quando à domino
emiſſet, vt in capitulo primo, de feudo dato in
vicem legis com. vel hoc ſpectari debet, quo
modo maritus tenebat feuda, ſi forma erat pro
hęredibus ex corpore, vt eodem cenſeatur iure
Regem aſenſiſſe pro muliere, cum illius debeat
eſſe conditionis ſucceſſor, cuius erat præceſſor,
neque ipſe plus iuris potuiſſet in alium tranſ-
ferre, quàm ipſe habebat, dum Rex aſſenſit o-
bligationi feudorum, ſuam voluntatem accom
modat cum voluntate vaſalli, neque ipſe aliud
intendit, quàm ſequi feudatarium alienantem
Andr.ſcribit in dicto l.Imperialem, col.6.tranſ
ferl tantùm, quod eſt alienantis, non quod eſt
alterius, vt in capitulo primo, de alie. feud. pa-
terni.aliud videretur, ſi vni tantùm aſſenſiſſet
alienanti, & aliud, quando per viam legis vni-
uerſaliter.primo caſu videretur mutari natura,
quando ex verbis expreſſis colligi hoc poteſt:
13 vt † ſi dicatur: feudi natura in aliquo non mu
tata, quò ad alia refertur, non quò ad ea, ex
quibus mutata apparet. Andreas in capitulo pri
mo, quarta col.qui ſucce.tenean.dominus Bla-
ſcus refert in capitulo volentes.15. col. & Soci.
conſi. 43.4.vol.& ſi dicatur, iuribus curię, & al-
terius ſemper ſaluis, quò ad alia intelligitur. Bar.
in l. fi. §. idem quæſiji, de condi. inde. Deci.in c.
ſecūdò requiris, de app. ne inducatur ſuper eodē
repugnantia, vt per Paul. de Caſt. conſi. 311. 2.
lib.& per Berti.cōſi..272.in 1.vol.quādo per viā
legis ſecus, vt totùm videatur concedere,
quod eſt feudatarij, ar. tex. in capitulo primo §.
ex eadem lege,& in §. profecto, de lege Cor-
radi. & in capitulo primo §.rurſus, quibus mo
dis feudum amitta. ipſe etiam Rex in capitulo
vigeſimo, iura cuiuſlibet alterius ſalua eſſe vo-
luit.eodem modo poterit in ſequenti capitulo
repetitum, dum generaliter ad beneplacitum
inſtrumentis præbet aſſenſum, quia ſi pręteritis
tantū, quę certa erant ex tempore, quātò fortius
futuris ſeculis proſpexit, ne iura cuiuſlibet lædā
tur, inter quæ & ſibi cauit, præterquàm in ex-
preſſis, videretur rationabile, Regem hoc
ſenſiſſe in genere, quod in ſpecie conſueuit,
14 ar.l. obligatione generali.ſed † quando præ-
ſtat aſſenſum alienationi feudi, eo modo conſen
tit, quo vendentis, vel alienantis priuilegia pro
ſpicit: vt ſi ſunt pro hęredibus, & ſucceſ-
ſoribus

ſoribus: & ſi habet pro hęredibus ex corpore
legitimè deſcendentibus, eadem forma priui-
15 legiorum aſſentit, & † ſi vnus, qui eſſet vlti-
mus de linea illius, qui habebat feudum ex
pacto & prouidentia, & non eſſet ſpes pro-
creandi liberos, vel haberet fęmellas, quæ
ſibi in defectum poſſent ſuccedere, venderet
feudum, eadem cenſura priuilegij conſentit pro
emptore & liberis, niſi ſit ſibi aliter placitum
aſſentire. Vidi ego perſępe priuilegia in for-
ma cancellariæ expedita pro hęredibus ex cor-
pore, reduci ad formam priuilegiorum aucto-
ris, qui habebat pro hæredibus & ſucceſſoribus
& dum cauſas agerem, inſpectis priuilegijs à
dominis Regentibus ſæpe obtinui. mulier cõ-
trahens matrimonium, vel ſiquis pro ea fue-
rit, de ſe, & non de duritie legis queri debet:
ſcit aut ſcire præſumitur conditionem eius, cũ
quo contrahit, vt in regula iuris: cum caſus
emergit, cogitare poterat poſſe hoc euenire, vt
in l. habitores. §. fi. & ibi glo. dat cõcordantes;
locati. contrahit cum eo, quem ſcit ex tempore
vel ex qualitate rem ſuam perditurum, ſi cum
emphyteuta, vel fructuario, vel libellario, vt
in l. lex vectig. de pig. & in d. §. rurſus, & in d. §.
ex eadem l. Alia ratio videretur, ſi Rex do-
naret feudum ſuum, nec adijceret, pro qui-
bus hæredibus donatio accipiat, non diſcuti-
tur ius alterius feudatarij, nec eſt tractandum
de voluntate alterius, ſed tantùm ipſius Regis,
qui potuit donando aperous legem tradere l.
veteribus, in fin. de pactis, in dubio non eſſet
credendum conceſſiſſe in ſtricta forma, ſed lar-
ga, vt vtar verbis dominorum Siculorum. Sed
16 † poſſet dici, quòd cum aſſenſus pręſtitus per
Catholicum Regem ſit vniuerſalis pro reſtitu-
tione dotium mulierum, quòd proſit omnibus,
qui illam dotauerunt, & pacti ſunt ſibi dotem
reſtitui, ſiue ſit pater, ſiue frater coniunctus,
vel quiuis extraneus, qui aſſignauit dotem, &
ſibi pactus eſt reſtitui poſt mortem mulieris de-
cedentibus ſine liberis, & ſi liberi poſtea ſine
liberis decederent, nam Rex Catholicus præſtat
aſſenſum inſtrumentis dotalibus faciendis, &
obligationi bonorum feudalium maritorum,
eo modo cenſetur aſſentire, quo dictat in-
ſtrumentum l. aſſe toto. de hęred. inſtituen.
& in l. ſi ita ſcripſero, de condi. & demonſtra.
generalis aſſenſus aliter intelligitur, ſecundùm
Andream in d. l. Imperialem, quarta col. vbi dat.
pro conſilio, & in capitulo primo, quarta col.
qui ſucce. tenea. ceſſat ſubreptio, & volun-
tatis pręſumptio: omnem caſum tunc com-
præhendit, qui ex verbis percipi poteſt. An-
dreas ibi, niſi ex verbis, & in eadem colum-
na, ibi, hic verò apparebit ex verbis, & ibi,
plures illi caſus, & illæ perſonæ comprehen-
duntur in aſſenſu, quæ nomine proprio,
vel appellatiuo expreſſę ſunt in inſtrumentis.
petitio & ſupplicatio fuit indefinita, eodem
modo, & gratia Catholici Regis in aliquo
ſupplicata non reſtringens, dum reſpondit
placet ad beneplacitum Regię Catholicæ Ma
ieſtatis. tex. eſt in §. pręterea. inſtitu. de inu-
17 tili ſtipulatio, vbi † reſponſio ſecundùm
interrogata intelligitur, & in capitulo inter di-
lectos, de fide inſtrumentorum, & ibi Bal.
dicit in §. certùm, pro intellectu priuilegij
ad ſupplicationem eſſe recurrendum: tex. in
leg. prima. C. de diuerſis reſcriptis, allegari
ſolet, de quo per Alex. conſi. 75. quinta col.
quinto volu. Roma. conſi. 80. Fulgo. conſilio.
147. Decius conſilio 403. in tertio libro, &
Soci. conſilio 193. fi. col. in tertio vol. ſi fuiſſet
generaliter ſupplicatum, & particulariter re-
ſponſum, ſecus eſſet: quia inſpicitur quid con-
ceditur: & non quid petatur l. 1. C de diuerſis
reſcriptis, & contrà, ſi particulariter petitur,
& dominus generaliter reſpondet, gratia reſtrin
gitur ſecundùm petita, ar. l. iubemus. C. ad
vellejan. & l. cum ſeruo. ff. de contrah. emp. At
ſupplicatio, quæ offertur Catholico Regi, non
eſt ad præces mulierum pro earum dotibus, ſed
omnium potentium aſſenſum pręſtari inſtru-
mentis conficiendis, omnes perſonæ, & earum
hęredes & ſucceſſores caſib. ibidem expreſſis;
& vnuſquiſque ipſorum ſunt habilitatę ad feu-
dalem perſecutionem. poteſt hoc Rex facere,
quando, vt in capitulo naturales, & in capitulo
adoptiuus, ſi de feud. fuer. contro. & in capi-
tulo primo, quemadmod. feudum ad filiam
perti. rei naturam per hanc gratiam de feudo
in burgenſaticum non peruertit, quod potuiſ-
ſet ſimiliter, vt Andr. dicit in capitulo primo,
pen. col. de contro. feud. apud Pares ter. ſed
eos, qui non erant in gradu per conſtitutio-
nes Regni ad ſuccedendum habiles admiſit,
quod certiſſimum eſt, eum poſſe in ſuo Regno:
omnes tenent. & eos cenſetur habilitaſſe. eo ip-
ſo, quòd aſſenſum pręſtitit celebrandis inſtru-
mentis, ſcit enim celebrem hanc vrbem, ac om
nium ciuitatum Principem populoſam eſſe vi-
rorum Illuſtrium cętu, magnatum, nobilium,
Baronum, & ciuium incolatu: varios inter ſe
continere mores, eſſeque conſuetudines ſcri-
ptas & diuerſas, tam in conſtitutione antefati,
quàm in reſtitutione dotium, ac in diſpoſitio-
nibus, & ſucceſſionibus ipſarum, quod eſt vul-
gatiſſimum apud exteras nationes, ar. capituli.
quanto, de præſump. & ab eadem ciuitate ſup-
plicationes ſupplices porrectas gratioſè conce-
dit, pro certo eſt tenendum, id conceſſiſſe, quod
in inſtrumẽtis eſt cõtentũ. nemo ſani capitis poſ-
ſet tenere cõtrariũ. & allegare rationẽ, vbi habe
18 mus ſenſum, infirmitas eſt intellectus, plus † eſt
dicere, aſſentio inſtrumẽtis celebrãdis, quàm eo
rũ tenores habere pro expreſſis. Primo caſu aſ-
ſenſus eſt certus & indubitatus, ac in indiuiduo.
Secũdo caſu poſſet iudicari fictus, vt p Sandeum
in c. nonnulli, de reſcrip. ſalua etiã ratione recti
ſermonis, verba & perſonæ, & earũ hęredes con
tentæ in inſtrumẽtis non poſſent immutari, vt
vna pro alia capiatur, vbi habemus expreſſum
ceſſat tacitum, vt in l. non aliter, de leg. 3. ſi in
inſtrumento dicitur de patre dotante, & de ex-
traneo, qui ſtipulantur dotem reſtitui, vel dece-
dente muliere in matrimonio viro ſuperſtite
abſque liberis, vel poſt mortem mulieris liberis

eius decedentibus ſine filijs, vt eſt in nouo vſu nobilium, & promiſſio fit tam patri, quàm dotanti, & eorum hęredibus, & ſucceſſoribus, iuxta dictum vſum, & morem, & fit obligatio bonorum feodalium pro reſtitutione dictarum dotium: & Rex dicto inſtrumento aſſentit: omne id, quod continetur in inſtrumento, iam eſt inſtrumentum, & quęlibet pars eius inſtumentum dicitur, dum euenit caſus, vel quia mulier decedit ſuperſtite dotante, vel eo mortuo ſuperſtitibus hęredibus ex corpore: vel quia moritur mulier cum filijs, qui poſtea decedunt ſine filijs, & dos debet reſtitui hęredibus illius, qui dotem dedit, etiam quòd ſint in vlteriori gradu limitato per Federicum in Conſtitutione Regni, non debent excludi hi ſucceſſores, vt agant ſuper feudo obligato: quia ipſi habent aſſenſum à lege condita per dictum Catho. Regem quò ad bona feudalia, & ſunt habilitati ad ſuccedendum in hoc feudo, etiam quòd eſſet nouum quò ad ipſos, poteſt fieri ex pacto tempore matrimonij contrahendi, ne talis filius ſuccedat ex quodam more ſic viuentium etiam irrationabili, vt in c. 1. de filijs natis ex matri. ad morga. contracto. idem poteſt fieri affirmatiuè, vt omnes ſuccedant in inſtrumento contenti, ſit hoc Rege volente, qui poteſt in ſuo Regno quicquid libet, quia monarcha eſt, vt ſupra dixi-
19 mus in prima parte operis. Sunt † in Gallia feuda veluti allodialia, & burgenſatica, vt dicũt Ioann. Fabri in §. primo, inſtitu. de legi. agn. ſucce. Dominus Iacobus Camaleus in capitulo Titius, ſi de feud. fuerit controuer. & alij Moderniores. In inſula Siciliæ alienabilia ſunt ſaluo iure curię, per capitulum illius Regni, quod incipit volentes, & hoc vniuerſaliter in omnibus feudis, idem debet cenſeri innouatum ad preces huius inclytæ Ciuitatis pro ſuis mulieribus, & non ſine ratione propter honorem familiarum conſeruandum, vt ſcribit Bal. conſi. 360 quantùm ad punctum, ſecundo vol. nec improbatum eſt, quędam bona deferre ad certum genus perſonarum, vt tradit Iaſon conſ. 60. in tertio libro. Bartho. conſi. 72. Dominus Napoleo. & Guido Papæ quæſtio. 267. hęc fuit lex pro illis, qui ſunt contenti in eo inſtrumento: & ſi per multas manus propagetur, tolerauit Rex ea aptitudine pacti realis tolerantis hanc (dicam) infinitatem, vt in l. 1. C. de ſententijs, verba inſtrumenti pro omnibus hęredibus & ſucceſſoribus particularibus quoque ſolent eſſe ſatis clara & aperta, quæ nullam dubitationem admittere videntur: vt aſſenſus his ſucceſſoribus proſit, qui, veniunt ex hoc pacto & ſtipulatione, neque recipiunt interpretationem, veluti certa & indubitata. ad hoc adduci poteſt, quod à ſcribentibus traditur de tranſactione generali, quę minimè reſtringi poteſt, vt in l. ſi de certa. C. de tranſact. vel de quietatione generica, quæ omnem caſum & perſonam includit: nec ſaluo recto ſermone anguſtari poteſt, vt in l. ſi ex pluribus, de acceptila. & in l. tres. fratres de pactis. & per cõſulentes plenè. hæres & hęres hæredis legitur in inſtrumento: ſucceſſor, & particularis ſucceſſor inſpicitur in inſtrumento oculo corporis, vt in l. prima, de his quæ in teſtamen. delentur. hoc eſt inſtrumentum: Rex modò aſſentit huic inſtrumento, quomodo poterit dici, quòd de eo hærede & ſucceſſore intellexit, qui poſſet ex regula feudi ſecundùm conſtitutionem Regni ſuccedere in feudo? ſi ex verbis, ex ſtipulatione, & pacto apparet contrarium, vt alios ſucceſſores apprehendat, ergo eſt facta propagatio ſucceſſionis in hoc feudo propter ſtipulationẽ & pactum, caſibus in inſtrumento contentis & expreſſis de voluntate Regis, qui huic inſtrumento ſuum aſſenſum præſtitit. debuit ergo Rex reſtringere vni gratię petitæ, aliter concedendo, & non vniuerſaliter reſpondendo, & præbendo aſſenſum inſtrumentis conficiendis. At ſi ratio in dicto capitulo expreſſa conſideretur, mulieri tantùm hoc conceſſum videtur: negligentia eorum, quibus curę erat in omittendo impetrationem aſſenſus, pro reſtitutione dotis ſuæ & antefati: & fauor dotis pro ipſa muliere, ne indotata remaneat, hę ſunt rationes expreſſę, & cauſæ conceſſionis ibi, in 20. capitulo, dum dicitur, *e per queſto dette donne remaneranno indotate*, & ibi in principio, *il che ſi è cauſato, ò per negligentia di loro mariti*: & ibi, *credendoſi forſi per loro parenti eſſere ſtato ottenuto tutto il biſogno loro circa le cautele dotali*, & in 21. *s'intenda preſtito l'aſſenſo di Voſtra Macſtà à qual ſi voglia donna*. Ratio expreſſa in lege non facit legem generalem, vt in l. cum pater. §. dulciſſimis, de leg. 3. & expreſſa in pręfatione totam legem declarat, l. fi. §. regula, de iur. & fa. igno. & in l. fi. de hær. inſtitu. ratio dicitur eſſe anima legis, vt in l. cum ratio. de bonis damna. ſola eſt, quæ allegatur pro lege, vt in l. ſcire oportet. §. ſufficit, de excuſ. tu. ideo ſi ea exprimitur, & poſtea ſequitur generalis conceſſio, intelligitur, quatenus viget rigor rationis expreſſæ, & in perſona, cuius fauore petitur gratia, non debet extendi ad alias perſonas, in quibus non eſt eadem ratio, quia ſi foret de hoc interrogatus, idem reſponderet. quod dictat ratio expreſſa, cenſeri debet pro expreſſo, ar. eius quod glo. dicit in l. tale pactum. §. fi. de pactis.

* Rex Catholicus prouidet deſidiæ & negligẽtiæ coniũctorum mulieris, vt in tex. capituli, cõſueuerant omnem adhibere diligentiam ab eo, quod ſolitum erat fieri, Rex ideo motus eſt. tex. optimus pro hac ratione in l. prima §. & vt plenius. C. de rei vxo. actio. Et vt ſuppleret imperitorum hominum ignorantiam & in l. 1. C. commu. de lega.*

Ex hoc poteſt colligi, Regẽ non cogitaſſe legẽ abrogare, cũ nõ dicat, ar. l. 1. §. 1. C. de veteri iure enucleando, cogitauit tantũ aſſentire obligationi bonorũ feudaliũ, quia hoc expreſſit fauore mulieris, ne ipſa remaneat indotata, dos dicitur dũ cõſtat matrimoniũ propriè, impropriè aũt ſoluto matrimonio p mortẽ mulieris, vt Moderni tradũt in rubr. ſol. matrimo. quẽadmodũ dos petatur. & ibi exponũt, id eſt repetatur poſt mortẽ

mulieris

mulieris. non viget eadem ratio, ne indotata remaneat. voluit prouidere Rex fragilitati ſexus, & negligentię coniuoctorum, vt mortuo marito mulier dotem ſuam non perdat, ſed eam habeat ſaluam cum ſuis lucris. vt iterum ſecundò nubat cum ſua dote. poſt mortem & ſi habeat ſucceſſorem in dote. ceſſat tamen ratio expreſſa in hac noua lege.

* Ex hac ratione Iuſtinianus Cęſar cenſuit in auth. de reſtitutione. §. ſancimus. ſatisfieri dotibus ſuper bonis fideicommiſſo ſubiectis, ne ex ignorantia fideicommiſſi decipiantur, & coniunctorum negligentia obſit, vt in proœmio, ex quo tex. ſuſtinetur eorum opinio, qui tenent, bona etiam pro dote alienari prohibita pro ea reſtituenda diſtrahi poſſe, de quo per Ripam in §. diui, nu. 77. Gozad. conſi. 97. nu. 10. & plenè diſcutit varia reſolu. li. 3. Didacus acuti ingenij doctor Hiſpanus cap. 6. fo. 799. ſed aliter Alcia, ad illum text. reſp. 555. ex ratione l. mulier. §. cũ proponeret ad trebel.*

Perſonæ uidetur conceſſum magis quàm rei, quia de feudo agitur, quod eſt alterius regulę, & in eo à lege antiqua non habet aliquod ſpeciale priuilegium. ſed lex antiqua eſt illi in ſpecie aduerſatiua, per l. Federici Imperialem, quę etiã pro dote, & pro anima prohibet. Poſſent hic aliqua poni à ſcribentibus tacta, ſi hæredibus proſit, & ſi filiis, vel perſonale ſit hoc beneficium. non refero. ordinarijs locis habetur, & uulgaribus. commercium tantùm dedit Rex ſuper feudo, non autem feudorum ſucceſſiones euertit, ar. tex. in l. ſi quando. C. de inoffi. teſtamen. ibi, neque enim credendum eſt Romanum Principem, qui iura tuetur, huiuſmodi verbo totã obſeruationem teſtamentorum multis vigiliis excogitatam atque inuentam velle euerti, ex ea licentia pignoris vel hypothecę nihil immutari debet de feudali regula in aliis nõ expreſſis, ſed ſub cenſura feudi limitari. arg. tex. in l. ex militari. §. ſed utrunque, de milit. teſtamen. pro hæredibus tamen mulieris aſſenſiſſe videtur. cum hoc ex quadam prouidentia inſit legis nouellæ uel antiquæ, ſi non ſit repertum expreſsè, quod dictum erat de hæredibus & ſucceſſoribus, quò ad hoc feudum diceretur conceſſum mulieri, prout ius vult, cum non reperiatur veſtis ei aſſignata, erit nudum ſine forma, & ſub primitiua natura feudorum, ſicut antequã inuentę eſſent inueſtituræ. Guilielmus de Perno vir acutus dixit, feudum ſine forma intelligi, ſecundùm regulas feudales, vt in feudo præſcripto, cuius nulla apparet conceſſio, niſi ea quæ ex tempore inſurgit. Bal. in capitulo primo, de feudo dato in vicem. l. com. & in l. liberti. C. de oper. libe. forma autem iuris Regni præſumitur, nõ iuris feudorum, Andreas in d. conſtitu. vt de ſucceſſio.

20 tertia col. ex qua ſuccedit † frater fratri in feudo nouo ſimpliciter conceſſo. Domini noſtræ Rotæ Neapo. deciſio. 293. Luc. in l. prima. C. de imponen. lucra. deſcrip. libro decimo. & dominus Blaſcus in dicto capitulo volentes. 10. colu. Bal. in conſilio 120. ſanctiſſima & Illuſtriſſima domina Regina, inter conſi. Ang. Irrationabile

videtur, dicit Andreas ibi, in verbo in acquiſitis, fratrem fratri non ſuccedere. & conſtitutio non ſequitur iura feudorum, niſi quatenus rationabilia ſunt. forma priuilegiorum, quæ eſt pro hęredibus ex corpore, non præſumitur ad excludendum fratrem. & hoc in Regno iſto ex prudentum interpretatione, cum frater fratri ſit hæres in alijs, vt diſcutit Corneus conſilio 199. in ſecundo libro. memini aliàs dum agerem cauſas fuiſſe in ſacro Conſilio determinatum pro fratre, vt ſuccederet ſorori, dum D. Io. Anton. Capicius dotes ſuæ ſororis nuptæ cuidam nobili de familia de Barraſio, vigore huius cap. peteret ſuper feudo, obtinuit.

21 An † ſoror ſuccedat fratri in feudo nouo, Doctores noſtri non declarant. & cum conſtitutio expreſſit de fratre, vt de maſculo, videbatur ſororem non admittere. hic caſus non videtur incluſus in lege noua, ſed omiſſus, & per legem feudalem excluditur, tam à nouo, quàm ab antiquo, vt in c. 1. §. filia verò, de ſucceſſi. feudi. dubitabile erat ipſam non eſſe admittendam: &

22 † in materia feudali appellatione fratris nõ continetur ſoror, vt in c. 1. §. profecto, de lege Corra. & in c. 1. §. & ſi clientulus, de aliena. feudi. ſecus in aliis, vt in l. tres fratres, de pactis, & in l. Lucius. §. Meuia filium, ad trebell. Afflict. in c. 1. quarta col. de feudo marchiæ. & dicit Anto. de Alexand. in dicta conſtitutio. in quadam apoſtilla, quòd † fœmina in ſucceſſione feudi cenſe-

23 tur habilitata, non quò ad oĩa, ſed quò ad quędã & ideo lex noua admittens ipſam quò ad ſucceſſionem, quò ad alia excluderetur. idem Affli. in c. 1. §. filia verò. 2. col. de ſucceſſio. feudi, dixit, ſororem ſuccedere fratri in feudis antiquis, in quibus viuitur iure Francorum. ſed verius videtur ipſam in feudo nouo fratri ſuccedere, cum eadẽ lex admittat filiam ad ſuccedẽdũ patri in feudo vbi maſculus nõ ſuperexiſtit aliquis, & ſexus in Regno ſit in feudo habilitatus, per l. in aliquib. & in l. ſeq. & nihil differt a maſculo, & perinde habetur, ac ſi eſſet maſculus, vt firmat Affli. in c. 1. §. hęc quoque. fi. col. de ſucceſſio. feudi. vnde ſicut admittitur frater ad ſuccedendum fratri in feudo nouo, quia frater eſt hæres fratris, eadem ratione admitti debet ſoror, q̃a ſoror eſt fratris ſui hæres, & eſt hoc rationabile, ut non exiſtente maſculo magis ipſa ſuccedat, quã fiſcus. aliàs ſequeretur, ꝙ ſi ſoror haberet feudum nouũ pro ſe & hęredibus, frater non ſuccederet ſorori, q̃a conſtitutio non loquitur de ſorore decedente: & prudentum interpretatio de fratre ſuccedente fratri loquitur, & non de ſorore. & Honorius in c. ſiquis aliquem, non facit mentionẽ de ſorore ſed de fratre tantũ, excludendo filiũ fratris, ad quẽ videtur deferre feudum, cui defertur hæreditas, poſtquã in Regno, ſecũdũ Andr. & peritos nõ ſeruantur leges feudorũ, niſi quatenus cõſtãt ex rõne, & ſecũdũ iura feudalia ſoror non venit ſub appellatione fratris, quia ſubiecta materia eã excludebat, & ſexus fœmineus erat excluſus, tã à ſucceſſione feudi paterni, quàm materni. & in Regno poſtquam admittitur vt maſculus, & cũ priuilegio excluſionis maſculi, ubi pr̃i ſuo pri

mogenito ſuccedit, eadem debet fieri interpretatio, ſiue feudum ſit antiquum, ſiue ſit nouum, nec viget ea difficultas, ſicut olim in amita, cũ filia & ſoror ſuccedat iure aperto, quando non obſtat forma inueſtituræ. in re ambigua fauendum eſt, tam benemeritæ ciuitati, tam fidelibus ſubditis, & tam deuotiſſimis Proceribus, ac honeſtiſſimis Ciuibus, & ſi ex forma gratiæ ſit illi hoc conceſſum, fauorabilem, & benigniſſimam interpretationem fieri. iudicari potius debet beneficium eſſe quàm priuilegium. videãt peritiores mei Domini, & pro ingenij acumine cogitent, vt veritatem perſcrutentur. mihi enim debilis eſt intellectus, vt in tam difficili articulo audeam vltimam manum apponere. vide quæ ſcribit D. Thomas Gramma. vir conſil. ad capitulum prędictum deciſio 103.

SVMMARIVM.

1 *Aſſenſus præſtitus per Regem Catholicum ſuper bonis feudalib. uiri pro reſtitutione dotiũ, an extẽdatur etiã ad bona feudalia ſoceri, quãdo filius contraxit matrimonium de uoluntate patris.*

2 *Pater tenetur ſe obligare pro reſtitutione dotium Nurus ſuæ, quando filius contraxit matrimonium cum interuentu patris.*

DECIMOTERTIO quæro,
1 Catholicus † Rex pręſtitit aſſenſum ſuper bonis feudalibus viri: quid ſi filius contraxit matrimonium de voluntate patris, & pater ſimiliter obligauit omnia bona ſua pro reſtitutione dotium, & antefati, an ſicut mulier habet aſſenſum ſuper bonis viri, ita etiam extendatur hic aſſenſus ſuper bonis feudalibus ſoceri? Fuit hęc quęſtio de facto in Regia Camera inter Illuſtriſs. Portiam Cantelmam vxorem filij primogeniti quõdam Ill. Ioan. Vincentij Carrafę Marchionis Montis herculis, petentem reſtitutionem dotium, & antefati ſuper bonis feudalib. dicti Marchionis contra Regium fiſcum, & Illuſtriſs. D. Marchionem Vaſti armorum Ducem, & Capitaneum Generalem fortiſſimum, & ſapientiſſimum Caroli Domini noſtri Sempiterni Regis, & Imperatoris inuictiſſimi. pro fiſco allegabantur multa, quòd aſſenſus non trahebatur ad feuda ſoceri: quia hoc non petitur, nec conceditur, & lex noua, quæ loquitur de viro, tanquàm exorbitans non habet locum in ſocero: ut in l. ſi verò. §. de viro, ſoluto matrimonio, & not. in l. ſi conſtante, eo. tit. & alia pro diſpenſationis materia, quę in ſuperioribus diximus. Tandem eadem Regia Camera die 24. Decembris 1532. pręſtitit aſſiſtentiam dictæ Dominæ ſuper bonis feudalibus ſui ſoceri in defectum tamen bonorum ſui uiri, ampliando diſpoſitionẽ capituli
2 de uiro loquentẽ ad bona ſoceri. Æqua † ſententia fuit, & non ſine ratione. ubi filius contrahit matrimonium cum interuentu patris, pater tenetur ſe obligare pro reſtitutione dotis: ut not. in l. ſi cum dotem. §. tranſgrediamur, & fauore dotis, & donationis propter nuptias: cum maximè ſit neceſſarium Reipublicæ mulieres eſſe dotatas: fauorabilis et benigna fuit interpretatio, ne mulier remaneat ſine dote: quia ſi ſocer recipit dotem ſicut filius, non debet mulieri imputari eorum negligentia. & abſque difficultate ſi petijſſent aſſenſum à Rege, libenter Rex conceſſiſſet. licet hoc argumentum non procedat in feudo. domini fiſcales non ſunt ſequuti doctriciem legis. In alio, quàm in ſocero non procederet hęc æquitas: cum ille habeatur loco voluntarij debitoris in promittendo: in patre autem ineſt legalis quidam nexus, & patris & filij vna perſona cenſetur, qui in vita quodammodo dominus eſt, & ideo de ſocero non eſt expreſſum: quia conſiderato tempore reſtitutionis dotium, cum ſoleat inter iuuenes matrimonium contrahi, præſumitur patrem filio prędecedere, cum ſit ętate longæuior, vt in l. qui duos. §. primo, de rebus dubijs: & filium eſſe patris ſucceſſorem, ac deinde venire patria feudũ in generali obligatione bonorũ facta per filiũ.

SVMMARIVM.

1 *Frater an ſuccedat fratri in feudo, quod peruenit ex altero fratre cum aſſenſu domini.*

2 *Frater poteſt unum ex fratribus eligere in ſucceſſione ſua.*

3 *Diſpoſitio, quæ fit de feudo cũ aſſenſu Domini, cenſetur refutatio in manus domini, et deinde noua conceſſio.*

QVARTODECIMO quęro,
1 Rex † conceſſit feudum Titio, & eius hæredibus: tamen in hoc feudo frater ſuccedebat fratri; deinde cum aſſenſu Regis in teſtamẽto reliquit vni ex fratribus, qui poſtea deceſſit ſine filijs, an alter frater ſuccedat fratri in hoc feudo? Hanc quõnem poſuit Afflictus in conſtitutione Regni, vt de ſucceſſionibus, 5. col. & dicit ſibi videri, ꝙ frater non ſuccedat fratri, quia cum hoc feudum non ſit nouum in perſona fratris morientis, ſed ſibi ſit delatum per ſucceſſionem cum voluntate fratris
2 acquirẽtis, qui † potuit vnũ ex fratribus eligere per tex. in l. fratria. C. de inoff. teſt. iſte vltimus frater nõ põt ſuccedere primo ſuo fratri acquirenti, ex quo nõ eſt hæres illius, cũ illud reliquerit alteri fratri. Sed contrariũ: teneo: nam cum frater cum aſſenſu diſponit de feudo in fratrẽ, aut in eum, qui poterat in feudo ab inteſtato ſuccedere, & teſtamentum cum aſſenſu; magis dicitur acceſſiſſe ad fauorem fratris, quàm ad derogationem: nec ex teſtamento cum aſſenſu mutatur, vel alteratur natura feudi, & valet teſtamentum quò ad commoda: vt idem Afflictus 3
tenuit in c. 1. §. hoc quoque, de ſucceſſione feudi, aut in eum, qui non poterat in feudo ſuccedere: quia erat feudum, in quo vincitur intellectorum, & alius frater eum pręcedebat: & tunc ex legato cum aſſenſu feudum penes ipſum non dicitur antiquum, neque ex regula ſucceſſionis

nis peruenisse, etiam quod frater velit, feudum pe-
nes fratrem dicitur nouum: cum ipſe non ha-
beat ex antiqua patris, vel aui inueſtitura, neq;
ex fraterna hæreditaria ſucceſſione, ſed ex titu-
lo particulari, qui fuiſſet inualidus, niſi domi-
nus præſtitiſſet aſſenſum. ex hoc aſſenſu domini
eſt facta prorogatio ſucceſſionis feudi: vt ſeu-
di iſtius, qui ultimo loco habuit, ut dicit Bal. in
c. 1. §. & ſi clientulus, de alien. feudi: qui ſic limi
tat tex. in §. curſus, & abſto fratre tractandum
3 eſt de hoc feudo: cum † diſponendo de feudo
cum aſſenſu perinde ſit, ac ſi illud refutaſſet in
manus domini, & dominus de nouo donaſſet,
ſecundum Bal. ibi: & dictum fuit ſupra, & per
Andream in c. 1. 2. col. de eo qui finē fecit agna-
to. ita quod ratio aſſignata per Afflictum de iure
non procedit: quia hic non eſt hæres primi. &
quando deberet hæres eſſe, ex quo alius eſt inſti-
tutus, vel in feudo, uel in hæreditate: quia po-
teſt hæres eſſe huic vltimo decedenti, adhuc ad-
mittitur ad feudum, ex notatis per eundem Af
flictum in c. 1. an agnatus, motum ibi authorita
te Baldi, quē ſequitur Guilielmus de Perno in
no. feudorum. cum igitur feudum reperiatur no
uum in perſona fratris ſine forma expreſſa; ſed
præſumpta à iure Regni, poteſt frater fratri ſuc-
cedere. credit tamen ibi dominus Afflictus, hoc
eſſe proquiſum per Honorium, in §. ſi aliquem,
& bene dicit. ſed rationes ſuæ non ſubſiſtunt,
cum reuerentia affinitatis noſtræ.

S V M M A R I V M.

1 *Clauſula, cuius tenor pro expreſſo habeatur, quid operetur in aſſenſu & quas vires habeat.*
2 *Relatio ad inſtrumētū an ſufficiat, & quid operetur.*
3 *Clauſula cōſtituti & precarij, & quod propria autho ritate liceat capere, & īgredi, et ſimilia, quæ gene raliter fieri cōſueuit, hēntur pro expreſſis: & iō nō opus eſt inſerere in memoriali aſſenſus.*

DECIMOQVINTO quæro
1 † de clauſula, quæ in priuilegijs
aſſenſus generaliter poni ſolet:
cuius tenor pro expreſſo habea
tur: prima facie videtur, quòd
hæc clauſula non eſt ſufficiens
pro aſſenſu obtinendo, quia illa relatio ad in-
ſtrumentum dicitur ficta expreſſio, ar. tex. in
c. 2. de dolo, & contumacia. notat plura Sádæus
in c. nonnulli. de reſcri. ſed in Regno debet eſſe
certa, clara & indubitata expreſſio: cum Rex
ſuper ea ſit interpoſiturus decretum, in quo de-
creto cauſæ cognitio adhibeatur, ex nota. per An.
in c. 1. §. hac edictali, de prohi. feud. alien. per
Lotha. dum allegat tex. in l. 1. de confirm. tuto.
& illud decretum fortè appellatur licētia, & dū
Rex aſſentit, debet dicere etiam; & cōfirmamus.
ipſe in d. l. Imperialem, 4. col. hoc ſentit ex tex. le
gis conſtitutionem diuæ memoriæ: ibi, ſine ſpe
ciali noſtræ celſitudinis licentia confirmentur;
& videtur quaſi pro forma ſpecifica expreſſio;
& narratio eorum, quæ aguntur inter partes, &
forma debet impleri per ſe, & perfectè, & non
per relationem ad aliud. dicit Bal. in c. ſuper li-
teris, 4. col. de reſcrip. quod iſta clauſula ſolet eſſe
captioſa. ſequitur Dec. in conſi. 165. 2. col. 1. vol.
notaui ſuper meo Andrea in c. 1. qui ſucce. te-
nea. quod ſacrum Conſilium aliàs iudicauit, non va
lere aſſenſum per relationem ad inſtrumentum,
niſi totus tenor inſeratur, & hoc fuit in cauſa il-
lius de Bono homine de Sueſſa anno Domini
1507. in primordio litis, per prædictam ratio-
2 nem. Sed † verius mihi videtur, quod ſufficiat ex-
preſſio per relationem ad inſtrumentum, vel ad
aliam ſcripturam, etiam vbi requiritur ſpecia-
lis narratio, & expreſſio, per tex. in l. omnes, ibi,
ſpecialiter, ac nominatim. C. de præſcripti. 30.
vel 40. anno. quem Bal. ibi, & poſt eum Angelus
dixit eſſe ſingularem & meliorem in iure. Oldr.
conſilio. 117. bonæ memoriæ & Ioannes de Ana
nia conſil. 56. his quæ i facto: quia generalis clau
ſula quantùm ad compræhenſa ſub ea, ſic ſingu
la complectitur, ac ſi eſſent ſpecialiter enumera
ta. l. ſi chorus, in princ. de legatis 3. & in l. 2. C.
de quad. præſcrip. tenet Io. Andr. in c. 1. de ſciſ-
maticis. in 6. quando Rex vult, nihil ei obſtat, ſe
cundum Bal. in c. cum dilecta, ult. col. de reſcri-
ptis, quem ſequitur Mayn. conſi. 121. 2. col. 4.
volum. non agitur de præiudicio alterius, quàm
ipſius Regis, quando Rex ſic aſſentit: proculdu
bio hoc etiam in Regno ſufficit; per ea quæ no-
tat Sandæus in c. accedentes, 2. col. de præſc. rela
tio ad inſtrumentum eſt expreſſio eorum, quæ
continentur in inſtrumēto, vt in l. 4. §. ſi prætor,
de re iudic. & in l. aſſe toto, de hæredibus inſti-
tuen. ſi Rex remanet contentus aſſentire omni-
bus quæ ſunt ſcripta in inſtrumento, & ea vult
habere pro expreſſis, iam cēſetur taliter aſſen-
tiendo cauſæ cognitionem habere, & ſe infor-
mare de his, quæ in inſtrumento cōtinentur: per
inde eſt, ac ſi nominatim ei omnia narrentur, quæ
ibidem ſunt, dum hoc faciat ex certa ſcientia. &
hæc erat antiqua forma Cancellariæ, remittere
aſſenſum ad inſtrumentum, vel aliam cautelam,
cum hac clauſula. quamuis poſſet dici, quod iſtud
procederet, quando Rex motu proprio præſta-
ret aſſenſum; & nō quando ad poſtulationē par
tis per ea, quæ notat Ang. in l. ſed ſi quis. §. quæ-
ſitū, ſi quis cautio. & Calderinus conſi. 1. de ordo
ſanctæ Claræ. gratia ipſa iā eſt ſpecialis, licèt expſ
ſio eſſet tacita. & cōtra Aug. eſt cōmunis opinio
præſertim ubi nō tractatur de præiudicio tertij,
ſed tantùm ipſius concedentis, qui ſic concedē
do non decipitur: quia ſic ſibi placet aſſentire,
ex nota. per Sandæum in dicto capitulo nonnul
li. & in capitulo accedentes. & Decium in dicto
conſilio 165. in primo libro, & in conſilio 373.
in fi. in ſecundo uolum. & Maynū in dicto con
ſilio 121. & in l. prima. tertia col. ſi quis in ius uo
ca. & dominum Loffredum conſilio 12. deciperē
tur aliàs ſubditus Regis, qui confidit in Rege,
& de ſua poteſtate dubitare non poteſt: vt in l. 2.
C. de crimi. ſacri. & de ſua voluntate minimè,
ex quo eam expreſſit, & ſub tali aſſenſu euitan-
tur obreptiones, quæ allegari ſolent cōtra aſſen-
ſum, & hoc tenemus in Regno: vt ſufficiat hæc
relatio, & validior habetur aſſenſus, quando in
nar.

narratione non eſt obreptom Regi, vel ſubre-
ptum, & ſecundùm hanc partem ſçpe iudicaui-
mus in ſacto Conſilio, & etiam tenuerunt Do-
mini de Conſilio Collaterali, ſed quia partes
quandoque inſerebant in inſtrumentis nonnol
la pacta prorſus extraneæ, vinculationes aut ſub
ſtitutiones feudorum, aut alia inſolita, quæ ſi
fuiſſent narrata, expulſa, & improbata fuiſſent à
Rege, & aſſenſus expreſsè denegatus fuiſſet, ad
tollendas dobitationes illorum verborum, cu-
ius tenor &c. cçperunt apponere clauſulam,
quò ad expreſſa tantùm, per quam reſtringunt
aſſenſum ad id tantùm, quod narratum & ex-
preſſum eſt Regi, & non ad id quod in inſtru-
mento eſt actum. Illud autem, quod generali
ter fieri conſueuit, pro expreſſo habendum eſt,
in l. ſi prios. §. rectè placuit, de aqua pluuia arcē
da, & in l. quod ſi nolit. §. quia aſſidua, de çdili-
tio edicto. nec talis clauſula reſtrictiua ad hoc re
3 fertur. & † ideo non videtur neceſſarium inſe
rere in memoriali aſſenſus clauſulam conſtituti,
vel precarij, quæ vniuerſaliter ab omnibus no-
tariis mundi etiam imperitis ponitur in inſtru-
mentis, quç iam venit pro cautela contractus
principalis, ſuper quo aſſenſus præſtatur. uidi
fieri dubitationem, ſed imprudenter. idem de
clauſula poteſtatis capiendi, & ingrediendi, de
hoc & aliis ſimilibus, ex quibus alia non miſcen
tur à contracto aliena, ſed iſta reddunt partes
magis cautas quò ad ea, quæ principaliter agun
tur, & ſçpe ſapientes Domini declarauerunt, de
iure prædicta procedere.
Gratia non dicitur per hoc in plus ſe extende
re, neque plus continet, licet efficacior reddatur,
ex not. per Bar. in l. his qui, colum. 3. de fideiuſ-
ſo. & ibi Alex. & in l. Marcellus, col. 2. eo. titu. vt
ibi de fideiuſſore dicitur, qui obligatur efficacius
& ſtrictius: non ex hoc dicitur in plus neque
durius, alleg. tex. in l. ſi pupillus. in fin. de ver.
oblig. ſequitur Rodoricus Xuares Hiſpanus ne
mini ſuorum ſecundus, in l. poſt rem. num. 7.
car. 669. de re iudi.

S V M M A R I V M.

1 *Aſſenſus impetratus ſuper uenditione feudi facta*
cum pacto de retrouendendo, in quo non ſit facta
mentio pacti de retrouendendo, an conualidet, uel
uitiet uenditionem, & nu. 6.
2 *Pactum de retrouendendo, ſuper quo non fuit impe*
tratus aſſenſus, an teneat, licet in uenditione fue-
rit impetratus. & num. 6.
3 *Vtile per inutile non uitiatur in feudis.*
4 *Diligentia ſua nemo efficitur deterioris conditionis.*
5 *Vigilantibus & non dormientibus iura ſubueniunt.*
6 *Venditio feudi facta cum pacto de retrouendēdo, an*
corruat ex defectu aſſenſus, in quo non fuit facta
mentio pacti de retrouendendo.
7 *Inſtrumenta duo eodem tempore facta pro uno in*
dicantur.
8 *Cōtractus uēditionis dicitur cōtractus bonæ fidei,*
uel quia in eo potiſſimū bona fides uerſetur, uel
quia antiquitus in tēple bonæ fidei celebrabatur
9 *Venditori feudi quomodo poſſit eſſe conſultum con*
trà emptorem uirtute pacti de retrouendendo, in
quo non fuit impetratus aſſenſus, ſi emptor feudum
diſtraxit in alium, qui bona fide emit.

DECIMOSEXTO quçro, ſi
1 † venditum eſt feudum cum pa
cto de retrouendedo, & emptor
impetrauit ſuum aſſenſum ſuper
venditione feudi, & omiſit nar-
rare pactum de retrouendendo,
an aſſenſus teneat: quia non obtinuit aſſenſum,
etiam ſuper pacto de retrouendendo? Videtur
primò quòd ſic. nam cum de venditione feudi
fiat vnum inſtrumentum, & de pacto reuenden
di fiat aliud, non tenetur emptor quærere cau-
telam venditoris, qui fuit negligens in obtinen
do aſſenſum pro cautela ſua, de ſe queri debet,
non de emptore. hoc videtur decidere Paris in
tracta. de reintegra. feudorum fol. 151. à penna,
verſi. & circa iam dicta quæro. cum pactum de
retrouendendo ſit contractus ſeparatus de per
ſe, debet venditor impetrare aſſenſum ſuper il-
la promiſſione. pro hac parte facit tex. in l. 1.
§. ſi. de rebus eorum. ubi ſi minor emit prçdiū,
& promittit ſoluere prçcium, ſine decreto illud
obligare nō poteſt. ex quo cœpit eſſe pupillare,
decreto opus eſt: tenet ibi venditio, & non obli
gatio, quamuis illicò fuerit ſubſequuta promiſ-
ſio ſoluendi præcium. de illo tex. And. meminit
in c. 1. vlt. col. de feudo dato in vicem legis com.
Moderni in conſtit. conſtitutionem diuæ memo
riç. & in c. generali, prima col. ſi de feudo fuerit
controuerſia. Maynus in l. contra iuris. §. primo
de pactis. Andreas Tiraq. in tract. de vtroque re 1
tractu, ſol. 349. & dominus Hierony. Cagn. in l.
2. C. de pactis inter empto. & vendi.
Ille tex. eſt mirabilis ſecundùm Cum. ibi ex ri
gore conſtitutionis rem minoris prohibentis
alienari, & contra eum conſuluit Bal. de eo im-
memor conſi. 415. 2. vol. Gozad. conſ. 15. & ſeq.
& Alc. in l. ſi tibi. de pact. *
Nec obſtat quòd eodemmet tempore fuerit fa-
ctum inſtrumentum venditionis, & pactum de 2
retrouendendo, ita quòd vnum inſit alteri, ex
not. per Bal. in l. petens. C. de pactis, & per Bar.
in l. contractus. C. de fide inſtrumen. quia hoc
procederet, quando de venditione, & pacto vnū
ſtipularetur inſtrumentum. tunc diceretur ineſſe
vnū alteri, vt videatur obreptum Regi, ſi non
eſt dictum de pacto, propter quod fuit indu-
ctus venditor ad contrahendum, aliàs non ven-
diturus, per l. cum te. C. de pactis inter empto.
& vendito. quam Andr. allegat in d. c. 1. in fin.
colum. & Gozad. in repeti. d. l. ſecundæ. nun-
quam ipſa venditio potuit dici abſoluta, ſed eo
pacto obnoxia, & annexa, & ſicut non tenet
vnum principale, quod eſt pactum de retrouen-
dendo ob defectum Regij aſſenſus, minimè de-
bet tenere ipſa uenditio: quia non fuit Regi
narratus totus tenor eorum, quæ contrahuntur
inter partes: qui credebat ex illa uenditione feu
dum perpetuò remanſurum penes emptorem,
ut conſiderat Paris in dicto loco fol. 152. in fine
quæſtionis. ſed quando poſt unum inſtrumentū

ſequitur aliud, quamuis incontinēti, unum non
dicitur ineſſe alteri, nec procedit tex. in l. lecta,
in verſi. dicebam. ita Fanen. in tract. pignorum,
4. par. fol. 57. qui ſic intelligit tex. in d. l. 1. in fin.
vnū poterit valere, & aliud non: quia pacta om-
nia non ſunt apposita in ipſo initio contractus,
vel in traditione rei, & Fauen. in dicto loco ſe-
quitur D. Curtius iun. conſi. 146. in 2. vol. qui li
mitat illum tex. vt procedat, quando idem mi-
nor, qui emit, obligat. ſecus ſi tutor eius, per no.
per Pau. de Caſt. in d. l. cōtra iuris. §. 1. & plenius
idem diſcutit in conſi. 147. eo. li. quem excuſant
Luſitani in l. 1. C. de bon. mat. fol. 394. iſta duo
propter duplicitatem instrumentorum ſunt ſe-
3 parata, & non connexa. & † licet non teneat
pactum de retrouendendo, ex quo nō fuit ſu-
per eo impetratus aſſenſus, tenet venditio ipſa,
cum habeat ſolemnitatem iuris. & † in feudis
vtile non viciatur per inutile: vt in c. primo. §. ex
eadem lege, de lege Corradi. not. Andr. in c. 1. §.
præterea, 2. col. de proh. feudi alie. per Federicū.
Curtius in tract. feudi, in 1. parte. tex. eſt, qui nō
conſueuit allegari, in c. 1. de allodijs. ſi cū feudo
allodium venditur, tenet venditio quò ad allo-
dium, quò ad feudum non: quia Imperator nō
aſſenſit. glo. in conſt. vt de ſucceſſio. dixit valere
teſtamentum quò ad burgenſatica, licet de feu-
dis non potuerit diſponere. bona gl. in c. quere
lam, de ſymonia: quando cum re profana ſpiri-
tualis venditur, valet quò ad profana. Abb. ibi,
& poſt eum Ioan. de Anania, & per Maynum cō
ſilio. 55. 1. vol. idem ſi res eccleſię ſine ſolemnita
te diſtrahitur, tenet quò ad eccleſiam ea volente
ſi expedit, quia cedit in ſui vtilitatem, vt in c. 2,
de rebus eccleſię non alien. & de minore ſimili-
ter vt teneat, & ſi ſolemnitas, & decretum non
fuerint adhibita. claudicat in hoc, vt in l. Iul. §. ſi
quis colludente, de actio. empti.

* Per hoc videtur tex. mirabilis in d. l. 1. §. fi. &
fit ibi ſeparatio contractus: vt pro parte valeat
& pro parte non, de quo per Alciat. in l. ſi tibi.
ſi cer. peta. Neap. in c. Imperialem 12. not. 24.
q. num. 107. ſi venditur feudum, & donec fuerit
prętium ſolutum, voluit eſſe obligatum pro prę
tio, non tenebit obligatio ſine aſſenſu per illum
tex. Idem dixit in l. regni conſtitutionem diuæ
memoriæ. num. 16. & in rub. de feud. dat. in vicē
l. commiſ. & ibi per And. de quo erit plenius co
gitandum. *

Non debet eſſe in damno emptor, qui fuit di
ligens in habendo aſſenſum domini, ex quo uen
ditor piger fuit in obtinendo ſimilem aſſenſum
4 in pacto facto per emptorem. nemo † ex ſua di-
ligentia facit deteriorem conditionem ſuam, gl.
in l. 1. C. ſi antiquior creditor, & alteri per alte-
rum non debet iniqua conditio afferri, vt in re-
gula iuris, & poſtquam per venditionem tradi-
tione ſequuta cum domini aſſenſu emptor effe-
ctus eſt dominus, ſine eius facto dominium ab
eo euelli non poteſt, vt in l. ſi ego. §. 1. de iure do
tium. nec emptor tenetur gerere negotium ven
ditoris. ſi non vult, cum non ſit idem negotium
connexum & vnitū, ar. l. diuortio, de nego. geſt.
neque etiam dicitur dolo, vel fraude verſari: ex
quo Regi non explicat pactum factum ab eo: cū
ipſe voluerit à venditore inſtrumentum ſepara-
tum ab inſtrumento, quod ipſe fecit de pacto de
reuendēdo: declarauit ex hoc animi ſui motum,
ſuum gerere negotium, & non commune. aliàs
ſequeretur, ꝙ emptor etiam teneretur à nota-
rio pactum de reuendendo in protocollum re-
digi facere; uel vtrunque in publicam formam
reaſſumere, & erogare impenſam de ſuo. quod
non eſt dicēdum: cum non reperiatur ad id aſtri
ctus. de iure vtrunq; eſt validum, & venditio &
pactum, ſi vterque diligens eſt procurare aſſen-
ſum. & ſi neuter, neutrum. & ſi vnus tantùm pro
5 deſt. vigilantibus † & non dormientibus iura
ſubueniunt. l. pupillus, quæ in fraudem credito
rum. de eo temporis interuallo, quod eſt inter
ſtipulationem venditionis, & pactum, quod in
de ſequitur de reuendendo, ratio habenda eſt:
cum verum ſit aliquo ſpacio vel momento eum
fuiſſe liberè dominum: & dominium in eum
fuiſſe abſque aliquo nexu translatum. & ſi po-
ſtea ſequatur pactum eo tempore, non nihil iu
ris miſterio innouatum eſt per illud temporis
momentum; cum in his, quæ momento perfi-
ciuntur, momentum multùm operetur, vt di-
cit idem doctor in tract. pignorum, in d. quar-
ta parte, fol. 30. num. 66. allegat Bald. in capitu-
lo cum dilectus, prima col. de fide inſtrumento.
per text. in l. Thais. §. in tra. de fideicom. liberta.
de quo articulo habetur per gloſſ. Andre. &
Docto. in capitulo primo. §. quinetiam, Epiſco-
pum vel Abbatem. de filio qui momento viuens
obijt. Aretinus conſilio 50. copioſè per Mayn.
in l. fi. §. 1. C. de ind. vidu. tollen. & in l. ſi quis.
C. de inſtitu. & ſubſtitu. & in l. non benè. C. de
legatis. & in l. ſi donaturus. §. primo. in fin. de
condi. cauſa data & ibidē ad plures quæſtiones,
quid operetur momentū temporis in alijs, quæ
momento perficiuntur inter partes, quæ nō poſ
ſunt liberè contrahere. per Affl. in conſt. ſpecia
le, Cotta. in verbo momentum. & Maynus in l.
inter ſtipulantem. §. ſacram. de verb. oblig. Alij
6 † dicunt, neutrum valere, cum id agatur à prin
cipio inter partes non liberè vendere, ſed cum
pacto de reuendendo. & ineſt nexus præcedētis
tractatus & conuentionis, ita quod fingi nō po
teſt, aliquid fuiſſe liberè abſolutum à partibus
per legem ſecundam. ff. de rebus eorum. & ibi
notat Bal. venditor non fuiſſet diſtracturus feu
dum ſine pacto. hoc conſtat ex pacto incontinē
ti ſequuto per aliud inſtrumentum: ex quo colli
gitur animus venditoris, ar. eius, quod dicit glo.
in c. officij. de electi. & in l. ſi ventri. §. in bonis,
de priuilegiis creditorum. & idem ſi inſtrumen
tum ſit confectum per eundem notarium, iudi
cem, eadem hora, cum interuentu eorundem te
ſtium, unum ex iſtis coniecturis indicatur inſtru
mentum. vt not. Bal. in d. l. petens. & in l. pen. §.
mulier. ſolu. matr. Moder. Galli in conſue. pariſ.
§. 23. fol. 244. habetur plenè in d. l. lecta. & ego
plurima congeſſi in tra. ſtatu. quem compilaui
ſuper præſentationibus inſtrumentorum ſecū-
dùm formam Ritus magnæ Curiæ, in tertia par
te, in ver. quid ſit liquidum. & ille tractatulus
veluti

veluti nouellus & multùm verſatilis ſicut icona
vadit per aulas indicum, & amicorum. eadem
non reſcribam.non eſt curandum duo fuiſſe cõ
ſcripta inſtrumenta:ſed quid verè fuerit conuen
tum inter partes, toto titulo.C.plus vale. quod
agi.debuit emptor dicere, quòd eſt verè conuen
tum,ſcilicet venditionem & pactum, nec vendi
torem decipere, qui confidit in regula iuris: vt
7 † duo inſtrumenta eodem tempore & hora ſti-
pulata ꝓ vno iudicentur. vẽditor de damno tra
ctat, & rehabendi, quod ſuum fuit vel antceſſo
rum ſuorum, in quo datur affectio, vt in l.ſi in
emptione, de minoribus. emptor autem de lu-
cro, in quo aliter iura prouident: præſertim ꝙ
vbi venditum eſt feudum cum pacto reemendi
minori pretio ſui valoris, diſtrahi conſueuit. nõ
debet emptor cum aliena iactura locupletari.&
ſi hęc ſcriptura aſſenſus requirit impenſam, reẽ-
ptionis tempore ſibi poteſt ſatisfieri pro medie
tate, prout communiter practicatur. nec eſt cu
randum de fictionibus, quæ intermediæ occur-
runt iuris miſterio. hæ enim ſubtilitates à iudi-
cibus reſpuuntur, vt in l. ſicut.§.ſi debitori, qui
bus modis pignus vel hypo. ſoluitur, hoc non
fuit verè actum inter partes, quod inſurgit ab in
tellectu, quia eſt extraneum ab intentione par-
tium, & quod principaliter agitur, eſt intuen-
dum, vt in l.ſiquis nec cauſam, ſi certum peta-
tur: non quod in conſequentiam venit. gloſſ.in
l.nec enim.ff. ex quibus cauſis maio.& per An-
dream in capitulo primo, ſi vaſallus feudo pri-
uetur, bo.tex.in l.ſiquis ingenuam. §. in ciuili-
8 bus, de cap.& poſtli.reuerſis. dicitur † contractus
bonæ fidei venditio, & emptio, iure gentium in
ductus: vel quòd in eo præſertim debeat bona fi
des exuberare, vt noſtri ſcribunt: vel quòd in
templo deæ Fidei antiquitus celebrabatur: vt ait
doctiſſimus Oldẽdorpius ſua claſſe parte quin
ta: & Zaſius vir celebris memoriæ: & hoc verius
cum in omni contractu ſemper bona fides con
ſiſtere debeat: licet in certis pinguior ſit natu-
ra ipſorum, quò ad fętus & intereſſe. contra na-
turalem rationem videretur inuito domino feu
dum retinere, & quod dedit pretium recipere
nolle. ſat ei erit offerre id, per qđ in poſſeſſionẽ
inductus eſt, per l.ſi pecuniæ.§. primo, vt in poſ
ſeſſio.legatorum. ibi, nam quòd ſi integra re ſie
ret, in poſſeſſionem non mitteretur. id cum of-
fertur, diſcedere à poſſeſſione debet. illum text.
dixit ſingularem Galiaula in l.centurio.nu.38.
de vulg. & pupil. ex illo pacto licet ſine aſſenſu
poſſet agi ad rem tradendam aſſenſu impetra-
to, propter uitandum circuitum debet haberi
pro obtento, ar.l.cum fundus.§. ſeruum tuum
imprudens.& ibi Moderni plenè, ſi certum pe-
tatur, vt reducatur ad priorem ſtatum, facilis ſo
let eſſe tranſitus, vt in l.ſi vnus.§. pactus ne pe-
teret, de pactis. Dum fuiſſet de facto hic caſus in
ſacro Conſilio, fuit iudicatum contra empto-
rem. ſed ibi alię rationes aderant, pactum de re-
uendendo, & pretij modicitas. licet nõ eſſet ma-
xima lęſio, & agebatur ex pacto cõtra emptorẽ,
qui callidè verſatus offerebat pretium Caſtri, vt
à Caſtri poſſeſſione recederet.

9 Difficultas eſt, quid † ſi in alium eſſet feudũ
alienatum cum aſſenſu, & nouus emptor uidet
aſſenſum expeditum per ſuum authorem, & in
regiſtro Regis non legitur aliquod pactum de
reuendendo, & accedit ſecurus ad emendum: te
neatur, vel non teneatur primus emptor actio-
ne perſonali ad intereſſe, cum ipſe feudum tra-
dere non poſſit, vt in l.ſiquis ab alio.§. fin. de re
iudi. quomodo contra tertium vendicabit feu-
dum? Ex pacto non, quia actio perſonalis non ſe
quitur fundum: vt in l.fi.§.primo, de contrahen
da emptione, & in l.prima.§.ſi hęres, ad trebel-
lia. actione primqua, ac ſi feudum non uendidiſ-
ſet, non: quia ipſemet contra factum proprium
à ſuperiore approbatum venire non poteſt, vt l.
ſi ab eo.C.de liberali cauſa. & not. Andr. in §.
donare. teneretur ipſe de euictione, ſi alius age-
ret, ſortius idem ſi agit, repellitur: vt in l.vendi-
cantem, de euictionibus. excipere de nullitate,
& obreptione aſſenſus adhibiti cum primo em
ptore, ex quo omiſit narrare Regi pactum reuẽ-
dendi cum obligatione bonorum, & pacti de in
grediendo propria authoritate, prout generali-
ter fit per notarios, durum videretur obtinere
contra ſingularem ſucceſſorem ex cauſa onero-
ſa.& cum ſecundo emptore obſtarent rationes
pro prima parte allegatæ, ex quo venditio facta
per illud inſtrumentum cũ aſſenſu fuit perfecta
& valida, quãuis p aliud inſtrumẽtũ promiſerit
reuẽdere. in hoc repugnat regula d.l.1.in §.fi. de
rebus eorũ. duo ſunt contractus ſeperati. quili-
bet debet eſſe ſollicitus de ſua cautela, & non re-
mittere poſt terga ſolemnitatem requiſitam
in actu. neque ideo, quòd Regi non expreſſit
pactum promiſſum per aliud inſtrumentum, aſ-
ſenſus obreptitius debet iudicari, ac ſi dominiũ
propter nullitatem aſſenſus ab eo non recepiſ-
ſet. non legitur cantum de iure hoc. & ſupina
negligentia venditoris non debet obeſſe huic
ſecundo emptori, qui bona fide emit, & pre-
tium numerauit. vel forte primus emptor non
eſſet ſoluendo, & re, & pretio ſecundus emptor
eſſet cariturus.

SVMMARIVM.

1 *Pactum de retrouendendo an poſſit prorogari per emptorem feudi ſine nouo aſſenſu.*

2 *Prorogatio termini, uel compromiſſi, uel precarij, dum ſit infra terminum, non facit nouum terminũ. compromiſſum, uel precarium, ſed fictione idem cenſetur, & numero.3.*

4 *Fictio nõ habet locũ in feudis ſine conſenſu domini.*

5 *Retrouenditione facta, pereunt omnes obligationes contractæ per emptorem.*

6 *Argumentum de re ad tempus ualidum eſt.*

7 *Officialis conſtitutus ad certum tempus, finito tempore non poteſt in longius protelare.*

DECIMOSEPTIMO quæro
1 an † emptor, qui cum aſſenſu
promiſit reuendere feudum in-
tra certũ terminum, poſſit pro-
rogare terminum reuendendi
ſine nouo aſſenſu Regis? In
quadam cauſa hæredum Don Antonij de Ara-
nia,

gonia, ſoper relaxat'one terrarum Bairani, &
2 Preſentiani † fuit iudicatum per ſacrum Conſi-
liom, prorogaoonem eſſe validam; cum facta
fuerit pendente pacto dato ad reuendendum,
per. l. ſed ſi manente, de præcario. terminus pro
rogatus cenſetur idem terminus, notat Bartol.
in dicta. l. & ibi Angelos, quòd pręcarium pro-
rogatum pendente termino non eſt nouum pręca-
riom, deinde compromiſſo prorogato. l. ſi
cum dies, in principio, & ibi Bald. poſt gloſſ.
de arbitris. & io l. Emilius, quinta colum. de
minoribus. Decius plenè in capitulo de cauſis,
de officio delegati. & in conſilio. 497. accuratè,
prima colu. tertio volum. plenè per dominum
Andream Tiraquellom, de vtroque retractu,
folio 451. Ego autem contrarium dixi, quòd
vaſallus ſicut non poteſt dare dilationē ad veo-
dendum feudum ſine aſſenſu, minimè poteſt
dilationem datam prorogare: cum non habeat
liberam facultatam de feudo diſponendi, ſicut
de re ſua borgenſatica. hęc prorogatio eſt com-
mercium, eo ipſo quòd fit ſine voluntate domi-
ni. Rex pręſtitit aſſenſum ſuper reemptione fa
cienda infra certum terminum, eo lapſo cenſe-
tor prohibuiſſe, per l. cum prætor. de iudicijs.
et qoo gratia fuit tempore limitata. permiſſum
ad tempus, poſt tempus iotelligitur eſſe prohi-
bitom. l. ſi totra, de ſtatoliberis.
* L. ſi vnus. §. ſi cum reo. de pactis l. epiſtola. §.
fin. eod. titul. ſicut èconera prohibitom ad diem
poſt eam diem cenſetor permiſſum. l. Imperia-
tor. de poſtu. neque io diſpoſitione quamuis fa-
uorabili fit exteoſio: vt de vna die dictum ad a-
liam porrigatur. l. ſi ita quis. de vulga. & pupil.
l. commodiſſime, de liber. & poſth. tempus enim
inducit diuerſitatem in ſobſtantia, lege prima. §.
ſi quis ſimpliciter. de verborum obligationib. &
aliud eſt, qoid tali die fieri, aliud alio ſecundùm
Bartol. in l. is qoi reus, de publ. iudi. & in l. de-
nuotiare. §. quid tamen, de adolter. Illud tem-
pus diſpoſitioni reuenditionis adiectum dicitur
pertinere ad formam gratię & licentię, auth. quę
ſupplicatio in ver. forma. cum glo. C. de præci-
bus impe. offeren. à qua ooo eſt licitom recede-
re. l. 1. & 2. de verborum obligation. & in l. cum
hi, §. prætor. de tranſact. oot. Mayn. in l. ſi qois
eum. §. ſi ſuo. de vulg. & pupillar. & conſi. 121. 2.
col. 2. libro. *

In hac prorogatione vertitur intereſſe Re-
gis, nō tantùm ipſarom partiom. quo caſu ceſ-
ſat dicta. l. ſed ſi manente, vt notat Bald. in l. ſi
cum Hermes. C. locati. per illom text. Abb. in di
cto capitulo de cauſis. Decius & alij Moderni: &
cū tractetur de pręiudicio tertij, nō poſſunt par
tes inter ſe ipſas cōponere, ꝙ ius alterius fiat de
terius, per l. cū ſtipolatus ſum mihi à Proculo,
3 & ibi not. de verbor. obligatio. terminus † pro-
rogatus & ſi ſit idem termious cum primo, il-
lud eſt per fictionem: te tameo vera non eſt idē
terminus propriè, ſed fictè: vt dicit Bald. in ca-
pitulo primo, de iudicijs, & in capitolo primo.
§. primo, de lege Conradi, & io conſilio 436.
quęritur, primo libro. & io materia diſpenſa-
tionis illa lex non procedit: vt tenet Decius in
dicto capitulo de cauſis. 14. nu. qoarta col. Rex
remanſit contentus, vt redimat venditor in pri
mo termino, ſecus eo finito, feudum perpetuò
remanſurum penes ipſum emptorem, ſi iſta pro
rogatio fieri poſſet, eſſet dare modū. quo dńs
feudo priuetur, dum clam & occultè prorogat
emptor, & domino ignorante, dum caſus oc-
currit reuendit. captio domini in hoc verſatur.
& hoc modo ſemel, bis & pluries poſſet in lon-
giſſimum tempus prima ſemper dilatione pen-
dente prorogare. & ideo aut ſemper ſibi lice-
bit, aut onnqoàm, fictio eſt legis ſuper contra-
ctu partium, ſuper quo ipſi contrahunt inter ſe.
Imol. Roma. & alij in l. 3. poſt Bartol. de damn.
infect. de officio prorogato, & ibidem ad alias
4 quæſtiones. at † in feudis ceſſat fictio, vbi non
adeſt domini conſenſus, ſecundùm Bal. cum ſit
contractus à conſuetudine introductus, quæ re-
quirit actum facti verum, & non præſumptum.
ipſe dixit in l. 3. C. vt in poſſ. lega. Mayn. refert
conſil. 7. io 3. volum. dum cauſas tractabam pa-
tronus conſulebā in prorogatione aſſenſom ob
tineri. & hoc mihi viſom fuit tutius, & de iu-
re procedere. & dum vidiſſem propter proro-
gationem ſine aſſenſo factam reuēditionem eſ-
ſe factam, ſuper illa retrouenditione ſimiliter
aſſenſum impetrari. pericula ſolent eſſe in-
finita, quæ noo excutiuntur, niſi cum caſus
neceſſitatis occurrerit. in illa cauſa poſſeſſio
caſtrorum penes prorogantem, ſeu eius hære-
dem erat & ætatis ratio vel ſanguinis, quæ in
feudis quò ad Regem parū proſunt. in hoc ſuit
quædam æquitas, per quam potuiſſet occurri ri
gori ioris feodalis. ſed quando feodum eſſet pe-
nes alium, quàm penes emptorem, vel hæredē
eius, oon ſuadet æquitas, emptorem re & pre-
tio priuari. quando eſt penes emptorem, poteſt
excuſari venditor, ſi non redimit in primo ter-
mino, cum confidat io dilatione prorogata, quā
credit valere ſine aſſenſo. & quādiu emptor poſ
ſidet: licet iuris ignorantia non deberet prodeſ-
ſe, tolerabilis videtur, cum de damno tractet. re
iotegra, cum qoęſtio eſt inter emptorem & ven
ditorem, actione perſonali agitur ex pacto, vt re-
uendat & tradat poſſeſſionem feudi, cuius habet
facultatem. quid ſi prorogato termino ſine aſ-
ſenſu contrahit debita, & obligat omnia bona
ſua feudalia cum aſſenſo, vel forte delinquit, &
cotra Regis vult manus apponere ſuper feudo.
agit creditor hypothecaria ſuper illo feudo, vel
adiudicationem ſibi præſtari. excipit venditor,
5 tibi non competit actio: quia facta † reuenditio-
ne pereunt omnes obligationes contractæ per
emptorem. per l. lex vectigali. de pign. & in l. ter-
tia. §. ſed Marcellus. de in diem addictione. &
notat Bar. in l. in diem, de aqua quotidiana & æ-
ſtiua. dicit creditor, dominum feudi non receſ-
ſit à debitore meo, adhuc cum eo reſidet, ex quo
reuenditio nulla fuit non interueniente Regio
aſſenſu. & ſi excipiat de aſſenſu interpoſito ſu-
per pacto de reuendendo, replicabit aſſenſom
eſſe limitatum tempore, infra quod reuendi-
tio facta non fuit, & ſimiliter aduerſus proroga-
tionem obijciet ea, quæ ſuperius diximus. & ſi-
cur

cut ſi Rex prò certa ſumma preſtitiſſet aſſenſum:
illud, quod excedit, nullum eſſet, ita & ſi ad cer
tum præfinitum tempus conſenſiſſet, validum
6 † eſt argumentum de re ad tempus, vt in l. vi-
num, ſi certum petatur, & ibi not. & per Fuerar
dum in ſuis locis legalibus, & Andr. hoc tenet
in dicta l. Imperialem, quarta col. dum allegat
tex. in dicta l. cum pretor. eadem ſolemnitas re-
quiritur in prorogatione, quæ fit pendente ter-
mino, dum agitur de præiuditio tertij, quæ in
ipſo actu neceſſaria eſt, vt no. Bal. in d. l. cũ Her-
mes, & alij in dicto capitulo de cauſis, & Bal.
conſi. 94. viſo ſtatuto, quinto vol. quando alius
tertius acceſſit, quia præſtitit aſſenſum quò ad
expreſſa tantùm, terminus anni vel decennij ex
primitur, hoc Inſpicitur, etiam ſi Rex aſſentiat
reuenditioni faciendæ infra certum terminum
relatiuè, prout in inſtrumento legitur, & de pri-
mo termino, & non de prorogato qui re vera
non eſt idemmet terminus propriè. ex hac pro
rogatione oritur noua obligatio, dicit Bal. in d.
conſi. 94. per l. pe. de præto. ſtipula. & in l. qui ad
certum, locati. & in l. ſi cum dies in princi. de ar
bitris. inter perſonas inhabiles ad contrahen-
dum non poteſt fieri, quia repugnat lex Federi
ci. quicquid inde ſequitur, eſt nullũ, per l. non
dubium. C. de legibus, & l. cum lex, de fideiuſſo
ri. forma non eſt eadem & eiuſdem naturæ ſed
diuerſa: non poteſt idẽ cenſeri quò ad effectus
iuris, notat Bal. in dicto conſi. 436. in primo li-
bro, allegat not. in capitulo hi qui, de præben-
dis in ſexto. cum tempus additur in prorogatio
ne, quò ad Regem partes aliquid de nouo fa-
ciunt, ar. l. ius ciuile, de iuſtitia & iure. & l. cum
plures. §. lege data, locati. iſta additio temporis
non eſt de natura pacti inter partes initi, ſicut eſt
tempus determinatum, vel indeterminatum ab
intellectu iuris in ipſo precario. ex hoc notabi
liter dixit Iacob. de Arena in dicta l. tertia, quòd
7 † magiſtratus conſtitutus ad certum tempus,
non poteſt illud in lõgius protelare, arg. dictæ
l. cum prætor. de iudicijs, cum hoc non ſit ex
natura officij, neque ſit ſibi cõmiſſum, ſequun-
tur Roma. Alex. & doctores ibi. idem dixit Bal.
conſi. 149. tertio vol. quòd Epiſcopus, qui aliquã
eccleſiam parrochialem in commendam alteri
Epiſcopo conceſſit infra ſex menſes, non pote
rit ille Epiſcopus vltra tempus ſtatutum illam
extẽdere, per tex. in capitulo nemo deinceps, de
electio. in 6. & in conſi. 368. in Chriſti nomine
quæritur, eo. vol. quod ſequitur Dominus Bar-
batia in dicta l. tertia, in apoſtillis. tempore præ-
ſtiti aſſenſus ſuper pacto de reuẽdendo, nec in
ſpecie, nec in genere fuit à domino cogitatũ de
prorogatione facienda inter partes, ex quo hoc
non venit ex natura actus, ideo non poteſt cen-
ſeri idem eſſe. quod diuerſum eſt ex tempore, vt
dicit Bal. in dicto conſi. 436. hoc non eſt natura
le, ſed per accidens, domino ignorante fieri nõ
poteſt, cum eadem natura, abſque eodem domi-
no non potuerit induci. multa ſcribunt in mate
ria prorogationis Mod. Galli in conſuetu. Pariſ.
§. 28. ſol. 241. col. 3. cum ſeq. cauti ergo ſint, qui
prorogationem obtinẽt, vt ſuper ea aſſenſum ha
beant Regis. nec confidant ex fictione legis, ſed
ſi manẽte, quę habet locũ in his, quæ partes in-
ter ſe poſſunt, non vbi diſpenſatio neceſſaria eſt.

SVMMARIVM.

1 *Licentia data uendendi feudum, an proſit, ſi feudum detur in ſolutum creditori.*
2 *Datio inſolutum uera uenditio cenſetur.*
3 *Datio in ſolutum ſimilis eſt emptioni.*
4 *Simile non eſt idem, ſed quoddam figmentum rei.*
5 *Fictio habet locum in feudis, quando dominus præbet aſſenſum.*
6 *Conſtituto transfertur poſſeſſio feudi.*

DECIMOOCTAVO quæ-
1 ro, ſi † eſt data licentia feuda-
tario, vt poſſit vendere feudũ,
an poſſit illud dare i ſolutũ ſuo
creditori? Doctores dicunt, quòd
datio in ſolutum, quæ fit à de-
bitore creditori, eſt venditio, ſecundùm Areti-
num conſilio 160. 7. col. & Decium cõſilio. 160.
in primo vol. & ſecundùm Alex. conſilio 52. pri
2 mo vol. datio † in ſolutum eſt vera venditio, de
quo per Maynum in l. ſi. col. 37. de iure emphy.
& in l. cætera. §. ſi. de lega. primo. & per Decium
conſilio 18. primo libro. & Ludoui. Bolog. con
ſilio 21. ſtat ſtatutum. & in conſilio 25. in ampliſ
ſimo. & per Dominos noſtræ Rotæ Neapolita-
næ deciſ. 335. numero 18. & deciſ. 368. prima
col. & deciſ. ſeq. & per eundem relatorem in tra
cta. iuris proto. in tertia parte, colum. 73. & illa
quæ dicuntur in venditione, habent locum in
datione in ſolutum, vt per Modernos Gallos ſu
per conſuetu. Pariſ. ſol. 174. plenè. & per Barba.
in rubrica de rebus eccleſ. non alienan. Alii di-
3 cunt, quòd † feudatarius nõ poſſit dare in ſolu-
tum ſuo creditori feudum ex poteſtate ſibi data
vendendi: quia datio in ſolutum ſimilis eſt em
ptioni: vt in l. eleganter, in principio de pigno.
actio. in l. litis, pro emptore. & in l. ſenatus, in
principio de leg. primo, & in l. apud Celſum. §.
4 ſiquis, de doli exceptio. ſed † omne ſimile nõ eſt
idẽ. l. quod Nerua, depoſiti. ſimilitudo eſt quod-
dam figmentum rei, & non eſt res ipſa, ſecundũ
Bal. in l. prima, in fin. C. de patribus qui filios di
ſtrax. quem ſequitur dominus Andr. Tiraquel-
lus in repeti. l. ſi vnquàm fol. 74. C. de reuo. do-
na. aſſenſus verò debet comprobari ac exequi in
actu vero, & non ficto. vt not. in l. tertia. §. hæc
verba, de nego. geſtis, & ibi Bar. ex quo per prę-
ſtationem aſſenſus fit diſpenſatio ſuper iure pro
hibitiuo, quod contrahitur ſuper vno, non tra-
hitur, nec extenditur ad id, quod eſt ei ſimile, cũ
hoc eſt omiſſum, & diximus ſupra. Pro hac par-
te tenuerunt nonnulli grauis authoritatis viri,
quos plenius retulerunt Moder. Galli in dicto
loco: & pleniſſimè idem Tiraquellus in tract. de
vtroque retractu, fol. 221. cum ſeq. cui addo Cor
neum conſilio 166. ſecundo volum. Curtium cõ
ſilio 27. 6. col. Alex. conſilio 21. 6. volum. & per
Luc. de Pen. in l. curiales. C. de prędiis curia. ſiue
decreto non alie. libro. decimo, & ibidem Docto
res

res interferunt plures quæſtiones: quas non po
nam breuitatis cauſa. ego dum hanc quæſtionẽ
habuiſſem in ſacto, obtinui iudicari pro prima
parte. nam cum in eadem ſubſtantia conueniãt
emptio & datio inſolurum. Andr. in conſtitu. ſi
quis poſt litem, ſiue hoc ſit per actum verum,
vel fictum, nõ attendimus organum nudum vo-
cis, quando domini non intereſt. hic enim agi-
tur a lege vnus actus, qui occultatur à partibus,
vt debitor breui manu ſoluerit ſuo creditori, &
ab eodem fuerit pro pretio ſeudi numeratum
ſuo debitori. domini non eſt deceptio, vno vel
duobus modis hoc contingat fieri: ſiue ſit per a
ctum verum, vel ſit per actum fictum, idem ta-
men eſt in veritate, & in ſubſtantia: non curabi
mus de apicibus iuris: & hi à iudicibus reſpuun
tur, vt dicit Marcellus in dicta l. ſicut. §. ſi ven
5 ditori. & † fictio admittitur in feudis, quando
dominus prębet aſſenſum contractui. hoc mo-
do Andream intelligo, in capitulo primo, ter-
tia col. quid ſit inueſtitura, dum allegat. l. quod
6 meo, de acquirend. poſſeſſion. q † ex conſtituto
transfertur poſſeſſio feudi, idem notat Bald. ibi
& in præludijs feudorum, col. 10. & Iaco. Alua-
rot. in capitulo primo. quid iuris. & Iacobus de
Ardizo. in ſumma, in titulo quibus modis feu-
dum acquiratur. & Andreas in capitul. primo.
§. ſiquis de manſo. ſecunda col. de contro. inue-
ſtiturę, dum allegat. l. quiſquis. C. de donat. per
retentionem vſusfructus poſſeſſio feudi trans
fertur. dominus, qui facit actũ ſibi de iure per-
miſſum in traditione poſſeſſionis, utitur modis
legalibus & fictis. non tamen ut ipſe liberatus ſit
à venditione, quæ in facto conſiſtit: vt not. in
capitulo ſi facta, ſi de feudo fuerit controuer-
ſia. & in capitulo primo, quid iuris. & ſubtili-
ter per dominum Bal. nouellum, & Io. de Mon-
te Sperello in l. ab emptione, de pact. ſecus quã-
do contractus eſt illicitus & inualidus: quia non
conſenſit dominus. actus factus conſtituti, præ-
carij, retentionis, vel ſimilis non operatur tran
ſlationem poſſeſſionis. Dominus Afflictus affi-
nis meus in dicto capitulo ſi facta, & in dicto §.
ſiquis de manſo. & in dicto capitulo primo, qd
ſit inueſtit. aliqua ſcribit, quæ diſcuſſionem ple
niorem requirunt: credo per Alexandrum in l.
prima. §. ſi vir vxori, de acquirenda poſſeſſione:
rite May. & quando non eſt aſſenſus in contra-
ctu per conſtitutum, non perdit vaſallus feudũ:
quia non eſt tradita poſſeſſio verè, nec fictè, ut
per Caſſane. conſilio octauo. lex non fingit ſuper
actu nullo: nec partes poſſunt inducere fictio
nem: lex autem ſic, vel conſuetudo, vt Moder-
ni dicunt in l. ſi is, qui pro emptore. ceſſat æqui
tas, vbi ſit actus à iure improbatus. magis tunc
offenditur, quàm adiuuatur. alibi dicam in ſeq.
& hanc partem teneo, vt æquiorem. pro qua me
adiuuante alij iudicarunt. cum Rex pręſtitit ven
dendi licentiam, in acie mentis ſuæ cogitauit, va
ſallum eſſe in neceſſitate conſtitutum, cum à
communiter accidentibus, qui vendit & de
ſuo diſtrahit, hac cauſa ſoleat vendere, vt ſuo
creditori ſatisfaciat.

SVMMARIVM.

1 *Feudum quod quis tenet obligatum cum aſſenſu, an poſſit dari inſolutum ſuo creditori ſine nouo aſſenſu.*

DECIMONONO quæro, an
1 † debitor poſſit dare in ſolu-
tum ſuo creditori feudum, qd
habet obligatum cum Regio aſ
ſenſu? Videretur q ſic, arg. l. ſi.
C. de rebus alien. cum per obli-
gationem ad alienationem peruenіatur. & datio
in ſolutum ſequela eſt præcedentis obligationis
quæ legitimè facta fuit cum aſſenſu Regio. non
requiritur alius aſſenſus in executione ipſius,
per ea quę in ſuperioribus diximus. not. in l. 1. §
item acquirimus, de acquir. poſſeſ. & ibi per So
cin. & in l. tutor rerum, & ibi Bar. de admin. tut.
& per Dominos Rotæ noſtræ deciſ. 285. nu. 10.
Tu dic contrarium, cum datio in ſolutum diuer
ſa ſit ab obligatione feudi, per dationem in ſolu-
tum, quæ voluntariè ſit à debitore, dominium
feudi transfertur in creditorem. l. ſi prędium. C.
de euictio. ac ſi ipſe venderet, vt in l. in numera
tionibus, in principio, de ſolutio. no. in l. à diuo
Pio. §. ſi pignora. de re iudi. obligatio autem nu
dam tantùm poſſeſſionem auocat, vt in l. pigno
ris. C. de pignoribus. aſſenſus ſuper poſſeſſione
non operatur ſuper proprietate ipſius, vt in l. na
turaliter. §. nihil commune, de acquir. poſſeſ. cõ
ſenſit Rex obligationi feudi, vt creditor ſit ſecu-
rus ex fructibus feudi ſibi ſatisfieri, vt in l. 1. 2.
& 3. C. de pignora. actio. non autem cogitauit,
debitorem dominium vtile feudi translaturum
in creditorem ſine eius aſſenſu. hoc ſit à debito
re ex voluntate ſua, ſecus ſi à iudice, vt not. Bal.
in l. Imperialem col. 4 de prohi. feudi. alien. per
Federicum. Decius conſilio 160. primo vol. plu-
ra Moderni in §. diui. Domini de Rota Neapol.
deciſ. 191. tex. in l. peto. §. fratre, de leg. 2. de hoc
aliàs. obligatio non eſt ordinata ad dationem in
ſolutum ex intellectu iuris, quę eſt translatiua
dominij, quod eſt potentius ipſa obligatione. eſ
ſet captio domini: vt pro minori ſumma debita
totum aſſignet feudum forte magni valoris, Pa
ris in tract. de reintegra. feud. ſol. 162. aſſenſit
obligationi pro centũ, & ipſe daret inſolutum
feudum valoris ducentum, in hoc etiam poſſet
dominus lędi, vel diuideretur feudum aliter,
quàm deberet fieri. & ſcimus Cęſarem Dominũ
noſtrum cuidam magno domino non habenti
ſucceſſorẽ in feudis & alijs pręſtitiſſe aſſenſum,
vt pro tanta ſumma poſſit alienare, quicquid vl
tra eſt, nullum eſt, per l. diligenter. manda. li-
mitata cauſa limitatum producit effectum. l. in
agris, de acquiren. rerum domin. ſequelam per-
miſſam intelligo, quæ ſit à lege, vel à miniſtro
legis, non autem à parte. quę ligatur ex nexu feu
di, & ex contractu inito cum Rege ex natu-
ra feudi, ne eo inſcio diſtrahatur ad alium,
vel quando hoc neceſſariò inſurgit ex aſſenſu
præſtito à Rege, vt in l. oratio, de ſponſali-
bus. vendito feudo veniunt fructus, q a ſequunt

dominium.Mutat hypotheca in feudis,quando
habuit poteſtatem teſtandi.hoc inſurgit neceſſa
riò ex prouidentia legis , vel ſi qui alij ſint effe-
ctus ex eo actu reſultantes.Afflictus tetigit hanc
quæſtionem in capitulo imperialem 12.notabi
li.num.22.& non ſoluit.allegat Bal. tenere con
trarium in l.ſi pupillorum.§. ſi pupillus , de re-
bus eorum,per illum tex.dixit fuiſſe determina
tum poſſe vendi rem eccleſię ſine alia ſolemni-
tate ex decreto antecedente, ut obligari poſſit:
cum illud operetur in omni eo, quod ex illo ſe-
quitur. & ſequuntur Moderni Senenſes , poſt
Mayn.in l.prima.§.item acquirimus.de acquir.
poſſeſſio. Alex.conſilio 189.7.libro.Laurentius
de Rodulphis in capitulo ſine exceptione. 12.
q.ſecunda.& plura And.Tiraquel.de legib. con
nubialibus,in ſecunda glo. fol. 208. & plenius
fol.276.procedit in caſu ſuo,ex quo ea fuit adhi
bita ſolemnitas in obligatione rei minoris, vel
eccleſiæ,quę opportuna videbatur pro alienatio-
ne ipſius ſine alia ſolemnitate de nouo interpo
nenda.& Domini de Rota deciſ.285.in fi.& ea
venditio reſtringitur ad ſummam,pro qua præ-
tor obligari permiſit. uel ibi obligatio fuit à
prętore permiſſa,vt vnicuique obligari poſſit.at
ſecus debet dici,vbi dominus pręſtat aſſenſum
obligationi:quia intelligitur aſſenſiſſe ſecundú
regulam feudalem,vt in alienatione ipſius Do-
minus aſſentiat.aſſenſus fuit datus,vt obligatio
teneat:teneat obligatio ac valida ſit ſuper feudo.
ſupereſt alia regula prohibitiua , vt dominium
vtile non transferatur in alium Rege inconſul-
to. ſuper vtroque fuiſſet neceſſariū a principio
dominum aſſentiſſe:conceſſit in vno, in alio de
bet requiri,vt no.Andr.in ca.1. 4.col.qui ſucce.
tenea. quando duo vincula obſtant, & ſi vnum
tollatur,aliud remanet,ut in §.affinitatis.inſtit.
de nuptijs.ſecundum decretum non poteſt in-
terponi ſuper feudo ſine decreto Regis,quando
eſt obligatio legalis, vt ſentit Andr.in ca.1.§.qd
ergo,de inueſti.de re aliena facta , & clarius in
conſtitu.Regni ſiquis poſt litem.ergo idem ubi
eſt obligatio ex permiſſione hominis, cum quo
durius agitur, vt in l.Celſus de arbitris.& præ-
ſertim habet locum,ſi Rex dixit aſſentire, feudi
natura in aliquo non mutata.hæc eſt natura feu
di: vt in alienatione ipſius dominus aſſentiat,
not.Bald.in capitulo primo,de natura feudi. &
plenius in conſi.375.quod pro regula, tertio li
bro.text.in c.1.& ibi And.& Doct.de feudo nõ
habente propriam naturam feudi, non poteſt
forte ſequela dici præcedentis obligationis,quę
ex voluntate fit per alium modum , qui con-
tractui non ineſt, non eſt contingens hoc vo-
luntarium: quia aſſenſus domini directò non
ordinatur ad id, ciuili modo debet ſumi inter-
pretatio.l.ſicut,de ſeruitu. quando prętor per-
mittit obligari prædium pupilli, vel prælatus
rem eccleſię ſolemnitate adhibita ac cognita cau
ſa iam intelligitur dediſſe licentiam diſtrahendi
ne pupillus , vel eccleſia aliquo vſurarum pon
dere grauetur , & ſine alio vnicuique poteſt 1
vendi.at in feudo,ſi licentia datur pro centum,
& limitatur pro Titio,nec perſona, nec ſumma
excedi tur , neque per alium modum ſine noua
licentia.illud in his,quæ ſunt iuris priuati. ſe-
cus vbi eſſent iuris publici.aliàs per illam legẽ ſi
pupillorum.§.ſi pupillus,ſequeretur,quod feudũ ô
bligatũ uni, cum aſſenſu poſſet vendi & obliga
ri alteri ſine aſſenſu pro ſatisfaciendo eo credi-
to,in quo erat aſſenſus.quod aliqui videntur te
nere.ſit commutatio perſonæ. forte ille primus
creditor non habebat hęredem : & curia fuiſ-
ſet ſucceſſura. vel aliud ius in feudo caducatur,
& feudum liberum remanet penes ipſum debi
torem: & curię hoc intereſſet. feuda habent di
uerſam regulam in multis à pupillaribus & ec-
cleſiaſticis bonis,quamuis in aliquibus conue-
niant,quò ad rigorem iuris conſeruandum, vt
in eadem l.in §.ſi prætor,text.ibi,in §. ſi pupil-
lus, dixit , poſſe creditorem ius ſuum exequi,ſi
permiſſu prætoris res pupilli ſibi pignori data
ſit.ait tamen nonnullam dubitationem eſſe. po
ſtea ſubdit Vlpianus, tutius tamẽ fecerit,ſi prius
prætorem adierit. dat conſilium iureconſultus
tutiorem eligendi partem.& in l.is cui,vt in poſ
ſeſſio.lega. & in l. ſi ſtipulatus. §. ſi lancem , de
ſolutio. & in l. fina. quod cuiuſque vniuerſi.
nomi.in venditione pignoris poſſet eſſe captio
pupilli quò ad ſummam & modum, ne viliori
precio diſtrahatur. ideo ibi tutius eſſet , dixit,
prius prætorem adire.idem in feudo poteſt ma
gnopere domini intereſſe:ne voluntariè debi-
tor ſuo creditori feudum adiudicet ; quod ibi
conſilium dedit, ne ex poſtfacto irritetur. hoc
ne fiat neceſſariũ teneri poteſt . poſſet dominus
offerre creditori & liberare pignus,in quo ipſe
habet directum dominium, & ciuiliter poſſidet
hæc etiam eſt æquitas,de qua in l. Paulus , & in
l.mulier. vt vtile reperueniat ad dominum , &
cum directo conſolidetur, quãdo dominus pro
debito licentiam dediſſet dãdi in ſolutum,aliud
eſſet.hoc eſſet exequi pactũ,de quo in d.§. ſi pu-
pillus.& in l.3.C.de pignoribus.noceret domi-
no aſſenſus;quia hoc expreſſit,ut Andr.dicit in
d.c.1.4.col.& tunc ſi bona fide & ſincerè faciat
ſecus ſi fraudem adhibet,vt in §. callidis,& in l.
in fraudem,de iure fiſci.quod multis modis colligi
poſſet.Licitum ratione fraudis iudicatur illici-
tum,vt in c.imperialis.§.1.de prohi.feud.alie.
per Lotharium.& eſt magis punibile, cum ſpe-
cie boni faciat malum.Auguſtinus ſcribit,ſimu
latam æquitatem duplicem eſſe iniquitatem. A
deat ergo Regem,& aſſerat velle ſuo creditori
feudum dare in ſolutum,quod tenet cum aſſen
ſu obligatum. & ſi viderit expedire , præſtabit
aſſenſum,nec poterit negare , quia feudum ha-
bet obligatum pro valore tantum permiſſæ ſũ-
mæ.& vbi nõ ſcinditur feudum, teneretur aſſen
tire,ea not.in d.conſti.ſiquis poſt litẽ.per Andr.
niſi ipſe offerret debitum,ut ſupra dixi.

S V M M A R I V M.

1 *Feudum,quod eſt obligatum pro ſorte principali cũ aſſenſu,an cẽſeatur quoq; obligatum pro intereſſe ratione moræ contractæ per debitorem.*

Obli-

2 *Obligatio contractà pro debito principali cenſetur quoque contracta pro vſuris.*
3 *Hypotheca quam habet mulier in bonis viri pro dotibus trahitur etiam ad uſuras, & alimenta.*
4 *Acceſſorium ſequitur ſuum principale, & venit ab intellectu iuris, quamuis non dicatur.*
5 *Aſſenſus præſtitus ſuper feudo pro debito principali trahitur etiam ad fructos ſiue intereſſe, qui ſunt acceſſorij ad contractum.*
6 *Mora debitoris non nocet domino, qui in ſorte tantùm præſtitit aſſenſum.*
7 *Fideiuſſor non tenetur ad intereſſe, dum non interceſſit in omnem caſum. licet ſecus ſit in fideiuſſore tutoris fauore pupilli. & nu. 10.*
8 *Aſſenſus ſtricta eſt interpretatio, non larga.*
9 *Reſtitutio conceſſa ſuper principali non trahitur ad intereſſe.*

VIGESIMO quæro, debitor
1 † obligauit cum aſſenſu feudū
creditori ſuo pro ducatis mille, quos infra certum terminū
ſoluere promiſit, nec ſoluit:
ita q; ſuo creditori tenetur ad
intereſſe, an feudum ſicut eſt obligatum pro ſorte, ſit etiam obligatum pro intereſſe? Dicit Afflictus in d.c. Imperialem t 2. nota 8. q. ſe uidiſſe
iudicatum in ſacro Conſilio q; non: quia aſſenſus eſt ſtrictè interpretandus, ſecundùm Andream ibi. & ſi mutatur diſpoſitio, non intelligitur mutata cum illa prima pœna. authoritate *
Bal. in l. in teſtamento. la prima, de conditio. &
demō. ſed difficultas oritur ex his, quæ Andreas
notat in d.c. t. qui ſucce. teneantur, æquiparan-
2 do aſſenſum hominis aſſenſui legis. ſed † vbi à
lege inducitur obligatio, trahitur etiam ad vſuras, vt habetur in l. Lucius, qui potio. in pignor.
habeantur. & per Bar & Doct. in l. ſi cum dotē. 6
§. ſin autem in ſæuiſſimo, ſoluto matrimonio. in
3 † muliere habente hypothecam ſuper bonis viri, ut trahatur ad vſuras & alimenta dotis.
* Et illa lex habet locum etiam in hypotheca tacita ſecundùm Bal. in l. ſi neceſſaria. §. fin. de pignor. actio. Ripa in l. priuilegia. C. de priuil. credit. ſequitur Alci. reſp. 675.*
Idem Bart. in l. Lucius, de alimentis legatis.
Cortius in l. lecta, ſi certum petatur. & per dominum Antonium de Fano in tracta. pignorū,
in quarta parte, fol. 31. & in ſecunda parte, quarto membro, numero 49. & ſequen. & plura
per Mayn. conſilio. 124. quarto volumine. idem
in fideiuſſore, vt habetur per Paul. de Caſtro,
& alios in l. centum Capuæ, de eo quod certo
loco. Bartol. in l. ſolutam. §. ſi in ſortem, de pig.
action. & in l. quæro, locati. ſecundùm lecturā
Azonis. & plura Mayn. in dicta lege centum Ca-
4 puæ. & quicquid † eſt acceſſorium, venit, etſi
non dicatur: cum hoc ſit ab intellectu iuris, vt 7
idem iudicetur de vtroque: ex dictis per Aretinum conſilio 83. quia multa, ſecunda colum.
allegat Bartol. in l. ſtipulationes, non diuiduntur. 9. quæſtione, de verborum obligationibus,
& qui habet iuriſdictionē limitatam ſuper ſorte, cognoſcit etiam de emergentibus: vt eſt in te-
reſſe, Bal. in l. fi. C. ſi aduerſus fiſcum. & in capi
5 tulo primo, de allodijs. ideo † aſſenſus trahitur
ad fructus: quia ſunt acceſſorij ad contractum,
ſecundùm Paridem de Puteo in tracta. de reintegra. feudorum, fol. mihi à penna. 249. gl. in c.
quia in tantùm. de præben. & ſuper pacto operatur in executione ipſius, idem Par. fo. 177. per
glo. in l. 3. §. ſed vtrum, de minoribus. & ſuper
principali trahitur ad acceſſoria. Sandæus in capitulo poſtulaſti. col. 12. de reſcriptis. & ſuper
ſorte operatur in augmento, ſecundùm Ang. in
§. aliud quoque capitulum, in authentico, de æqualitate dotis, col. 8. & priuilegium ſuper decimis extenditur ad noualia, capitulo ex parte,
lo terzo, de decimis. hoc eſt intrinſecum ab intellectu iuris. ius exprimit, & ſi non dicatur,
tex. videtur in l. ſecunda, de peculio legato. & in
l. ſi quis pro eo. §. ſi nummos, de fideiuſſoribus.
& ibi Paul. de Caſtr. & tex. in d. §. ſi nummos.
allegat Andr. in dicto capitulo primo, quarta
col. qui ſucce. teneantur, ibi, in omnem enim
cauſam acceptus videtur, quę ex ea numeratione naſci poterit. omnia comprehendit, quæ ex
contractu perueniunt. quaſi prægnans ſit aſſenſus: vt pariat fętus ſecundùm naturam contractus, ſuper quo interponitur. intereſſe venit officio iudicis, eo ipſo quòd debitor eſt in mora.
& in iudicio bonæ fidei lex ſuppler, quod orationi deeſt, arg. l. oratio. de ſponſalibus poterat
dominos cogitare ſaltem in genere.
* Dominus Blaſeus Lancea alijs motus rationibus ex regula dictæ legis Lucius. in repe. cap.
volentes. car. 8. dicit, ſæpe per magnam Curiam
fuiſſe iudicatum, q; feudum obligatum pro ſorte ſit & per intereſſe, per l. per retentionem. C.
de vſur. & ibi Paul. de Caſtr. ſed in illo regno aliud videtur ex tex. d.c. volentes.
6 Primam † tamen partem veriorem puto, &
bene à meis dominis determinatum fuiſſe: dum
in aſſenſu certa quantitas principalis ſummæ expreſſa eſt, ea ſola debetur in feudo: nec quicquā
aliud ratione vſurarum, intereſſe, vel pęnæ: ſi nihil eorum dictum eſt, illud non debetur ſuper
feudo, quia alteri per alterum iniqua conditio
afferri non debet. mora debitoris non debet obeſſe domino, qui in ſorte debiti conſentit, mora eſt delictum. etſi conſiſtat in omittendo. l. fi.
de fideiuſſo. glo. ſingularis in l. ſi mora, ſolu. ma.
nemo ex alieno delicto coercetur. ſuum tenet authorem. lege ſancimus. C. de pœnis. dominus lueret pœnas in re ſua ex delicto alieno, non eſt ferendum, ut ex perfidia debitoris
non ſoluentis, totum feudum in perniciem domini deuoluatur creditori. ideo ſummam principalem expreſſit. vt vlteriori ſummæ nō aſtringeretur. habetur dominus dum aſſentit loco approbatoris, vel fideiuſſoris in ea quantitate. &
† fideiuſſor non teneretur ad intereſſe: quia
non interceſſit in omnem caſum, ut in l. quæro.
& ibi glo. locat. tex. in l. fideiuſſores magiſtratuū,
§. pro Aurelio, de fideiuſſoribus. & in l. græcè. §
& poſt litem. eodem titulo. ibi, & ſi totius
cauſæ. & notant omnes in d. l. centum Capuæ.
nec erit inſpicienda quò ad dominum natura a

ctionis, ex qua debitum debetur, de qua in l. ſi
poſtea, rem ratam haberi. & in d. l. quæro. quia
licentia obligationis feudi fuit quędam diſpen
ſatio, quę non regulatur à natura petitionis, vel
ſupplicationis, conſiderata qualitate obligatio-
nis ipſius debitoris: ſed à formalitate gratiæ,
quam dominus facit in relaxando prohibitionē
iuris ſui: quia aliàs curreret in infinitum. ſat eſt
in eo operari, ar. l. tutori. C. de nego. geſtis. ſuffi-
cit vnum minimum, ſecundùm Archidiaconū
in c. 2. de filijs præsbytero. in 6. & Antonius de
Butr. in c. at ſi clerici. §. de adul. tertia colum. de
iudicijs. debet ei imputari, qui nō expreſſit etiá
vſuras, vel intereſſe. ar. l. veteribus. §. fin. de pa-
8 ctis. anguſta † eſt interpretatio ſuper aſſenſu, nō
fit largo & amplo modo, ſed ſtricto, nec exten
ſiuo, ex not. per Andr. in conſtitutio. ſi vaſallus.
& in §. donare. text. in c. licet canon. de electio.
in 6. ibi, gratiam diſpenſationis. & in c. apoſto
licę, de clerico excom. ibi, diſpenſationis gra-
tia. notat Geminianus conſilio. 38. in fin. notat
in materia diſpenſationis Io. Andr. in c. ex eo. §.
fin. de electio. in 6. glo. in clemen. 2. in verbo an-
nexi, de ætate, & qualitate. & in verbo conſti-
tutus. & in c. ei qui, de præben. in 6. aſſenſus ſe
cundùm Andream eſt gratia, vt ipſe dixit in di-
cta conſtitu. ſi quis litem, & gratia ſuper ſorte nō
operatur quò ad intereſſe. hoc eſt ſeparabile à
ſorte, text. eſt not. in l. fin. §. Lucius Titius, de
9 condi. indebiti. vbi † reſtitutio conceſſa ſuper
principali non trahitur ad intereſſe, vel vſuras,
tanquam acceſſorium. & illum text. dixit ſingu
larem Bald. in l. fi. C. quando prouo. non eſt ne
ceſſe. Abbas omninò ad illum text. conſilio 35.
arbitror, 2. volu. Aretin. in l. ſi filius, qui patri,
colum. quarta, de vulgar. & pupillar. Roma. ſin-
gulari. 611. procedit regula, vbi vtrunque de iu
re communi debetur, ſecus quando iure ſpecia
li. & ideo extincto principali de iure communi,
durat acceſſorium de iure ſpeciali. habet aliam
naturam propter ius ſpeciale. ex hoc arguitur
in feudis, quæ non ſunt in communi commer-
cio ſine licentia Principis. dominus in vno fe-
cit poſſibile, quod erat impoſſibile: vt in l. apud
Iulianum. §. ſi conſtat, de leg. primo, in alio re
manet prohibitio iuris, ar. l. quod verò, de legi-
bus. vtrunque erat prohibitum, & obligari feu
dum pro ſorte, & pro intereſſe. expreſſit ſortē,
vt excluderet intereſſe; quia non dixit, ergo ne
glexit: vt in l. 1. §. 2. C. de caduc. tollen. & ſi refer
ret ſe ad inſtrumentum, intelligitur quò ad ſor
tem. hoc debet exprimi: quia forte dominus dif
ficulter conceſſiſſet. addit ampliorem obligatio
nem in feudo, quò ad ſummam, non illam ex-
preſſam reddit cautiorem & exequibilem, iuxta
naturam ſui contractus. in eo dominus non gra
uatur, cum alius ſecurior efficitur. at vbi ex tē
pore poſſet augeri ſumma propter intereſſe, fit
deterior conditio feudi, cum minus de feudo
ſperet ad ſe deuolui. procedant contraria in con
nexis, & inſeparabilibus, & in his quæ neceſſa-
riò ſequuntur ex parte ante, vel ex parte poſt,
iuxta regulam, l. ad rem mobilem, de procur. &
not. in l. 2. de iuriſdictione omnium iudicum,
gloſſ. nota. in c. quia in tantum, de præben. ibi,
per conſequens in omnibus acceſſorijs, quam
Abbas ibi ſummè cōmendat. & dat ſimilem gl.
in c. ſi quis in clero. 6. q. 1. & Archi. in c. non po
teſt, de pręben. in 6. & plura Sandęus in d. c. po
ſtulaſti, col. 11. cum ſequentibus, & ibi Moder-
ni, vbi ponunt plura ſimilia pro hoc dicto.

* Operatur diſpenſatio etiam ijs, ſine quibus
nullū ſortiretur effectum. l. ſi ſtipulatus fuero. de
verborum obligat. c. ſi poſtquam. de electio. in
6. & i cōſecutiuis ſeparabilibus ſecus eſt, glo. eſt
ſingularis in c. cui. de præben. in 6. not. docto. in
c. primo, de ęta. & qualit. ibi erat diſpenſatum
cum minore: vt eſſet canonicus in eccleſia cathe
drali, & non poterit eſſe iudex delegatus. c. ſtatu
tum. in ver. canonicis. de reſcrip. in 6. ſecundùm
Sand. in c. cum nuntius. de teſtib. S. nota. nec ha
bebit locum in c. nec ſuffragium. glo. in clem. 2.
de ęta. & qualit. & Sand. in d. c. at ſi clerici. §. fin.
ſeparabile eſt hoc ex non neceſſarium, ſat eſt ſuo
caſu expreſſo iuri communi eſſe derogatum. glo.
ſingu. in c. in tantum. de præben. in 6. & in c. ſi
quis in clero. 7. q. 1. quam ſequitur Petrus Re-
buffus in tracta. nomi. fol. 176. *

Sic erat in l. 2. de pecu. leg contingēs neceſſa-
riū, ut uno poſito aliud ſequatur. lex fingit utrū
que permiſſum & conceſſum, eſt vnū ab alio in-
ſeparabile, quod de per ſe ſtare nō pōt. in. §. ſi nū
mos. non fit extenſio, vel incluſio alterius ſum-
mæ, pro qua fideiuſſor teneatur: ſed conualida-
tio & reconciliatio primęuæ obligationis ex na
tura ſui reconciliat primæuam, & acceſſoriam
etiā obligationē, ſecundùm dominū Coraſium
in ſuis miſcellaneis iuris ciuilis, lib. 2, c. 12. neq;
vbi ex mora, vel debitoris culpa noua naſcitur
obligatio contra fideiuſſorē, ſed quę erat inuali
da obligatio in reo, qui alienæ pecuniæ mutuū
ſumpſerat, pro quo fideiuſſorē dederat, ſequuta
conſumptione per debitorē, roboratur obliga-
tio, quò ad principalē & fideiuſſorem. & quāuis
Pau. de caſt. in d. §. ſi nummos, intelligat tex. in
10 d. l. ſi poſtea, fideiuſſorem † tutoris teneri etiam
ad intereſſe ex natura rei, & obliga tionis, ibi nō
ex natura obligationis procedit, vt alij etiam in
hoc articulo ſentire videtur, ſed ſpeciale fauore
pupilli, de quo in l. etiā, & in l. ſi cum fideiuſſori
bus, de fideiuſſ. tut. Quomodo aūt teneatur do-
minus pro aſſenſu, quem præſtitit, & ad quid o-
bligetur, quando non eſt aliud expreſſum, & cō
ceſſum, tempus præſens aſſenſus inſpicimus, ar.
l. ſi à colono, & l. cum ſtipulamur, de verb. obli.
quā legē ſæpe Andreas habet in ore. futurū tem
pus nō venit: quid non dixit, per d. l. ſi à colono.
& in l. Rutilia Polla. de contrah. emp. vbi tex. vul
gatus, quē And. allegat i c. 1. de feudo dato in vi
cem. l. com. eo tempore quo debitū contrahitur
nulla eſt mora: neque in alio eſt debitor, quā in
ſorte. in alio nō videtur aſſentire, quā in eo, quod
erat tempore obligationis contractę, ar. l. per re
tentionem, & l. pignoribus. C. de vſuris. ęquior
hæc pars videtur, ne ex facto debitoris creſcat
obligatio in re dñi. l. libertos. §. fi. ad munici. ne
que dño, q hoc caſu loco approbatoris vel fide-
iuſſoris habēdus eſt, imputari debet, quod reus pp
moram

morum ſuam non præſtitit.d.l.fin.de fideiuſſori. per Romanum conſilio 507.quando lex fingit obligationem pro ſorte,venit etiam intereſſe,vt in dote de quo per Bartol. Alexandr.& alios in d.l.ſi.cum dotem.§.in nouiſſimo.hoc fuit fauor cauſę,& perſonæ,vt in d.l.ſi poſtea. & non vertatur præiudicium,niſi hominis priuati , & in re profana.ſecus, vbi vertitur publicum intereſſe, ex cauſis,& ex perſonis diuerſum quandoque ſtatuitur in re ancipiti,vt in cap.1.de feudi cognitio.ex ſorte debita non veniunt fructus, vt acceſſiones naturales , not.in rubrica de vſuris & acceſſionibus. neque ſunt ciuiles ex pacto. plenius tractat quidam gallicus Scopus in tractatu fructuum,ſunt extra rem iudicis officio ex perfidia non ſoluentis. & quamuis æquo iure creditori debentur.l.ſi ſeruum.§.ſequitur,de verborum obligationibus.non æquo,neque bono iure debentur à tertio , qui ad id non ſe aſtrinxit , neque omnem caſum obligationis ſuſcepit.

In cauſa dominę Virgilię filię Marioi,ſeu eius filiorum de Azia legatariorum dominæ Comitiſſæ de Noya per ſacrum Conſilium fuit iudicatum ſecundùm hanc partem cum illis de Ceraſio creditoribus anno 1556.Io.Angelus Villalta actuarius. Die 20.Nouemb. 1557.ſabbato cum interuétu Dominorū vtriuſque aulæ fuit iudicatum per ſacrum Conſilium in cauſa magnifici Io.Babtiſtę Rauaſcherii & Nicolai Parentia, aſſenſum pro ſorte in contractu bonæfidei non operari quò ad intereſſe. Io. Dominicus Tramōtanos actuar. Dominus Conſaluus Bolmude. Commiſſarius.*

S V M M A R I V M.

1 *Permutatio rei feudalis cū burgenſatica mediante aſſenſu,an faciat rem burgenſaticam permutatā feudalem.*

2 *Subrogatum ab homine vel a lege, an ſit eiuſdem naturæ cum quo fuit ſubrogatum.*

3 *Permutatio facta cum re feudali , an cenſeatur eiuſdem naturæ.*

1 VIGESIMOPRIMO quæro fuit † facta permutatio rei feudalis cum aſſenſu Regio cum quadam re burgenſatica , an illa efficiatur feudalis?Fuit de facto in ſacro Conſilio inter illuſtriſ. Ducem Amalphiæ , & Gabrielem Tonium. & fuit deciſum die 17.Septembr.1499. quòd non ex dictis per Andr. in titulo quæ ſint Regalia, in verbo,& plauſtrorum,ſi. col. quia ſubrogatū loco feudi non efficitur feudale, ſi non eſt traditum loco feudi.& per eundem Andr.in capitulo primo.§.cum autem,de contro. inueſtitu. de quo dic,vt ibi,& vide Neapolitanum in conſuetu.Neapo.prima,in verbo ſuccedunt,de ſucceſſio. ab inteſtato, ad ſimilem quæſtionem † de ſubrogato ſi ſit eiuſdem naturę, & in conſuetu. ſi mulier,de iure dotium,in verbo ſi non extant per Decium conſilio 3.& conſilio 50. & conſilio 183.primo volum.& quando fit ſubrogatio à lege, vel à domino,per Socin. conſilio 168. in ſecundo volu. & conſilio 252. & per Aretinum conſilio 164.& de feudo franco permutato cum Longobardo,per Luc.de Pen. in l.prima. C. de impo.lucra.deſcrip.Bal.in l.3.C.de priuilegio fiſci.plenè ſcribit dominus Afflictus in capitulo primo,ſi controuerſia fuerit inter me & dominum de portione feudi patris mei.idem Collector deciſio 336.quidam nobilis. de re permuta-

3 ta † cum re dotali.ad conſuetudinem Neapo.notiſſimè congerit multa Dominus Andreas Tiraquellus.de vtroque retractu, fol.271.verſi.neque enim hic caſus, num. 26. & 27. & quid de pretio feudi, per Andream in dicto ver.& plauſtrorum. & in capitulo primo.§.ſed nunc eſt alia iuſtior, quæ ſit prima cauſa bene.amit.& in ſimilibus per Andr.in c.ſi vaſ.ſi de feod.fue.cōtro.& in c. 1. quid iuris . An ſi pater permutet feudum cum re burgenſatica,in quo ſolus primogenitus ſuccedebat,oēs filij in ea re permutata ſuccedant,poteſt decidi ex dictis per Neapo. vbi ſupra.dicit Soc.conſi.116.pe.co.1.3.vol.q. ſi pater habens plures filios diſtrahit bona ſua alienando,declarat animū ſuū , ne bona perueniant ad filios,allegat Anc.conſ.113.& Ro.conſi.368.no.in ſimili per Andr.in c.1.§.prętereà, de prohi.feu.alie.per Fed.Deciū cōſi.31.poſt ſecūdum vol.poteſt dici,omnes filios pariter ſuccedere mutata qualitate rei ab eo , qui potuit de re ſua diſponere:cum tempore mortis nō reperiatur feudum,ex dictis per Andr.in c.1.§.& ſi libellus in fi.de alien.feu.pat.nec res permutata aſſumet in hoc naturam feudi,ſi pater hoc non expreſſit.aliàs abſurdum inſurgeret ex feudo penes aliū perueniō,vel omnes filios ſuccedere,vbi in eo iure Francorum viuitur,cū feudū ſubrogatum ſit loco rei allodialis,& ex rē allodiali omnes filios huius ſua portione priuari,erit feodum penes recipientē , hæredes , & ſucceſſores ſuos ſub regula & natura feudi:& apud habentē allodium permutatum ſub cenſura rei allodialis.ſi alienatur res aliqua, exprimi dēt.feudalē eſſe. And.dixit in d.c.impe.in 6.vbi aſſenſus alias non noceret.& Pau.de Ca.in l.dotalē, ſol.mat.quando dominus aſſentit emphyteutæ vt vendat,nō deſinit res eſſe feudalis,vel emphyteutica.

S V M M A R I V M.

1 *Aſſenſus plures ſi fuerint ſuper eodē contractu impetrati non facta mentione de primo , an reliqui cenſeantur ſubreptitij.*

2 *Gratia ſecundo loco expedita non faciens mentionem de prima an cenſeatur irrita.*

3 *Aſſenſus ſemper intelligitur præſtitus ſine præiudicio tertij.*

1 VIGESIMO SECVNDO. quæro, ſi † impetratur aſſenſus à Rege ſuper aliquo contractu, & poſtea idem ſupplicat Regi pro aſſenſu, nec facit mentionē, fuiſſe ſuper contractu impetratum aſſenſum , an ſecundus poſſit iudicari

ſubreptitius. quando ſunt plures diſpenſationes
circa idem, poſterior, quę de prima mentio-
nem non facit, non valet, text. in c. 2. de filijs
presbyterorum in 6. & in c. 2. §. 1. de decimis, in
6. & ſecundùm Bal. poſt Guilielmum de Cuneo
2 in l. nemo. C. de epiſcopali audien. irrita eſt † gra-
tia ſecunda, ſi de prima non meminit, notat Io.
And. in rub. de cleri. non reſidentibus, in addi-
tio. Speculi. plura Sandæus in c. veniés, in penul.
col. de præſcrip. Dec. in conſi. 665. pen. col. 4. vo
lum. & per eundem Sandæum in c. 1. de reſcri-
ptis, & in c. cum ordinem, 4. col. eod. tit. & di-
cit Cardi. in d. c. veniens, quòd eo ipſo intelligi-
tur renunciare primę gratiæ, quòd ſecundam ſuper
eadé re obtinuit. idem Card. in c. inter dilectos,
de fide inſtrum. & Lapus allegatio. vlti. nam titu
lus lucratiuus non poteſt multiplicari in gratio
ſis, vt in c. poſt ceſſionem, de conceſſio. præben.
& plenè per Sandęum in c. in noſtra, vbi Moder
ni de reſcriptis. Mihi autem videtur vtrunque
aſſenſum valere, neque ob id ſecundùm indica-
ri ſubreptitium, quòd de primo non ſit facta men-
tio: cum text. in contrarium allegati procedant
vbi ſit diſpenſatio ſuper inhabilitate perſonę,
neque læditur dominus, quòd bis eandemmet gra-
tiam faciat, & eidem perſonę. non ſic in l. nemo.
potuit interpretari ad cautelam, quod eſt per-
miſſum, vt plenè ſcribit Sandęus in d. c. in no-
ſtra, col. 28. dominus Loffredus conſil. 45. num.
22. forte plenius explicat qualitatem facti in ſe-
cundo aſſenſu, quàm in primo. neque cenſetur
primo renunciare, cum ambo ſint compatibi-
les. non ſic in l. ſi quis ante, de acquir. poſſe. &
Roma. conſi. 350. non ſunt actus contrarij, vt
obtinendo ſecundum, videatur renunciaſſe pri-
mum, argu. l. pacta nouiſſima. C. de pact. gratia
† aſſenſus neminem lædit. & ſemper intelligitur
3 ſine præiuditio tertij, vt in l. 2. §. meritò, nequid
in flumi. publi. poſſum habere ſuper eadem re,
& priuilegium, & præſcriptionem in eo quod
plus eſt, vt not. in c. cum perſonæ, §. ſi tales, de
priuilegijs in 6. & plenè Bal. in tract. præſcrip.
in 5. par. fol. 42. ubi mala fides excluditur, vt per
glo. in c. cum olim, de pręſcriptio. potius de-
bet iudicari, vt proſit, quàm ut noceat in eo,
in quo poteſt prodeſſe. Dum eſſem conſultus
à quodam perito inquirebam de effectu harum
aſſenſuum: nam aut Rex primo donat per pri-
uilegium, & tradit, ſecundum nihil operatur,
cum ſemel fuerit effectus dominus. l. 3. §. ex plu-
ribus, de acquirenda poſſeſſ. aut aſſentit obliga-
tioni ſeu promiſſioni bonorum feudalium: &
circa temporis prioritatem, ſi cum alio concur-
reret, producendo ſecundum priuilegium aſſen
ſus, in quo poſterior reperiretur, poteſt ſe adiu
uare ex primo; cum nemo pluribus defenſioni-
bus vti prohibeatur, vt in l. nemo pluribus. &
impetrando ſecúndum, nó dicitur voluiſſe per-
uertere effectum primi: cum illa, & plurima a-
lia ſint multiplicabilia ad cautelam, quæ nemi-
ni ſolet obeſſe. in eadem cauſa poteſt quis ha-
bere ſcripturam, & teſtes, et not. in l. triticum,
de verbor. obligat. & ab eodem debitore habe-
re ſcripturam publicam & priuatam. & de eo-
dem teſtamento habere duo publica documen-
ta. pari modo bis obtinere aſſenſum eiuſdem
promiſſionis & obligationis. ſi in ſecunda gra-
tia aſſenſus, quid plus eſſet quàm in prima: &
cum uno ſe iuuare ex vno, & cum alio, ex alio,
vel cum eodemmet ex vtroque.

SVMMARIVM

1 *Natio & familia ſupplicantis an debeat exprimi quando impetratur aſſenſus.*

2 *Aſſenſus quãdo præſtatur per Regem in alienatione feudi, conſideratur qualitas perſonæ, penes quam uadit feudum, utrum ſit de genere fidelium, & ideo debet exprimi eius natio & familia, & nume. 9.*

3 *Natio quandoq; prouocat, quandoq; deterret.*

4 *Feudũ à fide denominatur: quia fidelibus trãsfertur.*

5 *Regnicolæ cum alienigenis coniungi non debent, ne Regni ſcrutentur arcana, & eorũ fides corrũpatur*

6 *Sanguis infectus producit filios odioſos & ſuſpectos eiuſdem macula & perfidię.*

7 *Patris culpa nocet filio ſuo: quia filius præſumitur patri ſimilis.*

8 *Aſſenſus fuit prohibitus præſtari per Carolum his, qui à parum fidelibus orti ſunt; quod poſtea fuit reuocatum: quia omnis macula deletur ex tempore.*

10 *Aſſenſus ſiue gratia conceſſa extero non facta mentione, qualiter erat alienigena, cẽſetur ſubreptitia; & ideo non tenet cõceſſio, niſi de corpore conſtitiſſet Regi.*

11 *Error non ſit, dum conſtat de corpore.*

1 VIGESIMOTERTIO quæ-
ro, ſi † quando ſupplicatur
Regi pro habendo aſſenſu, de-
beat exprimi natio, & familia
ſupplicantis? Andr. dicit in c.
Imperialem, tertia columna,
de prohibit. feud. alien. per Federicum, quòd
2 † quando curia concedit licentiam, proſpicit,
qualis eſt is, ad quem feudum poteſt per obli-
gationem, vel donationem peruenire, vtrum
fidelis ſit ex genere. ex hoc videtur ſentire,
quòd debeat exprimi natio, vel familia: cum
aliàs curia non poſſit dignoſcere, an ſit aſſen-
3 tiendum. dat rationem ipſe: quia † natio pro-
uocat, & deterret, per l. quod ſi nolit. §. ſi
mancipium, de ædil. edic. & in l. quiſquis. C. ad
legem Iuliam Maieſtatis. & ad hoc attenderunt,
& attendunt Reges Regni, vt feuda ad fideles
4 perueniant: quia † à fide dicitur feudum,
ut in capitulo finali, per quos fiat inueſtitura.
& hoc circa genus, & familiam eius, qui aſ-
ſenſum petit, quando eſſet alienigena, & non
de Regno, Andreas idem ſentit in ſeq. dum
5 dixit. Iccirco † voluerunt: ut alienigenis non
iungant ſe Regnicolę, ne denigretur puritas,
& ſynceritas fidei Regnicolarum, & ne Regni
ſcrutentur arcana. l. quarta. C. de commercijs,
& mercatoribus. Sumitur argumentum à gene
re, vel à patria, ſecundùm Lucam de Penna
in l. quicunque. C. de apocis publicis, lib. 10. &
6 † qui naſcitur ex ſanguine infecto, pręſumitur
domino odioſus propter occultam & pręſum-

ptam

ptam perfidiam, vt ſcribit Ioan. de terra rubea in tract. de rebellibus, prima parte, glo. in d.l.quiſquis.& per Andr.in c.1.§.præterea,quę
7 ſit prima cauſa bene.amit.& † ideo delictum ſeu culpa patris nocet filio, cum præſumatur filius ſimilis patri, vt c. ſi. eo. ti. & in c. 1. ſi vaſ. feudo priuetur. ſic de origine patrię, ſi ſit domino inimica, ſeu ſuſpecta, ſeu aliás infidelis, per. d.§. ſi mancipium,& ibi dominus Bartholomęus Cepolla, per l. non omnes. §. à Barbaris, de re militari, & plenius per eundem in trac. de Imperatore militum eligendo. Carolus
8 † dominus noſter ſtatuit à Proregibus aſſenſum minimè præſtari his, qui à patrum fidelibus orti ſunt, quod poſtea irritum declarauit ex cauſa,& meritò Proregis commiſit arbitrio: cum ex tempore omnis macula purgetur, ar. in authentico de monacis.§. ſi.& multi ad melioris vitæ compendium conuertantur, & de hoſtibus fideliſſimi efficiãtur,ar.c.ferrum.50.diſt. nec præteriti memoria præſentem corrumpit
9 ſtatum. ideo videbatur neceſſe eſſe † gentem vel patriam exprimere,quamuis de corpore cõſtaret Regi,ex his quæ habentur per glo.& Abb. in c.ſignificante,de reſcriptis, & per Moderuos in c.ſuper literis 4. col. in 4. limita. eod. titu. & quod ponit Dominicus in c. ſtatutum,ſ priu. in glo. in verbo literarum, eod. titu. de reſcriptis in 6. alienigenis non ſic & exteris gratiæ conce-
10 di ſoleant.& † ideo ſi beneficium impetrat nõ expreſſo, quòd forenſis eſt, ſubreptio eſt in gratia, & conceſſio non tenet, vt dicit Abbas in c. ſi proponente, de reſcriptis, hæc taciturnitas ſubreptionem inducit, vt not. in c.bonę, il ſecõdo, de poſtulatione prælatorum, facit tex. in c. 1 nullus.61.diſt.& in l.i. eccleſijs. C. de epiſc.& cle. opinatur Rex dum præſtat aſſenſum ſubditis ſuis, & non exteris facere gratiam, non ita de illis ſicut de fidelibus confidit. difficulter concesſiſſet, ſi hoc fuiſſet expreſſum, hoc tacitum viciat: vt not. in d.c. ſuper literis. Credo ego, quòd ſi de corpore Regi, vel eius Proregi conſtaret, aſſenſus validus eſſet, cum Regi debeat imputari quare non perquiſiuit de gente vel natione ſupplicantis: & ſatis videatur expreſſum, dum de corpore conſtat. adeſt tunc conſenſus in extero, licet præſumptus in natione. licentia tamen eſt ſpecialis, cum notum ſit illi corpus, & nota per
11 ſonæ, omnia cenſentur illi aperta. non † dicitur diſſentire, neque errare: cum de corpore liqueat, vt not. in l. ſi quis in fundi vocabulo, de leg. 1. & in l. demonſtratio falſa, de condi. & demon. Bal. in l. pe. de rebus dubijs, & per Alex. conſi. 135. in 2. vol. & Ang. firmat in l. his verbis. §. ſi. de hæredibus inſtituen. de extero decapitato, cum de eius corpore conſtaret. & Bal. dicit in c. eam te, de reſcriptis, non vitiari literas, ex quo non exprimitur natio, ſi forte eſſet alterius gentis ille qui impetrat. Regnum Sicilię populoſum eſt diuerſarum gentium, excelſior eſt Rex: vt dicitur in §. 1. in authen. de quæſtore, ideo patuit ſaltem Rex ex amplitudine Regni conſiderare exterum eſſe, vel Regnicolam illũ, cui aſſenſum præbet ſuper feudo. nec Rex de ſuo aliquid tunc verè tradit, ſed alienantis voluntatem exequitur, & legis obſtaculum tollit. non ſic in beneficialibus, quorum inſtitutio facta eſt pro ciuibus, & non pro exteris. illis Papa prouidere intendit, dum reſcribit, vt in capit. 1. de clericis peregri. & in c. bonę, il ſecondo, de poſtula. prælatorum, ibi, volentes præficere alienum, & in c. nullus inuitis. 61. diſt. & in l. in eccleſijs, & ibi glo. C. de epiſcopis & clericis, tex. ſingul. ſecundùm Bar. ibi, in l. 2. C. de anno. ciuilibus, lib. 13. ibi, pauperibus noſtris potiores ciuibus peregrini eſſe non debent, Cicerone authore. debet tunc exprimi natio & patria, contra Bal. firmat Barba. in d. c. eam te. 6. col. per illum tex. ibi, de gente hebræorum, ſupereſt in beneficialibus prohibitio canonis, in feudalibus nõ legitur lex, quæ repugnet pro arguenda voluntate domini ex familia vel ex patria. dum fuiſſet in Collaterali Conſilio. 1541. ſermo ſuper hoc articulo, quidam Regens videbatur ſua authoritate tenere contrarium: & arguendo defectũ voluntatis proſternere gratiam, ſicut alibi in re aperta pro vtilitate fiſci, poſt ius alteri quæſitum, dicere, hæc fuit mea intentio, erubeſcimus, cum ſine lege loquimur. non fuit determinatum, ſed alij Domini pro validitate gratiæ ſentiebant, quorum ego opinionem ſequebar: & eandem teneo, vt notaui ſuper meo Andr. in c. primo, qui ſucce. tenen.

S V M M A R I V M.

1 *Libellus in quo fuit ſupplicatum pro parte Petri, non probat Petrum ſupplicaſſe.*

VIGESIMOQVARTO quęro ſi † dicitur in priuilegio aſſenſus, pro parte Petri fuiſſe ſibi ſupplicatum pro aſſenſu, an ex illis verbis probetur, Petrum Regi ſupplicaſſe? Decidimus in Conſi. quòd non. illa verba aſſertiua non probant cõtra tertium, niſi aliunde probetur, ex nota. per Bar. in l. ex hac ſcriptura, de donatio. & per Doctores in l. his ſolis. C. de teſtamen. militis, & per Geminianum conſi. 43. Oldrad. conſi. 136. San deus in c. nonnulli. 16. col. de reſcriptis, & in c. ſicut, de re iudi. aliàs poſſet de facili fraus committi in præiudicium tertij. & dum verteretur quæſtio his præteritis menſibus inter magnos dominos, quia dicebant in priuilegio Cæſaris fuiſſe pro parte hęredis ſuplicatum pro aſſenſu ſuper teſtamento condito per quendam magnum dominum, ex quo inducebatur nouus conſenſus hęredis ſuper actu nullo, iuxta nota. per Andream in dicto capitulo Imperialẽ, col. 6. in collaterali Conſilio iudicatum fuit ex illis verbis non eſſe probatum conſenſum hęredis. & ideo para aſſumpſit onus probandi nouam voluntatem hęredis per teſtes, ſuper teſtamento condito.

S V M M A R I V M.

1 *Aſſenſus an cenſeatur præſtitus ex confeſſione partium, & notarij aſſerentium, aſſenſum fuiſſe impetratum.*

Aſ-

2 *Aſſertio illius, qui non habet à lege, vel ab homine liberam adminiſtrationem non probat, niſi aliunde probetur.*

3 *Aſſenſus ſuper alienatione feudi habet certã formã & ſolemnitatem, quæ nõ præſumuntur, niſi probentur.*

VIGESIMOQVINTO quæ-
1 ro, an † credatur notario, &
partibus aſſerentibus in contra
ctu Regium interueniſſe aſſen-
ſum? Sæpe decidimus in Con-
ſilio quòd non, ex not. per Bar.
in l. ſi forte de caſtren. peculio, & in l. ſi dona-
tione. plenè per Doctores. C. de colla. non poſ-
ſunt contrahentes liberè diſponere de feudo ſi
ne Regis licentia. ideo eorum aſſertio, vel con-
feſſio veluti ſuſpecta non probat. l. qui teſtamẽ
tum, de probat. etiam ſi notarius teſtetur vidiſ-
ſe aſſenſum, vt communiter ſolet poni in inſtrũ
mentis. non eſt actus geſtus coram ſe, neque de
eo rogatur, neque à partibus explicari poteſt,
vt not. in authentica ſiquis in aliquo documen
to. C. de edendo, vbi Alberic. Iacobinus, Mayn.
& alij Moder. & per Modernos Gallos in con-
ſue. Pariſ. in prima parte, fol. 47. & per Andreã
Tiraquellum de vtroque retractu, fol. 18. & fol.
2 127. & † hoc eſt regulare in omni eo, qui non
habet liberam adminiſtrationem, vel à lege, vel
ab homine limitatam, vt illius aſſertioni mini-
mè ſtandum ſit, niſi aliunde probetur, vt per Af
flict. in tract. iuris proto. in verbo niſi quis. col.
pe hanc quęſtionem poſuit idẽ Afflict. in c. 1. 4.
col. de aliena. feudi, & per eaſdem rationes ita
3 dicit vidiſſe obſeruari. Aſſenſus † ſuper aliena
tione feudi habet certam formã & ſolemnitaté,
cum expeditione priuilegij. in forma Cancella
riæ, cum ſubſcriptione quæſtoris, protonotarij,
& aliorum, vt per Andream in capitulo primo
§. quoniam. de prohi. feudi aliena. per Lothariũ,
& appoſitione ſigilli, & infra certum tempus,
non eſt credendum, ipſas ſolẽnitates interueniſ
ſe, quę extrinſecæ ſunt, & cauſę cognitionem re
quirunt: vt dicit Ioan. Andreas in additio. Spe
culi, in titulo de rebus eccleſię non alienandis,
& not. Philippus Francus in c. 1. eodem titulo
in 6. notat Bar. in l. prima, de fide inſtrumento-
rum, & iur. haſt. fiſca. libro 10. & in l. ſciendum.
prima col. de verbo. obliga. ex iſta confeſſione
per indirectum ſequeretur alienatio feudi. & il
le qui non poteſt alienare, non poteſt confiteri,
vt dicit Geminianus in capitulo ſecundo. §. cõ-
tractus, eodem titulo. eluſoria eſſet prohibitio
legis. ſi partium aſſertioni crederetur, capitulo
commiſſa, de electio. in 6. & l. fi. §. fi. C. de vſuris
rei iudi. ſatis euidenter videretur facta in frau-
dem legis, ne in pęnam incidat, & feudum tranſ
ferat de vna perſona in aliam, vt per dominum
Andream Tiraquellum de legibus connubiali-
bus, quæſtione decima, fol. 198. Alexander con
ſilio 41. primo libro. & per Decium in c. quo-
niam contra, de probatio.

SVMMARIVM.

1 *Aſſenſus præſtitus ad hoc ut ualeat, an opus ſit probare in cauſa ea, quæ narrata fuerunt Regi, etiam ſi eſſent plures cauſæ, & ſi cauſa expreſſa non ſit uera, aſſenſus eſt ſubreptitius. & num. 4.*

2 *Gratia uel aſſenſus præſtitus intelligitur, ſi preces ueritate nitãtur: & ideo dicitur in priuilegio ueris exiſtentibus prænarratis.*

3 *Decretum ex falſa cauſa obtentum nullum eſſe cenſetur.*

4 *Cauſæ plures ſi exprimantur in aſſenſu, una deficiente corruit aſſenſus, & ideo cautius agit, qui petit aſſenſum, qui ad multa ſe non aſtringit.*

1 VIGESIMO SEXTO quæro, † An
ea, quę narrantur Regi dum ſupplica-
tur pro aſſenſu, debeãt probari in cau-
ſa? Dic quòd ſic, ex regula. l. pręſcriptione. C.
2 ſi contra ius vel vtilita. publicam, gratia † con
ceſſa intelligitur, ſi præces veritã te nitantur: vt
in capitulo ſecundo de reſcriptis. illi incumbit
onus probandi vera eſſe, quæ narrata ſunt, qui
ſupplicationem porrexit Regi, vt dicit Io. An-
dreas in capitulo primo, de litis conte. in 6. Ab-
bas in capitulo quia circa, de conſan. & affin. in
ſecundo nota. & in c. ſecundo, de reſcriptis, &
ibi moderni. conditio ineſt in pręſtatione aſſen-
ſus. debet illa purificari per probationem extrin
ſecam, Bal. in l. ſiquidem. prima col. C. de excep:
quia conditio nihil ponit in eſſe, nihil intelligi
tur eſſe conceſſum. & in Regno hoc eſt certius
ex forma gratiæ, dum in priuilegio dicitur, ve-
ris exiſtentibus pręnarratis, collector noſtræ Ro
tæ Neapoli. deciſione. 355. etiam ſi cauſa ſit im-
pulſiua probari debet. & ſi cauſa expreſſa non
eſſet vera, ſed falſa, aſſenſus veluti ſubreptitius
nullius eſt momenti, vt notatur in c. ad aures,
& in c. ſuper literis, de reſcriptis.

* Alij dicunt, quando pars allegaret narrata
non eſſe vera, de quo per Petrum Rebuffum in
tracta. nominationum 9. quæſt. principali nu.
47. car. 156. *

3 Et hoc eſt regulare † nullum eſſe decretum
ex falſa cauſa obtentũ. l. magis puto. §. ſi ęs alie-
num, verſi. proinde, de rebus eorum & in l. cum
verò. §. ſubuentum, verſi. proinde, de fideicom-
miſſ. liberta. & in l. 1. §. hæc verba, verſi. pro-
4 inde. & ibi Bar. ne vis fiat ei. & † ſi plures cau
ſæ exprimuntur, omnes debent verificari, per l.
ſi hæredi. plures de condi. inſti. & vbi vna eſſet
vera alia verò non, irritus eſſet aſſenſus per no-
ta. per Bar. in l. ſi non ſortem. §. ſi centum. de cõ-
dictio. indebi. Bal. Mayn. & alij in l. certi condi
ctio. §. quoniam, ſi certum petatur. Ro. conſilio
454. in re præſenti. col. ſecunda. Barb. conſilio
43. 2. col. quarto vol. ſequitur Decius conſilio
primo, poſt ſecundum vol. & in conſi. 696. in
quarto libro. neque ex cauſa vera ſuſtineretur, ſi
expreſſa non eſt, quæ ſola Regem placitaſſet ad
aſſentiendum, illi imputetur, qui non expreſſit,
& quare plures deduxit, quas non comprobauit in facto, videtur Rex ob illas aſſenſiſſe. cau-
tus ergo debet eſſe, qui petit aſſenſum, vt non in

terferat

verſerat multa, quæ probare non poteſt, aſſenſus eſt diſpenſatio, quæ à vento ex leui fronde conteritur & proſternitur. idem in ſententia, & ſtatuto, vt legitur apud prædictos ſcribentes.

S V M M A R I V M.

1 *Aſſenſus ſi fuerit præſtitus ſuper alienatione feudi facienda, uel in teſtamento; & ante quàm alienetur feudum, moriatur Rex, an ualeat, uel requiratur nouus aſſenſus ſucceſſoris.*

2 *Succeſſor tenetur habere ratum geſtum per ſuum prædeceſſorem ex natura officij.*

3 *Priuilegium cōceſſum per Principem ligat eius ſucceſſorem.*

4 *Capitula facta à prædeceſſore ſucceſſor obſeruare tenetur.*

5 *Rex Catholicus uenit ad ſucceſſionem Regni ex perſona Regis Alfonſi Primi, & non aliorum Regum.*

6 *Regnum hæreditario iure defertur filio.*

7 *Reuocare gratiam non poteſt Rex, quā ſemel cōceſſit abſq; legitima cauſa de nouo ſuperueniente, nec eius hæres.*

8 *Rex ſucceſſor in regno an & quādo teneatur habere rata geſta per ſuū prædeceſſorem, remiſſiue.*

9 *Conceſſio facta ad beneplacitum an morte extinguitur.*

1 VIGESIMO SEPTIMO quæro an † ſi Rex dedit licētiam Mercurio, vt poſſit vendere feudum, vel de feudo in teſtamento diſponere, & antequàm vendat feudū decedit Rex, in venditione facienda requiratur aſſenſus noui Regis, vel prædeceſſoris ſufficiat?
2 Dicit † Bal. in l. prima de conſt. Principum, quòd ſucceſſor tenetur habere ratum geſtum à prædeceſſore ex natura officij, idem Bal. in c. 1. de pro
3 batio. & † ideo donatio facta à Principe ligat ſucceſſorem. Bar. in l. prohibere. §. plane, quod vi aut clam. & in l. ſi mihi & Titio. §. fi. de verb. obli. Curtius in conſi. primo, col. 12. poſt tractatum feudi, & gratiam à prædeceſſore perfectam tenetur in mundum redigere, ſecundùm eundē Baldum in l. humanum. C. de legibus, & in d. l. 1. & in l. mortuo, de iudicijs. ea, quæ geſta ſunt, ex regula officij firma, & intacta remanent. Alberi. in l. digna vox. C. de legibus, & in l. ſecunda §. exactis Regibus de origi. iur. Bal. in l. 2. C. ſententiam reſcindi non poſſe, & Moderni poſt Sangum in dicto c. 1. de probati. & † capitula fa
4 cta à prædeceſſore ſucceſſor obſeruare tenetur, ſecundùm eundem Bal. in l. fi. C. de tranſactio. per gl. in §. nulla, in autheotico, de defenſo. ciuitatum, & Lauden. in tracta. de Principibus, nu. 64. aſſentire autem ſuper alienatione feudi, vel ſuper teſtamento ad dominum pertinet, vt in c. Imperialem. & in capitulo primo, de ſucceſſio. feudi. & ſuum eſt permittere, poteſt exerceri tēpore ſucceſſoris. ar. tex. in l. fundi venditor. §. fi. de acquir. poſſeſſio. & ibi Bar. & Iaſ. & quia, 2. col. de iuriſdi. omnium iudicum. magis Regia dignitate, quæ non moritur, c. ſi gratioſè. de reſcriptis in 6. quàm propria perſonali nomine conceſſiſſe videtur, quo caſu durat cum illo. quod à præceſſore permiſſum eſt, ſecundùm Bal. in l. ſi de interpretatione, de legibus. Abbas in c. relatum, de officio delegati. Decius conſilio ſecundo, poſt ſecundum volum. Inno. in capitulo ad hæc, de clericis non reſidentibus. Abbas in capitulo fi. de offi. legati. & Barbatia in capitulo quod tranſlationem, eo. titulo. & per Angelum in dicta l. fundi venditor, in §. fi. gratia non expirat per mortem concedentis, nota. Ioan. Andr. in capitulo ſi ſuper gratia, de offic. delegat. quando aſſentit dominus ſuper alienatione feudi facienda præbet aſſenſum, vt miniſter dignitatis feudi à quo denominatur, vt aliàs diximus aſſentiendo non dicitur diminuere Regiam dignitatem, cum feodum quò ad vtile dominium exierit de patrimonio Regis. alienam voluntatem perficit. ſit vnius vel alterius fidelitate ſalua & iuribus curiæ ſemper exceptis, hoc nō refert, vt diſcutit ad capitulum intellecto, de iureiurā. plenè Card. Alexan. in præludijs feudorum, col. 12. ſubditus, qui bona fide verſatur, non debet eſſe in damno: ac perficere debet, quod ſibi à domino conceſſum eſt: vnde videtur durare penes ſucceſſorem effectus gratiæ, vel quòd ſucceſſor illam ratam debet habere. & ſi dicimus, quòd aſſenſus Regia donatio ſit, per l. lege obuenire, de verbor. ſigni. perfecta eſſet gratia in vita ipſius Regis, cū proprium, & peculiare ſit Regis donare: ut not. Andr. in capit. primo, qui ſucce. tenea. & donare in feudum, quod eſt ſolitum cōcedi in feudum, & ut feudū ab alio eſt poſſeſſum non eſt alienare, vt not. in capitulo primo, per Andr. de his qui feudum dare poſſunt. & ubi accidit voluntas eius, cuius intereſt, à ſucceſſore retractari non poteſt: vt eſt caſus in d. ca. primo, qui ſucce. tenea. At dici poſſet, effectum aſſenſus moriente Rege antequam feudatarius vēdat, vel de eo in teſtamento diſponat, caducum fieri ab intellectu legis: cum eo tēpore quo alienat, Rex aſſentiens non ſit dominus feudi ac Regni: cum ad alium delatum ſit Regnū, per l. ſi ego. §. ſi res de iure dotium. & reperitur gratia collata in tempus, quo ipſe deſinit poſſe diſponere, arg. l. quod ſponſę. C. de ſponſa. & l. ſi ſponſus. §. 1. de dona. inter virum & vxorem. & in his non ſpectatur tempus gratię: ſed quo gratię effectus perficitur, vel conſumitur ex ea qualitate quę inngitur ſuo verbo, ar. l. in delictis. §. ſi extraneus, & in §. ſi detracta. de noxalibus, & videtur caſus in dicto capitulo primo, qui ſucceſſ. teneantur, & quamuis Rex aſſentiens videatur donare eo quòd validam facit diſpoſitionem alienam, ille autem, qui recipit gratiam aſſenſus, dicitur obtinuiſſe diſpenſationem iuris prohibitiui, debet reſtringi, ut perficiat tempore vitę illius, qui diſpenſauit. ex hoc non obſtare ut contraria: quia facere diſpenſationem non dicitur procedere ex regula iuris, & ex natura officij, ſed contra regulam iuris, & de ſuprema & abſoluta poteſtate. debet reſtringi ad tempus vitę illius, qui diſpenſauit, & non alterius: cum res ipſa ſit in fieri & nondum ſit redacta in lucem. quando donat Rex perficit gratiam eo ipſo quod donat: vel ſi

de

de fendo alium inueſtiat, vel ſi promittat inue-
ſtire, quò ad hoc habetur pro cópleto. not. Andr.
in c. primo, hic poteſt eſſe titulus, qui ſucceſſ. te
nea. ſecus ſi præbet aſſenſum alienationi facien-
dę, intelligitur tunc rebus in eodẽ ſtatu manẽti
bus, ar. l. quarto. §. inter locatorẽ. locati, & in l. ſi.
qui ſatiſdare cogantur. vt quòd ſit Rex tempo-
re, quo alienat, vel ille, qui obtinuit licentiam,
interim non ſit effectus inhabilis, vt not. Luc. de
Penna in l. tertia. C. de re militari, libr. 12. poſ-
ſent hic adaptari multa ſimilia relata per Bal. in
locis ſupra allegatis, & per Abbat. in dicto c. re
latum, ſed prædicta forte procederent, quando
nouus Rex veniret ad Regnum iure ſuo, & non
5 iure ſucceſſorio, vt † in Rege Cathol. qui venit
ad Regni ſucceſſionem ex perſona Regis Alfonſi
primi, & non aliorum Regum, eſt nouus domi-
nus, quod geſtum eſt ab alio, & non ex natura,
vel regula officij, non tenetur habere ratũ. aliud
videretur, ſi filius ſucceſſiſſet patri in Regno,
6 cum † Regnũ hæreditario iure deferatur filio.
firmat Abb. conſi. 12. 3 col. 1. vol. quẽ ſequitur do
minus Andreas Tiraquellus in tracta. primoge-
nituræ. 54. quæſtione. ratum debet habere factũ
defuncti: quia quò ad Regem, non eſt illegiti-
mè ſeu nulliter factum. illud impugnare non po
teſt, ex regula legis, ex qua perſona, de reg. iur.
7 & l. cum à matre. C. de rei vendica. Rex † ſi vi
ueret, nõ poſſet ſine iuſta cauſa renocare gratiã,
quam ſemel conceſſit, per capitulum decet, de
regulis iuris in 6. minimè eius hæres, cum vna
& eadem ſit perſona cum defuncto, vt ſępe dixi-
mus. quò ad Regem gratia eſt perfecta en ipſo,
quòd placuit ſibi aſſentire, cogitur ipſe idem in
eodem aſſenſu perſiſtere, veluti ac ſi lex ad aſſen
tiendum eundem aſtringeret, ex not. per Andr.
in conſti. ſi quis poſt litem, & in §. quid ergo, de
inueſti. de re alien. facta. niſi iuſta cauſa de nouo
ſuperuenerit, vt not. in l. ſi cũ dotẽ. §. en autem
tempore. per Bar. ſoluto matrimonio. quod ſe-
mel placuit, amplius diſplicere non poteſt. quan
8 do † autem Rex Regalia concedit, quomodo
obligetur ſucceſſor. Soc. conſ. quarto, tertio vol.
& quando venit iure hęreditario, per Bar. conſi.
159. ſuper eo quod quæritur, 3. libro. & quãdo
per electionem: & ſi contrahit cum Barone, vel
vniuerſitate, idem Bal. conſi. 371. verba Cyni, eo
dem libro. Albertus Brunus conſi. primo. & plu
ra Nenizanus conſi. 12. & de pluribus per eundẽ
Bal. conſi. 326. in primo vol. & conſi. 271. caſus
conſilij, eodem libro. Lucas de Penna in l. diuæ
memoriæ. C. de decurionibus. libro decimo, &
vide omnino multa per Maynum conſi. 11. &
12. in 3. libro. & in conſi. primo, primo volu. &
per Socinum conſi. 58. in tertio vol. & in dicto
9 conſi. quarto. & † ſi conceſſio eſt facta ad bene
placitum, an morte extinguatur, per eundẽ con-
ſilio. 78. tertio libro, & an declaratio poſſit fieri
per ſucceſſorem, Barbaria conſi. 17. 9. col. 4. vol.
& quando noua cauſa ſuperuenit, per Bertran-
dum. conſi. 157. in 3. lib. vide Bal. conſi. 96. ter-
tio vol. ſi confirmando priuilegium intelliga-
tur facere gratiam, vel denegando, iniuriam. alia
dixi in dicto c. primo, vbi materia ſucceſſorum
per Doctores, & Moderniores plenius pertra-
ctatur, & dominos noſtræ Rotæ deciſione. 101.
Sed ibi iſta non inuenies.

SVMMARIVM

1 *Aſſenſus ex diuturnitate temporis an præſumatur
preſtitus in Regno Siciliæ, ubi requiritur expreſſus
ex forma conſtitu.*
2 *Temporis diuturnitate omnia præſumuntur legitimè
facta etiam in præiudicium tertij per lapſum tri-
ginta annorum.*
3 *Præſcriptio triginta annorum in feudis cum præſta
tione ſeruitij & domini ſcientia inducit titulum,
& poſſeſſor non poteſt expelli.*
4 *Aſſenſus in Regno habet certam formam priuil e-
gij cum appoſitione ſigilli & aliarum ſolemnita-
tum, qui non admittit probationem per teſtes.*
5 *Poſſeſſio centenaria non inducit præſumptionem ti
tuli, ſicut tricennalis, ſed priuilegium certum &
ſpeciale.*

VIGESIMO OCTAVO quę
1 ro, an † ex diuturnitate tempo
ris præſumatur aſſenſus in hoc
Regno Siciliæ? De iure commu
ni non haberet difficultatem
2 hęc quæſti. cum ex † tempore
omnia præſumantur ſolemniter acta, not. in l.
ſciendum. de verbo. oblig. vbi plura Moderni. &
quãdo tractatur de præiudicio tertij, ſufficit tẽ
pus. 30. annorum, dixit not. Imola in c. perue-
3 nit, de fideiuſſo. & ibi Barba. & † de iure feudo
rum poſſeſſio triginta annorum cum prętatio
ne ſeruitij, & domini ſcientia dat titulum feu-
di: vt poſſeſſor minimè poſſit expelli, per tex. in
c. ſiquis per 30. ſi de feudo fuerit controuerſia.
& procedit nedum contra tertium, ſed etiam
contra dominum directum: vt in capitulo 1. §.
porrò, qualiter olim poterat feudum alienari. &
habetur per glo. in c. primo. §. præterea, de capi
tulis Corradi, & ibi Doctores. & vbi eſt tempus
triginta annorum, decretum, & ſuperioris au-
thoritas interueniſſe pſumitur, ar. l. q in aliena.
§. ſed ſi non adierit, de acquir. hęred. Alexandr.
conſi. 79. circa primum, primo libro, & in dict.
l. ſciendũ. & pręſumitur aſſenſus domini in alie-
natione ex poſſeſſione prędicti temporis, vt Ale
xan. ſcribit conſi. 3. penulti. col. quarto vol. &
forma neceſſaria in alienatione rei minoris, vel
eccleſię, vt tradit Aretinus conſi. 36. caſus talis
eſt. Ancha. conſi. 161. in fi. Decius conſi. 7. poſt ſe
cundum vol. & alia plurima, de quibus per Mo-
dern. in dicta. l. ſciendum. & in l. ſi filius. C. de
petitio hæred. & plura per dominum Aymonẽ
in ſuo vtili tractatu de antiquitate temporis, &
per Maynum conſi. 180. in ſecundo vol.
4 Oritur difficultas in Regno ex textu conſtitu
tio. conſtitutionem diuæ memorię, vbi aſſenſus
impetrari debet, de ſpeciali licentia Regis, & de
creto confirmari, & ſic debet aſſenſus eſſe ex-
preſſus, illic autem aſſenſus, qui inſurgit ex poſ-
ſeſſione decem, vel triginta annorum dicitur
eſſe

eſſe præſumptũs, vel tacitũs: vt dicitur in dictis locis, & procederet de iure communi, vt in c. 1. §. primo, & ibi glo. de prohi. feud. aliena. per Lotharium. Afflictus tetigit hanc quæſtionem in c. primo. 16. col. de contro. inueſti. & tenuit ibi, in Regno ex tempore, vel ex alijs argumentis, vel præſumptionibus non præſumi aſſenſum Regis ſuper contractu rei feudalis, per tex. in d. l. conſtitutionem, & per no. per Andream in dicto c. primo, in tertia col. idem tenuit in dicto c. 1. in 3. col. nu. 48. allegat Lapũ allega. 86. & in c. Imperialem, 12. nota. 45. q. num. 64. de prohi. feud. aliena. per Federicum, & in dicto. §. ſiquis per triginta. & in conſtitu. conſuetudinem prauam. hoc idem ſenſit. Aretinus autem in dicto conſi. 36. videtur contrarium affirmare, quòd vbi aliquod expreſſum in actu requiritur à lege, vel à ſtatuto, ſufficiat haberi per præſumptionem temporis. quod tenuit idem Decius in dicto conſi. 7. in prima col. & in cõſi. 185. vltima col. primo vol. Bal. in l. ſi filiusfa. per illum tex. C. de petitio. hęre. quem ſequitur dominus Andr. Barbatia in rubrica. C. qui admit. in tertia col. & in l. prima, col. 12. & iterum in dicta. l. ſciendũ, col. 24. de verbo. obliga id etenim, quod ſpecialiter ex ſtatuto eſt expreſſum, neceſſariò requiritur. tempus fingit interueniſſe: ac ſi re ipſa omnia requiſita ſpecialiter acceſſiſſent, notat Anto. de Butrio in c. ea noſcitur, de his quæ fiũt à prælatis ſine conſ. cap. & in d. c. peruenit. quẽ refert Mayn. in d. l. prima 6. col. C. qui admit. & in l. ſi certis annis, tertia col. C. de pactis, & ibi plenè Moderni, & dominus Andreas Tiraquellus de legibus connubia. & iure maritali in 6. glo. 8. limita. char. 222. & 223. & idem Afflictus in c. 1. §. præterea, in quinta col. de capitulis Corradi. dixit, quòd ſi nõ conſtat de alienatione, & vaſallus affirmat ſe habere feudum cum conſenſu domini, & non probat, ſed illum allegat, pręſumitur ex poſſeſſione triginta annorum cum præſtatione ſeruitij, & erit ſecurus vaſallus ſecũdùm And. in c. primo. §. illud, de prohi. feud. aliena. per Federicum, & in d. c. ſiquis per triginta. quod eſſet menti tenendùm ſecundùm eum. & ſic videtur tenere contrarium eius, quod dixit in alijs locis ſupra allegatis. ſed credo affinem meum in dicto c. primo. §. præterea, fuiſſe locutum ſecundùm terminos iuris communis feudorum, dum allegat Andr. in d. loco, & non ſecundùm legem Regni, quæ requirit ſpecialem aſſenſum obtineri à Rege, cum de iure cõmuni tacitus & præſumptus eſſet ſufficiens, vt ipſe in pleriſque ſui operis locis plenius diſſeruit. & de pręſumpta inueſtitura idem Afflictus in deciſione noſtri Conſilij. 324. nonnulla ſcripſit, quem ſequitur Conſtantinus Pariſius in c. ad audientiam, de præſcriptionibus, & Paris tetigit in tractatu reintegra. feudorum, char. 36. in lib. à penna. primam partem in Regno puto veriorẽ. & idẽ ſequor, quod Afflictus tenuit in dicto capitulo primo, de controuerſia inueſtituræ. duo enim ſpecialia Federicus in hoc Regno induxit per legem nouellam, vt non conſenſus ſimplex, ſed ſpecialis licentia ſuper feudorum alienationibus requiratur. &

ſic

quamuis aliàs inter conſenſum & licentiam aliquę conſtent differentię, ex no. per Areti. in d. l. qui mihi bona. §. iuſſum, & Dominus Andreas Tiraquellus in eodem loco ſupra allegato, tamen quia tex. dictę conſtitutio. ſpecialem voluit licẽtiam, idẽ iã expreſſit, quod ſui natura verbũ in licentia apportabat, vt voluit glo. in clem. prima, in verbo obtenta, de teſtamentis, quam dixit ſingularem Areti. in d. §. iuſſum. Roma. Alexan. & alij in l. ſecunda. §. voluntate, ſoluto matrimonio. licentiam hoc caſu capiam pro expreſſo cõſenſu, qui poteſt pręcedere & ſequi: vt in capitulo primo, de aliena. feudi paterni. & in l. iubemus. in fi. C. de emancipa. liberorum: & in l. in concedendo, de aqua pluuia arcenda. & hoc iure vtimur in Regno, vt aſſenſus ſeu conſenſus domini, ſiue etiam ſit agnatorum, pręcedere poſſit & ſequi contractum, vt And. dixit in d. c. Imperialem. 6. col. tempus decem, vel triginta annorũ hunc ſpecialem aſſenſum non poteſt fingere verè interueniſſe, quia lex Federici requirit verum aſſenſum, & non pręſumptum: ideo de ſpeciali licentia dixit. lex Regni debet verè intelligi, & non ficte & præſumptiuè, vt in l. tertia. §. hęc verba, de nego. geſtis. & notant in ſimili Bal. Romanus, Raphael, Alexan. & alij recentiores in d. §. voluntate. bonus tex. in l. fi. C. de his qui veniam ætatis impetrauerunt. voluit Federicus illum aſſenſum, qui legitur oculo corporis, & non intellectus ad euitandas fraudes ſaltim pręſumptas. Alterum eſt confirmationis decretũ, quod And. intellexit in dicto. §. hac edictali, dũ allegat tex. in l. prima, in fi. de confirmando tutore, in conſtitu. ſiquis poſt litem. dum prębet aſſenſum, hoc etiam confirmationis verbo vtitur, vt ipſe ſcripſit in dicto capitulo Imperialem, col. 4. alium aſſentiendi modum ex hoc excluſit, dum voluit à ſe ſpecialiter decreto confirmari. tempus pręſumit aſſenſum: ſed non decretum cum confirmatione & ſpeciali licentia. vbi lex ipſo iure annullat actum prohibendo, niſi hoc accedat in illo actu, tex. ibi loquitur excluſiuè, ibi, niſi de ſpeciali &c. de qua dictione habetur in l. actione. C. de tranſacti. quando plura requiruntur, tempus decem vel triginta annorum non eſt ſufficiens, fingere hæc plura interueniſſe, vel ſi fingat, hoc eſt per præſumptionem, & non per veritatem, quę eſt ſublata per legem Regni; cum iſta præſumptio poſſet tolli per aliam, vt in l. diuus, de reſtitu. in integrum. noluit Rex vagari rem ſuam ſuper incerto, ambiguo, vel pręſumpto, ſed rei veritatem voluit amplecti, ac certum quid, clarum, expreſſum ſpecialiter & determinatum, ne aliqua captio committatur in feudis. præſumptum ſolet eſſe callidum. hoc voluit tollere in re ſua, quod potuit facere, & fecit gratia dubitationis tollendæ. neque hoc caſu reperitur lex de iure feudi, quę in alienatione ipſius fingat domini aſſenſum, niſi per modum præſcriptionis, quod poſſet ad hunc articulum referri. fingere diſpenſationem in materia rigoroſa non eſt quid facile. in alijs diſpenſationibus, vel rerum alienationibus non ſic ius publicum læditur, non

ibi

dominium.Nam hypotheca in feudis,quando
habuit poteſtatem teſtandi.hoc inſurgit neceſſa
riò ex prouidentia legis, vel ſi qui alij ſint effe-
ctus ex eo actu reſultantes.Afflictus tetigit hanc
quæſtionem in capitulo imperialem 12.notabi
li.num.22.& non ſoluit,allegat Bal. tenere con
trarium in l.ſi pupillorum.§. ſi pupillus, de re-
bus eorum,per illum tex.dixit fuiſſe determina
tum poſſe vendi rem eccleſię ſine alia ſolemni-
tate ex decreto antecedente, ut obligari poſſit:
cum illud operetur in omni eo, quod ex illo ſe-
quitur. & ſequuntur Moderni Senenſes, poſt
Mayn.in l.prima.§.item acquirimus.de acquir.
poſſeſſio. Alex.conſilio 189.7.libro.Laurentius
de Rodulphis in capitulo ſine exceptione. 12.
q.ſecunda.& plura And.Tiraquel.de legib. con
nubialibus,in ſecunda glo. fol. 208. & plenius
fol.276.procedit in caſu ſuo,ex quo ea fuit adhi
bita ſolemnitas in obligatione rei minoris, vel
eccleſiæ,quę oportuna videbatur pro alienatio-
ne ipſius ſine alia ſolemnitate de nouo interpo
nenda.& Domini de Rota deciſ.285.in fi.& ea
venditio reſtringitur ad ſummam,pro qua præ-
tor obligari permiſit. uel ibi obligatio fuit à
prętore permiſſa,vt vnicuique obligari poſſit.at
ſecus debet dici,vbi dominus pręſtat aſſenſum
obligationi:quia intelligitur aſſenſiſſe ſecundũ
regulam feudalem,vt in alienatione ipſius Do-
minus aſſentiat.aſſenſus fuit datus,vt obligatio
teneat:teneat obligatio ac valida ſit ſuper feudo.
ſupereſt alia regula prohibitiua, vt dominium
vtile non transferatur in alium Rege inconſul-
to. ſuper vtroque fuiſſet neceſſariũ a principio
dominum aſſentiſſe:conceſſit in vno, in alio de
bet requiri,vt no.Andr.in ca.1.4.col.qui ſucce.
tene. quando duo vincula obſtant, & ſi vnum
tollatur,aliud remanet,ut in §.affinitatis.inſtit,
de nuptijs.ſecundum decretum non poteſt in-
terponi ſuper feudo ſine decreto Regis,quando
eſt obligatio legalis,vt ſentit Andr.in ca.1.§.qd
ergo,de inueſti.de re aliena facta, & clarius in
conſtitu.Regni ſiquis poſt litem.ergo idem obi
eſt obligatio ea permiſſione hominis, cum quo
datius agitur,vt in l.Celſus de arbitris. & præ-
ſertim habet locum, ſi Rex dixit aſſentire, feudi
natura in aliquo non mutata.hæc eſt natura feu
di: vt in alienatione ipſius dominus aſſentiat,
not.Bald.in capitulo primo,de natura feudi. &
plenius in conſi.375.quod pro regula, tertio li
bro.text.in c.1.& ibi And.& Doct.de feudo nõ
habente propriam naturam feudi, non poteſt
forte ſequela dici præcedentis obligationis,quę
ea voluntate fit per alium modum, qui con-
tractui non ineſt, non eſt contingens hoc vo-
luntarium: quia aſſenſus domini directò non
ordinatur ad id, ciuili modo debet ſumi inter-
pretatio.l.ſicut,de ſeruitu. quando pręror per-
mittit obligari prædium pupilli, vel prælatus
rem eccleſię ſolemnitate adhibita ac cognita cau
ſa iam intelligitur dediſſe licentiam diſtrahendi
ne pupillus, vel eccleſia aliquo vſurarum pon
dere grauetur ; & ſine alio vnicuique poteſt
vendi.at in feudo,ſi licentia datur pro centum;
& limitatur pro Titio,nec perſona, nec ſumma
excedi tur, neque per alium modum ſine noua
licentia.illud in his,quæ ſunt iuris priuati. ſe-
cus vbi eſſent iuris publici.aliàs per illam legẽ ſi
pupillorum.§.ſi pupillus,ſequeretur,quod feudũ o
bligatũ uni, cum aſſenſu poſſet vendi & obliga
ri alteri ſine aſſenſu pro ſatisfaciendo eo credi-
to,in quo erat aſſenſus.quod aliqui videntur te
1 nere.ſi commutatio perſonæ. forte ille primus
creditor non habebat hęredem : & curia fuiſ-
ſet ſucceſſura.vel aliud ius in feudo caducatur,
& feudum liberum remanet penes ipſum debi
torem: & curię hoc intereſſet. feuda habent di
uerſam regulam in multis à pupillaribus & ec-
cleſiaſticis bonis,quamuis in aliquibus conue-
niant,quò ad rigorem iuris conſeruandum, vt
in eadem l.in §.ſi prætor,text.ibi,in §. ſi pupil-
lus, dixit , poſſe creditorem ius ſuum exequi,ſi
permiſſu prætoris res pupilli ſibi pignori data 2
ſit.ait tamen nonnullam dubitationem eſſe. po
ſtea ſubdit Vlpianus, tutius tamẽ fecerit,ſi prius
prætorem adierit.dat conſilium iureconſultus
tutiorem eligendi partem.& in l.is cui,vt in poſ 3
ſeſſio.lega. & in l. ſi ſtipulatus. §. ſi lancem , de
ſolutio. & in l. fina. quod cuiuſque vniuerſi.
nomi.in venditione pignoris poſſet eſſe captio
pupilli quò ad ſummam & modum, ne viliori
precio diſtrahatur. ideo ibi tutius eſſet , dixit,
prius prætorem adire.idem in feudo poteſt ma
gnopere domini intereſſe,ne voluntariè debi-
tor ſuo creditori feudum adiudicet ; quod ibi
conſilium dedit, ne ex poſtfacto irritetur. hoc
ne fiat neceſſariũ teneri poteſt. poſſet dominus
offerre creditori & liberare pignus,in quo ipſe
habet directum dominium,& ciuiliter poſſidet
hæc etiam eſt æquitas,de qua in l. Paulus , & in
l.mulier. vt vtile reperueniat ad dominum , &
cum directo conſolidetur, quãdo dominus pro
debito licentiam dediſſet dãdi in ſolutum,aliud
eſſet.hoc eſſet exequi pactũ,de quo in d.§. ſi pu-
pillus.& in l.3.C.de pignoribus.noceret domi-
no aſſenſus;quia hoc expreſſit,ut Andr.dicit in
d.c.1.4.col.& tunc ſi bona fide & ſincerè faciat
ſecus ſi fraudem adhibet,vt in §.callidis,& in l.
in fraudem,de iure fiſci.quod multis modis colligi
poſſet.Licitum ratione fraudis iudicatur illici-
tum,vt in c.Imperialis.§.1.de prohi.feud.alie.
per Lotharium.& eſt magis punibile, cum ſpe-
cie boni faciat malum.Auguſtinus ſcribit,ſimu
latam æquitatem duplicem eſſe iniquitatem. A
deat ergo Regem,& aſſerat velle ſuo creditori
feudum dare in ſolutum,quod tenet cum aſſen
ſu obligatum. & ſi viderit expedire, præſtabit
aſſenſum,nec poterit negare, quia feudum ha-
bet obligatum pro valore tantum permiſſæ ſũ-
mæ. & vbi nõ ſcinditur feudum, teneretur aſſen
tire,ex not.in d.conſti.ſiquis poſt litẽ.per Andr.
niſi ipſe offerret debitum,ut ſupra dixi.

S V M M A R I V M.

1 *Feudum,quod eſt obligatum pro ſorte principali cũ aſſenſu,an cẽſeatur quoq; obligatum pro intereſſe ratione moræ contractæ per debitorem.*

Obli-

2 *Obligatio contractà pro debito principali cenſetur quoque contracta pro vſuris.*
3 *Hypotheca quam habet mulier in bonis viri pro dotibus trahitur etiam ad uſuras, & alimenta.*
4 *Acceſſorium ſequitur ſuum principale, & venit ab intellectu iuris, quamuis non dicatur.*
5 *Aſſenſus præſtitus ſuper feudo pro debito principali trahitur etiam ad fructos ſiue intereſſe, qui ſunt acceſſorij ad contractum.*
6 *Mora debitoris non nocet domino, qui in ſorte tantùm præſtitit aſſenſum.*
7 *Fideiuſſor non tenetur ad intereſſe, dum non interceſſit in omnem caſum. licet ſecus ſit in fideiuſſore tutoris fauore pupilli. & nu. 10.*
8 *Aſſenſus ſtricta eſt interpretatio, non larga.*
9 *Reſtitutio conceſſa ſuper principali non trahitur ad intereſſe.*

VIGESIMO quæro, debitor
1 † obligauit cum aſſenſu feudũ
creditori ſuo pro ducatis mille, quos infra certum terminũ
ſoluere promiſit, nec ſoluit:
ita ꝙ ſuo creditori tenetur ad
intereſſe, an feudum ſicut eſt obligatum pro ſorte, ſit etiam obligatum pro intereſſe? Dicit Afflictus in d.c. Imperialem 12. nota 8. q. ſe uidiſſe iudicatum iu ſacro Conſilio ꝙ non: quia aſſenſus eſt ſtrictè interpretandus, ſecundùm Andream ibi. & ſi mutatur diſpoſitio, non intelligitur mutata cum illa prima pœna. authoritate *
Bal. in l. in teſtamento. la prima, de conditio. & demõ. ſed difficultas oritur ex his, quæ Andreas notat in d.c. 1. qui ſucce. teneantur, æquiparan-
2 do aſſenſum hominis aſſenſui legis. ſed † vbi à lege inducitur obligatio, trahitur etiam ad vſuras, vt habetur iu l. Lucius, qui potio. in pignor. habeantur. & per Bar & Doct. in l. ſi cum doté. 6
§. ſin autem in ſæuiſſimo, ſoluto matrimonio. in
3 † muliere habente hypothecam ſuper bonis viri, ut trahatur ad vſuras & alimenta dotis.
* Et illa lex habet locum etiam in hypotheca tacita ſecundùm Bal. in l. ſi neceſſaria. §. fin. de pignor. actio. Ripa in l. priuilegia. C. de priuil. credit. ſequitur Alci. reſp. 675. *
Idem Bart. in l. Lucius, de alimentis legatis. Curtius in l. lecta, ſi certum petatur. & per dominum Antonium de Fano in tracta. pignorũ, in quarta parte, fol. 31. & in ſecunda parte, quarto membro, numero 49. & ſequen. & plura per Mayn. conſilio. 124. quarto volumine. idem in fideiuſſore, vt habetur per Paul. de Caſtro, & alios in l. centum Capuæ, de eo quod certo loco. Bartol. in l. ſolutam. §. ſi in ſortem, de pig. action. & in l. quæro, locati. ſecundùm lecturã Azonis. & plura Mayn. in dicta lege centum Ca-
4 puæ. & quicquid † eſt acceſſorium, venit, etſi non dicatur, cum hoc ſit ab intellectu iuris, vt 7
idem iudicetur de vtroque: ex dictis per Aretinum conſilio 83. quia multa, ſecunda colum. allegat Bartol. in l. ſtipulationes, non diuiduntur. 9. quæſtione, de verborum obligationibus, & qui habet iuriſdictioné limitatam ſuper ſorte, cognoſcit etiam de emergentibus: vt eſt intereſſe, Bal. in l. ſi. C. ſi aduerſus fiſcum. & in capi-
5 tulo primo, de allodijs. ideo † aſſenſus trahitur ad fructus: quia ſunt acceſſorij ad contractum, ſecundùm Paridem de Puteo in tracta. de reintegra. feudorum, fol. mihi à penna. 249. gl. in c. quia in tantùm. de præben. & ſuper pactu operatur in executione ipſius, idem Par. fo. 177. per glo. in l. 3. §. ſed vtrum, de minoribus. & ſuper principali trahitur ad acceſſoria. Sandæus in capitulo poſtulaſti. col. 12. de reſcriptis. & ſuper ſorte operatur in augmento, ſecundùm Ang. in §. aliud quoque capitulum, in authentico, de æqualitate dotis, col. 8. & priuilegium ſuper decimis extenditur ad nonalia, capitulo ex parte, lo terzo, de decimis. hoc eſt intrinſecum ab intellectu iuris. ius exprimit, & ſi non dicatur, tex. videtur in l. ſecunda, de peculio legato. & in l. ſiquis pro eo. §. ſi nummos, de fideiuſſoribus. & ibi Paul. de Caſtr. & tex. in d. §. ſi nummos. allegat Andr. in dicto capitulo primo, quarta col. qui ſucce. teneantur, ibi, in omnem enim cauſam acceptus videtur, quę ex ea numeratione naſci poterit. omnia compræhendit, quæ ex contractu perueniunt. quaſi pręgnans ſit aſſenſus: vt pariat fętus ſecundùm naturam contractus, ſuper quo interponitur. intereſſe venit officio iudicis, eo ipſo quòd debitor eſt in mora. & in iudicio bonæ fidei lex ſupplet, quod orationi deeſt, arg. l. oratio. de ſponſalibus poterat dominus cogitare ſaltem in genere.
* Dominus Blaſcus Lancea alijs motus rationibus ex regula dictæ legis Lucius. in repe. cap. volentes. car. 8. dicit, ſæpe per magnam Curiam fuiſſe iudicatum, ꝙ feudum obligatum pro ſorte ſit & per intereſſe, per l. per retentionem. C. de vſur. & ibi Paul. de Caſtr. ſed in illo regno aliud videtur ex tex. d.c. volentes.
6 Primam † tamen partem veriorem puto, & bene à meis dominis determinatum fuiſſe: dum in aſſenſu certa quantitas principalis ſummæ expreſſa eſt, ea ſola debetur iu feudo: nec quicquã aliud ratione vſurarum, intereſſe, vel pęnæ: ſi nihil eorum dictum eſt, illud non debetur ſuper feudo, quia alteri per alterum iniqua conditio afferri non debet. mora debitoris non debet obeſſe domino, qui in ſorte debiti conſenſit, mora eſt delictum. etſi conſiſtat in omittendo. l. fi. de fideiuſſo. glo. ſingularis iu l. ſi mora, ſolu. ma. nemo ex alieno delicto coercetur. ſuum tenerauthorem. lege ſancimus. C. de pœnis. dominus lueret pœnas in re ſua ex delicto alieno, non eſt ferendum, ut ex perfidia debitoris non ſoluentis, totum feudum in perniciem domini deuoluatur creditori. ideo ſummam principalem expreſſit. vt vlteriori ſummæ nõ aſtringeretur. habetur dominus dum aſſentit loco approbatoris, vel fideiuſſoris in ea quantitate. &
7 † fideiuſſor non teneretur ad intereſſe: quia non interceſſit in omnem caſum, ut iu l. quæro. & ibi glo. loca. tex. in l. fideiuſſores magiſtratuũ, §. pro Aurelio, de fideiuſſoribus. & in l. græcè. § & poſt litem. eodem titulo. ibi, & ſi totius cauſæ. & notant omnes in d. l. centum Capuæ. nec erit inſpicienda quò ad dominum natura a

moram ſuam non præſtitit. d.l. fin. de fideiuſſori. per Romanum conſilio 507. quando lex fingit obligationem pro ſorte, venit etiam intereſſe, vt in dote. de quo per Bartol. Alexandr. & alios in d.l. ſi. cum dotem. §. in nouiſſimo. hoc fuit fauor cauſę, & perſonæ, vt in d.l. ſi poſtea. & non vertatur præiudicium, niſi hominis priuati, & in re profana. ſecus, vbi vertitur publicum intereſſe, ex cauſis, & ex perſonis diuerſum quandoque ſtatuitur in re ancipiti, vt in cap. 1. de feudi cognitio. ex ſorte debita non veniunt fructus, vt acceſſiones naturales, not. in rubrica de vſuris & acceſſionibus. neque ſunt ciuiles ex pacto. plenius tractat quidam gallicus Scopus in tractatu fructuum, ſunt extra rem iudicis officio ex perfidia non ſoluentis. & quamuis æquo iure creditori debeantur. l. ſi ſeruum. §. ſequitur, de verborum obligationibus. non æquo, neque bono iure debentur à tertio, qui ad id non ſe aſtrinxit, neque omnem caſum obligationis ſuſcepit.

In cauſa dominę Virgilię filię Marini, ſeu eius filiorum de Azia legatariorum dominæ Comitiſſæ de Noya per ſacrum Conſilium fuit iudicatum ſecundùm hanc partem cum illis de Ceraſio creditoribus anno 1556. Io. Angelus Villalta actuarius. Die 20. Nouemb. 1557. ſabbato cum interuẽtu Dominorũ vtriuſque aulæ fuit iudicatum per ſacrum Conſilium in cauſa magnifici Io. Baptiſtę Rauaſcherii & Nicolai Parentis, aſſenſum pro ſorte in contractu bonæ fidei non operari quò ad intereſſe. Io. Dominicus Tramõtanus actuar. Dominus Conſaluus Bolmude. Commiſſarius.

S V M M A R I V M.

1 *Permutatio rei feudalis cũ burgenſatica mediante aſſenſu, an faciat rem burgenſaticam permutatã feudalem.*

2 *Subrogatum ab homine vel a lege, an ſit eiuſdem naturæ cum quo fuit ſubrogatum.*

3 *Permutatio facta cum re feudali, an cenſeatur eiuſdem naturæ.*

VIGESIMOPRIMO quæro
1 ſi fuit † facta permutatio rei feudalis cum aſſenſu Regio cum quadam re burgenſatica, an illa efficiatur feudalis? Fuit de facto in ſacro Conſilio inter illuſtriſ. Ducem Amalphiæ, & Gabrielem Tontum. & fuit deciſum die 17. Septembr. 1499. quòd non ex dictis per Andr. in titulo quæ ſint Regalia, in verbo, & plauſtrorum, ſi. col. quia ſubrogatũ loco feudi non efficitur feudale, ſi non eſt traditum loco feudi. & per eundem Andr. in capitulo primo. §. cum autem, de contro. inueſtitu. de quo dic, vt ibi, & vide Neapolitanum in conſuetu. Neapo. prima, in verbo ſuccedunt, de ſucceſſio. ab inteſtato, ad ſimilem quæſtionem † de 2
ſubrogato ſi ſit eiuſdem naturę, & in conſuetu. ſi mulier, de iure dotium, in verbo ſi non extant per Decium conſilio 3. & conſilio 50. & conſilio 183. primo volum. & quando fit ſubrogatio à lege, vel à domino, per Socin. conſilio 168. in ſecundo volu. & conſilio 252. & per Aretinum conſilio 164. & de feudo franco permutato cum Longobardo, per Luc. de Pen. in l. prima. C. de impo. lucra. deſcrip. Bal. in l. 3. C. de priuilegio fiſci. plenè ſcribit dominus Afflictus in capitulo primo, ſi controuerſia fuerit inter me & dominum de portione feudi patris mei. idem Collector deciſio 336. quidam nobilis. de re permuta-
3 ta † cum re dotali. ad conſuetudinem Neapo. nouiſſimè congerit multa Dominus Andreas Tiraquellus. de vtroque retractu, fol. 272. verſi. neque enim hic caſus, num. 26. & 27. & quid de pretio feudi, per Andream in dicto ver. & plauſtrorum. & in capitulo primo. §. ſed nunc eſt alia iuſtior, quæ ſit prima cauſa bene. amit. & in ſimilibus per Andr. in c. ſi vaſ. ſi de feud. fue. cõtro. & in c. 1. quid iuris. An ſi pater permutet feudum cum re burgenſatica, in quo ſolus primogenitus ſuccedebat, oẽs filij in ea re permutata ſuccedant, poteſt decidi ex dictis per Neapo. vbi ſupra. dicit Soc. conſi. 116. pe. co. 1. 3. vol. quòd ſi pater habens plures filios diſtrahit bona ſua alienando, declarat animũ ſuũ, vt bona perueniant ad filios, allegat Anc. conſ. 113. & Ro. conſi. 368. no. in ſimili per Andr. in c. 1. §. prętерea, de prohi. feu. alie. per Fed. Deciũ cõſi. 31. poſt ſecũdum vol. poteſt dici, omnes filios pariter ſuccedere mutata qualitate rei ab eo, qui potuit de re ſua diſponere: cum tempore mortis nõ reperiatur feudum, ex dictis per Andr. in c. 1. §. & ſi liuellus in fi. de alien. feu. pat. nec res permutata aſſumet in hoc naturam feudi, ſi pater hoc non expreſſit. aliàs abſurdum inſurgeret ex feudo penes aliũ peruento, vel omnes filios ſuccedere, vbi in eo iure Francorum viuitur, cũ feudũ ſubrogatum ſit loco rei allodialis, & ex rẽ allodiali omnes filios huius ſua portione priuari, erit feudum penes recipientẽ, hæredes, & ſucceſſores ſuos ſub regula & natura feudi: & apud habentẽ allodium permutatum ſub cenſura rei allodialis. ſi alienatur res aliqua, exprimi dẽt feudalẽ eſſe. And. dixit in d. c. impe. in 6. vbi aſſenſus aliàs non noceret. & Pau. de Ca. in l. dotalẽ, ſol. mat. quando dominus aſſentit emphyteutæ: vt vendat, nõ deſinit res eſſe feudalis, vel emphyteutica.

S V M M A R I V M.

1 *Aſſenſus plures ſi fuerint ſuper eodẽ contractu impetrati non facta mentione de primo, an reliqui cenſeantur ſubreptitij.*

2 *Gratia ſecundo loco expedita non faciens mentionem de prima an cenſeatur irrita.*

3 *Aſſenſus ſemper intelligitur præſtitus ſine præiudicio tertij.*

VIGESIMO SECVNDO.
1 quæro, ſi † impetratur aſſenſus à Rege ſuper aliquo contractu, & poſtea idem ſupplicat Regi pro aſſenſu, nec facit mentionẽ, fuiſſe ſuper contractu impetratum aſſenſum, an ſecundus poſſit iudicari

ſubreptitius. quando ſunt plures diſpenſationes
circa idem, poſterior, quę de prima mentio-
nem non facit, non valet. text. in c. 2. de filijs
presbyterorum in 6.& in c.2.§.1.de decimis, in
6.& ſecundùm Bal. poſt Guilielmum de Cuneo
2 in l. nemo, C. de epiſcopali audien. irrita eſt † gra
tia ſecunda, ſi de prima non meminit, notat Io.
And. in rub. de cleri. non reſidentibus, in addi-
tio. Speculi. plura Sandæus in c. veniẽs, in penul.
col. de præſcrip. Dec. in conſi. 665. pen. col. 4. vo
lum. & per eundem Sandæum in c. 1. de reſcri-
ptis, & in c. cum ordinem, 4. col. eod. tit. & di-
cit Cardi. in d. c. venięns, quòd eo ipſo intelligi-
tur renunciare primę gratiæ, quòd ſecundam ſuper
eadẽ re obtinuit. idem Card. in c. inter dilectos,
de fide inſtrum. & Lapus allegatio. vlti. nam titu
lus lucratiuus non poteſt multiplicari in gratio
ſis, vt in c. poſt ceſſionem, de conceſſio. pręben.
& plenè per Sandęum in c. in noſtra, vbi Moder
ni de reſcriptis. Mihi autem videtur vtrunque
aſſenſum valere, neque ob id ſecundùm iudica-
ri ſubreptitium, quòd de primo non ſit facta men-
tio: cum text. in contrarium allegati procedant
vbi ſit diſpenſatio ſuper inhabilitate perſonę,
neque læditur dominus, quòd bis eandemmet gra-
tiam faciat, & eidem perſonę. non ſic in l. nemo.
potuit interpretari ad cautelam, quod eſt per-
miſſum, vt plenè ſcribit Sandęus in d. c. in no-
ſtra, col. 28. dominus Loffredus conſil. 45. num.
22. forte plenius explicat qualitatem facti in ſe-
cundo aſſenſu, quàm in primo. neque cenſetur
primo renunciare, cum ambo ſint compatibi-
les. non ſic in l. ſi quis ante, de acquir. poſſe. &
Roma. conſi. 350. non ſunt actus contrarij, vt
obtinendo ſecundum, videatur renunciaſſe pri-
mum, argu. l. pacta nouiſſima. C. de pact. gratia
† aſſenſus neminem lædit. & ſemper intelligitur
3 ſine pręiuditio tertij, vt in l. 2. §. meritò, nequid
in flumi. publi. poſſum habere ſuper eadem re,
& priuilegium, & præſcriptionem in eo quod
plus eſt, vt not. in c. cum perſonæ, §. ſi tales, de
priuilegijs in 6. & plenè Bal. in tract. præſcrip.
in 5. par. fol. 42. vbi mala fides excluditur, vt per
glo. in c. cum olim, de pręſcriptio. potius de-
bet iudicari, vt proſit, quàm ut noceat in eo,
in quo poteſt prodeſſe. Dum eſſem conſultus
à quodam perito inquirebam de effectu horum
aſſenſuum: nam aut Rex primo donat per pri-
uilegium, & tradit, ſecundum nihil operatur,
cum ſemel fuerit effectus dominus. l. 3. §. ex plu-
ribus, de acquirenda poſſeſſ. aut aſſentit obliga-
tioni ſeu promiſſioni bonorum feudalium: &
circa temporis prioritatem, ſi cum alio concur-
reret, producendo ſecundum priuilegium aſſen
ſus, in quo poſterior reperiretur, poteſt ſe adiu
uare ex primo; cum nemo pluribus defenſioni-
bus vti prohibeatur, vt in l. nemo pluribus. &
impetrando ſecundum, nõ dicitur voluiſſe per-
uertere effectum primi: cum iſta, & plurima a-
lia ſint multiplicabilia ad cautelam, quæ nemi-
ni ſolet obeſſe. in eadem cauſa poteſt quis ha-
bere ſcripturam, & teſtes, et not. in l. triticum,
de verbor. obligat. & ab eodem debitore habe-
re ſcripturam publicam & priuatam, & de eo-
dem teſtamento habere duo publica documen-
ta. pari modo bis obtinere aſſenſum eiuſdem
promiſſionis & obligationis. ſi in ſecunda gra-
tia aſſenſus, quid plus eſſet quàm in prima: &
cum uno ſe iuuare ex vno, & cum alio, ex alio,
vel cum eodemmet ex vtroque.

SVMMARIVM

1 *Natio & familia ſupplicantis an debeat exprimi quando impetratur aſſenſus.*
2 *Aſſenſus quãdo præſtatur per Regem in alienatione feudi, conſideratur qualitas perſonæ, penes quam uadit feudum, utrum ſit de genere fidelium, & ideo debet exprimi eius natio & familia, & nume. 9.*
3 *Natio quandoq; prouocat, quandoq; deterret.*
4 *Feudũ à fide denominatur: quia fidelibus trãsfertur.*
5 *Regnicolæ cum alienigenis coniungi non debent, ne Regni ſcrutentur arcana, & eorũ fides corrũpatur*
6 *Sanguis infectus producit filios odioſos & ſuſpectos eiuſdem maculæ & perfidię.*
7 *Patris culpa nocet filio ſuo: quia filius præſumitur patri ſimilis.*
8 *Aſſenſus fuit prohibitus præſtari per Carolum his, qui à parum fidelibus orti ſunt; quod poſtea fuit re uocatum: quia omnis macula deletur ex tempore.*
10 *Aſſenſus ſiue gratia conceſſa extero non facta mentione, qualiter erat alienigena, cẽſetur ſubreptitia; & ideo non tenet cõceſſio, niſi de corpore conſtitiſſet Regi.*
11 *Error non ſit, dum conſtat de corpore.*

1 VIGESIMOTERTIO quæ-
ro, ſi † quando ſupplicatur
Regi pro habendo aſſenſu, de-
beat exprimi natio, & familia
ſupplicantis? Andr. dicit in c.
Imperialem, tertia columna,
de prohibit. feod. alien. per Federicum, quòd
2 † quando curia concedit licentiam, proſpicit,
qualis eſt is, ad quem feudum poteſt per obli-
gationem, vel donationem peruenire, vtrum
fidelis ſit ex genere. ex hoc videtur ſentire,
quòd debeat exprimi natio, vel familia: cum
aliàs curia non poſſit dignoſcere, an ſit aſſen-
3 tiendum. dat rationem ipſe: quia † natio pro-
uocat, & deterret, per l. quod ſi nolit. §. ſi
mancipium, de ædil. edic. & in l. quiſquis. C. ad
legem Iuliam Maieſtatis. & ad hoc attenderunt,
& attendunt Reges Regni, vt feuda ad fideles
4 perueniant: quia † à fide dicitur feudum,
ut in capitulo finali, per quos fiat inueſtitura.
& hoc circa genus, & familiam eius, qui aſ-
ſenſum petit, quando eſſet alienigena, & non
de Regno, Andreas idem ſentit in ſeq. dom
5 dixit. Iccirco † voluerunt: ne alienigenis non
iungant ſe Regnicolę, ne denigretur puritas,
& ſynceritas fidei Regnicolarum, & ne Regni
ſcrutentur arcana. l. quarta. C. de commercijs,
& mercatoribus. Sumitur argumentum à gene
re, vel à patria, ſecundùm Lucam de Penna
in l. quicunque. C. de apocis publicis, lib. 10. &
6 † qui naſcitur ex ſanguine infecto, pręſumitur
domino odioſus propter occultam & pręſum-
ptam

ptam perfidiam, vt ſcribit Ioan. de terra ru-
bea in tract. de rebellibus, prima parte, glo. in
d.l.quiſquis.& per Andr.in c.1.§.prǣterea, quę
7 ſit prima cauſa bene.amit. & † ideo delictum
ſeu culpa patris nocet filio, cum pręſumatur fi-
lius ſimilis patri, vt c. ſi.'eo. ti. & in c. 1. ſi vaſ.
feudo priuetur. ſic de origine patrię, ſi ſit do-
mino inimica, ſeu ſuſpecta, ſeu aliàs infidelis,
per. d.§. ſi mancipium, & ibi dominus Bartho
lomęus Cepolla, per l. non omnes. §. à Barba-
ris, de re militari, & plenius per eundem in
trac. de Imperatore militum eligendo. Carolus
8 † dominus noſter ſtatuit à Proregibus aſſen-
ſum minimè pręſtari his, qui à parum fideli-
bus orti ſunt, quod poſtea irritum declarauit
ex cauſa, & meritò Proregis commiſit arbitrio:
cum ex tempore omnis macula purgetur, ar. in
authentico de monacis. §. ſi. & multi ad melio-
ris vitæ compendium conuertantur, & de ho-
ſtibus fideliſſimi efficiātur, ar. c. ferrum. 50. diſt.
nec præteriti memoria præſentem corrumpit
9 ſtatum. ideo videbatur neceſſe eſſe † gentem
vel patriam exprimere, quamuis de corpore cō
ſtaret Regi, ex his quæ habentur per glo. & Abb.
in c. ſignificante, de reſcriptis, & per Modernos
in c. ſuper literis 4. col. in 4. limita. eod. titu. &
quod ponit Dominicus in c. ſtatutum, in prin. in
glo. in verbo literarum, eod. titu. de reſcriptis in
6. alienigenis non ſic & exteris gratiæ conce-
10 di ſoleant. & † ideo ſi beneficium impetrat nō
expreſſo, quòd forenſis eſt, ſubreptio eſt in gra-
tia, & conceſſio non tenet, vt dicit Abbas in c.
ſi proponente, de reſcriptis, hæc taciturnitas
ſubreptionem inducit, vt not. in c. bonę, il ſecō
do, de poſtulatione pręlatorum, facit tex. in c.
nullus. 61. diſt. & in l. in eccleſijs. C. de epiſc. & cle.
opinatur Rex dum pręſtat aſſenſum ſubditis
ſuis, & non exteris facere gratiam, non ita de il
lis ſicut de fidelibus confidit. difficulter conceſ-
ſiſſet, ſi hoc fuiſſet expreſſum, hoc tacitum vi-
ciat: vt not. in d.c. ſuper literis. Credo ego, quòd
ſi de corpore Regi, vel eius Proregi conſtaret,
aſſenſus validus eſſet, cum Regi debeat imputari
quare non perquiſiuit de gente vel natione ſup
plicantis: & ſatis videatur expreſſum, dum de
corpore conſtat. adeſt tunc conſenſus in extero,
licet præſumptus in natione. licentia tamen eſt
ſpecialis, cum notum ſit illi corpus, & nota per
11 ſona, omnia cenſentur illi aperta. non † dici-
tur diſſentire, neque errare: cum de corpo-
re liqueat, vt not. in l. ſiquis in fundi vocabulo,
de leg. 1. & in l. demonſtratio falſa, de condi. &
demon. Bal. in l. pe. de rebus dubijs, & per Alex.
conſi. 135. in 2. vol. & Ang. firmat in l. his ver-
bis. §. ſi. de hæredibus inſtituen. de extero decapi
tato, cum de eius corpore conſtaret. & Bal. di-
cit in c. eam te, de reſcriptis, non vitiari literas,
ex quo non exprimitur natio, ſi forte eſſet alte-
rius gentis ille qui impetrat. Regnum Sicilię po
puloſum eſt diuerſarum gentium, excelſior eſt
Rex: vt dicitur in §. 1. in authen. de quæſtore,
ideo potuit ſaltem Rex ex amplitudine Regni
conſiderare exterum eſſe, vel Regnicolam illū,
cui aſſenſum præbet ſuper feudo. nec Rex de ſuo
aliquid tunc verè tradit, ſed alienantis volunta-
tem exequitur, & legis obſtaculum tollit. non ſic
in beneficialibus, quorum inſtitutio facta eſt pro
ciuibus, & non pro exteris. illis Papa prouide-
re intendit, dum reſcribit, vt in capit. 1. de cleri
cis peregri. & in c. bonę, il ſecondo, de poſtula.
pręlatorum, ibi, volentes præficere alienum, &
in c. nullus inuitis. 61. diſt. & in l. in eccleſijs, &
ibi glo. C. de epiſcopis & clericis, tex. ſingul. ſe-
cundùm Bar. ibi, in l. 2. C. de anno. ciuilibus, lib.
12. ibi, pauperibus noſtris potiores ciuibus pe-
regrini eſſe non debent, Cicerone authore. de-
bet tunc exprimi natio & patria, contra Bal. fir-
mat Barba. in d.c. eam te. 6. col. per illum tex. ibi,
de gente hebręorum, ſupereſt in beneficialibus
prohibitio canonis, in feudalibus nō legitur lex,
quæ repugnet pro arguenda voluntate domini
ex familia vel ex patria. dum fuiſſet in Collate-
rali Conſilio. 1541. ſermo ſuper hoc articulo,
quidam Regens videbatur ſua authoritate tene
re contrarium: & arguendo defectū voluntatis
proſternere gratiam, ſicut alibi in re aperta pro
vtilitate fiſci, poſt ius alteri quęſitum, dicere,
hæc fuit mea intentio, erubeſcimus, cum ſine le
ge loquimur. non fuit determinatum, ſed alij
Domini pro validitate gratiæ ſentiebant, quo-
rum ego opinionem ſequebar: & eandem te-
neo, vt notaui ſuper meo Andr. in c. primo, qui
ſucce. tene.

SVMMARIVM.

1 *Libellus in quo fuit ſupplicatum pro parte Petri, non probat Petrum ſupplicaſſe.*

VIGESIMOQVARTO quo
1 ſi † dicit in priuilegio aſſenſus,
pro parte Petri fuiſſe ſibi ſuppli
catum pro aſſenſu, an ex illis ver
bis probetur, Petrum Regi ſup
plicaſſe? Decidimus in Conſi.
quòd non. illa verba aſſertiua non probant cō-
tra tertium, niſi aliunde probetur, ex nota. per
Bar. in l. ex hac ſcriptura, de donatio. & per Do
ctores in l. his ſolis. C. de teſtamen. militis, & per
Geminianum conſi. 43. Oldrad. conſi. 136. San
dęus in c. nonnulli. 16. col. de reſcriptis, & in c.
ſicut, de re iudi. aliàs poſſet de facili fraus com-
mitti in præiudicium tertij. & dum verteretur
quæſtio his pręteritis menſibus inter magnos
dominos, quia dicebant in priuilegio Cæſaris
fuiſſe pro parte hęredis ſupplicatum pro aſſenſu
ſuper teſtamento condito per quendam ma-
gnum dominum, ex quo inducebatur nouus
conſenſus hęredis ſuper actu nullo, iuxta nota.
per Andream in dicto capitulo Imperialē, col.
6. in collaterali Conſilio iudicatum fuit ex illis
verbis non eſſe probatum conſenſum hęredis.
& ideo pars aſſumpſit onus probandi nouam
voluntatem hęredis per teſtes, ſuper teſtamen-
to condito.

SVMMARIVM.

1 *Aſſenſus an cenſeatur præſtitus ex confeſſione partium, & notarij aſſerentium, aſſenſum fuiſſe impetratum.*

Aſ-

2 *Aſſertio illius, qui non habet à lege, uel ab homine
liberam adminiſtrationem non probat, niſi aliun-
de probetur.*
3 *Aſſenſus ſuper alienatione feudi habet certā formā
& ſolemnitatem, quæ nō præſumuntur, niſi pro-
bentur.*

1 VIGESIMOQVINTO quæ-
ro, an † credatur notario, &
partibus aſſerentibus in contra
ctu Regium interueniſſe aſſen-
ſum? Sæpe decidimus in Con-
ſilio quòd non, ex not. per Bar.
in l. ſi forte de caſtren. peculio, & in l. ſi dona-
tione. plenè per Doctores. C. de colla. non poſ-
ſunt contrahentes liberè diſponere de feudo ſi-
ne Regis licentia. ideo eorum aſſertio, vel con-
feſſio veluti ſuſpecta non probat. l. qui teſtamē
tum, de probat. etiam ſi notarius teſtetur vidiſ-
ſe aſſenſum, vt communiter ſolet poni in inſtru
mentis. non eſt actus geſtus coram ſe, neque dè
eo rogatur, neque à partibus explicari poteſt,
vt not. in authentica ſi quis in aliquo documen
to. C. de edendo, vbi Alberic. Iacobinus, Mayn.
& alij Moder. & per Modernos Gallos in con-
ſue. Pariſ. in prima parte, fol. 47. & per Andreā
Tiraquellum de vtroque retractu, fol. 18. & fol.
2 127. & † hoc eſt regulare in omni eo, qui non
habet liberam adminiſtrationem, vel à lege, vel
ab homine limitatam, vt illius aſſertioni mini-
mè ſtandum ſit, niſi aliunde probetur, vt per Af
flict. in tract. iuris proto. in verbo niſi quis. col.
pe hanc quęſtionem poſuit idē Afflict. in c. 1. 4.
col. de aliena. feudi, & per eaſdem rationes ita
3 dicit vidiſſe obſeruari. Aſſenſus † ſuper aliena
tione feudi habet certam formā & ſolemnitatē,
cum expeditione priuilegij. in forma Cancella
riæ, cum ſubſcriptione quæſtoris, protonotarij,
& aliorum, vt per Andream in capitulo primo
§. quoniam. de prohi. feudi aliena. per Lothariū,
& appoſitione ſigilli, & infra certum tempus,
non eſt credendum, ipſas ſolēnitates interueniſ
ſe, quę extrinſecæ ſunt, & cauſę cognitionem re
quirunt: vt dicit Ioan. Andreas in additio. Spe
culi, in titulo de rebus eccleſię non alienandis,
& not. Philippus Francus in c. 1. eodem titulo
in 6. notat Bar. in l. prima, de fide inſtrumento-
rum, & iur. haſt. fiſca. libro 10. & in l. ſciendum.
prima col. de verbo. obliga. ex iſta confeſſione
per indirectum ſequeretur alienatio feudi. & il
le qui non poteſt alienare, non poteſt confiteri,
vt dicit Geminianus in capitulo ſecundo. §. cō-
tractus, eodem titulo. eluſoria eſſet prohibitio
legis, ſi partium aſſertioni crederetur, capitulo
commiſſa, de electio. in 6. & l. fi. §. fi. C. de vſuris
rei iudi. ſatis euidenter videretur ſacta in frau-
dem legis, ne in pęnam incidat, & feudum tranſ
ferat de vna perſona in aliam, vt per dominum
Andream Tiraquellum de legibus connubiali-
bus, quæſtione decima, fol. 198. Alexander con
ſilio 41. primo libro. & per Decium in c. quo-
niam contra, de probatio.

SVMMARIVM.

1 *Aſſenſus præſtitus ad hoc ut ualeat, an opus ſit pro
bare in cauſa ea, quæ narrata fuerunt Regi, etiam
ſi eſſent plures cauſæ, & ſi cauſa expreſſa non ſit
uera, aſſenſus eſt ſubreptitius. & num. 4.*
2 *Gratia uel aſſenſus præſtitus intelligitur, ſi preces
ueritate nitātur: & ideo dicitur in priuilegio ueris
exiſtentibus prænarratis.*
3 *Decretum ex falſa cauſa obtentum nullum eſſe cen
ſetur.*
4 *Cauſæ plures ſi exprimantur in aſſenſu, una deficien
te corruit aſſenſus, & ideo cautius agit, qui petit
aſſenſum, qui ad multa ſe non aſtringit.*

1 VIGESIMO SEXTO quæro, † An
ea, quę narrantur Regi dum ſupplica-
tur pro aſſenſu, debeāt probari in cau-
ſa? Dic quòd ſic, ex regulā. l. pręſcriptione. C.
2 ſi contra ius vel vtilita. publicam, gratia † con
ceſſa intelligitur, ſi præces veritate nitantur: vt
in capitulo ſecundo de reſcriptis. illi incumbit
onus probandi vera eſſe, quæ narrata ſunt, qui
ſupplicationem porrexit Regi, vt dicit Io. An-
dreas in capitulo primo, de litis conte. in 6. Ab-
bas in capitulo quia circa, de conſan. & affin. in
ſecundo nota. & in c. ſecundo, de reſcriptis, &
ibi moderni. conditio ineſt in pręſtatione aſſen-
ſus. debet illa purificari per probationem extrin
ſecam, Bal. in l. ſiquidem. prima col. C. de except.
quia conditio nihil ponit in eſſe, nihil intelligi
tur eſſe conceſſum. & in Regno hoc eſt certius
ex forma gratiæ, dum in priuilegio dicitur, ve-
ris exiſtentibus pręnarratis, collector noſtræ Ro
tæ Neapoli. deciſione. 355. etiam ſi cauſa ſit im-
pulſiua probari debet. & ſi cauſa expreſſa non
eſſet vera, ſed falſa, aſſenſus veluti ſubreptitius
nullius eſt momenti, vt notatur in c. ad aures,
& in c. ſuper literis, de reſcriptis.
* Alij dicunt, quando pars allegaret narrata
non eſſe vera, de quo per Petrum Rebuffum in
tracta. nominationum 9. quæſt. principali nu.
47. car. 156. *
3 Et hoc eſt regulare † nullum eſſe decretum
ex falſa cauſa obtentū. l. magis puto. §. ſi ęs alie-
num, verſi. proinde, de rebus eorum & in l. cum
verò. §. ſubuentum, verſi. proinde, de fideicom-
miſſ. liberta. & in l. 1. §. hæc verba, verſi. pro-
4 inde. & ibi Bar. ne vis fiat ei. & † ſi plures cau
ſæ exprimantur, omnes debent verificari, per l.
ſi hæredi. plures de condi. inſti. & vbi vna eſſet
vera alia verò non, irritus eſſet aſſenſus per no-
ta. per Bar. in l. ſi non ſortem. §. ſi centum. de cō-
dictio. indebi. Bal. Mayn. & alij in l. certi condi
ctio. §. quoniam, ſi certum petatur. Ro. conſilio
454. in re præſenti. col. ſecunda. Barb. conſilio
43. 2. col. quarto vol. ſequitur Decius conſilio
primo, poſt ſecundum vol. & in conſi. 696. in
quarto libro. neque ex cauſa vera ſuſtineretur, ſi
expreſſa non eſt, quæ ſola Regem placitaſſet ad
aſſentiendum, illi imputetur, qui non expreſſit,
& quare plures deduxit, quas non comproba-
uit in facto, videtur Rex ob illas aſſenſiſſe. cau-
tus ergo debet eſſe, qui petit aſſenſum, vt non in

terſerat

verſerat multa, quæ probare non poteſt, aſſenſus eſt diſpenſatio, quæ à vento ex leui fronde conteritur & proſternitur. idem in ſententia, & ſtatuto, vt legitur apud prędictos ſcribentes.

SVMMARIVM.

1 *Aſſenſus ſi fuerit præſtitus ſuper alienatione feudi faciendà, vel in teſtamento; & ante quàm alienetur feudum, moriatur Rex, an valeat, vel requiratur nouus aſſenſus ſucceſſoris.*

2 *Succeſſor tenetur habere ratum geſtum per ſuum prædeceſſorem ex natura officij.*

3 *Priuilegium cõceſſum per Principem ligat eius ſucceſſorem.*

4 *Capitula facta à prædeceſſore ſucceſſor obſeruare tenetur.*

5 *Rex Catholicus venit ad ſucceſſionem Regni ex perſona Regis Alfonſi Primi, & non aliorum Regum.*

6 *Regnum hæreditario iure defertur filio.*

7 *Reuocare gratiam non poteſt Rex, quã ſemel cõceſſit abſq; legitima cauſa de nouo ſuperueniente, nec eius hæres.*

8 *Rex ſucceſſor in regno an & quãdo teneatur habere rata geſta per ſuũ prædeceſſorem, remiſſiue.*

9 *Conceſſio facta ad beneplacitum an morte extinguitur.*

1 VIGESIMO SEPTIMO q̃ro an † ſi Rex dedit licẽtiam Mercurio, vt poſſit vendere feudum, vel de feudo in teſtamento diſponere, & antequàm vendat feudũ decedit Rex, in venditione facienda requiratur aſſenſus noui Regis, vel prædeceſſoris ſufficiat?
2 Dicit † Bal. in l. prima. de conſt. Principum, ꝙ ſucceſſor tenetur habere ratum geſtum à prædeceſſore ex natura officij, idem Bal. in c. 1. de pro-
3 batio. & † ideo donatio facta à Principe ligat ſucceſſorem. Bar. in l. prohibere. §. planè, quod vi aut clàm. & in l. ſi mihi & Titio. §. fi. de verb. obli. Curtius in conſi. primo, col. 12. poſt tractatum feudi. & gratiam à prædeceſſore perfectam tenetur in mundum redigere, ſecundùm eundẽ Baldum in l. humanum. C. de legibus, & in d. l. 1. & in l. mortuo, de iudicijs. ea, quæ geſta ſunt, ex regula officij firma, & intacta remanent. Alberi. in l. digna vox. C. de legibus, & in l. ſecunda §. exactis Regibus de origi. iur. Bal. in l. 2. C. ſententiam reſcindi non poſſe, & Moderni poſt Sanc-
4 dęum in dicto c. 1. de probati. & † capitula facta à prædeceſſore ſucceſſor obſeruare tenetur, ſecundùm eundem Bal. in l. fi. C. de tranſactio. per gl. in §. nulla, in authentico, de defenſo. ciuitatum, & Lauden. in tracta. de Principibus, nu. 64. aſſentire autem ſuper alienatione feudi, vel ſuper teſtamento ad dominum pertinet, vt in c. Imperialem, & in capitulo primo, de ſucceſſio. feudi. & ſuum eſt permittere, poteſt exerceri tẽpore ſucceſſoris. ar. tex. in l. fundi venditor. §. fi. de acquir. poſſeſſio. & ita Bar. & Iaſ. in l. & quia, 2. col. de iuriſdi. omnium iudicum. magis Regia dignitate, quæ non moritur, c. ſi gratioſè. de reſcriptis in 6. quàm proprio perſonali nomine cõceſſiſſe videtur, quo caſu durat cum illo. quod à prædeceſſore permiſſum eſt, ſecundum Bal. in l. ſi de interpretatione, de legibus. Abbas in c. relatum, de officio delegati. Decius conſilio ſecundo, poſt ſecundum volum. Inno. in capitulo ad hæc, de clericis non reſidentibus. Abbas in capitulo fin. de offi. legati. & Barbatia in capitulo quod tranſlationem, eo. titulo. & per Angelum in dicta l. fundi venditor, in §. fi. gratia non expirat per mortem concedentis, nota. Ioan. Andr. in capitulo ſi ſuper gratia, de offic. delegat. quando aſſentit dominus ſuper alienatione feudi facienda præbet aſſenſum, vt miniſter dignitatis feudi à quo denominatur, vt aliàs diximus aſſentiendo non dicitur diminuere Regiam dignitatem, cum feudum quò ad vtile dominium exierit de patrimonio Regis. alienam voluntatem perficit, ſit vnius vel alterius fidelitate ſalua & iuribus curiæ ſemper exceptis, hoc nõ refert, vt diſcutit ad capitulum intellecto, de iureiurã. planè Card. Alexan. in prçludijs feudorum, col. 12. ſubditus, qui bona fide verſatur, non debet eſſe in damno: ac perficere debet, quod ſibi à domino conceſſum eſt: vnde videtur durare penes ſucceſſorem effectus gratiæ, vel quòd ſucceſſor illam ratam debet habere. & ſi dicimus, quòd aſſenſus Regis donatio ſit, per l. lege obuenire, de verbor. ſigni. perfecta eſſet gratia in vita ipſius Regis, cũ proprium, & peculiare ſit Regis donare: ut not. Andr. in capit. primo, qui ſucce. tenea. & donare in feudum, quod eſt ſolitum cõcedi in feudum, & ut feudũ ab alio eſt poſſeſſum non eſt alienare, vt not. in capitulo primo, per Andr. de his qui feudum dare poſſunt. & ubi accidit voluntas eius, cuius intereſt, à ſucceſſore retractari non poteſt: vt eſt caſus in d. ca. primo, qui ſucce. tenea. At dici poſſet, effectum aſſenſus moriente Rege antequàm feudatarius vẽdat, vel de eo in teſtamento diſponat, caducum fieri ab intellectu legis: cum eo tẽpore quo alienat, Rex aſſentiens non ſit dominus feudi ac Regni: cum ad alium delatum ſit Regnũ, per l. ſi ego. §. ſi res de iure dotium. & reperitur gratia collata in tempus, quo ipſe deſinit poſſe diſponere, arg. l. quod ſponſę. C. de ſponſa. & l. ſi ſponſus. §. 1. de dona. inter virum & vxorem. & in his non ſpectatur tempus gratię: ſed quo gratię effectus perficitur, vel conſumitur ex ea qualitate quę iungitur ſuo verbo, ar. l. in delictis. §. ſi extraneus, & in §. ſi detracta. de noxalibus, & videtur caſus in dicto capitulo primo, qui ſucceſſ. teneantur, & quamuis Rex aſſentiens videatur donare eo quòd validam facit diſpoſitionem alienam. ille autem, qui recipit gratiam aſſenſus, dicitur obtinuiſſe diſpenſationem iuris prohibitiui, debet reſtringi, ut perficiat tempore vitę illius, qui diſpenſauit. ex hoc non obſtarent contraria: quia facere diſpenſationem non dicitur procedere ex regula iuris, & ex natura officij, ſed contra regulam iuris, & de ſuprema & abſoluta poteſtate. debet reſtringi ad tempus vitę illius, qui diſpenſauit, & non alterius: cum res ipſa ſit in fieri & nondum ſit redacta in lucem. quando donat Rex perficit gratiam eo ipſo quod donat: vel ſi

de

de ſeudo alium inueſtiat, vel ſi promittat inue-
ſtire, quò ad hoc habetur pro cópleto. not. Andr.
in c. primo, hic poteſt eſſe titulus, qui ſucceſſ. te
nea. ſecus ſi præbet aſſenſum alienationi facien-
dę, intelligitur tunc rebus in eodé ſtatu manéti
bus, ar. l. quæro. §. inter locatoré. locati, & in l. ſi.
qui ſatiſdare cogantur. vt quòd ſit Rex tempo-
re, quo alienat, vel ille, qui obtinuit licentiam,
interim non ſit effectus inhabilis, vt not. Luc. de
Penna in l. tertia. C. de re militari, libr. 12. poſ-
ſent hic adaptari multa ſimilia relata per Bal. in
locis ſupra allegatis, & per Abbat. in dicto c. re
latum, ſed prædicta forte procederent, quando
nouus Rex veniret ad Regnum iure ſuo, & non
5 iure ſucceſſorio, vt † in Rege Cathol. qui venit
ad Regni ſucceſſionem ex perſona Regis Alfonſi
primi, & non aliorum Regum, eſt nouus domi-
nus, quod geſtum eſt ab alio, & non ex narrata,
vel regula officij, non tenetur habere ratú. aliud
videretur, ſi filius ſucceſſiſſet patri in Regno,
6 cum † Regnú hæreditario iure deferatur filio.
firmat Abb. conſi. 12. 3 col. 1. vol. qué ſequitur do
minus Andreas Tiraquellus in tracta. primoge-
nituræ. 54. quæſtione. ratum debet habere factú
defuncti: quia quò ad Regem, non eſt illegiti-
mè ſeu nulliter factum. illud impugnare non po
teſt, ex regula legis, ex qua perſona, de reg. iur.
7 & l. cum à matre. C. de rei vendica. Rex † ſi vi
ueret, nó poſſet ſine iuſta cauſa reuocare gratiá,
quam ſemel conceſſit, per capitulum decet, de
regulis iuris in 6. minimè eius hæres, cum vna
& eadem ſit perſona cum defuncto, vt ſępe dixi-
mus. quò ad Regem gratia eſt perfecta eo ipſo,
quòd placuit ſibi aſſentire, cogitur ipſe idem in
eodem aſſenſu perſiſtere, veluti ac ſi lex ad aſſen
tiendum eundem aſtringeret, ex not. per Andr.
in conſti. ſi quis poſt litem, & in §. quid ergo, de
inueſti. de re alien. facta. niſi iuſta cauſa de nouo
ſuperueneriſ, vt not. in l. ſi cú doté. §. eo autem
tempore. per Bar. ſoluto matrimonio. quod ſe-
mel placuit, amplius diſplicere non poteſt. quan
8 do † autem Rex Regalia concedit, quomodo
obligetur ſucceſſor. Soc. conſ. quarto, tertio vol.
& quando venit iure hęreditario, per Bar. conſi.
159. ſuper eo quod quæritur, 3. libro. & quádo
per electionem: & ſi contrahit cum Barone, vel
vniuerſitate, idem Bal. conſi. 371. verba Cyni, eo
dem libro. Albertus Brunus conſi. primo. & plu
ra Neuizanus conſi. 12. & de pluribus per eundé
Bal. conſi. 326. in primo vol. & conſi. 271. caſus
conſilij, eodem libro. Lucas de Penna in l. diuæ
memoriæ. C. de decurionibus. libro decimo, &
vide omnino multa per Mayuum conſi. 11. &
12. in 3. libro. & in conſi. primo, primo volu. &
per Socinum conſi. 58. in tertio vol. & in dicto
9 conſi. quarto. & † ſi conceſſio eſt facta ad bene
placitum, an morte extinguatur, per eundé con-
ſilio. 78. tertio libro, & an declaratio poſſit fieri
per ſucceſſorem, Barbatia conſi. 17. 5. col. 4. vol.
& quando noua cauſa ſuperuenit, per Bertran-
dum. conſi. 157. in 3. lib. vide Bal. conſi. 96. ter-
tio vol. ſi confirmando priuilegium intelliga-
tur facere gratiam, vel denegando, iniuriam. alia
dixi in dicto c. primo, vbi materia ſucceſſorum
per Doctores, & Moderniores plenius pertra-
ctatur, & dominos noſtræ Rotæ deciſione. 101
Sed ibi iſta non inuenies.

SVMMARIVM

1 *Aſſenſus ex diuturnitate temporis an præſumatur
preſtitus in Regno Sicilię, ubi requiritur expreſſus
ex forma conſtitu.*
2 *Temporis diuturnitate omnia præſumuntur legitimè
facta etiam in præiudicium tertij per lapſum tri-
ginta annorum.*
3 *Præſcriptio triginta annorum in feudis cum præſta
tione ſeruitij & domini ſcientia inducit titulum,
& poſſeſſor non poteſt expelli.*
4 *Aſſenſus in Regno habet certam formam priuile-
gij cum appoſitione ſigilli & aliarum ſolemnita-
tum, qui non admittit probationem per teſtes.*
5 *Poſſeſſio centenaria non inducit præſumptionem ti
tuli, ſicut tricennalis, ſed priuilegium certum &
ſpeciale.*

VIGESIMO OCTAVO quę
1 ro, an † ex diurnitate tempo
ris præſumatur aſſenſus in hoc
Regno Siciliæ? De iure commu
ni non haberet difficultatem
2 hęc quæſti. cum ex † tempore
omnia præſumantur ſolemniter acta. not. in l.
ſciendum. de verbo. oblig. vbi plura Moderni. &
quádo tractatur de præiudicio tertij, ſufficit té
pus. 30. annorum, dixit not. Imola in c. perue-
3 nit, de fideiuſſo. & ibi Barba. & † de iure feudo
rum poſſeſſio triginta annorum cum pręſtatio
ne ſeruitij, & domini ſcientia dat titulum feu-
di: vt poſſeſſor minimè poſſit expelli, per tex. in
c. ſiquis per 30. ſi de feudo fuerit controuerſia.
& procedit nedum contra tertium, ſed etiam
contra dominum directum: vt in capitulo 1. §.
porrò, qualiter olim poterat feudum alienari. &
habetur per glo. in c. primo. §. præterea, de capi
tulis Corradi, & ibi Doctores. & vbi eſt tempus
triginta annorum, decretum, & ſuperioris au-
thoritas interueniſſe pſumitur, ar. l. q. in aliena.
§. ſed ſi non adierit, de acquir. hęred. Alexandr.
conſi. 79. circa primum, primo libro, & in dict.
l. ſciendú. & pręſumitur aſſenſus domini in alie-
natione ex poſſeſſione prędicti temporis, vt Ale
xan. ſcribit conſi. 3. penulti. col. quarto vol. &
forma neceſſaria in alienatione rei minoris, vel
eccleſię, vt tradit Aretinus conſi. 36. caſus talis
eſt. Ancha. conſi. 161. in fi. Decius conſi. 7. poſt ſe
cundum vol. & alia plurima, de quibus per Mo-
dern. in dicta. l. ſciendum. & in l. ſi filius. C. de
petitio hæred. & plura per dominum Aymoné
in ſuo vtili tractatu de antiquitate temporis, &
per Mayuum conſi. 180. in ſecundo vol.
Oritur difficultas in Regno ex textu conſtitu
tio. conſtitutionem diu[...] memorię, vbi aſſenſus
impetrari debet, de ſpeciali licentia Regis, & de
creto confirmari, & ſic debet aſſenſus eſſe ex-
preſſus, ille autem aſſenſus, qui inſurgit ex poſ-
ſeſſione decem, vel triginta annorum dicitur
eſſe

eſſe præſumptus, vel tacitus: vt dicitur in dictis locis, & procederet de iure comuni, vt in c. 1. §. primo, & ibi glo. de prohi. feud. aliena. per Lotharium. Afflictus tetigit hanc quæſtionem in c. primo. 16. col. de contro. inueſti. & tenuit ibi, in Regno ex tempore, vel ex alijs argumentis, vel præſumptionibus non præſumi aſſenſum Regis ſuper contractu rei feudalis, per tex. in d. l. conſtitutionem, & per no. per Andream in dicto c. primo, in tertia col. idem tenuit in dicto c. 1. in 3. col. nu. 48. allegat Lapũ allega. 86. & in c. Imperialem, 12. nota. 45. q. nũm. 64. de prohi. feud. aliena. per Federicum, & in dicto. §. ſiquis per triginta. & in conſtitu. conſuetudinem prauam. hoc idem ſenſit. Aretinus autem in dicto conſi. 36. videtur contrarium affirmare, quòd vbi aliquod expreſſum in actu requiritur à lege, vel à ſtatuto, ſufficiat haberi per præſumptionem temporis. quod tenuit idem Decius in dicto conſi. 7. in prima col. & in cõſi. 185. vltima col. primo vol. Bal. in l. ſi filiusſa. per illum tex. C. de petitio. hęre. quem ſequitur dominus Andr. Barbatia in rubrica. C. qui admit. in tertia col. & in l. prima, col. 12. & iterum in dicta. l. ſciendũ, col. 24. de verbo. obliga. id etenim, quod ſpecialiter ex ſtatuto eſt expreſſum, neceſſariò requiritur. tempus fingit interueniſſe: ac ſi re ipſa omnia requiſita ſpecialiter acceſſiſſent, notat Anto. de Butrio in c. ea noſcitur, de his quæ fiũt à prælatis ſine conſ. cap. & in d. c. peruenit. quẽ refert Mayn. in d. l. prima 6. col. C. qui admit. & in l. ſi certis annis, tertia col. C. de pactis, & ibi plenè Moderni, & dominus Andreas Tiraquellus de legibus connubia. & iure maritali in 6. glo. 8. limita. chat. 222. & 223. & idem Afflictus in c. 1. §. præterea, in quinta col. de capitulis Corradi. dixit, quòd ſi nõ conſtat de alienatione, & vaſallus affirmat ſe habere feudum cum conſenſu domini, & non probat, ſed illum allegat, pręſumitur ex poſſeſſione triginta annorum cum præſtatione ſeruitij, & erit ſecurus vaſallus ſecũdùm And. in c. primo. §. illud, de prohi. feud. aliena. per Federicum, & in d. c. ſiquis per triginta. quod eſſet menti tenendùm ſecundùm eum. & ſic videtur tenere contrarium eius, quod dixit in alijs locis ſupra allegatis. ſed credo attinem meum in dicto c. primo. §. præterea, fuiſſe locutum ſecundùm terminos iuris communis feudorum, dum allegat Andr. in d. loco, & non ſecundùm legem Regni, quæ requirit ſpecialem aſſenſum obtineri à Rege, cum de iure cõmuni tacitus & præſumptus eſſet ſufficiens, vt ipſe in pleriſque ſui operis locis plenius diſſeruit. & de pręſumpta inueſtitura idem Afflictus in deciſione noſtri Conſilij. 324. nonnulla ſcripſit, quem ſequitur Cuſentinus Pariſius in c. ad audientiam, de præſcriptionibus, & Paris tetigit in tractatu reintegra. feudorum, chat. 36. in lib. à penna, primam partem in Regno puto veriorẽ. & idẽ ſequor, quod Afflictus tenuit in dicto capitulo primo, de controuerſia inueſtituræ. duo enim ſpecialia Federicus in hoc Regno induxit per legem nouellam, vt non conſenſus ſimplex, ſed ſpecialis licentia ſuper feudorum alienationibus requiratur. & quamuis aliàs inter cõſenſum & licentiam aliquę conſtent differentię, ex nò. per Areti. in d. l. qui mihi bona. §. iuſſum, & Dominus Andreas Tiraquellus in eodem loco ſupra allegato, tamen quia tex. dictę conſtitutio. ſpecialem voluit licẽtiam, idẽ iã expreſſit, quod ſui natura verbũ in licentia apportabat, vt voluit glo. in clem. prima, in verbo obtenta, de teſtamentis, quam dixit ſingularem Areti. in d. §. iuſſum. Roma. Alexan. & alij in l. ſecunda. §. voluntate, ſoluto matrimonio. licentiam hoc caſu capiam pro expreſſo cõſenſu, qui poteſt pręcedere & ſequi: vt in capitulo primo, de aliena. feudi paterni. & in l. iubemus. in fi. C. de emancipa. liberorum: & in l. in concedendo, de aqua pluuia arcenda. & hoc iure vtimur in Regno, vt aſſenſus ſeu conſenſus domini, ſiue etiam ſtragnatorum, pręcedere poſſit & ſequi contractum, vt And. dixit in d. c. Imperialem. 6. col. tempus decem, vel triginta annorũ hunc ſpecialem aſſenſum non poteſt fingere verè interueniſſe, quia lex Federici requirit verum aſſenſum, & non pręſumptum: ideo de ſpeciali licentia dixit. lex Regni debet verè intelligi, & non fictè & præſumptiuè, vt in l. tertia. §. hęc verba, de nego. geſtis. & notant in ſimili Bal. Romanus, Raphael, Alexan. & alij recentiores in d. §. voluntate. bonus tex. in l. fi. C. de his qui veniam ætatis impetrauerunt. voluit Federicus illum aſſenſum, qui legitur oculo corporis, & non intellectus ad euitandas fraudes ſaltim pręſumptas. Alterum eſt confirmationis decretũ, quod And. intellexit in dicto. §. hac edictali, dũ allegat tex. in l. prima, in fi. de confirmando tutore, in conſtitu. ſiquis poſt litem. dum pręberi aſſenſum, hoc etiam confirmationis verbo vtitur, vt ipſe ſcripſit in dicto capitulo imperialem, col. 4. alium aſſentiendi modum ex hoc excluſit, dum voluit à ſe ſpecialiter decreto confirmari. tempus pręſumit aſſenſum: ſed non decretum cum confirmatione & ſpeciali licentia. vbi lex ipſo iure annullat actum prohibendo, niſi hoc accedat in illo actu, tex. ibi loquitur excluſiuè, ibi, niſi de ſpeciali &c. de qua dictione habetur in l. actione. C. de tranſacti. quando plura requiruntur, tempus decem vel triginta annorum non eſt ſufficiens, fingere hæc plura interueniſſe, vel ſi fingat, hoc eſt per præſumptionem, & non per veritatem, quę eſt ſublata per legem Regni; cum iſta præſumptio poſſet tolli per aliam, vt in l. diuus, de reſtitu. in integrum. noluit Rex vagari rem ſuam ſuper incerto, ambiguo, vel pręſumpto; ſed rei veritatem voluit amplecti, ac certum quid, clarum, expreſſum ſpecialiter & determinatum, ne aliqua captio committatur in feudis. præſumptum ſolet eſſe callidum. hoc voluit tollere in re ſua, quod potuit facere, & fecit gratia dubitationis tollendæ. neque hoc caſu reperitur lex de iure feudi, quę in alienatione ipſius fingat domini aſſenſum, niſi per modum præſcriptionis, quod poſſet ad hunc articulum referri. fingere diſpenſationem in materia rigoroſa non eſt quid facile. in alijs diſpenſationibus, vel rarum alienationibus non ſcius publicum læditur, non

ibi

ibi de Reipublicæ præiudicio. pertractatur. Sanè prædicta ego intelligo io terminis, in quibus dicta coostitutio prouidet, & diſponit; quum de feudo alienando à tertio, vel dimouendo agimus. ſecus vbi de præſumpta ioueſtitura diſcuteretur. hoc ibi non eſt prohibitum, neque pro miſum. remanet ſub determinatiooe iuris antiqui, arg. l. ſancimus. C. de teſta. cautus aduocatus obtinebit, quando domioi conceſſionem allegat io terminis coostitutio. cooſuetudioem, & ibi Andr. & Moderoi. & io terminis capituli ſiquis per triginta, non eſt ſublatum io eo, quod ibi deciditur: quia domini aſſenſus non legitur. vbi requiſita concurrunt, quando vt feudum poſſeſſa res eſt aonis triginta: item de eo vt feudo domino ſeruitium eſt præſtitum: item quia dominus ſciuit hoc, & vniformis fuit præſtatio. Bald. Car. & alij plenè in d. loco. Alexand. cooſi. 136. viſo & examinato. tertia colum. primo lib. Dec. cooſi. 144. primo volu. plenè Bal. in tracta. præſcriptionum, 4. parte, quartæ partis principalis, quæſt. 12. in conſtitutione quadragenoalem, ibi. præſcriptio cótra fiſcum ooo datur: quia ibi de defectu tituli conſtabat, & ſoli præſcriptioni hærebat. notat Aodre. ibi in fine, & io conſtitutio. ſi dubitatio. quem refert & ſequitur Moder. Gall. ſuper conſuetu. Pariſi. §. 7. quiota limitatione, ſol. 110. & Pariſius in d. capitulo ad audientiam. in caſu alienatioois feudi ceſſat præſumptio aſſenſus: quia eſſet inutilis, cum non appareat verè Dominum aſſenſiſſe,
4 quem dicta conſtitutio iubet adhiberi. Itē † aſſenſus io Regno habet ſuam formam priuilegij cum appoſitiooe ſigilli, & ſubſcriptiooe Quæſtoris. & non admittit probationem per teſtes, vt diſcurrit Afflictus in capitulo primo, §. hac edictali, de prohibi. feud aliena. per Lotharium. quamuis propter Andreæ authoritatem aliter fuerit iudicatum: vt refert idē Collector io deciſione 398. & in deciſiooe 361. & Bald. conſil. 310. ad euidentiam præmittendum eſt, tertio volu. & hoc procedit, vbi feudū eſt quaternatum. de eo tex. dictæ conſtitutionis loquitur, quando feudum eſſet planum, & de tabula: dicta coostitutio non prouidet, nec iooouat ius commune feudorum, illa ſeruabitur. ea ſeuda expreſſit, quę à Rege tenentur immediate & io capite. ad hæc lex Regni referetur, vt io l. 4. §. toties, de damno infecto. diuerſa poſſet aſſignari ratio inter feudum planum & quaternatum, licet eodem in re deberent cenſeri feuda magna & minima, vt dicemus io differentijs ipſorum. ſtamus legi,
5 quæ certa eſt io hoc. prędicta † ſunt intelligē da io poſſeſſione tricennali, ſecus io ceotenaria. habet hęc aliam oaturam & regulam. Andr. dixit in dictis locis, & pleoè Gallus in dicto §. 7. & alij io dicto §. præterea. & dominus Iacobus Camalæus. oon eſſet tuoc pręſumptum deducere, ſed priuilegium certum & ſpeciale, vt ipſi ſcribunt. vbi autem certum ex ipſa re heberemus ooo interueniſſe, etiam per mille annos oon poſſet argui domini licentia, & voluntas. Sandæus in capitulo ſicut, 14. col. de re iudicata. Alex. conſi. 1.6. col. 4. volum. Mayn. conſi. 176. 2. libro. Decius conſi. 7. poſt ſecundum vol. & de materia præſcriptioois feudi Socin. conſi. 50. quarto vol. & omnino Bal. conſilio 439. amplius caſtrum, tertio vol. vbi ſingulariſſimè loquitur. & io c. ſi. de feudo dato in vic. l. com. & de communiooe ioter voiuerſitates, vbi noo eſt aſſenſus, capitulum Regni pondus æquom. Afflict. in conſt. cum per partes Apuliæ. & in deciſio. 254 & ad materiam pręſcriptioois feudi, vide And. in dicto c. ſiquis per triginta, & io c. Imperialem. §. ſed nec dominus, & io §. quid ergo, & io §. quodcunque, de feudo dat. io vicem. l. com. & in c. 1. 7. col. de contro. feudi apud Pares termin. & in §. illud, & in c. ſimiliter. & in conſtitu. ſi dubita. quid ſi domini Procurator, ærarius, vel Caſtaldus recipit ſeruitium, vel caoonem, an procedat tex. io d. c. ſi quis per 30. Alexand. conſi. 136. in primo volu. Mayo. in l. 2. 36. colum. C. de iure emphyteu. Paris in tracta. reintegra. ſeud. ſol. 38. in lib. ą peona. recipiendo ærarius non poſſet: quia eius ſcieotia non eſt ſcientia domini, quæ debet probari, vt Andr. dicit in d. §. ſi quis per 30. prima col. & dominus poteſt probabiliter ignorare geſtum à procuratore. not. glo. ſingulariter in l. ſi res obligata, de lega. 1. quam dixit aut eam Socin. io regola 175. & conſi. 263. in ſecundo vol. & de natura ſeudi pręſcripti, quæ eſt ſine forma, vide dominum Guliel. de Perooio notabilibus feudorum.

SVMMARIVM.

1 *Aſſenſus an poſſit prodeſſe ignoranti.*
2 *Gratia fieri poteſt abſenti & ignoranti, dum tamen ſubſequatur acceptatio.*
3 *Aſſentiendo alienationi rei feudalis Rex non dicitur de ſuo donare: ſed tantùm permittit alium de re ſua diſponere.*

VIGESIMONONO quęro,
1 an † aſſenſus proſit igoorant? Hoc eſt vtile ſcire propter multa, quæ ex hoc inſurgont, tam reſpectu iuris in feudo, quàm propter reuncationem, quæ in-
2 terim occurreret. † tex. in l. Labeo, de iureiuran. decidit ignoranti, & abſenti gratiam fieri poſſe, glo. ibi intell. git per nuncium. & epiſtolam. idem io l. abſenti, de dooatio. & io l. ſi aliquid. C. eo. tito. & io l. generaliter. §. his pręſentibus. C. de rebus creditis. ratificatio tameo requiritur, vel aliqualis ootitia, ex qua quædam acceptatio ioſurgat, vt dicit Roma. conſi. 265. tex. io c. ſi tibi abſenti, de pręben. in 6. & ibi Docto. & io l. qui abſenti, de acquiren. poſſeſſ. aote quàm pars habeat ootitiam de impetratiooe aſſenſus, poſſet cum alio contrahere: quia primus contractus eſt oullus. & oon data ratificatione vel notitia aſſenſus impetrati, oullū eſt ius quæſitum io feudo: vt oot. io d. l. abſenti. quia gratia aſſenſus requirit acceptatiooem ipſius, vt dicitur io d. c. ſi tibi abſenti. & dicit Bal. io l. 1. C. de dona. quòd inſinuatio contractus nō poteſt

fieri

fieri altera parte abſente. cũ ĩ notarij hodie
quando ſtipulantur contractum, dicunt talem
vendere feudum mediante aſſenſu expedito die
tali, ad demonſtrãdum, quòd ipſi habent ratam
1 gratiam Regis, ex qua ipſi contrahunt, & ne li-
ceat venditori reuocare alienationem. de hoc
articulo poſſent plura cumulari, quæ traduntur
in ordinarijs locis, & per dominum Andr. Ti-
raquel. in tract. de conſtitu. vbi pleniſſimè. Ego
autem contrarium dico, q̃ dato aſſenſu ſuper cõ-
tractu, etiam q̃ partes ignorent illum eſſe impe-
tratũ à domino, perfectus eſt contractus, tam re
3 ſpectu reuocationis, quàm iuris in feudo. nam †
Rex verè non dicitur cõferre & donare feudum
eò quia aſſentit; vt requiratur nũcius vel epiſto
la ad quærendum ius ſuper feudo donato, vt dici
tur in l. abſenti, & in alijs locis. ſed magis exequi
tur voluntatẽ contrahentium: vt Andr. dixit in
l. imperia. col. 6. transferri, quod eſt alterius, & non
quod ſuum eſt: & permittit aliũ de re ſua diſpo-
nere. In hoc Rex accõmodat aſſenſum ſuum tol
lendo obſtaculum iuris prohibitiui. iſta ſunt di-
uerſa à vera donatione & collatione. Rex præſtã-
do aſſenſum declarat animum ſuum, vt ille con
tractus perficiatur. animi. n. declaratio poteſt fie
ri parte abſente. vt not. Bar. in l. Pompo. de neg.
geſt. & in l. quo. n. rem ratã haberi, tex. & ibi glo.
in l. Fulcinius, §. quid ſit latitatio, ex quib. cau. in
poſſ. ea. eo ipſo q̃ Rex aſſentit, abſolutus eſt con
tractus, & lex operatur effectum ſuum. magis eſt
quædam indulgentia quæ abſenti quæritur etiã
ſine nuncio: vt no. Bar. in l. fi. C. de ſententiam
paſſis, 4. col. quem ſequitur Alex. in d. l. abſenti.
idem Bal. in l. illud. C. de ſacroſ. eccl. dixit, poſſe
fieri inſinuationem parte abſente. & in l. nec am
bigi. C. de dona. non obligatur ex eo aſſenſu alte-
ra partium ſine eorum conſenſu: vt erat in l.
contraria de actio. & obli. & no. Barba. in c. rela-
tum. 1. col. de offi. deleg. & Soc. conſi. 103. 1. col.
4. vol. Non inſpicimus in hoc partium volunta
tem. ſciant, vel ignorent dominũ conſenſiſſe. ſed
an dominus aſſenſerit. ſicut nec inſpicitur quis
Imperatori loquatur: ſed in quẽ effectus benefi-
cij conferatur, no. Bal. in conſi. 346. Imperator
conceſſit. 1. vol. per tex. in ar. l. cũ pater. §. dona-
tionis, de lega. 2. etiã à ſeruo poſſet hic aſſenſus
impetrari; quia eſt in eo facti. l. vniuerſis. C. de p̃
cib. imper. offer. dicit May. conſi. 76. reuerendiſſi
mi, fi. col. 3. lib. q̃ gratia ſortitur ſuum effectum
à die conceſſionis, & ſecum omnimodam trahit
executionem, etiam q̃ nondum ad manus illius
peruenerit, authoritate Bar. in l. fi. C. de ſen. paſ-
ſis. 3. col. ſicut in ſimili de libertate alicui in teſtõ
tradita, etiã q̃ ſeruus hoc ignoret, per l. eius qui
in prouincia. §. 1. ſi cer. pe. Sequitur Sand. in c. ſi.
col. 5. extra de reſcrip. nobilitas etiam alteri col-
lata prodeſt ignorãti quò ad dignitatẽ, non quò
ad effectum, arg. eius quod dicit gl. in l. priuato-
rum. C. de iur. om. iu. quam ſequitur D. Io. Sanſo
nus in conſuetu. Turonẽſi. fol. 106. col. 2. 7. arr.
erit aſſenſus, aut quædã perſonæ habilitatio, aut
aucis oĩs relaxatio, quę fit ex gratia eius, qui po
teſt facere vtrunque, ſi vult ex plenitudine pote
ſtatis ſuæ. beneficium in re ſua de nouo nõ acqui

rit, nec in aliena conſequitur. ſcientia nõ eſt ne
ceſſaria. ſat eſt dominum voluiſſe. non ergo pot
terit reuocare antequàm ad ſui notitiam deue-
nerit. neque alius potior erit, qui interim cum
aſſenſu cum eo contraheret.

S V M M A R I V M

1 *Aſſenſus an retrotrahatur ad diem contractus ma-*
ximè in præiudicium tertij, cui interim fuit ius
quæſitum.
2 *Aſſenſus non cenſetur præſtitus in præiudiciũ tertij.*
3 *Creditor in feudo ille eſt potior, qui prior impetrauit*
aſſenſum, licet poſterior fuerit in contrahendo. &
ita iudicatum in Conſilio. & nu. 15.
4 *Reſeruatio aſſenſus directi domini non operatur ac-*
quiſitionem iuris ſuper feudo; nec eo obtento tran
ſlationem iuris ad diem contractus: ſed euitatio-
nem caducitatis tantùm, ne dominus videatur of-
fenſus.
5 *Reuocare dicitur primam venditionẽ feudi factam*
ſine aſſenſu, qui ſecundo vendit, vel obligat feudũ.
6 *Donatio facta inter virum & vxorem reuocata cen*
ſetur per aliam diſpoſitionem de ea re factam, vel
per obligationem ipſius.
7 *Reuocatus cẽſetur actus illegitimus per alium actũ*
contrarium etiam illegitimum.
8 *Aſſenſus præſtitus poſt reuocationem factam non*
operatur contra vendentem & alienantem, etiam
ſi in aſſenſu dicatur, non obſtante reuocatione.
9 *Aſſenſus impetratus poſt mortẽ alienantis feudum*
nihil operatur contra hæredem, ſi de nouo non di
ſponat, vel ratificet geſtum per defunctum.
10 *Reuocata cenſetur alienatio feudi ſine aſſenſu per*
mortem ſuperuenientem alienantis.
11 *Actus intermedius repugnat coniunctioni extre-*
morum.
12 *Confirmari nõ poteſt actus nullus, niſi de nouo prin*
cipaliter fiat.
13 *Fictio non operatur in feudis ſine aſſenſu domini,*
nec operatur in præiudicium tertij.
14 *Aſſenſus an poſſit impetrari poſt mortẽ alienantis.*

1 TRIGESIMO quæro, an † aſ-
ſenſus retrotrahatur ad diem
contractus? Afflictus Collector
deciſionũ noſtræ Rotæ, nu. 286.
dicit fuiſſe deciſum in ſacro Cõ
ſilio, q̃ non, per not. per Andr.
in d. l. imperialem. in ea quæſtione, ſi aſſenſus
præcedere poſſit vel ſequi. & hoc vbi vertere-
tur præiudicium tertij, cui eſſet interim ius quę
2 ſitum. cum † Princeps non intelligatur con-
ceſſiſſe aſſenſum in præiudicium tertij, per l.
nec non. C. de emancipatio. liberorum. & eo
tempore quo aſſenſus impetratur, res non eſt
integra. non poteſt ad illud tempus retrotra-
hi. notat Bald. in l. nec quicquam. §. poſt hæc.
ſeptima quæſtione. de offi. cio procon. & Luc. de
Pen. in l. nulli. C. de fund. patrimonia. lib. 11. idẽ
tamen Afflictus in l. conſtitutionem diuæ memo
riæ. 3. q. nu. 51. contrarium tenuit: cum primus
contractus fuit factus conditionaliter reſeruato
Regio aſſenſu, eo poſtmodum impetrato, ad illũ

diem retrotrahitur, per tex. in l. 1. qui potio.
in pigno. habean. & in l. qui prior, & in l. qui
balneum, eo. ti. & alias cotas adducit. ideo potior
debet haberi eo, qui interim cū aſſenſu cōtraxit,
cū ſit poſterior in contractu, & in iure feudali
ex vi retranslationis ad diem contractus, qui eſt
3 anterior huic ſecundo contractui. Primā † ta-
men partem puto veriorē ex ea ratione ſupra al-
legata, nam cum ante impetrationē aſſenſus ſu-
per feudo nullū ſit creditori vel emptori ius
quęſitum, per tex in d. l. Imperialem, & in d. l.
conſtitutionē, ſi interim alius contrahit cū aſſen
ſu, hic debet haberi potior in feudo: quia habet
ſuper eo ius formatū de licentia domini cū vo-
luntate debitoris vel venditoris, qui eo tēpore
habebat feudū liberū, & ſine aliquo nexu. ſi po-
ſtea ſequitur aſſenſus ſuper 1. contractu, domi-
niū feudi non reperitur penes illum, qui aliena-
uit. non poteſt ſuper eo operari, cum non ſit il-
lius alienantis, ſed alterius, per l. ſi ego. §. ſi res.
de iure dotium. & Rex non cogitauit aſſentire
ſuper re aliena ſine eius voluntate, per l. fi. C. de
pactis, hoc excipit, dum dicere cōſueuit, iuribus
curię, & alienis ſemp ſaluis, & ſi tacitè intelliga-
tur, vt in §. ſi quis à Principe. quando conditio
adiecta in primo cōtractu purificatur, non repe
ritur res in eo ſtatu, in quo erat, non poteſt re-
trotrahi. hoc non ex neceſſitate obuenit, vt
erat in d. l. 1. & ī d. l. q. balneū. iſtud retrotrahi eſt
p fictionē iuris. non operatur, quando ſuum ex
tremum non reperit habile. l. bonorum. rem ra-
tam haberi, probatur in l. neceſſariò §. quòd ſi
pendente, de peri. & comm. rei vendi. bonus
textus in l. ſi pactum. §. fi. quemadmo. ſeruitus
am. notat Bar. in l. ſi vxor. §. ſiquis vxorem, de a
dulterijs. plenè Curtius iunior conſi. 76. ſecun-
da col. ſecundo vol. fictio fundata eſt ſuper ęqui-
tate, vt dicunt in l. ſi is qui pro emptore. eſſet mo
dò iniquitas illam in alterius reflecti iniuriam.
lex non vult, neque Princeps hoc fecit. aſſenſus
Regis recepit declarationem à iure cōmuni, vt
in l. ex facto, de vulga. & pupillari. Andr. in c.
1. quarta col. qui ſucceſſo. tenea. ſicut non poſ-
ſet verè fieri, neque per fictionē poteſt permitti.
imputet ſibi qui fuit negligens in habendo aſ-
ſenſu eo die quo contraxit. certus enim erat ſi-
ne aſſenſu nullum eſſe quæſitum ius ſuper feu-
do, & feudum in dominio debitoris liberum
remanſiſſe. poterat ipſe cogitare, quòd ſi in
alium de feudo diſponeret cum aſſenſu, ipſa eſ-
ſet potior. de ſe ipſo queri debet, qui in contra-
ctu non adhibuit ſolemnitatem iuris. lex non
fingit in derogationem tertij: ſed vt proſit con
trahentibus, non vt alijs noceat re non integra,
& ſi paruum momentum temporis effluxerit,
vt firmat Antonius de Fano in tract. pignorum
4. parte, fol. 30. col. 3. & Socin. conſi. 126. 4. lib.
ſecundus præfertur, qui primò habuit aſſen-
ſum ſuper contractu, Albertus Brun. conſi. 96.
1. col. etiam ſi feudatarius vendat vel obliget
ſecundo, ſaluo iure primi, inutilis eſt reſerua-
tio, cum reſeruari non poſſit, quod de iure nō
competit. And. in c. ſi ſacta. 2. col. ſi de feud. fue.
contro. poſuit quęſtionem ad hoc contiguam,

Taurinēſis poſt Ang. in l. epiſtola. §. ſi inter,
de pactis. & probatur in l. ſi cum venderet, de
pigno. actione. Guido Papæ deciſio. 46. ridicu-
lum videretur, quòd vendito feudo illinc ad
decem annos impetretur aſſenſus, qui in con-
tractu fuit reſeruatus. & alius interim contra
xit cum aſſenſu, quò ad hypothecam, vel ha-
buit poſſeſſionem feudi, eſſet ille anterior, &
4 iſte poſterior. Nec † obſtat conſideratio
Afflicti in d. l. conſtitutionem. nam reſeruatio
aſſenſus non operatur acquiſitionem iuris ſu-
per feudo, neque eo obtento retrāſlationem
iuris ad diem contractus, ſed euitationem ca-
ducitatis, ne dominus intelligatur offenſus. ad
hoc tendit illa reſeruatio. cum non poſſint par-
tes hoc facere, quòd aſſenſu impetrato domi-
nium feudi, vel hypotheca ſuper feudo ſit ac-
quiſitum à die initij contractus. hoc non pendet
ab ore ipſorum, ſed ex diſpoſitione legis data vo
luntate domini, qui perficit geſta contrahen-
tium. hoc non eſt transferre dominium ſub cō
ditione, vel dare poſſeſſionem, quòd in re ſua,
& donec ſua eſt, ac durat, ac dum ſub ea lege
transfert, fieri permittitur, vt in l. qui abſenti.
§. 1. de acquir. poſſeſſ. & in l. ſi me in uacuam,
& ibi glo. eo. titulo. Bal. in rubrica, de feudo da
to in vicem legis commiſſorię, & in c. 1. §. hoc
quoque, de ſucce. feudi. poteſt in alium tradi,
nedum ſub conditione expreſſa, ſed tacita, vt
ibi glo. dicit in ver. tradita. & erit vtroque mo-
do conditionalis: vt eadem glo. dicit in l. item
quia, in verbo malè petitur, de pactis. quam
Alexan. ſequitur in d. l. qui abſenti. §. 1. & in con
ſilio 86. 6. vol. & poſſeſſio ſub conditione tradi-
ta, quò ad caducitatem euitandam impedit de-
uolutionem, qui ſic tradit, non delinquit, vt per
Andream in c. 1. §. ſcita. de prohib. feu. alie. per
Fede. & in c. 1. §. præterea, quib. mo. feu. am.
illa ergo reſeruatio non porrigit ſuas vires in
pręiudicium tertij, ſicut nec domino noceret aſ-
ſenſus, ſi eo tempore impetratur, quando ei eſt
feudum apertum, & ipſe ignorat, vt idem ſcri
bit in dicto c. Imperialem, col. 6. quia hoc non
cogitauit, ſed ius vaſalli in alium transferre, ſe-
cundùm Card. in c. 1. §. quid ergo, de inueſti. de
re alie. facta, in l. potior, & in l. qui balneum. cō
ditio fuerat appoſita in re, quæ erat in commu-
ni hominum commercio ſine alieno conſenſu.
& retrotrahitur, quia partes à principio contra-
xerant, & erant obligatæ ſub conditionis ne-
xu. ea purificata ipſis inuitis contrahitur.
non ſic eſt, quando feudum ſine aſſenſu ven-
ditur, licet domini aſſenſus reſeruetur. quan-
5 do † alteri idem feudum vendit, vel gene-
raliter obligat, tacitè reuocare intelligitur
ſuam primam diſpoſitionem, quæ nulla eſt.
argu. C. de dona. inter virum & vxo. l. ſi mari-
6 tus, vbi textus ad literam, quòd † per
obligationem vel venditionem, quę ſit à mari-
to, reuocari cenſetur donatio facta vxori. glo.
ibi dat rationem, ex quo ab initio non te-
7 nuit. & † etiam actus nullus inducit re-
uocationem voluntatis inualide. l. legatum ſub
conditione. §. pater horton, de adim. leg. May.
conſi.

conſi.60.col. 4.4.vol.
Caldcri.conſilio.2.in rub.de offi.vicarij,quòd
tempus in conferendo beoeficium videtur re-
uocare poteſtat.m datam vicario illud conferē
di,not.docto.in c. tuę,de offi.vicarij. *
8 Sed † data reuocatione nihil operatur aſſen
ſus etiam contra ipſum vendentem & alienan-
tem, vt ſupra diximus etiam ſi dominus pręſtitiſ
ſet aſſenſum. non obſtante reuocatione,ſecun-
dùm Paridem de Puteo in tra.de reinteg.feudo-
9 rum,ſol.187.in lib.à penna. And. † idem dixit
io d.l.Imperialem, col. 7. quando aſſenſus poſt
mortem alienantis impetratur, non nocet hæ-
redi. ſi ipſe de nouo nō cenſentiat, vel diſponat.
10 Ratio eſt, † quia per mortem inducta eſt reuo
catio à lege illius diſpoſitioois, quæ erat onlla, do
minio in alium tranſlato. nihil ſuper eo fieri po
teſt ſine noui domini voluntate, per d.l.ſi ego.§.
ſi res. prima diſpoſitio fuit caducata per mor-
tem. erat inualida, erat nulla. noua requiritur di
ſpoſitio, quæ ad hoc vt validetur, debet habere
aſſenſum domini. tempore quo habetur, reperi-
tur ſtatus rerum mutatus, nihil operatur, vt per
11 Bal.in l.ſi.vbi tex C.ad Macedonianū.actus† me
dius repugnat coniunctioni extremorum l.ſi in
ædem.§.ſi pater, rem ratam haberi.& l.cum de
12 accm, de ſolutio. confirmari † non poteſt quod
eſt nullū, niſi vt ex nunc. Bal.in l. falſus.in prin-
cipio.C.de furtis, per l. Aurelius.§. teſtamento,
de libera.legata, per Decium conſi, 220.& con-
ſilio.247.ſecundo libro. Dominus Antonius Pe
trucius in repeti.l. primę, de iureiuran dixit vnū
13 verbum ſuper hoc, quòd † in feudis nihil valet
fictio ſine conſenſu domini:& à die aſſenſus ope
ratur & non vltra, cum de tertij præiudicio per
14 tractatur. quærit † etiam Pau. de Caſt. conſi.
115 lib. primo, ſi ex certa ſcientia poſt mortem
poſſit pręſtari aſſenſus. Domious Loffredus in
c. primo, qui ſuccę. tenea. & ſi operetur contra
aſſeorientem, per Baldum in capitulo donare.
15 dum † eſſet in ſacro Conſilio quęſtio inter cre
ditores pręrendentes anterioritatem temporis,
ſuper terra Montis Saoi, fuit iudicatum pro hac
parte.& excluſi fuerunt creditores anteriores tē-
pore, poſteriores autem in aſſenſu, de quo non
fuit habita ratio.& in quadam alia cauſa, me re-
ferente, fuit idem pronunciatum.

SVMMARIVM.

1 *Aſſenſus an cenſeatur præſtitus per Regem in con-*
tractu, in quo interuenit ipſe Rex, & alij contra-
hentes, vel in contractu geſto in fauorem ipſius
Regis.
2 *Conſenſus patris requiſitus in contractu filij ex for*
ma ſtatuti, an cenſeatur præſtitus in contractu ge
ſto inter patrem & filium.
3 *Fideiuſſor contractus cenſetur approbare contra-*
ctum.
4 *Aſſenſus Regis in alienatione rei feudalis in Regno*
requiritur, quòd ſit ſpecialis & expreſſus, & non
tacitus.
5 *Perſona loquentis vel probibentis non venit in ge*
nerali ſermone vel prohibitione ipſius.

TRIGESIMO PRIMO
1 quæro, an † ſi feudatarius con
trahat pro Rege vel Curia eius,
vel fideiubebat inter contrahen
tes ad inuicem intelligatur pręſ-
ſtare aſſenſum ? tex. videtur
ad hoc in l. Titius. in princi-
pio, quibus modis pignora vel hypotheca
ſoluitur, quòd ſic. de quo Baldus in l. ſi. C. ad
2 Macedonianum. ſecunda colum. dixit, † ſi ſtatu-
tum diſponat, filium obligari non poſſe ſine pa
tris conſenſu. ſi in eodem inſtrumento pater
& filius promittant, intelligitur pater filio prę
ſtitiſſe aſſenſum, allegat tex. in l. is qui hęres.§.
primo de acquir.hæreditate.& in l. quoties, &
ibi Mayn.C.de fideicommiſſis. Aretinus pro ſin-
gulari ſequitor in §. pupillus, col. ſecunda inſti.
de inutili. ſtipula. tex. in l. exceptione. C. de eui-
3 ctio. vbi † fideiubendo contractui, quis cenſe-
tur approbare contractum, notat Bal. ibi, &
in l. venditor. C.de vſucap. pro emptore, plenè
dominus Andreas Tiraquellus de legibus con-
nub. in quinta glo. fol. 219. notat And. in capi-
tulo primo.§. præterea, ſecunda col. quibus mo-
dis feudum amit. quòd fideiubendo contractui
videtur mandare res ſuas pignori obligari, per
tex. in l. ſi gratuitam, in fi. ex quibus cau. pig. taci-
tè contra. Bar. in l. cum pater.§. libertis, de leg.
ſecundo. & in l. prima.§. ſi quis nauem, de exer-
cito. Decius conſilio 16. poſt ſecundum volum.
eo ipſo quòd contrahit, videtur remittere. A-
lexand. conſilio 123. primo volum. Socin. con-
ſilio 61. prima colum. primo libro, & in conſi.
80. tertia col.& conſilio 125. ſecunda col. quar-
to vol. Bologni. conſilio 31. ſecunda colu. idem
Socin. conſi.43. col. quarta, vol. quarto, & in eiſ-
dem locis habentur plures quæſtiones, quæ ad
hunc articulum connecti poſſent. & per Anto.
4 de Fano in tracta. pigno. ſecunda parte. At † pręe
miſſa de iure communi procedunt. in Regno
poteſt eſſe dubium. per tex. in dicta l. conſtitu-
tionem diuæ memoriæ. per quam ſtatuitur aſ-
ſenſum ſpeciali licentia eſſe obtinendum. hic
autem aſſenſus qui reſultat ex ſimultaneo con-
tractu inter partes, vel ex fideiuſſione pręſtita
diceretur tacitus, vt in dicta lege Titius. & in d.
l. exceptione. vel præſumptus, ex his quę ex con-
tractu reſultant. in Regno eſt innouatum per
dictam legem, vt Andreas dicit in §. hac edicta-
li. eſt tradita forma pro impetratione aſſenſus,
vt ſit ſpecialis licentia cum confirmationis de-
creto, quo caſu non ſufficit habere conſenſum
reſultantem ex contractu per interpretationem
iuris, vt firmat Aretinus in l. ſi is qui hæres.
§. finali de acquir. hære. allegat Bal. poſt lon-
gam diſputationem in titulo de reo, in fi. tituli.
pro quo facit textus in l. tertia. de authoritate
tutorum. & quod ſcribit Galial. in l. prima.
pen colu. de verborum obligationibus. & cum
lex Regni in hoc corrigat ius commune, debet
ſpecialiter ac nominatim fieri, vt dicit Ange. in
§. ſi verò expreſſim, per illum tex. in authen. de
triente & ſemiſſe. Roma. in auth. ſimiliter, vlti.
col. C. ad legem falcidiam allegat tex. meliorem

de lore, in l. vlt. C. de Indi. vidu. tol. & in conſilio 75. neſcio qua ex re. per Barba. conſilio 25. col. pen. primo libro. de quo articulo per Areti. Maynum, & alios Modern. in l. prima de vulga. & pupilla. & in l. prætor, col. tertia, de nou. oper. nunciation. Sed illa conſtitutio loquitur, quando inter extraneos, qui adinuicem tractant de feudo alienando, non autem quando inter aliquem ipſorum adeſt Rex vel cu
5 ria Regis in contractu. in † generali ſermone ac prohibitione non venit perſona loquentis. l. inquiſitio. C. de ſolutio. hic caſus non comprehenditur ſub lege Federici. omiſſus eſt, remanet ſub diſpoſitione legis antiquæ, argum. l. commodiſſime. per quam legem fiet interpretatio legis nouæ. ſecundùm glo. in authen. offeratur. C. de litis conteſta. eo ipſo quòd Rex vel curia eius eſt in contractu, videtur inter ipſas partes relaſſare obſtaculũ iuris, & conſentire obligationi ac diſpenſationi feudorum, ad hoc vt contractus partium perficiatur. Sandęus in c. nonne. de pręſumptio. & ibi Barbatia col. tertia, & in capitulo cum nuncius. ſi. col. de teſtibus, hoc nõ decidit lex Federici, nec exprimit, debet intelligi, vt verba ſonant, quando ſcilicet partes contrahunt alienando & commutando feudum. hæc lex debet reſtringi, ne lædat nimium ius commune. l. ſecunda. C. de noxalibus, ſecundùm quod ſufficit tacitum habere aſſenſum, vt in d. §. hac edictali, & ibi glo. non conſiderauit Federicus conditor illius legis ſpecialem aſſenſum obtineri, quando Rex vel curia eius eſt in contractu partium. niſi dicas habere locum, vbi tractatur de fauore Regis, vel ſuę curiæ, vt in ſimili, Ioann. Andreas notat in c. qui tacet, col. ſecunda de reg. iur. in 6. verſi. ſecundum. de epiſcopo emente res eccleſię alienari prohibitas vt eo ipſo videatur ipſe dare licentiam vendendi, per tex. in dicta l. Titius. ſequitur Abbas in capitulo cum in veteri. colum. tertia de electio. & in capitulo cum dilectus, primo nota. de conſuetudine. plenè nota. in l. prima de authori. tutorum, ſecus vbi eſſet illi dãnoſum, vt non videatur legem tollere ex ratione expreſſa in ea, ne fiat feudorum diminutio, præſumere conſenſum, vbi viget damnum, non eſt ferendum, ſi ad id principaliter non ordinatur. retorqueri non debet in odium, quod inductum eſt in fauorem, per regulam legis, quod fauore. C. de legibus. Verius puto, legem Federici non comprehendere hunc caſum. quando in contractu partium adeſt Rex, vel eius curia vt eo ipſo intelligatur pręſtari aſſenſus, qui reſultat ex contracto, & ſi ſpecialiter non impetretur, & non eſſe neceſſarium ſpecialiter obtineri.

S V M M A R I V M.

1 *Creditor ſecundus ſoluens primo creditori habenti feudum obligatum cum aſſenſu, an ſuccedat in locum primi ſine alio aſſenſu.*

2 *Mutuans pecuniã pro emendo feudo, vel pro obtinẽda inueſtitura, an habeat ipſum feudum obligatum ſine aſſenſu.*

TRIGESIMO SECVNDO quæro, an † ſecundus creditor
1 ſoluens priori creditori habenti feudum obligatum cum aſſenſu ſuccedat in ius illius ſine alio aſſenſu? Dominus Paris in tra. de reintegra. feudorum, verſi. quia communiter, fol. 160. in libro à penna, tetigit hanc queſtionem, & videtur tenere quòd ſic, ex nota. per Bal. in capitulo primo, de vaſallo, qui contra conſtitution. Lothar. feud. alienauit. ratione antecedentis debiti, quod eſt cum aſſenſu, arg. tex. in l. ſi ſeruum. §. item ſi homo, de verborum obligationibus, & in l. peto. §. prę
2 dium, de legatis ſecundo. ideo † dicit ipſo, quòd ſi vaſallus emit feudum a domino, & prætium ab alio mutuò recepit, quòd poterit feudum illi creditori obligare ſine alio aſſenſu; allegat Iacobum Ardizonum in ſumma, & tex. in §. optimum: in authentico de exhiben. reis, & dicemr ſuccedere in locum primi, ſecundùm glo. in lege pater filium, in principio, de lega. tertio. bonus tex. in l. ſi pupillorum. §. fina. de rebus eorum. & ſi pro obtinenda inueſtitura feudi obligaſſet feudum, vt ab alio reciperet pecuniam, quæ poſtea domino ſoluta eſſet, eandem opinionem alio non addito tenet Afflictus in dicto capitulo Imperialem, colum. quinta, numero 53. cum ſequentibus, & etiam dominus Ioannes Blancus in ſumma, in titulo quibus modis feudum amittatur, col. trigeſima verſic. ſed pone, quòd dominus. & ſic videtur hic creditor ſuccedere in locum primi, iuxta notata in l. prima. C. de his qui in priorum creditorum locum ſuccedunt. & in l. Ariſto. & ibi gloſ. & Barba. quæ res pignori obligari poſſunt. Sed ego contrarium puto eſſe de iure verius ex his, quæ in ſuperioribus diximus. nam licet vaſallus pro præſtando ſeruitio ſuo domino in caſu à iure permiſſo poſſit obligare vel pignorare feudum: non tamen ſequitur, quòd alteri creditori poſſit cedi pignoris obligatio ſine aſſenſu domini, quamuis dominus non grauetur in feudo in maiore ſumma. intereſt domini magis ab vno, quàm ab alio ſuum feudum poſſideri iure creditoris, argumen. tex. in l. cuius. §. fructuarius & l. vſumfructum nouum, de vſufructu. eo ipſo quòd diſplicet, fit deterior conditio feudi, per l. ſi. de vſu & habi. quam allegat Ioannes Blancus in dicto loco. & licet feudum non alienetur ex toto per venditionem, vel adiucationem, citius forte eſſe recaſurum feudum ad dominum magis vno poſſidente, quàm alio. hoc intereſt. Nec obſtant tex. & iura in contrarium allegata. nam procedunt vbi aſſenſus eſt realis, & præſtitus ſuper re, quę durat alienabilis propter primum conſenſum, vt in dicta l. ſi pupillorum. §. fina. vel ſi ſuper re eccleſiaſtica alienanda eſt ſolemnitas adhibita, ſecundùm Bald. ibidem & notat Alexand. in l. etiam. ſoluto matrimonio, vel in re pupilli obliganda, vel ſi ſine decreto obligata

eſt

eſt alteri, qui priori creditori pecuniam exol-
uit, nec grauioribus vſuris ſortem accepit tutos.
non fit deterior conditio pupilli, quia prætor
ſuper re diſtrahenda vel obliganda decretum
interpoſuit. ab vno vel ab altero res pupillaris
poſſideatur, non intereſt ſua, ſi habuit pecu-
niam neceſſariam pro ære alieno exoluendo,
hoc intereſt. ſecus eſt, vbi perſonæ præſtatur li-
centia vel aſſenſus. illam non licet tranſgredi, ar.
l. cum prætor, de iudicijs, iſta eſt relaxatio iu-
ris prohibitiui, quæ non poteſt excedere ſuos
limites. perſona habilitatur ad contrahendum,
vel à lege vel ab homine, cum alia perſona limi-
tata & certa. poſt vbi ille contractus eſt conſum-
matus, quia pecunia eſt mutuata & domino e-
xoluta, extincta eſt licentia, ne vlterius fiat com-
mutatio de perſona ad aliam perſonam, quia
per indirectum fieret diminutio feudorum, &
domino pararetur præiudicium. lex non ſupplet
longiorem aſſenſum, vt intelligatur eſſe per-
petuus, quia hoc non dixit. neque licet allegare
caſus priuatorum, qui alia regula & ratione ter
minantur. non eſt bonum argumentum argue-
re ab his, quæ ſunt priuati iuris, ad ea quæ ſunt
iuris publici, & publicam reſpiciunt vtilitatē.
hæc valde diſſimilia ſunt, & in diſſimilibus
diuerſum ius ſtatuitur. nec refert an pignus,
vel obligationem cedat primus creditor, vel
idem debitor, cum vtrique ſit inhibitum ex
commutatione perſonæ, quæ fit. & lex pro-
hibet omnem alienationem & obligationem,
& pignoris dationem. in Regno etiam feudum
amittitur, ſi illud alteri pignori traditur ſine
domini licentia; niſi ipſemet debitor reuocet pi
gnoris dationem, & feudum rehabeat. lex Fe-
derici in Regno nihil noui diſponit præter ius
feudorum, niſi hoc. reſtringit tamen caſus
alios de iure permiſſos. Cogitabam autem di-
ci poſſe pro authoritate dominorum Paridis,
& affinis mei, quòd poſſit alteri pignori dari,
quod pro pignore datum eſt pro domini ſerui-
tio, vel in caſu permiſſo. ex quo lex interpoſuit
aſſenſum, cuius natura eſt, vt duret perpetuò,
ar. tex. in capitulo primo. §. & ſi clientulus, de
aliena. feudi, inſpecta origine quæ erat licita ab
ipſo initio: & magis quodam fauore domi-
ni, pro habenda illa pecunia quàm ipſius va-
ſalli, qui pignorauit, & mitius cum lege agi-
tur, quàm cum domino, ſi verum eſt hoc,
magna eſt ampliatio pro aſſenſu Regis, quod à
nemine tactum lego.

S V M M A R I V M.

1 *Aſſenſus Regius præſtitus ante venditionem factā an validet ipſam venditionem, in qua fuit dictum mediante aſſenſu impetrando, poſtquam erat impetratus.*

2 *Actus, qui expediri poteſt virtute priuilegij, ſi illud fiat ſine nomine, & authoritate priuilegij, non cenſetur ex cauſa priuilegij factus. & ideo non tenet actus, quia videtur priuilegio renunciaſſe.*

TRIGESIMO TERTIO
1 quæro, ſi † ſit venditio feudi
reſeruato Regio aſſenſu impe-
trando, qui erat iam impetra-
tus à Rege, an ille aſſenſus va-
lidet alienationem factam? Qui
dam eruditus dicebat quòd non, quia cum vo-
luit contrahere ſub aſſenſu impetrando à Rege,
neglexit iam aſſenſum impetratum: eo impe-
trato noluit vti, dum dixit ſe vendere ſub aſſen-
ſu impetrando. ſuccedet regula. l. multùm inter
eſt. C. ſi quis alteri vel ſibi. quod potui nolui,
qđ volui adimplere nequiui. forte primus aſſen-
ſus nō erat validus quò ad oia, & minus contine
batur in eo, quàm erat in cōtractu, vel ſi qua alia
coniectura ſumi poteſt, quare de eo aſſenſu par
tes noluerunt rationem habere, dum perfece-
runt contractum. pro hoc facit, quòd in con-
tractibus voluntas contrahentium inſpicitur,
non quid conſiſtat in ſubſtantia contractus, vt
ſcribunt Moderni in l. prima. §. ſi quis ita, de
verbor. obliga. & notat Afflictus in capitulo. 1.
§. item ſacramenta, in tertia glo. quarta col.
num. 33. cum ſequentibus, de pace iura. firma.
2 quòd † ille qui poteſt facere aliquem actum
virtute priuilegij, ſi hoc non exprimit, actus nō
tenet, quia videtur renunciare illi priuilegio cū
non exprimat facere ex ea authoritate. plura ad
hoc allegat. idem dixit Rom. conſi. 446. primus.
& quod notat Abb. in c. quod autem, de iure pa
tron. ꝙ ſi quis habet ius in re, puta vſumfructū,
& donat cū animo rem ipſam donandi totam,
& hoc exprimit, nō valet donatio quò ad vſum
fructū, cum expreſſerit rem totam velle donare.
ſequitur Sandæus in capitulo cum ex officij.
decima columna, extra de præſcription. & in
capitulo cum ſuper, tertia columna, de offic o
delegati, Barba. conſilio 48. decima colum. ſe-
cundo libro, cum venditor dicit vendere cum
reſeruatione aſſenſus à Rege impetrandi, iam
declarat ſuam intentionem, quomodo vult
contrahere, & qualiter rem ſuam intendit di-
ſtrahere in ipſum emptorem: cum contrahēti li
bet ſibi dicere, quomodo vult. liberum eſt ſibi fa
cultate iuris vti ad vtilitatem ſuam ſi vult, ſe-
cundùm Bal. & alios in l. quod fauore. C. de legi
bus. per l. ſi iudex circumuento, de minoribus.
quòd ipſe voluerit contrahere ſub aſſenſu im-
petrato, hoc non dixit, & omiſit. ſolemnitas o-
miſſa cenſetur reiecta & omiſſa. Bal. Paol. de
3 Caſtr. & alij in l. cū quis. C. de iuris & facti igno
ran. idem notat Bar. in l. ſecunda, de militari
teſtamen. de eo qui poterat contrahere vt tu-
tor, & vt priuata perſona, & in l. ſi poſt mor-
tem. §. primo, quando ex facto tutoris. &
quando fit compromiſſum in aliquem vt ar-
bitrum, & arbitratorem, & vno modo proce-
dit, quòd non valet, Bar. in l. ſi dominium, de
furtis. Specula. in titulo de arbitris. §. ſequitur,
verſi. ſed quid, Moderniores in tract. de arbitris
ſecunda parte. & quòd notat in Bar. in ſua quæ-
ſtione 14. de eo qui habebat arbitrium ſuper
abundantia, & proceſſit ex authoritate ſui offi-
cij. notant Bal. Moderni, & alij in l. ſi Rufi-

nur. C. de militari teſtam. vbi in actu concurrunt duæ regulę, vna permiſſiua, alia prohibitiua. tex. eſt ibi, & in l. prima. §. editio. de edē. Anto. de Butrio in c. cum G. perpetuus, de fide inſtrumento. & plenè Moderni in dicta. l. ſi Rufinus, in contractibus non procedit regula, vt actus valeat eo modo, quo valere poteſt, vt not. per ſcribentes in dicto. §. ſiquis ita, vbi plura ſimilia ponuntur. Dicebam ego in hoc articulo diſtinguendo duos caſus. Primus eſt, quando certum eſt, partes voluiſſe contrahere ſub aſſenſu impetrato, & ſub ea licentia perficere eorum contractum, & ſtamus certo, cum eis hoc licuerit facere, & in eorum facultate erat, non vti gratia conceſſa à Rege. l. ſiquis in conſcribendo. C. de pactis. expreſſa non admittunt coniecturas, vt in l. continuus. §. primo, de verbo. obliga. Si hoc agunt partes, hoc exprimunt. ſequenda eſt voluntas contrahentium, nec erit curandum de aliqua nullitate contractus, vt dicitur in dicto. §. ſiquis ita. via, quam partes elegerunt, ſequenda eſt. illis pateat. & procedit regula, de qua ſupra, qđ potui, nolui. & tex. in l. 3. §. in eum, de admi. rerum ad ciuitatē perti. & alia etiam ſupra allegata. neque etiam fiſcus poſſet hoc allegare, nec prætendere, cum partes principales hoc nolunt, neque egerunt fraudem fiſco committere. Rex præſtitit aſſenſum ſuper contractu celebrando. fauor fuit partium, non debet in eorum odium retorqueri. l. quod fauore. C. de legibus. Secundus caſus eſt, quando non eſt certum, neque clarum, partes ſub priore aſſenſu contrahere noluiſſe, ſed contractus fit ſub reſeruatione aſſenſus impetrandi, qui tamen non fuit poſtea impetratus. aſſenſus primò impetratus ſufficiens eſt validare contractum, per regulam. l. ſi miles, qui deſtinauerat, de militari teſtamen. quia non eſt credēdum partes id elegiſſe, per quod ipſarum iudicium impugnetur, vt in capitulo cum ſuper abbatia, & ibi glo. de officio delegati. ſumenda eſt ea coniectura, vt valeat contractus, & non vt aliquo euentu annullari poſſit, vt notat Bar. in l. ſed an inutilis, de acceptilatio. licet reſeruetur aſſenſus impetrandus, neque de eo qui fuerat obtentus fiat mentio in contractu, non eſt ex hoc arguendum, ergo partes renunciauerūt illi gratię & aſſenſui, qui perficit contractum. forte potuit notarius omittere per errorem, vel ſuper eo non fuit cogitatum, vel non credebant eſſe obtentum; cum ſunt variæ coniecturæ 1
pro vtraque parte, ea capienda eſt, quæ ſuſtinet actum, vt not. in d. §. ſiquis ita. prę̨ſertim quando ex actu nullo poſſet ſequi pœna, vt eſſet in alienatione feudi ſine aſſenſu, & facta eſſet traditio feudi. ſi partes reſeruauerunt aſſen- 2
ſum impetrandum, forte fuit gratia dubitationis tollendæ vltra alium aſſenſum, qui fuerat impetratus, hoc ad cautelam, quæ superabundans nocere non ſolet. Satis videretur in- 3
uerisimile eos neglexiſſe aſſenſum, qui difficultet, & cum labore. & impenſa obtineri ſolet. ar. l. cum de indebito. nemo ſani capitis iſta ſibi perſuadere poterit, vt dicit Vlp. in l. ſi ita quis, de euictionibus, neque procedet argumentum ex voce futuri temporis, vt excludat prę̨ſens. quia hic non tractatur de augenda obligatione ſed de contracta obligatione ſuſtinenda, quod eſt ſatis diuerſum, & ceſſat ratio. l. ſi cum ſtipulamur, & l. ſi de colono, de verbo. obligatio. neque dicamus, quòd in l. ſi miles, erat priuilegium clauſum in corpore iuris, quod forte eſt potentius eo, quod eſt extrauagans, & non incluſum in corpore iuris; quia hęc non eſt ratio deciſionis illius legis, ſed ea, quia non erat veriſimile, militem ibi id elegiſſe, per quod ſuū iudicium ſubuertatur. quę ratio procedit etiam in pagano contrahente, vt videatur id facere, quod impugnari non poſſit, cum in hoc non vertatur præiudicium tertij, neque extrinſecus intellectus ſubaudiatur ex alia perſona, vel ex alio iure, quod forte lę̨deret contrahentes, vel tertium, ſi alius aſſenſus non superueniat, partes ex poſteriore euentu iam declarauerunt illam reſeruationem fuiſſe appoſitam ad cautelam, & vt ſuperflua tenenda eſt. veluti ſi in contractu diceret, vel in ſtipulatione *Arma virùmque cano.* quid enim, ſi illa reſeruatio poſita non eſſet, & aſſenſus iā erat impetratus, & de hoc nihil diceretur in contractu? nemo fateretur, nullum eſſe contractum, habita iam licentia, quę forte partibus eſſet incognita, vt diximus in ſuperioribus. vna præſumptio tollit alteram. l. diuus, de reſtitu. in integr. quando ſuper contractu poſtea fuiſſet aſſenſus impetratus, & nihil eſſet dictum de priore, iam videretur receſſum ab eo. vbi duo iura concurrunt, & eodem tempore, & vnus facit actum ex vno iure, vel vbi poteſt facere aliquis ex perſona ſua & alterius, & exprimit ſuo, vel alterius nomine facere, vel de iure communi, & de iure ſpeciali, & vnum eligit, procederent contraria. at hic Regis non intereſt, quia aſſenſum ſemel prę̨ſtitit, neque cogitauit ad futuram partis reſeruationē, quę poterat ſine alio aſſenſu perficere contractum, eo trahentes etiam in aliquo non læduntur data firmitate cōtractus. ſi aliqua partium diſſentire vellet, vel venditor à contractu recedere reuocando alienationē, cauillatio eſſet & aperta iniquitas, obuiandum eſt enim malitijs hominum l. in fundo, de rei vendica.

S V M M A R I V M

1 *Feudatarius tenens feudum aliquod à Barone immediate & in capite mediāte aſſenſu Regis, in quo ſimiliter dicitur immediate & in capite à Regia Curia, cui debeat prę̨ſtare releuium & alia ſeruitia.*

2 *Releuium & alia ſeruitia vel adoa cui debeat præſtari à feudatario, Baroni à quo habuit feudum, vel Regia Curia à qua impetrauit aſſenſum, ita quòd habeat in capite à Regia Curia.*

3 *Subfeudatarius, qui impetrauit ſubfeudum à Barone in capite, & impetrauit aſſenſum à Regia Curia ſimiliter in capite, an debeat priuari ſubfeudo, quaſi nulla ſit conceſſio ex diuerſitate aſſenſus & conceſſionis.*

4 *Aſſen-*

4 *Aſſenſus Regius ſi nõ ſit conformis conceſſioni ſub feudi conceſſi per Baronem, an reddat conceſſionem nullam.*

5 *Reuocare an poſſit Baro conceſſionem feudi à ſe factam ſub prætextu, quòd aſſenſus non fuerit formiter impetratus. ſcilicet cum conditionibus in conceſſione appoſitis.*

TRIGESIMO QVARTO
1 quæro, quidam† magnus Dux & Dominus habens plurima Oppida & Caſtra non ſolita in feudum concedi, volens ſuum alumnũ propter innumera ſeruitia ſibi ab eodẽ præſtita beneuolo officio proſequi, eidem aſſignauit vnum, aut plura Caſtra pro ſe & hæredibus ſuis ex corpore legitimè deſcendentibus recipienti in feudum. ita quòd eũdem Ducem & ſuos hære. & ſucceſſores in dominum recognoſceret immediate & in capite, & eidem præſtaret vt domino ſuo immediato ratione illius Caſtrum in feudum conceſſi, iuramentum fidelitatis, ſeruitia, releuium, & alia quæ ex regula & natura feudi debentur. hic feudatarius vadit ad Regem pro obtinendo aſſenſu in hac conceſſione. Dominus Rex vel eius Prorex præſtat aſſenſum huic gratiæ & conceſſioni factæ per Dominũ Ducem. ita tamen quòd hic conceſſionarius Caſtrum prædictum à Domino Rege teneat immediate & in capite, & nullum alium in prædicto Caſtro in feudum conceſſo in Dominum recognoſcat. & ſub hac forma obtinet priuilegium expediri a Regia cancellaria. poſtmodum feudatarius tenens Caſtrum decedit relicto filio hærede, & Curia Regis vult ab
2 eo releuium. Dominus † qui conceſſit in feudum pro releuio vult ab hęrede medietatem fructuum, & orta eſt contentio inter Regem, & Dominum Ducem concedentem, cui releuium de-
3 beatur. & † ſimiliter vult Curia Regia exigere adhoa, & ſeruitium Dominus concedens prætendit ſibi præſtari, quia ſub hac lege dedit. uel
4 † pone quòd Dominus, qui conceſſit, videns aſſenſum non concordem dationi factæ per ipſum: vult reuocare conceſſionem veluti nullã:
5 quia † prætendit aſſenſum minimè valere: & dominium Caſtri non receſſit ab eo, niſi quatenus Rex ſub ea forma præſtiterit aſſenſum, ſub qua ipſe tranſtulit Caſtrum in conceſſionarium, quęritur an teneat conceſſio ſub hoc aſſenſu, & ſi poſſit cenſeri nulla? Frequens eſt hęc quæſtio, & ſæpius vidi dubitari, nec legi Doctorem Regni, qui ſub hac ſpecie aliquid ſcripſerit. videtur aſſenſum poſſe dici validum: quia cum Regi ſit dictum, Baronem conceſſiſſe in feudum cum ea forma, quòd feudum illud teneatur in capite a Barone: & Rex vult, quòd Regia Curia vt domina recognoſcatur, nihil poteſt huic conceſſionario imputari, neque ipſe Regi aliquid obrepſit tacendo, vel exprimẽdo ſubrepſit, quę duæ ſunt cauſæ, ex quibus aſſenſus irritatur, vt not. in capitulo ſuper literis, de reſcriptis. expreſſit id, quod eſt geſtum & firmatum inter ipſum & concedentem. ſi Curia alterat formam conceſſionis, ſibi non poteſt aſcribi. item dicit conceſſionarius, quòd ex quo pro illo feudo Baro eſt feudatarius Regis, licet ipſe recognoſcat Regẽ, vt ſuum dominum, non poteſt de culpa damnari, quòd eundem non recognoſcat: cum recognoſcat illum, qui eſt ſuus dominus directus. Tertiò dicit, quòd Baronis in hoc nihil intereſt quia cum ipſe debeat ſoluere releuium & ſeruitium, quando imponitur, tanto minus Regia Curia exigit ab eo propter Caſtrum alteri donatum in feudum, cum præſtatio ſeruitij. ac etiam releuium ſit pro rata feudorum & fructuum, & iſtud onus ſeruitij reſpicit poſſeſſorem, vt no. in cõſtit. ſiue reale. & per Andr. in capit. primo, in verbo facit commentum, de prohi. feud. alie. per Lotharium. & in capitulo primo. §. firmiter, de prohi. feud. alien. per Federicum. in hoc non eſſet in damno, cum curia Regis exigat quodammodo ab eo poſſeſſore, vt debitore ſui debitoris propter onus rei iniunctum, vt in l. fi. C. ſi propter publi. penſi. dicit feudatarius, ego volo te vt dominum agnoſcere & reuereri, ac tibi iuramentum fidelitatis præſtare, tua non intereſt, ꝑ Curia Regis exigat a me, quod tu illi eſſes ſoluturus, mutua quadam compenſatione habita inter caſus qui occurrere ſolent. item feudatarius obijcit habuiſſe aſſenſum illi donationi in feudum factę. licet Rex in eadem gratia aſſenſus reſtringat gratiam donationis in feudum, præter voluntatem concedentis, nõ debet viciari, ſed ſuſtineri in eo, quod placuit Regi, ſcilicet aſſentire illi donationi & conceſſioni in feudum factę. cum vtile non vitietur propter inutile, vt not. in capitulo prim o. §. profectò, de lege Corradi. & in capitulo primo. vbi caſus, de allodijs. & notat Andr. in capit. primo. §. pręterea, de proh. feud. alien. per Federicum, in ſecunda col. & hęc regula habet locum in feudis, vt diſcutit Curtius in tract. feud. in prima parte, in 6. quæſtione, vnum eſt ab alio ſeparabile, & etiam in vtroque ſuſtineri: cum feudatarius paratus ſit eũdem vt dominum recognoſcere, ipſe debet a Rege hoc obtinere, poſſidens, ac offerens fidelitatem, ſeruitium, ac releuium non debet a poſſeſſione recedere ob id, quod non placuit domino Regi aſſignare illum ut feudatarium, ſi per ipsũ nõ ſtat. debet a Rege procurare, vt Rex aſſentiat iuxta voluntatem ſuam. ſi eſt paratus utrunque recognoſcere, & vtrique ſeruire, uterque conſequitur intentum ſuum, & Curia Regis & Baronis concedentis neuter eſt in damno, & vtrique conſulitur. At pro Barone concedente videtur, quòd cum ipſe conceſſerit ea lege, vt recognoſcatur dominus feudi immediate & in capite, aſſenſus vitietur, veluti non conformis dationi factę per ipſum, vt cum Rex præſtando aſſenſum, nõ dicatur per ipſum feudum concedere, niſi quatenus voluntas Baronis concurrit, ſecundùm Andream in præallegata l. Imperialem. columna 6. in eodem feudo a Barone poſſeſſo, dum etiam in alium vult transferre, nihil poteſt facere præter voluntatem ſuam, vt Andreas dicit in capitulo primo, ſexta columna, de controuerſiis feud. apud pares termin. argumen. text. in l. fina

C. de

C. de pactis. ſi Rex non aſſentit datiōni factę in feudum eo modo quo facta eſt. non dicitur in eo contractu intereſſe aſſenſum, ex quo non acceſſit iuxta voluntatem concedentis, qui eo modo conceſſit, & aliter non conceſſurus, ar. tex. l. cum te. C. de pactis inter emptorem & venditorem. vnica eſt conceſſio, & ſub vna ſerie & regula, niſi ſic Rex aſſenſerit, irritatur in totum, arg. text. in dicto capitulo primo, §. profectò, de lege Corradi. conceſſio eſt indiuidua ratione voluntatis, vt habetur in l. prima. §. ſi ſtipulanti, de verborum obligationibus, notat Bartol. in l. grecè. §. primo, de fideiuſſo. aut in totum irritatur, aut in totum ſuſtineri debet. Dominus Baro qui vno modo dedit & rem ſuam in alium tranſtulit, non debet decipi, cum eam potuerit apponere conditionem tradendo, quam voluit l. prima. C. de dona. quæ ſub modo. & in l. in re mandata C. mand. ſi conditio in re ſua adiecta non purificatur, dominium non recedit ab eo, cum eatenus voluerit dare, quatenus ipſe remanſerit dominus immediatus & in capite. ſi Regi non placet eo modo præbere aſſenſum, quo ipſe dat, conceſſionarius non debet alio modo & alia lege recipere ſed ſequi voluntatem dantis. cōtemnit quodammodo dominum, qui legem appoſuit, quam ipſe ſpernere conatur. inſpicitur intentio dantis, arg. l. qui mihi donatum, de donationibus. illa qualitatis alteratio eſt maximè prę iudicialis intentioni concedentis. non poteſt in aliquo valere contra eum, qui certam & determinatam legem dedit tradendo rem ſuam. eſt directò contra voluntatem dantis. non debet in aliquo ſuſtineri cum domini intereſſit, argumen. text. in l. fundi venditor, de actio. empti. videtur tex. in §. in emphyteuſim, in authentico de nō alienandis. datio in feudum eſt donatio, ſecundùm Andream in capitulo primo. §. ſed nec eſt alia iuſtior. col. ſexta, quę ſit prima cauſa benef. amit. ſed non ſimplex, ſed ob cauſam. ut ipſe idem dixit ibi, cauſa non ſequuta irritatur, toto titulo de condictione ob cauſam. ſiue ſit modus in exordio non ſunt idem in reſolutione, ac in effectu ipſorum in vnum cōueniunt, ſecundùm dominum Blaſcum Lanceam Siculum, in repeti. capituli volentes. col. 46. qui impugnat opinionem Andr. ibi. & in §. præterea. æquiparantur lex, & pactum contrahentium. l. fin. C. de fideiuſſo. Bal. dicit in l. fi. C. de reuoc. donatio. conceſſionem feudi cōditionalem eſſe propter pacta in datione adiecta, ſi ea non ſeruantur, ex lege contractus euaneſcit conceſſio. per l. quæro. §. inter locatorem. locati. ſępe hoc Andreas repetit in lecturis. ſed nulla eſt magis principalior obligatio, quæ deſcendit ex datione feudi, quàm concedentem vt dominum tenere, reuereri, & recognoſcere, vt in dicto §. ſed nec eſt alia iuſtior. lęditur dominus cum pro ſuo dominio alius veneratur. culpa eſt, vt not. in capitulo vaſallus, el primo ſi de feudo fuerit controuerſia. videtur quodammodo negare dominum, qui de feudo alium recognoſcit. Guido Papę deciſione 236. in fin. Abbas conſilio tertio, libro ſecundo. Taurinenſis in verbo qui quidem inueſtiti promiſerunt recogneſcere, tertia columna. ſicut de clerico, qui obtinet beneficium ab Epiſcopo, licet a ſuo ſuperiore recognoſcat, per Taurinenſem in l. ſingularia, columna ſecunda. & per Egidium conſilio 33. ver. ego verò. donatio, & feudum paria ſunt, quò ad ingratitudinem, ſecundùm Andream in dicto §. ſed & qui delator, columna fin. & in §. porrò. Bal. in conſilio 118 ad euidentiam præmittendum eſt, primo volumine, dicit cauſam eſſe iuſtam priuandi vaſallum, cum alium pro feudo agnoſcit dominum. & Abba. in capitulo cum olim. de re iudicata. Marſilius in l. prima. §. cum quidam, num. 20. de quęſtio. ex parte ante delinquit, quàm ex poſt qui reſiſtit intentioni concedentis. alię culpæ veniunt ex poſt facto. hęc eſt ab initio ac ex propoſito, & ſcienter incurritor, cum de qualitate reformante gratiam Baro concedens non eſt certioratus. duplex eſt in eo culpa, & in recognoſcendo ac demum tacendo voluntatem Regis, de qua ſi fuiſſet informatus, obſtitiſſet ex tunc, & non permiſiſſet poſſeſſionem feudi ad conceſſionarium peruenire, tutius fuiſſet incumbere rei, quàm vendicare. ſi conceſſionarius peteret, exciperet de nullitate gratię ob defectum regij aſſenſus, qui non eſt cōformis dationi factę per ipſum. ea lege dedit feudatario, ut ab eo teneat. modò interuertit domino poſſeſſionem dum ab alio recognoſcit, & ipſum vult vt dominum venereri, & ea tradere, ad quę vaſallus aſtringitur. videtur quodammodo dominum cōcedentem ſpoliare & priuare ſuo vtili dominio cui daretur interdictum. l. ſi quis cōductionis. C. locati. nec refert Regem recognoſcere, qui eſt directus dominus ſui dominij. illud vtile, quod cōcedit, pręfertur directo, ſecundùm Andream in 2
capitulo primo, de inueſti. de re aliena facta. & in capitulo primo, ſecunda columna, de capi. Corrad. in eo vtili ipſo inuito nequicquam a Rege ſine iuſta cauſa ſtatui poteſt, per l. id quod no- 3
ſtrum, de regulis iuris. Si Baro conceſſiſſet feudum, & illius naturalem poſſeſſionem tradidiſſet, & contra vaſallum ipſe ageret pro auocan- 4
da poſſeſſione feudi ob nullitatem tituli, excipiet poſſeſſor de cauſa retentionis ipſius: vt quia dominos habuit pro inueſtitura pecuniam: vel 7
propter multa merita feudum cōceſſit. feudum eſt loco mercedis ipſorum, ar. l. Titius puerum, de obſeq. patro. præſta. bonus text. in l. ſi pater. §. primo, de donatio. non reſtituit feudum, niſi ſit ſibi de ſeruitijs ſatisfactum pro concurrenti valore feudi. tanti videtur æſtimaſſe ſeruitia pro quanto conceſſit, argumen. l. meritò, pro ſocio & in l. iuſta, de manu. vindicta. videretur durum feudatarium carere feudo, & irremuneratum ſiſtere. vel contra dominum actionem moueat, datur retentio feudi contra eum, licet contractus nullus eſſet, ſecundùm Cardi. in capitulo licet. ſi de feu. fuerit contr. on. in gl. conſtitu. reg. conſtitutionem diuæ memoriæ. ex mutua compenſatione naſcitur actio, pro qua etiam oritur exceptio, ex no. per May. in l. ex hoc iure, de inſti. & iur. & per. domin. Andr. Tiraquell. in repeti. l. ſi vnumque, ex arbitrio boni iudicis pendet

det hoc dirimere quantum ſit pro merito & ſeruitio aſſignandum. ſi forte re ſic exiſtente culpam committeret, & omnia feuda ad curiam Regiam deuoluantur, capit omnia feuda curia ſuo iure ex contractu deſcendente ob defectum conditionis & pacti non obſeruati. non receſſerat dominium vtile à Barone concedente. non accedente aſſenſu, ſecundùm ſuam voluntatem. nullitas eſt ex defectu voluntatis ſuæ non adimpletæ, actione perſonali non teneretur, cum nõ ſit hæres Baronis, ſed ſucceſſor in re ſua. actio daretur contra alium in allodialibus pro reſtauratione meritorum. ſecundùm iſtam partem audio fuiſſe determinatum in Camera. quid autem ſi feudatarius vellet vtrunque onus pati, & vtrique ſeruire, cum modo non interſit?eſſent multa dicenda pro vtraque parte, quæ peritioribus aperta ſunt, ipſi diſcutiant & decidant. Hæc pro materia aſſenſus, alia colligũtur ex progreſſu operis. Marino Freccia Pro præſ. ſac. Cõſi. 30. Maij. 1554.

S V M M A R I V M.

1 *Inueſtitus de feudis cum facultate diſponendi inter filios: non poteſt inter eoſdem facere fideicommiſſum.*
2 *Feudũ intelligitur conceſſum; vt redeat ad eos; qui ex regula iuris ſunt in feudo ſucceſſuri.*
3 *Verba indeterminata ſecundùm naturam rei, & contractus intelliguntur, & naturaliter iuxta ea ſunt accipienda.*
4 *Diſpoſitio cenſetur facta ex titulo, quo facta ſuſtineri poteſt.*
5 *Diſpoſitio, ſeu facultas cenſetur collata; ſecundùm qualitatem illius, ad quem refertur.*
6 *Rex vel princeps concedens facultatem diſponendi; videtur ipſe diſponere.*
7 *Nominatus ab eo, qui poteſtatem habet, cenſetur ab eo nominatus, qui poteſtatem conceſſit.*
8 *Rex pater feudorum & dominus: & omnia eius deſtinatione fiunt.*
9 *Rex in conceſſione præſumitur cogitaſſe; quod ius diſponit.*
10 *Filij primi acquirentis præſumuntur dilecti ſicuti eorum pater: quia ſunt de eius ſanguine.*
11 *Rex transferendo rem, vel feudum in alium, beneficium contuliſſe dicitur, & ideo latiſſimè interpretatur conceſſio.*
12 *Rex aſſentiendo alterius diſpoſitioni iuri publico derogatur: quia relaxat habenas iuris prohibitiui. ideo diſpenſatio dicitur, & ſtrictè intelligetur.*
13 *Natura feudorum accedit natura verborum.*
14 *Natura feudorum eſt mutabilis, & accidentalis.*
15 *Facultas, ſeu gratia diſponendi non reſtringitur ad primam tantùm: ſi alia ſunt fauorabiles ſicut prima. Ad limit. l. boue, §. hoc ſermone.*
16 *Alienatione permiſſa intelligitur nedum permiſſa inſtitutio, ſed ſubſtitutio.*
17 *Facultas diſponendi motu proprio conceſſa ampliorem habet effectum: quàm ſi ad partis ſupplicationem: nam in ea geminatio voluntatis concurrit: quia conceſſit: & quia eius motu, & ſpontanea voluntate.*
18 *Teſtamentum unicum dicitur: licet in ſe contineat plures diſpoſitiones & ſubſtitutiones.*
19 *Natura feudorum poteſt quò ad filios alterari: ut inter eos ſit feudum ex pacto & reſtitutioni ſubiectum, et quò ad nepotes & alios deſcendentes, recipiat eius primæuam naturam.*
20 *Natura feudorum ad tempus mutari facilius permittitur: nam non eſt tanti momenti, ſicuti ſi perpetuò mutaretur.*
21 *Exequutor datus ad diſtribuendum bona, poterit nõ ſolùm vni ei aſſignare; ſed grauare, quòd poſt mortem ſuam alteri reſtituat.*
22 *Facultas diſpenſandi à Rege data inter viuos conſiderabitur ut actus vltimę voluntatis.*
23 *Lex boue. §. hoc ſermone, habet locum in diſpoſitione oneroſa: non autem lucratiua, & quando de primo actu eſt intelligendum.*
24 *Rex licet diſpenſando faciat gratiam: erit tamẽ gratia diſpenſatiua, quæ ſtrictè intelligitur.*
25 *Beneficium dicitur, quando præter ius aliquid conceditur; diſpenſatio vel priuilegium, vbi contra ius.*
26 *Gratia eſt generis nomen, ubi diſpenſatio fit.*
27 *Beneficium eſt gratia, ſed gratia nõ eſt beneficium: vt in omiſſo vel ambiguo latiſſimè fiat interpretatio.*
28 *Conceſſio Regis intelligitur, prout ius vult.*
29 *Prohibitio ſi ſit ſuper vtroque: ita etiam diſpenſatio fieri debet: aliàs non trahitur ad illud non expreſſum: niſi ex natura vel cõſequutinè neceſſariò expreſſorum, velut exequutio ipſorum veniat.*
30 *Verba debent ſumi per prius, & non per poſterius.*
31 *Subſtitutio eſt primeuæ voluntatis euerſio: aut caduca prouiſio.*
32 *Facultas diſpenſandi intelligitur de pura, non conditionali, aut ſub conditione reſoluenda.*
33 *Facultas conceſſa bannito eundi ad certum locum, non poterit redire ſine noua licentia.*
34 *Conceſſio contra ius commune facta ſemper primo actu, ſeu prima vice expirat.*
35 *Hæredis appellatione in re ſui natura ad hæredes non tranſitoria primus uenit, nõ omnes hæredes in infinitum.*
36 *Facultas ſeu licentia vendendi feudum intelligitur, ſi vni, non pluribus vendatur.*
37 *Facultas ſeu licentia teſtandi conſumit effectum ſuũ ſuper primo actu, nec ad aliud extenditur, primo reuocato, vel annullato.*
38 *Infinitas eſt euitanda in actibus hominum.*
39 *Feuda ſunt iura Reipub. & apud ipſam Rempub. ſicuti radij ſolis à ſole inſeparabilia.*
40 *Rex in conceſſione non creditur voluiſſe euertere tot leges imperiales; quibus ſibi proſpexit in reuocatione feudorum.*
41 *Natura feudi in expreſſo mutatur, & altera imprimitur.*
42 *Aſſenſus hominis & legis idem operatur: quando par eſt ratio & diſpoſitio.*
43 *Aſſenſus hominis longius durat; & à partium, & Regis voluntate regulatur.*
44 *Aſſenſus legis à lege fingitur; & in eo quod eſt expreſſum à lege operatur.*
45 *Subſtitutio non eſt reiteratio prioris inſtitutionis; ſed noua diſpoſitio in priore non comprehenſa.*

46 Rex

46 *Rex concedens facultatem legandi feuda inter filios non poteſt inter eoſdem facere fideicommiſſum.*
47 *Regula l. fideicommiſſum vt hæredibus. de legat. 2. quòd qui poteſt legare, poteſt fideicommittere, non procedit in feudis.*
48 *Legatum non eſt vera pars teſtamenti, ſed additamentum ad illud.*
49 *Teſtamentum continens legata & fideicommiſſa vnicum dicitur reſpectu voluntatis: licet ea ex voluntate, & accidenti inſerantur.*

ADDITIO NOVA vſque ad q. 59.

TRIGESIMO QVINTO proſequar, quæ mihi occurrunt in materia aſſenſus, & erunt ſatis vtilia in diſcuſſionibus cauſarum: Cæſarea Maieſtas inueſtiuit de nonnullis caſtris, ciuitatibus, & feudis quendam dominum, & eidem poteſtatem, ac authoritatem dedit de prædictis ca-
1 ſtris, & feudis diſponendi inter filios ſuos. † fuit
dubitatum, an poſſit in teſtamento ſuper eiſdē
feudis inter eoſdem filios facere fideicommiſſū?
Regulariter nulla eſt diſpoſitio defuncti ſuper
feudis ſine licentia Regis, c. 1. de ſucce. feu. quia
hęc eſt propria natura feudi ſecundùm Bal. con
2 ſil. 56. commune eſt. tertio libro, & † feudū in
telligitur eſſe conceſſum, vt vadat ad eos, qui ex
3 regula iuris ſunt in feudo ſucceſſuri, & † verba
indeterminata intelliguntur ſecundū naturā rei
& contractus, & iuxta ea naturaliter ſunt accipienda: vt ait idem Bal. conſilio 330. in hoc concordati ſunt, eodem volumine, per l. ita ſtipulatus, de verborum obligatio. & in l. ſi ſtipulatus, de vſuris.

Videbatur primò quòd ſic: cum Rex dederit licentiam generalē diſponendi, nec ſe reſtrinxerit: debet generaliter accipi ex not. per Andr. in capitulo imperialem, col. . . de proh. feu. alie. per Feder. & ibidem dat conſilium pro impetrando aſſenſu: vt non ſit particularis, ſed generalis: & dicta per Andr. ibi reaſſumpſit Puteus in tracta. de reintegra. feud. lib. col.

Secundò pater videtur diſpoſuiſſe beneficio domini, qui hanc facultatem conceſſit, & non ex natura feudorum quæſitorum: vt tradit idem
4 Bal. in præallega. conſilio 56. diſponere † aliàs
non potuiſſet, ex eo titulo cēſetur feciſſe, ar. l. 2.
C. de acquir. poſſeſ. & in l. prædia. eo. tit. & in l.
ſi a teſt. ſerui. vendi.

Tertiò Rex videtur magis inſpexiſſe perſonā
5 patris vt patris, quàm vt feudatarij † cum diſpo
ſitio cenſeatur illi collata ſecundū qualitatem illius, ad quem refertur, ar. l. plenum. §. æquitij. de vſu & habita. quam Bald. & alij ſummè notār. Sciebat illum eſſe patrem diſponentem in filios; hoc cogitauit in mente, quod ſoleant parentes in filios: videtur etiam de hoc vſu ſentiſſe, & in l. qui habebat de reb. dub.
6 Quartò † dum ipſe dat facultatem diſponen
di in filios, ipſe Rex diſponere & diſtribuere inter ipſos filios videtur, ex regu. l. 2. §. 1. C. de vete. iur. enu. omnia noſtra facimus, cuius faciendi auctoritatem impartimur.

Quintò ad hoc facit tex. in l. vnum ex familia
in princip. in ver. mutetur, & ibi glo. de legat. 2.
7 ꝙ † nominatus ab eo, qui habet poteſtatem, cen
ſetur ab eo nominatus, qui poteſtatem conceſſit: & in §. ſi de falcidia quæratur. in ead. l. neque ab illo dicetur capere, qui nominauit, de quo per Bar. Imol. & Paul. ibidem, & bonus eſt tex. in l. item eorum. §. ſi decuriones. quod cuiuſq; vni. no. & in l. ſi pater ex prouincia. de maun. vindic. in fi. ibi, ſolam enim electionem filio conceſſit, cęterum ipſe manumiſit, de quo per Dec. cō ſil. 543. in tertio, & 251. in ſecundo volumine, & per Andr. de legib. cōnubi. patre diſponente
8 de feudis inter filios, & illis ſubſtituente † Rex
poſt certā portionem a patre aſſignatam ipſe videtur & diſpoſuiſſe & ſubſtituiſſe: & in Rege nō eſt tractandum, an ipſe potuerit: cum ipſe pater ſit feudorum & dominus, & omnia fiunt deſtinatione ipſius, & per Andr. ca. 1. §. hocquoque, de ſucceſ. feud. ſit legibus ſolutus. l. princeps. de legib. & vertit omnem naturam feudorum, vt aliàs diximus.
9 Sextò † concedendo hanc poteſtatem, veriſi
mile eſt, Regem cogitaſſe, quod ius diſponit, l. quamquam. de rit. nup. pater ſumit conſilium pro filijs l. ſi furioſo puberi. de curator. furio. & in l. nec filium. C. de nup. quam Andr. allegat in capitulo primo. §. præterea. quib. mod. feud. amit. Ideo pater filijs conſueuit ſubſtituere: vt cōſilium adhibeat, ne diſtrahantur bona: vel quia cognouit aliquos non eſſe idoneos ad ſobolem procreandam, neuè alienentur, dum prodigaliter & inhoneſtè viuunt, in re certa faciunt fideicommiſſum, vt Moderni ſcribunt in rub. de vulgar. & pupil. & in §. diui. in hoc Rex accommodauit poteſtatem: vt ipſe etiam accedente voluntate patris conſiliū det: ſaltim in genere habuiſſe in mente, arg. l. qui iure militari. de militari teſta.

Septimò illud debet haberi pro expreſſo, de quo Rex, ſi fuiſſet interrogatus, expreſſiſſet & conceſſiſſet, & not. per glo. in l. tale pactum. §. qui prouocauit. de pac. cum Rex donet ampla caſtra & feuda ſuo militi ſtrenuo & benemerito cum poteſtate illa diſponendi inter filios: ſi in ſpecie fuiſſet interrogatus, an in ea diſpoſitione pater inter filios ſubſtituat, pro certo credendū eſt dixiſſe ꝙ ſic: tum quia domini non intereſt: tum quia conceſſit ſuo militi, quod eſt plus: tum quia in ſubſtitutione non includuntur extranei quos dominus non nouit, nec ad illos affectionem habet, vt colligitur ex nota. per Andr. in c.
10 1. de alie. feud. pater. illi † qui ſunt de ſanguine
acquirentis præſumuntur dilecti domino Regi, & ſint fideles ſicuti eorum pater, ideo alij etiam de eodem nomine & familia non admittuntur: vt aliàs diximus ſupra, & multa permittuntur fauore generis & ſanguinis, quæ aliàs prohibentur de iure; vt l. ſi minor. cum leg. ſeq. de manu. vendic. Bal. not. in capitulo primo, de feu. guar. Franciſcus Connanus ſuper commentarijs iuris ciuilis, fol. 140. reſeruat Rex filius ſucceſſionem

feudo-

feudorum, quæ ob caducitatem ſucceſſoris erat
vel Regi deuoluenda, vel fratribus, ſi pater ea
poteſtate non fuiſſet vſus, non debet in odium
retorqueri, quod conceſſum eſt in fauorem. l.
quod fauore. C. de legibus, & inducta in augmē
tum, non debent diminutionem operari. l. lega
ta, de leg. præſtan. Rex non videtur. verè dare de
ſuo: cum etiam dubium ſit, an caſus eueniat, in
certum eſt: non ſic æſtimandus eſt. l. 1. C. de pac.
& in l. ſi pater, puellę. C. de inoffi. teſta.

Octauò beneficium poteſt hæc poteſtas appel
lari, cū lędat neminem, nec ſit contra Ius feudo
rū: interponitur non ſuper feudo vaſalli alienan
do contra formam inueſtituræ aut veræ vel pręſumptę,
ſed ſuper feudo, quod eſt ipſius domini,
nondum in alium tranſlato, dum ſuum eſt: ante
quam alteri tradat, feudum non eſt: cum ſeruitus
ſit, & rei ſuæ ſeruitus nulla eſt: vt Andr. ſcribit in
c. 1. §. huius autem generis 2. colu. ex quib. cau.
feud. amit. poteſt ſi vult in allodium dare, legem
11 quam vult rei ſuæ imponet, debet † hæc gratia
largiſſimè interpretari: quia nō eſt diſpenſatio;
neque priuilegium, ſed beneficium. l. fi. de con-
12 ſtitu. princip. tunc † anguſtior ſumenda eſſet,
quando Rex relaxaret habenas iuris prohibiti-
ui: vt vaſallus ſuum feudum alienet, vel de eo di
ſponat inter viuos, vel in vltima voluntate: ver-
ba capienda eſſent, vt ſonant, & in quantum ip-
ſorum proprietas patitur: tunc iure publico de-
rogatur, & in diſpendium vertitur reipublicę, et
procedunt, quę alias de aſſenſu ſæpe ſcripſimus
quando vero in ipſa feudi donatione Rex dat
poteſtatem diſponendi, hæc inueſtitura recipit
13 formam ab hac poteſtate. Cum † natura feudo-
rum accedit naturæ verborum, & regulatur ab
14 eo. c. 1. de eo qui ſibi & hęre. & ſucc. ſuis, & † na
tura feudorum eſt mutabilis & accidentalis, &
pacta etiam propriam naturam transmutant, c.
1. de feu. non hab. pro nat. feud. hæc poteſtas id
naturaliter patitur, debet pro expreſſo haberi. l.
triticum, de verbo. obligationib. quaſi ipſa ver-
borum natura loquatur.

Nonò, cum Rex aut formam imponit in tra
ditione feudi, & videtur patrem tam inueſtien-
do quàm ſubſtituendo hoc poſſe. aut vt faciat
gratiam & fauorem tam patri acquirenti quàm
15 filijs recipientibus, & † hæc gratia ſeu fauor nō
debet reſtringi & limitari ad primam diſpoſitio
nem tantùm, ſed etiam ampliari ad alias diſpoſi
tiones faciendas: cum ſint ita fauorabiles ſicut
prima, probatur in l. annua §. a Titia. & in l. legā
tum de ann. lega. & in l. ſi habitatio. §. vtrum. de
vſu & habita. per quæ iura ex opinione ſcriben
tium limitatur regula l. boue §. hoc ſermone. de
verborum ſignificationib. vt de prima vice tan-
tùm intelligatur: & l. hęc conditio filiæ meæ, de
condi. & demonſtratio. non procedat in diſpo-
ſitione fauorabili, pro quo allegant multa iura,
et nonnulla ſimilia: vt plenius per And. in rep.
dicti §. hoc ſermone. illa poteſtas eſt apta impor
tare hanc multiplicationem ex verbo diſponen-
di, ex qualitate concedentis: & benemerito reci
pientis: & pro commodo tam patris ſubſtituen
tis, quàm filiorum poterat cogitare patrem eo

dem modo diſpoſiturum: imputet ſibi Rex, qui
larga facultate vſus apertius legem nō dixit, ar.
l. veteribus. §. fi. de pac. id poterat euenire ex ver
borum forma & natura ipſorum, ar. l. ſi quis do
mum. §. fi. locati: donationes principum amplio
rem interpretationem accipiūt c. cum dilectus.
de dona. neque Regum liberalitas freno ſubia-
cet l. fi. C. de dona. inter virum, & vxorem.
16 Decimò facit regula, q † ubicunque permiſ
ſa eſt alienatio, intelligitur nedum permiſſa in-
ſtitutio, ſed etiam ſubſtitutio titulo fideicom-
miſſi. l. ſi quis certum. C. de ſecun. nup. l. fi. de re
bus alie. non alien.
17 Vndecimò videtur, q † cum Rex in donatio
ne feudorum adiecerit facultatem diſponendi
ſuo motu proprio, & non ad ſupplicationē par
tis, non poteſt iudicari, ambitioſa, rigoroſa, vel
diſpenſatio, cum a propria Regis uoluntate pro
ceſſerit, ſed ampliorem habet effectum, & in ea
concurrit geminatio voluntatis, & quia conceſ
ſit: & quia ſuo nutu, ſuaque vltronea, ac ſponta-
nea voluntate id fecit, quod probatur ex text. in
capitulo ſi motu proprio, & in capitulo ſi tibi
abſenti, de præben. in ſexto, & ibi plenè per ſcri-
bentes.
18 Duodecimò videtur, q † cū pater in teſtō di
ſponat īter filios de feudis, & in eodē teſtō illico
faciat fideicommiſſum, non pōt dici duas, aut
plures eſſe diſpoſitiones, ſed vnam tantùm: cū
vnicum ſit teſtamentum. §. igitur. inſtitu. de vul
gar. & pupil. & Moderniores tractant in rub. de
leg. 1. eadem eſt diſpoſitio quò ad filios: vt quod
habituri fuiſſent a lege, percipiant certius & a
patre: voluit tunc Rex facere inter omnes feudū
paternum, quod erat nouum: & ſine dubio po-
teſt hoc Rex, & neoterici tractant in prælud. feu
do. Bal. in capitulo primo, an agnat, & in capitu
tulo primo, §. hoc quoque. de ſucceſ. feud. & in
19 capitulo primo, de alie. feu. pater. & plenè Cur.
conſi. 69. & † licèt quoad quid alteretur quali-
tas, vel natura feudorum quò ad filios, vt feudū
cenſeatur ex pacto & prouidentia, & reſtitutio-
ni ſubiectum, vt per Andr. in capitulo primo. §.
hoc quoque, col. 3. de ſucceſ. feud. hoc non erit
perpetuò, ſed tantùm quò ad ipſos filios nomi-
natos, non quò ad nepotes, vel deſcendentes, re
ſtringitur quò ad illos tantùm, quos expreſſit,
& non quò ad omnes, quos non expreſſit, neq;
nominauit, ſi voluiſſet, iam dixiſſet. l. 1. §. 1. C.
de cadu. tollen. in hoc, quò ad alios non præſu-
mitur eadem affectio, neque intentio conceden
20 tis, decedentibus † fratribus ſine filijs remanet
feudum ſub propria regula, & natura feudi, &
reuertatur ad primæuam naturam, capitu. ab e-
xordio. 35. diſt. glo. in cap. ſtatutum, in ver. nu-
merandum, de præben. & in l. ſi vnus, §. pactus
ne peteret, de pact. de quo plenè tetigi in for-
mulis in ver. inueſtiturarum, libro tertio, ea er-
go, quæ temporalia ſunt, non ſunt tanti momē-
ti, ſicuti & perpetua, præſertim & ea quæ omni-
no reponenda & reintegranda ſunt in primæuo
eorum ſtatu partibus etiam inuitis, quia for-
ma impoſita à Rege non poteſt immutari ab ho
mine. capitulo primo. §. profecto, de lege Corra
di.

di.ſolus Rex imponit ſpiritũ vitæ[10] feudo per
traditionem formę ſolus aufert, ſolus tollit, &
nemo alius, quia in alieno nemo apponit ma-
nus ſine voluntate domini.l.ſi.C.de pac.
Decimotertiò facit pro hac parte, quod ſcri-
bit Bar.in l.vnum ex familia §.ſed ſi fundum.&
21 ibi glo.de lega.2.de † exequutore dato ad diſtri
buenda bona inter pauperes, poterit non ſolùm
bona vni pauperum aſſignare, ſed etiam per fi-
deicom.pręcipere, vt poſt mortem ſuam alteri
pauperi teſtiuat, quod probatur ex eadem lege
in §.ſi duos.& ibi glo.& Bar.ibi ſequuntur. Bal.
Paul. & alii.
22 Decimoquartò hęc † poteſtas & auctoritas
diſponendi videtur conſiderata, vt actus vltimę
voluntatis, licet ſit data a Rege inter viuos ex
his, quæ ſcribit Anto.de But.conſi.30. quem ſe
quitur Dec.conſi.512.cum reuerendiſſimus,&
Calca.conſi.20.Iſta quęſtio habet tria dubia.
Decimoquintò poſtquã Rex ſuo nutu conce
ſſit & gratuitò id fecit, hæc facultas debet intel
ligi non tam de prima diſpoſitione facienda in-
ter filios, ſed de ſecunda, & de ſubſtitutione ip-
ſa ex his, quę not. Alexan.in l.diuortio.§.ob do
nationes columna tertia, ſolut.matrimo. & ibi
23 Bal.cum † text.in §. hoc ſermone, habeat locũ
tantùm in diſpoſitione onerosa, non autem in
lucratiua, per tex.in l. ſi ſeruitus, de ſerui. vrban.
præd.quod plenius diſcutit idem Andr. in d. §.
limit.27.fol.74.
Decimoſextò.in hoc variabili articulo docto
res ſcribunt, eſſe recurrendum ad coniecturas
ex his, quæ tradit Roma.in l. diuortio.ſ §.ob do
nationes. ſolu.matrim. per tex.in l. in fundo §.
vxor viro.de iur. dot. ſequitur Geor. Natta in
clem. ſæpæ. 62. col. ſed nulla maior poteſt eſſe
coniectura quã amplitudo donorum facta a Cę
ſare ſuo benemerenti, dando quod eſt plus, vi-
detur conceſſiſſe quod minus eſt, vt in regula iu
ris, ſi filiis pater ſubſtituit, non dicitur alienare
in extraneos.c.1.de alie.feu. pater.Ideo de filiis
Rex expreſſit, quia frequentius ſolent patres fi-
lios in his feudis inſtituere, non ſubſtituere
arg.eorum quæ glo.dicit in auth.caſſa.C. de ſa-
croſ.eccl. & in l.1.C.de raptu vir.& in ca.2. hoc
fauorabile eſt.l.hęc conditio.de conditio.& de-
monſtra.
Decimoſeptimò & vltimò. iſta conceſſio tan
torum feudorum beneficium eſt.c. 1. §. benefi-
cium.ex quibus cau.feud.amit. diſponendi etiã
poteſtas gratia eſt.item & beneficium, licet re-
ſtricta ſit ad certum genus perſonarum, debet
nedũ latè ſed latiſſimè interpretari. l. fi.vbi oẽs
de conſti.prin.ius feudorum non multùm lędi-
tur, nec perpetuò, diſpenſatio dici verè nõ põt.
Pro parte autem contraria plures regulę face
re videntur, quòd pater, poſtquam diſtribuit il-
la feuda inter filios, non poſſit aliquam ſubſtitu
tionẽ facere. Primò tex.in d.§. hoc ſermone, &
in dubio ſemper de primo actu itelligẽdũ eſt. l.
eum qui calendis.de verbor. obligationib. & in
l.ſi duo.§.1.de verbor.oblig.Et pro hoc doctor.
ponunt ſexcentas & vltra quæſtiones, quas pro
ſimilibus referre ſuperuacuum eſſet.

Secundò quia Rex concedendo poteſtatẽ di-
ſponendi de feudis inter filios cenſetur diſpen-
ſaſſe ſuper prohibitione iuris publici; permittit
enim omnẽ alienationem tam inter viuos, quã
in vltima voluntate & in dicto cap. Imperialem
24 relaxat habenas iuris prohibitiui, tunc dicitur
diſpenſare, & diſpenſando facit gratiam, gratia
eſt diſpenſatiua, non fauorabilis, cum in ea non
verſetur aliquod bonum reipub. nec in hoc fa-
cienda eſt aliqua vis, concedatur hæc poteſtas
vel à lege vel ab homine, quia in vtroque caſu
in expreſſis rigoroſè eſt ſumẽda ex natura rei, &
quia vnum eſt expreſſum & aliud eſt omiſſum,
d.l quicquid aſtringendę, nec aliquorum inter-
pretatio admittenda eſt, eſt gratia, ergo eſt be
neficium, & effuſo quodam ſermone aut voca
25 bulo id imperitè affirmant. nam † beneficium
eſt, quando præter ius aliquid conceditur, di-
ſpenſatio aut priuilegium vbi contra ius; vt ſcri
26 bunt in dicta lege fin. gratia † eſt generis no-
men, vbi diſpenſatio fit, gratia dicitur, capitulo
ſecundo, de fil.presbi. vbi duplex confert benefi
cium.cap.1.de tranſla.prælato.capitulo cum nõ
de ſacerdotali.&c 3.reſponſo, de præben. in 6.
quando rigor ſententię remittitur l.1.§ penult.
in ver.pietes. de quęſtio. quando dominus ſua
voluntate aſſentit alienationi feudi, vt per And.
in l.regni, ſi quis poſt litem, & ſibi; vbi natali-
bus reſtituit, & ſępe in aliis quàm pluribus re-
mittat rex duritiem iuris, quæ erat dura, ad li-
teram obſeruanda l. proſpexit. qui & a quibus
beneficium non eſt in ſignificatione recta ſui;
ſed dicitur gratia iuris relaxatiua, diſpenſatio,
ſeu priuilegium, ſeu aſſenſus ſecundùm ſubie-
ctam materiam in eo, quod relaxat vel dimittit
verbo expreſſo, ſed non in illo, quod non le-
gitur conceſſum vel expreſſum, remaneat non
expreſſum ſub regula iuris communis, & pro-
hibitiua propter intereſſe publicum; niſi ex vi
verborum & mentis comprehẽſione aliud poſ-
27 ſet apparere. omne † beneficium gratia eſt; ſed
ſed non conuertitur, omnis gratia eſt benefi-
cium, vt in omiſſo vel in ambiguo largiſſima fiat
interpretatio, vel dicamus (vt pertinacioſis mo-
rem geramus) ſit hæc facultas beneficium, exe
cutio autem & diſpoſitio, quæ inde ſequitur, ſit
diſpenſatio, vt dixi ſupra quęſtio. . . .
Et ſi a patre ſit feudorum diſtributio inter filios,
diſpenſatio eſt, ſiue fauor vel patris, vel filiorum
aut vtriuſque, per ſe non poterat obſtante
lege feudali, dicto capitulo primo, de ſucc.feud.
ac repugnante forma inueſtituræ, quæ in viuen-
tibus iure Francorum indiuiduum dat feudum
primogenito, hic eſt fauor duplicatus & di-
ſpenſatio in hoc fauorabilis, videtur in hac
poteſtate diſponendi Regem cogitaſſe id quod
ius diſponit l. ſi duo, de acquirenda hęreditate.
not. Bartol.in l. hæredes mei.§ cum ita.ad tre-
bellianum.
Tertiò, & hoc peculiare verbum ſemper An
28 dr. habet in ore, quòd † conceſſio Regis in-
telligitur, prout ius vult, per l. ſi cui. de ſerui.
ſcripſit ipſe in capitulo primo, quarta column.
qui ſucceſ. tene.& in capitulo primo; §.pręte-
rea

rea.6.columna,de prohib.feud. alie. per Feder.
& in capitulo. . . . ſed Rex ſimpliciter con
cedendo facultatem diſponendi intelligitur de
iure intellexiſſe de prima diſtributione feudo-
rum facienda inter filios d. l.eum qui calendis.
non autem de pluribus, vel de alia ſecunda
quando prima diſpoſitio ſuum ſortitur effectũ:
& idem videtur cogitaſſe recipientes feudatarios
ab intellectu iuris & non ex iudicio idiotarum,
iuxta gloſſ. in l. quòd ſi nepotes. de teſta. tute.
videntur partes conformes ſe rediddiſſe regulæ
iuris feudorum ſecundùm naturam ipſius rei,
vt ſupra dixi, & not. Andr. in capitulo primo.
§.& quia, ſecunda columna, de his, qui feu.dar.
poſſ.& in capitulo primo, de bene fem.

29 Quartò † cũ teſtari de feudis inter filios, qui
viuente primogenito excluſi ſunt a ſucceſſione
feudorum, ſit prohibitum ſine licentia Regis, ſit
etiam ſuper illis ſubſtituere prohibitum, conceſ
ſio ſuper vno non trahitur ad id, quod non eſt
ei conceſſum, ex his, quę ſcribit idem Andr. in
dicta l.Imperialem 6. columna, de toto ad par-
tem, & de venditione ad obligationem, quod
plenius pertractant docto. ibi: & neoterici in
eorum compendiis, ſatis eſt ei ſuper vno fuiſſe
conſultum l.ſi tutori C. de nego. geſt. gratia ſu-
per vno, non porrigit vires ſuper alio, quod
non eſt expreſſum, neque venit ex natura, neque
ex conſequenti neceſ. expreſſorum, neque vt ſe-
quela vel exequutio ipſorum. quomodo debent
intelligi, quę in contrarijs ponderantur, inſtitu-
tio, ſeu diſtributio feudorum inter filios eſt vna
diſpoſitio perfecta, & ſine controuerſia eſt ſim-
plex & prima diſpoſitio, & de per ſe non indi-
cat ſubſtitutionem aliquam, niſi dicatur, & in
feudis non recedimus a forma verborum, per
quę datur vita & ſpiritus in feudis, & verba ſunt
natura feudi, vt dixi in prin. quæſtio.

30 Quintò † debent verba ſumi per prius & nõ
per poſterius. l.hoc legatum. de legatis tertio, &
capiuntur in ſuo potiori ſignificatu l. 1. §. qui in
perpetuum, ſi ager vecti. vel emphy. peta. ſi lice-
ret ſubſtituere in feudis, non acciperentur per
prius, ſed per poſterius, & in alio ſignificatu quã
verba dictant, & contra mentem dantis, qui
noluit aliud dare quàm verbo expreſſit: & ver-
ba ſunt cordis teſtimonium, & nullum aliud eſt
maius mentis teſtimonium quàm qualitas inſpe
cta verborum ſecundùm Caſſio. quem refert Bal
dus in rubrica, ſi quis aliquem teſta. prohi-
bi. qui ſubſtituit ſecundo loco diſponit, aliud
31 fecit primo. ſubſtitutio † aut eſt primæuę vo-
luntatis euerſio, aut caducæ prouiſio.

Sextò, quando alicui permiſſum eſt purè di-
ſponere, non poteſt in diem, vel ſub conditione
facere, et ſi eſt dictum, quòd poſſit donare, non
poterit donare cauſa mortis, diuerſa eſt dona-
tionis ſpecies. Bal. in capitulo Imperialem. 4. co
32 lum. de prohi. feud. alie. per Feder. ſed † quando
dedit Rex licentiam diſponendi inter filios, in-
tellexit de diſpoſitione pura, & non conditio-
nali, aut ſub conditione reſoluenda, diuerſa
hæc ſunt l. ſecunda, cum ſequen. de in diem
adiect. in hoc eſt defectus formæ, quæ non eſt
obſeruata. nullum eſt quicquid inde ſequitur. l.
ſi pupillorum. §. ſi prætor. de reb. eorum, & ibi.
Bal. & Albe. Bar. in l. ſicut. §. ſi permiſerit. quib
mod. pig. vel hypo. ſol. Mayn. in l. videamus. de
in litem iurando. Aliud eſt actum, & aliud fuit
permiſſum, vt ibi.

33 Septimò † ſi data eſt alicui banniro facultas
eundi ad certum locum, non poterit redire ſine
noua licentia: cum eundo ſit finita facultas, Bar.
in l.1. ad leg. Iul. Maieſt. Sande. in cap. fin. de tre
gua & pa. Alexan. conſi. 16. volum. 4. quia non
licet recedere à proprietate verborum, quamuis
alij contrarium ſentiant: cum non dicatur ſecu-
rè veniſſe, qui non poteſt ſecurè redire. Barto. in
l. ſecunda. C. de nauicu. libr. 11. per illum text. &
Abba. in capitulo quia diuerſitatem. de preben.
& in l. vtimur. de ſepul. viol. opiniones tamen
concordat Petr. Bellu. in trac. de re milita. 9.
par. folio 114. numero 21. cum ſequen. vbi vi-
dendum,

34 Octauò † ex regula prædicta firmat Alexan.
conſil. 15. breuiter. 4. lib. quod ubi ſit conceſſio
alicui, quæ ſit contra ius commune, ſemper in-
telligi debet pro primo actu, ſeu pro prima vi-
ce, ne lędat ius commune, quinimo reſtringi
debet: ad hoc allegat plura ſimilia, de quo per
Bal. conſilio 42. libr. quinto, Guido Pap. deciſ.
467. Deci. conſilio 512. & conſilio 609. & per
Mayn. in l. ſi quis ex argentarijs. in fi. de eden.
Nonò faciunt quę ſcripſi li. 3. ſubfeudorum
35 in prima formula 6. col. quòd † in diſpoſitione
ſui natura ad hæredes nõ tranſitoria appellatio-
ne hæredis non veniunt omnes hæredes in infi-
nitum, iuxta l. ſi. C. de hære. inſtitu. & l. hęredis.
de uerb. ſignifi. ſed primus tantùm hæres & non
alius per l. antiquitas. C. de vſufruct. l. boues §.
hoc ſermone. de verb. ſig. reſtringitur ex natura
rei ad primum, & quaſi nouum ſit feudum in
perſona illius, per l. ſtipulatio iſta. §. ſi quis ita:
de verb. obli. debet etiam hæc auctoritas reſtrin
gi & limitari ad primam inſtitutionem filiorũ
& non ad omnes caſus, poſtquam feudum de-
uenit ad filios, illi caſus qui expreſſi non ſunt,
remanent ſub cenſura antiqua. l. ſi extraneus. de
condi. ob cau. l. commodiſſimè de libe. & poſthu.
perfecta ſolenniter ea gratia, dum filij ſunt inſti-
tuti: vt habeant filij eo modo, quo pater inſtitu-
it, extincta fuit diſponendi poteſtas ſubſtituendi
vel fideicomittendi. Rex hoc non expreſſit, non
conceſſit, & ſi voluiſſet, expreſſiſſet, & ſub ver-
borum inuolucro non eſt credendum omnem
legalem prouidentiam ſubuertere voluiſſe. l. ſi
quando. C. de inoffic. teſtamen. quæ eſt nota. ad
plurimas quæſtiones.

Decimò ſupereſt alia regula, de qua tetigi ſu-
36 pra quæſti. q † ſi Rex dedit licentiam Titio
vendendi feudum, non poterit vendere duobus
vel pluribus: quia ſcinderetur feudum ab ipſo
principio in plures, quod non videtur fuiſſe de
intentione Regis: Et quia de pluribus non fuit
cogitatum: fuit enim cõtemplata rei natura, quę
erat indiuidua, illa erat ſpectanda, & verborum
proprietas, ſatis ſuperque ſatis fuit patri ob-
tinuiſſe illam poteſtatem à Rege d. l. tutori,

37 ſicut in facultate teſtandi diximus. vt † ſi fece
rit teſtamentum ſuper eo tantùm operetur aſ
ſenſus, ſi illud reuocet, vel annullet, vel de no-
uo ſcripſerit aliud teſtamentum, ille aſſenſus
non operatur ſuper ſecundo: licet ambulato-
ria ſit voluntas vſque ad mortem. l. tertia, §. fin.
de adimen. lega. imputet ſibi, qui aliud fecit te-
ſtamentum, debebat nouum aſſenſum impetra
re: aſſenſus Regis conſumit effectum ſuper pri-
mo condito teſtamento ab intellectu iuris, &
non à voluntate hominis reuocabili, erit tunc
caduca diſpoſitio feudi facta ſuper ſecundo te-
ſtamento: cum non habeat aſſenſum: prima nul
la effecta eſt & inutilis propter reuocationem
ipſius expreſſam aut tacitam, quicquid doctiſ-
ſimus meus Afflictus ſcripſerit in l. conſtitutio-
nem diuæ memoriæ. in penultima columna, quod
teſtamentum conditum cum aſſenſu Regis re-
uocare non poteſt ſine nouo aſſenſu, ſua culpa
incidit in laqueum, de ſe queri debet: vt in regu
la, debuit verbis peritiores conſulere, non groſ-
ſiores ingenio: potuit ſed noluit, aut ignorauit,
& quod voluit, nequit adimplere l. multùm in-
tereſt. C. ſi quis alteri, vel ſibi.

38 Vndecimò † in actibus hominum euitan-
da eſt infinitas. l. prima. C. de ſententiis, quæ pro
eo quod int. l. qui bona fide. §. fide. de dam. in-
fect. & quæ ſunt contra regulas iuris celerius re
poni debent ſub regula, dicto §. pactus ne pete-
ret, & altius orta citius cadunt, ſecundùm Salu
ſtium. feuda publica ſunt ex regali munificen-
tia prouenientia. §. optimum, in auth. de exhi-
ben. te coll. 6. Ideo citius ad ius primum re-
uertuntur. l. filio quem pater. de liberis & po-
ſthumis, & perinde habentur, ac ſi nunquàm ſe-
parata fuiſſent, argum. l. Lucius. de lega. primo,
39 in princip. feuda † iura ſunt reipublicæ & a-
pud ipſam rempub. ſicut radij ſolis non poſſunt
ſeparari à ſole, ait Bald. in capitulo primo, prima
columna, de feud. marchiæ, quē ſequitur Card.
in prælud. feud. col. 5. & Turnonen. in ſylua
feud. in princip. operis. protrahi non debet, quod
iuris miniſterio ſolet eſſe incluſum, habent feu-
da ſuam naturam in ſucceſſione ipſorum. capi-
tulo primo, de nat. ſucceſ. feudi, hæc inter illa
deſcripta non eſt, argum. §. actionum. inſtit. de
actio. Rex illam non dixit, nec nos dicere
debemus. l. ſi verò. §. de viro. ſoluto matrimon.
l. ſi ſeruum. §. non dixit prætor. de acquiren. hæ
red. in ſubſtitutione poſſunt fieri plures gradus,
vulgaris, pupillaris, breuiloqua ac compendio-
ſa, per quas feudum non eſſet de facili recaſurū
ad Regem fieret deterior conditio Reipub. in ex
preſſo mutauit naturam ipſius, in alio non mu
tauit, ſed retinet. capitulo primo. de feud. non
hab. pro. nat. feu. And. diſcutit in capitulo pri-
mo. §. huius autem generis. col. ſecunda. ex qui-
bus cau. feud. amit. & in capitulo primo, §. fina.
per quos fiat inueſt. Card. in prælu. feu. col. 12.
& alij tractantes & cōſulentes latius, quos omit
to: Rex non videtur voluiſſe aperire viam frau-
dibus, arg. l. in fundo, de rei ven. commentum frau
dis punit. cap. 1. §. hac edictali. de probi. feud.
40 alie. per Lotha. credendū † non eſt, eum voluiſſe
euertere tot & tantas imperiales leges: quibus ſi
bi proſpexit in reuocatione feudorum, arg. l. ſi
pupillus. de acq. hæred. ibi, nec enim videtur vo
luiſſe fraudare edictum, quod ſibi proſpicit: talia
præſumitur mens Regis qualis debet eſſe de iure
l. ex facto. de vul. & pup. dicat Rex, ſi vult: quia
habebit neminem, qui dicat ei, cur ita facis: vt
vtar verbis Angeli de Peruſ. in l. . . . Bal. in
prælud. decret. 4. col. & in prælud. feu. 6. col.

Duodecimò habet aſſenſus vires ſuas in ex-
preſſis, quę leguntur oculo corporis, vt dixi in
ſuperioribus: tunc verè voluit, quando ipſe di-
41 xit, in † expreſſo mutatur natura feudi, & impri
mitur altera, tunc ridicula eſt inueſtigatio rigo-
roſa, & ſtricta fiat interpretatio ſit diſpenſatio
vel non, ſit coniectura in ambiguo non in claro.
l. continuus. §. 1. de verbor. oblig. cauillum facit
qui apertum quærit interpretari l. ſtipulatio-
nes commodiſſimum. de verb. oblig. abolita pri-
mæua natura nec imago remanet. l. 1. de lat. lib.
tol. qui dicit, poſſe inſtituere, non etiam dixit,
& poſſe ſubſtituere; duæ ſunt volūtates, duę ſūt
principales diſpoſitiones, & altera ab alia ſepa-
ratur, nec una ab alia regitur, nec dependet, ope
ratur aſſenſus in connexis, in dependentibus, ne
ceſſariò in his quæ ex natura rei deducuntur, &
in his quæ veniunt ex ſequela: vt ſępius dixi. nec
42 † refert aſſenſus ſit legis vel hominis, eadem
eſt ratio & par diſpoſitio, quando à lege vel ab
homine aliquid eſt expreſſum, & conceſſum, effe
43 ctus verum plenior protrahitur, & † longius
duret, quando ab homine procedit ex aperta vo
luntate partium & Regis, qui illam exequitur:
quando verò a lege, eſt enim clara & aperta: vt
temporarium ſit, quod dat, & quod transferre
permittit, non intendit de alieno largiri. l. fin. C.
de pac. illa lex eſt impoſita in corpore iuris, in aſ
ſenſu hominis: vnus eſt actus diſpoſitionis aper
44 tè, alius fingitur a lege. in † aſſenſu verò, & licen
tia legis nihil velatum eſt, & expreſſum eſt ab ea
dem lege, in quo operetur: iſta non ſunt conſide
rata a peritioribus Regni, poſui enim differen-
tias vtriuſque, in expreſſis autem conueniunt
eo modo quo exprimuntur: quòd autem feuda-
tarius diſponere poſſit de feudo, hic fauor eſt,
& diſpoſitio ſorte fauorabilis, dum diſponit, ha
bet omnem effectum quoad res, inter quos di-
ſponit, ex no. per Bal. in l. iuuitus, in fi. C. de pro
cu. hic actus diſpoſitionis non eſt reiterabilis:
quia nullum habet impedimentum vel legis
vel hominis, nec in re, neque in perſona: eo mo
riente vadit feudum ad eos, inter quos diſpo-
ſuit, finis deducitur ad principium, & ad cau-
45 ſam, ſubſtitutio † non eſt reiteratio prioris a-
ctus, ſed noua diſpoſitio non comprehenſa in
priore: quia prima fit purè ſimpliciter & libera
quò ad nominatos ab eo: ſecunda fit conditio-
naliter & per alium modum, applicari non poſ-
ſunt ponderationes doctorum, quò ideo rei-
terari poteſt: quia actus eſt reiterabilis: cùm
ſecundus fiat ob aliam cauſam, & in defe
ctum iuris ipſorum: hæc enim ſeparata
ſunt. lege Papinianus exuli. de minoribus, &
ſunt valde diſſimilia, lege ſi rex. §. areem,
de ſolu.

de ſolu. procedunt in actibus priuatis, & quæ ſunt in hominum commertio, & quæ tam inter viuos, quàm in vltima voluntate lex permiſit facere hominibus nulla expectata diſpenſatione rerum. in feudalibus eſt ſecus, quæ non ſunt in comercio hominum ſine licentia Regis. in his verſatur publicum intereſſe, & non priuatum commodum, & ideo reſtringitur ad primum: & ſi aliter diceretur, ampliaret poteſtas contra ius commune, contra naturam rei, de quo per Abba. in capitulo certificari, tertia columna, de ſepul.

Vltimò adduci poſſunt, quę peritiſſimi atque acutiſſimi, tam patres noſtri Regnicolæ, quàm Siculi ſcripſerunt ſuper capitulo illius Regni, quod incip. volentes. ſi ex licētia illius legis poſſit fieri ſubſtitutio in feudalibus in perſonam ęquè dignam, & idoneam, habentur in ſcriptis non colligam in hac quæſtione, videant & conſiderent.

Ex prędictis ſatis patet reſponſio allegationibus contrarijs, quas non pono, ne lectorem tędio afficiam. hæc eſt mea ſententia, ne liceat ex tali poteſtate patri de feudis ſubſtituere, quicquid in ardua cauſa nonnulli domini contrarium ſenſiſſent. vide in tertio libro, ſub feud. in 31. differentia inter feuda hęreditaria, & ex pacto omnino ſol.

46 Et † idem eſſet, ſi Rex dat poteſtatem legãdi feudatiam nec poteſt in illis ſubſtituere: quia duę ſunt diſpoſitiones. & legando ſtatim extincta & facultas gratię, vel aſſenſus: legare enim, vel fideicommittere erat prohibitum: debebat ſuper vtroque aſſenſus impetrari vt dixi.

47 Nec † obſtat, quòd ſuper legatis poteſt imponi fideicommiſſum. l. vt hæredibus, de legat. ſecundo, nam procedit in eo, qui habet facultatem de iure communi. ſecus ſi de iure ſpeciali: item habet locū in bonis priuatorum, quę ſunt in communi hominum commertio, arg. l. multum intereſt. de verborum obligationibus, ſecus in bonis Reipub. in quibus nullum eſt commercium: tunc principis licentia ſolet impoſſibilis reputari, l. apud Iulianum. §. ſi conſtat. de leg. 1. & iſta gratia debet reſtringi, cum lædat ius publicum.

Item nec obſtat, quòd legatum eſt pars teſtamenti, & fideicommiſſum etiam ſit ſequela eiuſdem teſtamenti: vt poſt glo. ſcribunt Alexandr. & Moderni ſuper rub. de legatis primo, & aſſenſus in principali operetur in acceſſorijs, & in his quæ ex ſequela eiuſdem actus veniunt: vt ſupra dixi: nam iſta procedere non poſſunt in diſpenſationibus, in quibus obſtat rigor iuris communis, ſed tantum in his, quę dependent à libera hominum voluntate, & eſt pro ratione voluntas, cum res, & perſona nullū habeant iuris prohibitiui. ſecundò † vere legata & fideicommiſſa non ſunt pars teſtamenti, ſed potius additamentum, vt dicit gloſſ. acceſſorium, de quo præter expreſſum, & conceſſum non fuit cogitatum à Rege, arg. l. cum aquiliana. de tranſac. Tertiò iſta acceſſoria, ſeu ſequela non veniunt ex natura actus, ex neceſſitate actus, & natura teſtamenti,

48

ſeu principalis diſpoſitionis, ſine quo non cōſiſtit principale, cum ſine ipſis poſſit fieri & conſiſtit teſtamentum, l. prima, §. qui neque. de hęre. 49 inſti. legata † & fideicommiſſa, licet accedant teſtamento, & vnicum reſpectu voluntatis dicatur teſtamentum, dicuntur acceſſoria voluntaria, vel ex accidenti, & non obueniunt ex neceſſitate, ſine quibus non conſtat diſpoſitio, veluti littus ad mare, & ripa ad flumen, vt in §. 1. & in §. riparum, inſtitu. de rerum diuiſ. non rogabor in hoc ex his, quę not. ibidem diſtinguendo & declarando caſus: cum non conferant ad materiam, & vnico ſint ſublata reſponſo.

SVMMARIVM.

1 *Inueſtitus de feudis cum facultate diſtribuendi inter filios, ſi reciprocè & compendioſè inter eos ſubſtituit, non valebit ſubſtitutio, ſed bene inſtitutio, & prima diſtributio, niſi aliter ex defectu formæ ſolennitatis, vel mente concedentis præſumeretur.*

2 *Vtile per inutile quando vitietur in feudum.*

3 *Conſtitutio dotis facta à muliere vltra quantitatem quam poterat, reſtringitur & ſubſtinetur pro ea, quam poterat fauore dotis.*

4 *Diuiſio facta inter fratres de feudo, per quam plus vni, quàm alteri aſſignatur, ſubſtinetur in eo, quod a lege permiſſum eſt.*

5 *Fratres diuidentes feudum non habent ex gratia, ſed à lege & re ipſa, quæ communis eſt, & diuiſionem expectat.*

6 *Venditio allodij & diſtrictus, quò ad allodium tenet, & non quò ad diſtrictum.*

7 *Actus contra legem eſt nullus, ſecundum legem validus.*

TRIGESIMOSEXTO quęro de notabili articulo, qui in procinctu litis inter Illuſtres viros. Mater ex poteſtate ſibi tradita à Cæſare diſtribuit & aſſignauit prędictis eius filijs ciuitates, oppida, caſtra, & alia feuda: & inter prædictos ſuper feudis partis ſubſtitutionem reciprocam, & compendioſam, quod decedenti ſine filijs ſuperſtites fratres ſuccedant in prędictis feudis, an vitietur in totum diſpoſitio matris. ſicut † nō tenet ſubſtitutio in feudis. ita nec primæua diſtributio feudorum inter filios, & primogenitus admittatur ad ſucceſſionem omnium prædictorum feudorum iure ſuo aperto ex forma inueſtiturę. Multi Domini dixerunt quod ſic, & primogenitus omnia capiet feuda, ac ſi mater nunquam diſpoſuiſſet, cum ſubſtitutio ſit nulla, tota diſpoſitio ſit inualida, per nota. in capitulo primo. §. profecto. de capitu. Corra. & † hoc caſu vtile vitietur per inutile, per nota. per doct. in auth. qui rem. C. de ſacroſanct. eccleſ. Et per doctor. in l. prima. §. ſed ſi mihi. de verbor. obligationib. & per Summiſtas & alios in locis ordinarijs, mater diſtribuit feuda inter filios, & eadem oratione coniuncta ſubſtituit, videtur habuiſſe animum vnum, ſine alio noluiſſe

concederet: aut quòd vtrunque teneat, aut neutrum, & indiuiduum cenſetur ratione voluntatis, vt per Barto. in l. græcè. §. illud. de fideiuſſo. & Moderniores in dicto §. ſed ſi mihi. in hoc nulla verſatur publica vtilitas, vt vnum ſine alio teneat, vt in l. ſruo generaliſi. verſiculo quærendum eſt. de iure dotium. & l. iure ſuccurſium eodem titulo. ſi † conſtituit dos vltra ampliorem quantitatem, quàm mulieris facultates patientur, valet in quantitate debita ex quadam æquitate & ſpeciali fauore dotis l. iuſto. §. cum qui. de vſucapi. l. eum qui. §. Iulianus. in verſi. ſi actori. de contr. pecu. & nulla verſatur æquitas, vel vtilitas, vt vnum ab alio ſeparetur, cum tangat ea, quæ publici iuris ſunt: vtrunque annullari videtur, aut reſpectu formæ non ſeruatæ, cui nihil addi, nihilque detrahi poteſt, aut reſpectu præſumptæ voluntatis concedentis, aut in pœnam contemptus domini, qui fecit gratiam in aliquo: vt totum perdat, qui totũ vult vt in capitulo imperialem, & ibi Bald. de proh. feud. alie. per Federic. de eo qui poterat alienare partem feudi, & alienat totum, vt per gloſſ. in capitulo primo. §. ſimiliter. quib. mod. feud. amitt. & in capitulo callidis. de prohi. feud. alie. per Federic. & de eo qui poterat in certum genus perſonarum, vel pro certo tempore, vel ad certam generationem, de quibus plenius per Moderniores. in dicto §. ſed ſi mihi, & per Curtium in tract. feud. in 4. par. in 5. q. in verſiculo reſtat.

Ego autem contrarium tenui, qui per ſubſtitutionem inutilem non vitietur vtilis inter fratres diſtributio feudorum, cum inuicem omnia ſeparata ſint, nec inuicem connexa: vt ſupradixi ſunt natura, lege, et voluntate diſtantia, & procedit pro hac parte regula affirmatiua, & hoc eo fortius habet locum conſiderata perſona diſponentis, qui eſt mater, & diſponit inter filios ſuos: voluit vno modo filijs conſulere, ſi potuit: & quando non poſſit, quia ſexus excuſat, & legum ignara eſt, non eſt veriſimile elegiſſe viam per quam totam ſuam voluntatem euertat, ar. leg. tertiæ. de militari teſtamen. credidit vtrunque potuiſſe, dolo non eſt verſata, neque dominum contempſit, actus non debet eſſe irritus cũ
4 præter intentionem eueniat. veluti † ſi fratres in diuiſione feudi plus vni, quàm alteri aſſignet de feudo tenet in eo quod à lege permiſſum eſt capitulo primo, de ſucceſ. feud. & in capitulo primo. §. omnes filij. ſi de feud. fuer. contro. quo ad aliud diuiſio nulla eſt. Andr. not. in capitulo primo, §. præterea ducatus. ſecunda columna, de prohi. feud. alie. per Federic. ſunt portiones à lege diſtinctę inter ipſos fratres, dum proportionaliter diuidunt, inter ipſos alienare cenſentur. §. primo, inſtitu. de offi. iud. in hoc habent aſſenſum à lege, cum formæ non repugnet. Domini non intereſt, quia à principio concedendo cogitauit: dicto capitulo omnes filij, & in capitulo primo, de alie. feudi pat. fratres non ſunt extranei, vt in l. voluntas. C. de fideicommiſſ. non debet pati pœnam, qui non deliquit. l. ſancimus.
5 C. de pœn. ſed dici poſſet diuerſum † cum fratres diuidentes feudum non habent ex gratia, vel diſpenſatione hominis, ſed ab vtroque lege tam duodecim tabularum quàm Romanorum & Longobardorum: habent enim à lege ipſa, quæ communis eſt, & diuiſionem expectat l. cum pater. §. dulciſſimis. de legatis primo, de iure domini non tangit, ſed remanet ſemper integro:
6 vt in capitulo primo. §. ad hoc, de alloc. [illegible] lo qui vendit allodium & diſtrictum domini, tenet venditio quò ad allodium, licet non valeat quò ad diſtrictum, ſeparabilia enim ſunt, ſecundùm gloſſam, in capitulo querelam. de ſimonia, quam ſumme commendat Abb. & Ioan. Anania ibi, & Bald. in authen. ſi quas ruinas. prima columna. C. de ſacroſanc. eccle. per textum in § neque illud. in authen. de non alien. & idem Bal. in capitulo primo, tertia columna, de his, qui
7 feud. dar. poſſ. quod † illud, quod eſt factum contra legem, eſt nullum: illud verò quod eſt ſecundùm leges, eſt validum. & in capitulo primo. §. ſimiliter. de leg. Corra. ſeparabitur vtile ab inutili. l. ſancimus. C. de donat. l. hoc conſultiſſima. §. ex imperfecto. C. de teſta. Maynerius conſilio 55. in primo libro, plura congerit Andr. de vtroque retract. fol. 41. cum ſeq. & hanc dicit eſſe communem.

Contraria poſſent obſtare, quando ex defectu formæ, vel ſolennitatis aliud colligi poteſt: vel ex rei natura, & ex mente concedentis aliter non conceſſum. illa ante omnia ſpectanda eſt. l. in conditionibus. de conditio. & demonſtration. & in lege ſemper. de regulis iuris, licet conſideranda ſunt pro interpretatione aſſenſus quia deſeruiunt pro deciſione nonnullarum cauſarum occurrentium.

SVMMARIVM.

1 *Facultas ſeu licentia matri conceſſa diuidendi, & diſponendi feuda inter filios prout ei melius viſum fuerit & placebit, an comprehendat ſubſtitutionem.*
2 *Differentia debet eſſe inter diſpenſatum & diſpenſantem, ſicuti inter dantem & recipientem.*
3 *Rex pater feudorum & dominus eorum naturam mutare poteſt.*
4 *Rex feudum in burgenſaticum conceſſit, & in naturam allodialium reduxit.*
5 *Rex poteſt patrimonialia, regalia, demanialia & fiſcalia ad libitum diſponere, niſi graue damnum coronæ inferatur.*
6 *Conceſſio in feudum non dicitur priuilegium, ſed beneficium.*
7 *Feuda etiam regalia à principe pendent, ſumunt & reſumunt.*
8 *Conceſſio ob merita irreuocabilis eſt.*
9 *Expreſſum videtur ex verbis illis, de quo queritur, ſi ad aliud verba referri non poſſunt.*
10 *Subſtituti in feudis ex pacto ſuccedere dicuntur.*
11 *Inueſtitura conſecuta ante ſubſtitutionis factæ plures [illegible] attingere [illegible].*

12 *Vita*

12 *Vita & militia filijs debita exitu vita eſt peri-
tur.a.*
13 *Verba,prout m-lius viſum fuerit & placuerit,quid
operentur,remiſſiuè.*
14 *Volu-itas m stris inter filios eſt magis conſideran-
da quàm iuris ſubtilitas.*
15 *Conceſſio R-gis a ſtilo cancellariæ conſueto interpre
tationem recipit,*
16 *Verba in conceſſione poſita, prout ei melius viſum
fuerit,quid operantur.*
17 *Feuda reſtitutioni ſubiecta non reperiunt empto-
rem.*
18 *Clauſula, iuribus curiæ & alicuius ſemper ſaluis,
quid operetur.*
19 *Plura ſingularia non præſumuntur conceſſa;ſi con-
ſecutiuè non veniunt.*
20 *Verba prout ei melius viſum fuerit,appoſita conſe
cutiuè primæ diſpoſitionis non inducunt nouã gra
tiam,ſed declarant,& corroborant primam.*
21 *Interpretatio in dubio facienda eſt: vt bona ſint li-
bera.*
22 *Ademptio fideicomniſſi eſt fauorabilis: quia eius
datio eſt odioſa.*
23 *Rex non diſponet de feudo alteri conceſſonam per
infeudationem deſinit eius eſſe dominus.*
24 *Facultas diuidendi, & diſtribuendi feuda inter fi-
lios continet etiam ſecundam diuiſionem, quæ ad
primam neceſſariò ſubſequitur,vel ſi de mente Re
gis aliter liqueret.*

TRIGESIMO SEPTIMO
1 quęro.an † ſi Rex dat licentiam
diſponẽdi de feudis inter filios
modo infraſcripto, poſſit fieri
ſubſtitutio?Vt ecce Sac.Cæſ.Ma
ieſt.in tranſlatione nonnullarũ
ciuitatum, terrarum & feudorum facta Illuſtri
principiſſæ Sulmonis dominę Franciſcę de Mõ-
belli.in priuilegio expedito . . Adiecit hæc ver
ba,videlicet hac tamẽ declaratione ꝙ dicta Prin
cipiſſa tã inter viuos,q̃ in vltima voluntate inter
eius & dict.q.Ill.don Caroli filios prædictas ci-
uitates, terras, caſtra & feuda,& bona de ſuper
conceſſa diuidere:& de eis ad vtilitatem prædi-
ctorum filiorum, ſeu alterius eorundem diſpo-
nere poſſit,& valeat,prout ei melius viſum fue-
rit,& placebit: nulla alia noſtra licentia & aſſen
ſu noſtro requiſitis. An ex tenore dictorum ver
borum cenſeatur data poteſtas dictæ Principiſ-
ſæ diuidendi, & ſubſtituendi inter prędictos fi-
lios: hæc licentia data fuit a Cæſare non ad po-
ſtulationem partis, ſed ſuo nutu, ac motu pro-
prio:eo etiam tempore quo prædicta bona feu-
dalia erant in ſuo dominio: poterat ipſe in tra-
ditione rei ſuæ apponere legem, quam voluit,
ex vulgata regula, non poteſt appellari diſpenſa
tio: quia nondum feuda peruenerant in domi-
nio feudatarij,erant in ſuo poſſe: ſibi ipſi non
diſpenſat, neque in re ſua, ex alia regula. &
2 † quia inter diſpenſantem & diſpenſatum de-
bet eſſe differentia, ſicut inter dantem, & re-
cipientem,lege prima,de rerum permutationi-
bus,lege ſecunda,de ſtipulatione ſeruorum, di-
ſpoſitum & diſponens l. final. de fund.inſtruct.
dum res in dominio eſt ſuo, non dicitur de iure
3 publico remittere, quia † ipſe eſt pater & do-
minus feudorum: & poteſt mutare omnem na-
turam feudorum,capitulo primo, de feud. non
hab. prop.nat.feudi, & poteſt feuda vertere in
burgenſaticum: vt Andr. ſcribit in capitulo pri
mo,de contra.feud.apud par.ter. & in capitulo
primo.§.ſi verò contigerit. de pac.iuramẽ.firm.
4 & legimus † nonnulla feuda a Regibus conceſ
ſa in burgenſaticum,& Roberti Regis. qui do-
mino Nicolao Freccię ſuo a latere Conſiliario
& Locumtenenti Prothonotarij quędam bona
feudalia in caſalibus Sueſſæ conſiſtentia in natu
ram allodialium deducit, & extinguendo appel
lationem, & nomen feudi in burgenſaticum
concedit dicto domino Nicolao, & hæredibus
ex corpore pro ſumma unciarum quinquagin-
ta. Non dicitur tunc Rex relaxare duritiem iu
ris, cum ius feudale in re Principis non reſiſtit,
neque aliquem nexum appoſuit: ipſe enim legi
5 bus eſt ſolutus.l.princeps,de legibus. Aut † ſint
bona patrimonialia,aut Cæſaris, aut demania-
lia,aut regalia.poteſt diſponere, prout vult, ſiue
fiſcalia ſint,vt per Andr.& alios in rub.quæ ſint
regalia:dum tamen non graue damnum coronę
inferant, vt per Andr.in in capitulo imperialẽ.
§.præterea ducatus.de prohi.feud.alie.per Fede
ric.& Moder.ibi & in prælud.feud.priuilegium
6 † nuncupari non poteſt,dum donat in feudum
beneficium eſt. capitulo primo. §. beneficium.
ex quibus cau. feud. amit. dum tunc infeudan-
do poteſtatem dat feuda diuidendi inter filios,
quorum forma repugnabat, pata infeudationis
eſt iuxta not. per gloſ. in l. pacta conuenta. de
contrahenda emptione,nõ confert aliquod ſin-
7 gulare ius in accipientem.& † omnia feuda etiã
regalia ab ipſo Principe pendent,fluunt & reflu
unt.capitulo primo,de feud.mar.ius commune
non anguſtatur, nec tertij ius lęditur, priuile-
gium dici non poteſt: vt declarant in l. final.de
conſtitu.princip. in hac conceſſione nulla po-
teſt imputari ſubreptio, aut obreptio:cum pars
per ſe nihil petat, nihil explicet in precibus;aut
verum tacendo, aut falſum exprimendo,firmior
eſt,cum à motu proprio procedat,dicto capitu-
lo ſi motu proprio, non debet anguſtari per
anfractua legales, cum bona fide more optimi
Principis verſatus diſpoſuerit, veluti naturale
ius inſpexerit, & non duritiem poſitiui iuris,
debent verba Principis accipi iuxta regalem mo
rem, argumento l. vel vniuerſorum, de pigno.
8 actio. ſat † eſt conceſſiſſe pro magnitudine
meritorum, illud irreuocabile eſt. lege pater.
§. final.de dona. videtur ſenſus eſſe apertus, dũ
diſpoſitio confertur Principiſſæ diſponendi,
prout ei melius viſum fuerit & placuerit: hæc
verba debent aliquid operari. lege ſi quando,de
legatis tertio,non occupant membranas ſine ef-
fectu,capitulo ſi Romanorum.decimanona di-
ſtinctione,expreſſerat de diuiſione feudorum,
inter filios facienda per matrem, dum ſequen-
tia adiecit. hoc ſignificauit, vt dum diui-
dit, etiam & ſubſtituat, ſi matri ſic viſum

9 fuit, & melius viſum, & ſic ſibi placuit † vide-
tur expreſſum quaſi ad aliud referri non poſſit
l. fundus qui locatus. de fund. inſtruct. verba
ſunt geminatè poſita & ad gratiam augendam
indicant Regis iotentionem enixam erga ma-
trem: vt diſponat ioter filios veluti ipſe Rex
diſponeret, & legimus conſimiles infeudatio-
10 nes oonorum feudorum à Regibus factas† cum
his ſubſtitutionibus; vt morienti ſuccedat pa-
truus, nepos & agnatus remotior, aut ſororius,
quibus etiam alia ſubſtitutio facta eſt, quòd e-
uenieote caſu ex pacto & prouidentia ſuccedūt:
vt per Aodr. in capitulo primo. §. & quia, de
his qui feud. dat. poſſ. & habuimus de facto in
11 arduis cauſis. perinde † videtur, acſi voa in-
ueſtitura plures infeudationes ad tempus fece
rit,†vt per Andr. in capitulo primo. §. hoc quo
que colum. tertia, de ſucceſ. feud. ſucceſſiuo or-
dine vocati l. cum ita §. in fideicommiſſo. de le-
gat. 2. & per Aodr. in capitulo primo. §. ſed &
reſp. ſecuoda col. per quos fiat iouestit. & quaſi
ad diem datū reſtituriooi, ſubiaceat: vt per ſum-
miſtas in bac rubrica, & per eundem in capitu-
lo primo, quarto volumioe, qui ſucceſ. tenen. &
in capitulo primo. §. prætetea. columu. quarta,
de probi. feud. alie. per Feder. hoc egit mater pia
filiorum vtilitati coosulere, dum ſine liberis vi
tam finiunt: alij filij caducam ſucceſſionem ha-
beant; hoc Rex voluit in re ſua: vt matris ſit pla
citum diſponendi. & ſi arbitrium boni viri quę
rimus: vt in l. Thais. §. ſororem. de fideicommi.
liber. nemo vir bonus arbitrari poſſet, matrē nō
bene, neque ex ordine charitatis diſpoſuiſſe,
ſi matri hoc melius viſum fuit pro filiis, oon ha
bent filij, de quo conquerantur: cum illud regia
authoritate perfecerit: bonum fuit feuda noua
repugnante regula iuris Francorum, matrem in
ter filios diuidere: vt nobilius viuant, & habeāt
12 ſucceſſiooem cum aliâs† vita & militia eis debi
ta erat in exitu vitæ peritura. ſed hoc melius rex
matri pro filijs tribuit: vt ſubſtituat, hooo me-
lius inuenitur l. vbi autē. §. 1. de ver. ob. illa ver-
ba, ſalua ratiooe recti ſermonis, referri non poſ
ſunt ad ea, quæ de diuiſione expreſſerat: ſunt ge-
neraliter accipienda, ex l. ſi ex plurib. de accepti.
& in l. tres fratres. §. Lucius. de pac. vbi doctores
nihil operarētur, coniungit maiora expreſſis, dū
poſt diuiſionem dat facultatem diſponendi, &
vniuerſaliter, cum non reſtringat modū diſpo-
neodi, & dicat tam inter viuos quàm io vlti-
13 ma voluntate, addit etiam, prout ſibi † melius
fuerit viſum & placuerit, de quo per Barto. in l.
creditor. §. Lucius, mandati, & io l. ſi ſic. de leg. 1.
ſi matri pro filijs hoc viſum eſt melius, reprehen
di non poteſt. l. quid tamen §. ſi arbiter. de arb.
& in l. 1. de vent. inſp. concurrit in hoc poteſtas
& voluntas, videtur matrē potuiſſe filijs ſubſti-
14 tuere: & in ter filios magis † conſideraoda eſt vo
luntas matris, quā iuris ſubtilitas. l. fi. C. fam. er.
quam ad hoc allegat Bal. coosi. 328. 5. lib.

Verius mihi cōtrariū eſſe videtur: & ꝓ hoc fa
cit cōcluſio ſupra firmata, quòd illa generalis licen
tia, ſeu ptās reſtrīgatur ad primū actū, q in ſe eſt
validus & operatꝰ effectū ſuū, matre diuidēte ca-
ſtra & feuda inter filios, ſtatim oīs ſua facultas,
& poteſtas extiocta eſt: hoc voluit Rex, vt ma-
ter diuidat, quia hoc expreſſit: ſi enim voluiſſet
quòd potuiſſet ſubſtituere, dixiſſet verbis ſpe-
15 cialibus: quia à ſtylo cancellariæ ſic fieri con-
ſueuit: vt per Lapum allega. 80. Ea quæ ſpecia
li nota digna ſunt verbis generalibus videntur
neglecta. l. item apud Labeonē. §. hoc edictum.
de iniur. de qua per Bal. conſi. 443. factum tale
16 eſt. io ſi. primi volu. fateor † gratiam diuiden-
di eſſe fauorabilem & generalem: in eum tamen
diuidendi modum, qui melius viſus eſt matri &
ſibi placuit: vt ſi plus vni, quàm alteri de feu-
dis dare voluerit: ſi vni feudum ſine vaſalis, &
alteri Ciuitatem cum vaſallis & titulo, prout
fecit aſſignando Don Ferdinando Ciuitatem
Bouiam cum titulo Ducatus, & alteri Don .
. . Baroniam Prati, ad hoc illa verba referun-
tur: oon potuiſſent filij conqueri, quòd vnum
pluſquàm alios in hooore habuiſſet, vel maio-
rem portiooem plus vni tradidiſſet, quàm alijs:
cum ex voluntate matris habeant perpetuò, &
in dominium, quod fuiſſent habituri in vita, &
ſine dominio io vitam & militiam, quæ tempo
ralis eſt, & percipi poteſt à manu primogeniti:
vt oota. in l. regni, comitibus: nunc autem per
cipiunt maoibus proprijs, & vt domini vene-
rantur, ac habent ſubuentionem à vaſallis. Hoc
præſens commodum filiorum fuit cogitatum a
Rege, noo vt mater ſubſtituat alterando oatu-
ram feudorum, quæ cum erant coocesſa pro ſe
& hæredibus quò ad quædam effecta eſſent ex
prouidentia matris, & ooo ipſius Regis: cum
ipſe dicat, feudi natura io aliquo ooo mutata:
nō cogitauit aliam iooouationem facere io feu-
dis, quàm ea, quam expreſſit ſecundùm Aodr.
in c. 1. 6. col. qui ſucce. tene. Hæc vtilitas fuit in
mente Regis quò ad filiorum fauorem: quota,
qualitas, & reditus feudorum: ſubſtitutio autē
ioſpecto præſenti ſtatu: nullam aut modicam
attuliſſet filijs vtilitatem, multum indulſit Rex
filijs vt habeant, quod noo fuiſſent habituri: ſub
ſtitutio autem fuiſſet damoum Regis. limitauit
Rex quò ad præſens tantùm, ooo ampliauit ſuc
ceſſiooes futuras. voluit Rex filios eſſe locuple-
tes, vt in eius expeditionibus, ornatius & ſplen
17 didius ſe habeaot. † cum feuda habeant reſti-
tutioni ſubiecta, non reperiunt emptorem. l.
fina. C. commu. de lega. hoc melius eſt pro filijs,
dum habent rerum ſuarum alienandi liberam
facultatem l. 2. §. 1. ſi quis a parent. fuerit ma-
oumiſſ. ootat Andre. io c. primo. §. ſecundo.
18 de pa. iur. firman. † dum ait Rex: Iuribus Cu-
riæ & alterius ſemper ſaluis & reſeruatis, pręſen
tir futuras deuolutiones feudorum tam ex rei
natura, quàm ex inueſtituræ forma: hæc ſubſti-
tutio principaliter reſpicit matrem, non filios:
bonum eſt ſubſtituentis non ſubſtituti. l. cohære
19 di. §. cum filiæ. de vulga. & pupilla. † oon eſt
credendum. Principem vt ſiogularia voluiſſe
concedere, vt not. in l. 1. C. de dot. promiſſ. ple
nè Alciat. reſponſ. 397. cum hæc conſequuti-
uè non ſiot, ooc veniaot: vt gloſſ. dicit capitu
lo quia io tantum, de pręben. & io c. non poteſt.
de

de præben.in 6.diuidere & ſubſtituere,aut con-
traria ſunt,aut limitatiua, vnum ab altero neç
dependet,neç naſcitur;dum filius ſine prole de
cedit, habet feudum ex regula ſucceſſorem, vel
reuerteretur ad eum, qui conceſſit, extinguitur
conceſſionis effectus,modò mater ordinem ſuc
cedendi obrueret, & inſufflaret ſpiritum in feu
do, quod eſt finitum,iterum volueretur in mun
do, ſolus Rex hoc poteſt, vt dixi in prin. tertiæ
partis,hæc videtur fuiſſe intentio Regis,qui in
2 nterrogatus idem reſpondiſſet.illa † autem ver
ba poſita,& de eis ad vtilitatem filiorum, cum
ſequentibus, non ſunt appoſita ad donandam
aliam facultatem matri, vt poſt diuiſionem ſub-
ſtituat & ad augendam nouam gratiam, ſed ad
roborandam diuiſionem faciendam per matrẽ
& ſtabunt vt declaratiuæ diuiſionis feudorum
modi fructuum aut quoç non deperſe princi-
paliter, ſed conſecutiuè primeuæ diſpoſitionis,
arg.l.quidam teſtamento.de lega.2. poſita ſunt
ea verba in fauorem filiorum,vt libera habeant
feuda,non debẽt retorqueri in odium, & dicta
ad augendum diminutionem operari non debẽt
ſi mater poſſit ſubſtituere, fauor eſſet matris &
21 odium filiorum d.§.cum filię.Et † in dubio fa
ciẽda eſt interpretatio, vt bona ſint libera,arg.l.
vnum ex familia.§.ſi rem.de lega. 2.l. Lucius §.
tres heredes, ad trebel. vbi Iacob. de Aren.
22 Alberi.& alij.Et tradunt ſcribentes, ꝙ † adem
ptio fideicommiſſi eſt fauorabilis, quia eius da-
tio eſt odioſa l.ſi fuerit, vbi Paolus de Caſt. & So
cin. de rebus dub. quam regulam habet in ore
præcipuã Alci, reſp. 96.492.525.& reſp.531.Et
alibi aperta eſt voluntas Regis,dum prouidet
vtil tati filiorum. ergo matris , cum filios ex-
expreſſit matrem repellit l.cum prætor de Iudi.
Nec obſtaret ꝙ per exequtionem hujus pote
ſtatis filij videntur capere a Rege & nõ à matre,
per tex.in dicta l.vnum ex familia §.primo,&
d.l.pater,ergo non eſt commodum, neque fa-
uor matris nam procederent iura prædicta io
re, quę propriè non eſt nominantis,aut diſpo
nentis, ſed aſtecta venit ad alium, caſtra autem
23 feuda & al.a erāt in dominio matris † per in
feudationem & traditionem Rex deſierat eſſe il-
lorum dominus, & Rex nunc non dicitur ſub-
ſtituere, niſi quatenus feudatarij voluntas cõcur
rit,nihil enim poteſt Rex in re priuati ſine illius
conſenſu ſecundùm And.in c.1.§.ſi verò. de pa.
iur.fit, vel procedat in re, quę ſui natura non eſt
tranſitoria ad heredem , ſuper quo erit cogi-
tandum.

Gratia hæc an ſit motu proprio Regis, ſi be-
neficium latè interpretandum, an ſit portio &
pars donationis remuneratorię, ſit quoque in-
terpoſita non ad poſtulationem partis, & ſuper
re,quæ tunc erat in dominio Regis,non prodeſt
in præſenti diſcuſſionis articulo,cum intelligan-
tur ſecundùm proprietatem ſermonis, vt verba
ſonant.l.cum de l.& ibi Aret. de teſta. videntur
clara in expreſſis, hic eſt fauor, gratia & hoc be-
neficium vt mater diuidat,alia non veniunt, tũ
quia verba non conueniunt, tum quia repugna
re videntur intentioni Regis ex his, quæ ſupra-
diximus, ſequentia enim præcedentia declarant,
& è contra.l.qui filiabus.l.ſi ſeruus plurium §.
ſi. de lega.1 hanc affinitatem contraria recipiẽt,
quæ non tam generalia dici poſſunt quàm par-
ticulariter appoſita proprio & vnico actu non
pro pluribus & ſucceſſiuis temporibus, qui-
bus nonnullæ obſtarent regulę juris,& in dubio
debemus adherere regulę, ſicut Bononienſes
carocio, glo. dixit in l. omnis diffinitio,proce
24 dere †. poſſunt contraria, quando ex natura
actus ſequeretur ſubſequens neceſſarium, vt in l
1.& ſecunda,de pecu.lega.vel quando de mente
Regis aliter liqueret quàm ex verbis prædictis

Ex his videtur reſponſum eſſe contrariũ,ſub.
correctione cuiuſuis rectius ſentientis. l.Clau
dius Felix.qui pot.in pig.hab.

S.V.M M A R I V M.

1 *Aſſenſus præſtitus ſuper donatione feudi an com-
prahendat donationem cauſa mortis.*
2 *Forma eſt verborum expreſſio in aſſenſu à Rege im-
poſita.& illi nihil addi,vel minui poteſt Rege in-
conſulto.*
3 *Rex præſtando aſſenſum,aut videtur mandare, aut
cum eo contrahere, aut donare , aut interponere
decretum, omni caſu forma mandati erit ſeruan-
da,& ab ea receli non poteſt.*
4 *Forma datiua eſt de eſſe rei.ſicut naturalis.*
5 *Donatio inter viuos dicitur propria donatio,non
cauſa mortis,cum per illam dominium tranſeat
in donatarium irreuocabiliter.*
6 *Donatio cauſa mortis eſt reuocabilis ex natura ſua
& ſi donatarius pręmoriatur donanti, vel ſi do-
nantem pœnituerit, reſoluitur.*
7 *Donatio cauſa mortis non eſt pura donatio, ſed cõ-
ditionalis,vel pura ſub conditione reſoluenda,nã
per illam donans proſpicit ſibi , dum viuit , non
donatario.*
8 *Cortex verborum in aſſenſibus ſpectatur , licet
quandoque cauſa verborum & diſponentis mens.*
9 *Donatio cauſa mortis an accedat vltimæ voluntati
vel contractui,vel de vtroque participat.*
10 *Licentia alienandi feudũ continet etiã diſpoſitionẽ
quæ fit in vltima voluntate per heredis inſtitutio-
nem, vel per legatum.*
11 *Licentia contrahendi ſuper feudo , non refertur ad
vltimas voluntates,ſed ad contractus.*
12 *Contractus in teſtamento fieri poſſunt.*

TRIGESIMO OCTAVO
quæro, an aſſenſus Regis ſim-
pliciter præſtitus operetur, ſi
fiat actus cum aliqua qualitate
1 vt † ſi Rex donet licentiam
Titio donandi feudum , poſſit
donare cauſa mortis: nihil agit , qui non ſer-
uat formam à prætore impoſitam, l.ſi pupillorũ
2 §. ſi pretor,de rebus eo.forma † eſt verborum
expreſſio in aſſenſu a Rege impoſita , & illi ni
hil addi , nihilque minui poteſt Rege incõſulto
c.1.§.profecto.de leg.Corra.Ex illo tex. ſcriben-
tes plura decidũt dubia in rebus alienari prohi-
bitis,vt decreta atque licentiæ ſeruentur ad lite
ram

ram pront iacent: vt per Bal.ibi. Alb. & Cuma.
Bar. in l. ſicut. §. ſi permiſerit. quibus mod. pig.
vel hypo.ſol. Paul.de Caſ. in l. quicunque. §. 1.
de inſtito. actio. & per Hiſpanos in rub. de em-
3 pti.& vend. extra. Rex † enim dando licentiam
videtur mandare, & forma mandati ſernari de-
bet, vt iacet c. cum dilecta. de reſcrip. c. piſanis.
4 de reſtitu. ſpoli. forma † datiua eſt de eſſe rei, ſi
cut forma naturalis. l. quid tamen, de arbi. & in
l. cum hi. § ſi pretor. de tranſac. aut verò præſtan
do aſſenſum vaſallo ſuo vt poſſit donare feudũ,
videtur cum eo cõtrahere, & ab ea forma cõtra
ctus recedi non poteſt niſi vtroque conſentien-
te, ſiue de receſſu quò ad eſſentiam. l. ſicut. C. de
actio. & obli. ſiue de mutatione. l. cum plures. §.
l. loca. ſiue de alteratione, vel qualificatione lo-
quamur. l. perfecta. C. de dona. quæ ſub modo,
uel ẽt de protogatione obligationis. l. epiſtola.
§. fin. & l. fin. de pac. aut enim tunc donat feudũ,
qñ ipſe aſſenſum præbet, per legẽ Lobuenire, de
verb. ſig. quam Aod. allegat ad hoc in capitulo
primo. 4. col. qui ſucceſ. tene. & in c. Imperialem
4. col. & ſæpe alibi, & non põt vaſallus donatio-
ni minimum addere, ſicut nec dominus, p d. l.
perfecta, de qua Bal. conſ. 465 in 5. vol. aut ſi ve
limus dicere aſſenſum domini eſſe decretũ pro
alienatione feudi, & videretur abſolutum, per
tex. in d. §. ſi pretor, vt neq; in plus neque in mi
nus mutari poſſit, de communi feudorum iure
ſufficit etiam aſſenſus tacitus domini, vt in c. 1.
§. hac edictali. de proh. feud alie. per Feder.

In hoc aũt Regno ſpecialis requiritur & expreſ
ſus per legem Federici, requireretur etiam & de-
cretum & confirmationis gratia, vt ibi, niſi de
ſpãlis noſtræ celſitudinis licentia confirmẽtur, &
Andr. in d. 9. dixit, confirmationem expectari,
quia confirmationẽ requirit. l. 1. & ſecunda de
confir. tut. Et hæc eſt communis forma cancella
riæ ex regula & forma dictæ legis conſtitutionẽ
diuæ memoriæ, cum dicit, aſſentimus, conſenti-
mus & pariter decretum interponimus: Bal. in
c. Imperialem. col. 4 tangit quæſtionem & con-
cludit, non poſſe donare cauſa mortis, cui do-
nare permiſſum eſt, per l. filius de dona. cum nõ
5 ſit ꝓpria donatio l. 1. §. 1. eo. ti. alia † eſt donatio
inter viuos, alia cauſa mortis, prima firmior &
potentior, cum per illam dominium tranſeat
in donatarium & eius hæredes irreuocabiliter
l. perfecta C. de dona. quæ ſub modo: ſecunda
debilior & reuocabilis ex natura ſua, ſi dona-
tarius præmoriatur donanti, vel ſi donata-
rium pœnituerit. l. 2. l. ſenatus. l. vbi ita donatur
6 de don. cã mor. quãdo † Rex permittit donare
intelligitur proſpexiſſe donatario, & eius hære-
dibus, credit illum habere infeudatarium & nõ
donantem eo ipſo quòd donat, & quando do-
nat cau. mortis, aliud facit quàm Rex vult, pro
ſpicitur ſibi, dum viuit, & non donatario, pura
7 donatio non eſt, ſed conditionalis. d. l. 1. & 2. cũ
ſeq. vel ſi pura reſoluenda, de quo Rex non co-
gitauit, erat vtrunque prohibitum, & donare
abſolutè, vel cau. mortis donare c. primo. §. do-
nare, qualiter olim pote. feud. alie. de eo ſentit,
quod proprium erat donationis. d. l. 1. & d. l. fi-
liusfamil. & in potiore ſui ſignificatione. d. §.
qui inperpetuum, ex quo colligitur regula, quã
ſæpe expreſſimus, quòd in aſſenſu rigorem ſequi
mur non æquitatem, & cui licet quod maius eſt,
non permittitur, quod eſt minus. minus eſt cauſa
mortis donare quàm inter viuos donare, & ta-
men non permittitur, cum diuerſæ ſint donatio
num ſpecies. alia inter viuos, & hæc propria, alia
cau. mortis & hæc impropria, alia pura, & alia
8 conditionalis. cortex † verborum ſpectatur, li
cet quandoque cauſa verborum & diſponentis
mens. l. ſi quis duas. in fi. commu. præd. ſequitur
9 Bal. conſi. 331. quinto libro. hæc † donatio ac-
cedit vltimæ volũtati, licet plus aſſumat de natu
ra cõtractus, ius gl. in l. 2. & ibi Bar. de dot. præle.
& in l. 2. de lega. 1. Bal. conſi. 248. an cæcus. libro
5. & alij, quos non refero, & ſi volumus tenere
opinionem multorum dicentium, donationem
eſſe mixtam & participare de vtroque, vt diſcu-
tit Andr. de legib. connubi. & tur. mar. fol. 91. cũ
ſequẽ. hoc non eſt conceſſum in diſpenſationi-
bus quæ ſtricti iuris ſunt, & per modernos in l.
2. de verb. oblig. & hoc non eſſet ex ui uerborum
ſed ex mente, vbi eadem vel maior eſt ratio. l. in
terdum. §. quod ait. de his qui not. infa. quem
dixit notab. Areti. in l. ſi ita ſcriptum, de libe. &
poſthu. & facit tex. in l. patre furioſo, de his
qui ſunt ſui vel alie. iu. at mortis cauſa donatio
variat ratione diſpoſitionis & mentis Regis. &
qualitas illa repugnat donationi ſimplici. Et ſi
eſſemus in materia non odioſa l. hoc legatum de
lega. 3. & per Alcia. in d. l. 2. ſecunda col. & alios
repetentes. ſed ſi Rex daret licentiam Petro feu-
dum alienandi in vita, poterit de eo diſponere
in vltima voluntate, per Bar. in l. peto. §. fratre
prima col. de lega. 2. per tex. in l. ſi quis priore. §.
cæterùm. C. de ſecun. nup. & in l. vnum ex fami-
lia. §. ſi duos, de lega. 2. alienationis nomen gene
rale eſt l. fi. C. de reb. alie. nõ alie. habet ſub ſe ſpe-
cies ſuas, no. gl. & ibi in c. 1. de alie. feud. pat. Et
tam in vita quàm in articulo mortis poteſt fieri,
niſi reſtricta ſit vel ad vitam tantùm, vel in vl-
tima voluntate tantùm, ideo conſueuit poni in
diplomate regio tã in conceſſionib. feudorum,
quàm officiorũ temporalium, ꝙ poſſit talis diſ-
ponere tam in vita, quàm in vltima voluntate
alienatio quandoque fit tacito ind. inter venien
tes ab inteſtato, licet expreſſè capere non potuiſ
ſent ſecundùm gloſſ. in l. cum pater. §. Iulius
Agrippa de leg. 3. & in l. cum pater §. cum inter
de lega. ſecundo. in diſponendo tempore mortis
non habet regulam prohibitiuam, cum permi-
ſit dominus, alienatio nõ eſt reſtricta ad tempus
neque ad contractum, & generalis eſt licentia,
debet generaliter intelligi ex proprietate ſermo
nis, ideo in teſtamento poterit legare feudum,
vel hæredem inſtituere, not. Socin. conſi. 252. in
penul. col. ſecundo libro. Alber. Bru. conſi. 39. 2.
11 col. ſecus autem † ſi Rex præſtitit aſſenſum va-
ſallo, vt poſſit contrahere ſuper feudo. vel de feu
do. nam ex tali licentia non poterit in teſtamen-
to alteri relinquere feudum: hoc enim verbum
non pertinet ad vltimas voluntates. l. verba con
traxerunt. de verb. ſigni. ius teſtandi non con-
tinet

tinet, ſed ad contractus tantum refertur de pro
pria ſignificatione vocabuli, aliud eſt contrahe
re & aliud eſt teſtari, dum permiſit contrahere
tantum tacitum conceſſit in vita, & per contractū
vltro citroque obligatorium. l. Labeo §. contra
ctum, eo. tit. vnius conceſſio alterius eſt excluſi
ſio l. maritus. C. de procu. Bal. not. in l. teſtamen
ta. C. de teſta. quòd ius nouum de contractibus
12 ad teſtamenta non transfertur, licet † contra
ctus in teſtamentis fieri poſſint l. hæredes pali.
§. fi. C. de teſta. quando in teſtamento de feudō
diſpoſuiſſet, vt contrahendo ſecus eſſet, quòd &
quomodo liqueat, ex ipſa forma apparebit.

SVMMARIVM

1 *Feudi alienatio conceſſa à Rege an ſit fauorabilis,*
vel odioſa.
2 *Feudi alienationi an Rex tenetur aſſentire.*
3 *Aſſenſus in alienatione feudi & poteſtas legitiman*
di longè differunt.
4 *Aſſenſus & legitimatio quæ concernant.*
5 *Aſſenſus quando conceditur à Rege dicitur gratia,*
dum remittit vinculum iuris, & relaxat prohibi-
tionem legis.
6 *Legitimatio quomodo cenſeatur odioſa, vel fauora-*
bilis.
7 *Feudi alienatio ſecundùm diuerſitates perſonarum*
cenſetur fauorabilis & odioſa.
8 *Alienandi facultas licet fauorabilis, aliquando ef-*
fectus odioſus.
9 *Alienando priuatus conſumit effectum poteſtatis,*
quia purpuratur veſte aliena.
10 *Aſſenſus præſtitus in expreſſis fauor & beneſi-*
cium eſt.

1 AN licentia † quā dat Rex Petro,
vt poſſit alienare feudum, dica-
tur eſſe fauorabilis vel odioſa.
Abb. tenet q̄ ſic in eo, qui habet
facultatem legitimandi, in c. fi.
de ſimo. p̄ tex. in c. ſicuti, de præ
bend. in 6. & in capitulo et ſi clerici. §. de adulte-
rijs, vbi moderni de iudic. & alij in l. 2. de verb.
oblig. in Regno dici conſueuit ex dictis per And.
2 in l. Regni poſt litē, quòd † aſſenſus quem præ
ſtat Rex in alienatione feudi, dicitur gratia, quia
non tenetur aſſentire niſi in certis caſibus, &
cum ſua voluntate faciat, dicitur facere gratiā
atque ad hoc aliqua ratione naturali tene-
tur, ſic intelligit l. Titius. de obliq. pact. præſtā.
Bal. in c. primo §. ad hoc. de pa. iur. fir. col. 5. &
in c. 1. col. 3. de no. for. fide. & eo ipſo de gratia
aliquid petitur, impoſſibile dicitur poſtulari,
ſecundùm Bar. in l. 1. de condi. inſti. & in l. quàm
diu. de acqui. hære. & Barba. conſi. 56. 6. col. in
3. lib. gratia autem dicitur beneficium c.
3 At † inter legitimam poteſtatem
& aſſenſum longa eſt differentia, legitimatio
proſpicit ſceleribus hominum & reſtituit pri-
mæuo iuri naturæ, vt in titu. de natu. reſtitu. &
in titu. de iur. aureo. anul. nihil enim peccauit
vt quis illegitimè naſceretur, & ideo miſericor
dia digni ſunt, qui alieno vitio laborant. l. fi. C.
de natu. libe. l. ſpurij. de decur. auth. idem de Ne
ſtorianis. C. de hæret. legitimatio neminem lædit,
niſi ſolum Principem, vt dicit Bal. in l. 1. de tuto.
& cura. dat. ab his, licentia domini Regis ſuper
alienatione feudi lædit rempub. cum committi-
tur de perſona ad perſonam, feuda de publico
ſunt introducta. §. optimum. in auth. de exhibē.
4 reis, legitimatio † concernit perſonam, aſſen-
ſus autem rem ipſam. in legitimatione perſonæ
augetur ſtatus & dignitas hominum c. per vene
rabilem, qui fil. ſint legi. non ſic quando feudum
5 alienatur, poteſt † dici quòd Regem conce-
dentem aſſenſum & gratiam eſſe & fauorabilē,
dum remittit vinculum iuris & relaxat prohi-
bitionem legis, ſuum eſt hoc, neque hoc conce-
dere quò ad ipſum poteſt odioſum cenſeri, cum
nulla lex hoc ſuadeat, nec peccauit, aut deliquit,
& dum feudum alienatur, reſpub. in feudo nō
læditur, quia in recipiente remanet feudum,
prout erat in perſona alienantis, idem remanet
feudum, & alius vaſallus ſubrogatur loco primi
quò ad vaſallum autem recipientem licentiā alie-
nādi nō eſt fauorabile quò ad alios iuris effectus,
præterquā ad ipſam alienationem, quia ipſe
recipit facultatem alienandi, & cum eo diſpen-
ſatur, hoc eſt odioſum, prout in legitimatione
6 dicitur, quòd † reſpectu parentum dicatur
odioſa tanquam ſuaſoria & inuitatoria ad deli-
cta. l. fi. C. de natu. libe. & in §. fi. in authen. quib.
mod. natur. efficiuntur ſui. Bal. & alij in l. Gal-
lus. §. 1. de libe. & poſthu. quò verò ad filios di
catur eſſe fauorabilis, cum princeps pietate mo-
tus abſtergat omnem maculam, & reducat ad
priſtinū ius naturæ illos, qui in nihilo peccaue-
runt, non habebant legem naturalem, neque
naturam ipſam repugnantem ipſis. ſanctio ca-
nonica, atque Imperialis uetuit propter pecca-
ta vitanda, & vt parentes terrerentur à tanto cri
mine in amorem filiorum, Princeps hoc caſu
liminatur naturam, non ſic quando datur facul-
tas alienandi feudum, quod proprium eſt prin-
cipis, transfertur in principatum, qui alienat in
eum, quem dominus ignorat, neque ſunt mores
& genus, hoc intereſt ex nota. per Andr. in c. 1.
de alie. feud. pat. quàm uis ex licentia habeat co-
mites ſuos, vt non in eccleſiam, non in pauperes
aut inimicos domini. l. fi. C. de iur. emphy. ſed in
æquè idoneum & æqualem pro præſtatione ſer-
uitij. Iſer. in c. firmiter. de prohi. feu. al. per Fe-
de. arg. tex. in l. illud. cum ibi nota. per glo. quod
7 non. nec † nouum eſſet, aut incongruum, q
eadē licentia quò ad diuerſas perſonas ſit fauora
bilis & odioſa, vt not. glo. & ibi docto. in l. 3. C.
de in ius vocā. & per Gur. conſi. 16. col. 8. & con
ſilio 35. col. 5. ſtatutum etiam excludens maſcu
los à ſucceſſione parentum dicitur odioſum, dū
excludit fœminas, quæ pariter admittebantur
l. maximum vitium. C. de libe. præt. quò verò ad
maſculos erit fauorabilis fauore agnationis. l. 1.
§. generaliter. de ven. in poſſ. mitt. per Dida. Co
uaru. lib. var. reſol. tertio, c. 6. & multa ſimilia refer
8 ri poſſent, & † ſi acutior dicat, quomodò li
centia in ſe vel facultas ſit fauorabilis, effectus
autem ſit odioſus, cum effectus dependeat ab ip

ſa

ſa facultate . l. 1. ſolu. matri. dos eſt fauorabilis propter prolem, quę ex dote ſequitur, & venter parturiens eſt fauorabilis reſpectu filij, qui inde naſcitur, d. §. generaliter, & quando unū propter aliud conceditur, illa conceſſio ſortitur naturā eius, propter quod conceditur, facit tex. in l. argento, de auro & arg. le. not. Bar. in l. conſtitu tionibus, ad municip. dici poteſt, quod rei natura hoc facit, & cum reſpub. læditur non ius publicum, vel diuinum, ſecus in prophanis, quæ à ſola hominum voluntate dependent, vel forte quā do ſanctio eſt generalis, ſecus quando prouiſio eſt particularis, vel quando lex hoc decernit, veluti ex neceſſària ſequela, aliàs nihil operaretur, & eſſet legem imponere verbis, & non rebus, quando ferendum non eſt l. 2. §. 1. C. commu. de lega. itē propriū eſt principis ex ſui abſoluta poteſtate hoc poſſe. §. fi. in auth. quib. mo. natu. effi. legi. committit alteri faciendum generaliter cōcedendo poteſtatem ſpurios naturales & alios legitimandi, vtitur iure ſuo & authoritate propria in his, quę ſunt contra naturam, aut præter, prout etiam dicitur in iuriſdictione ordinaria & delegata, vt ordinaria dicatur fauorabilis. delegata dicatur odioſa, quia per eam derogatur ordinariæ. l. mandato. & l. fi. de offi. eius, cui man.
9 eſt iuriſ. l. moris. §. 1. de pęn. priuatus † quia priuatus, & veſte aliena purpuratus nō ſic honoratur vt dominus, eo ipſo quòd ſuam poteſtatem exercet, alienando conſumit effectum poteſtatis, & nullum habet fauorem, vel à domino vel à lege: ſępe etiam radix arborum eſt amara, & fructus dulcis, vel è contra quatenus à cauſa prima, quæ eſt Rex ipſe, defluit in ſecundam, qui eſt ipſe feudatarius, tantùm operatur & non vltra. l. ſi quis domum. §. fin. loca. l. pero. §. prędium de
10 lega. 2. quicquid † ſit tenendo gratiam aſſenſus eſſe odioſam vel fauorabilem nō potuit plus operari, q̃ ſit expreſſum oculo corporis, fauor eſt & beneficium in expreſſis, vel quæ ex eius ſequela perueniunt; odium non eſt irrationabile ratione perſonę, quæ ſit incapax ad capiendū propter culpam propriam aut alienā, cum Rex propter culpam propriam, aut alienam, cū propter rem commutabilem Rex vtitur arbitrio, prout vult, vide etiam quę ſcripſi ſupra quæſtione ſeptima.

S V M M A R I V M.

3 *Aſſenſus à Rege conceſſus Petro vt vendat Sempronio, cuius gratiam, vel fauorem reſpiciat.*
2 *Gratia perfectè dicitur nominata perſona, & ſolam exequutionem expectat.*
3 *Differentia, quando gratia præſtatur emptori, aut venditori.*

1 QVADRAGESIMO quæritur, quando † Rex concedit facultatem Petro, vt poſſit vendere Sempronio, cuius dicitur cōtinere gratiam Petri aut Sempronij, aut vtramſqua? Facti quæſtio eſt, cuius fauore id egerit Rex. l. ſicut. §. ſi de-bitori. quib. mod. pig. vel hypot. ſolu. quando certum eſt, cuius contemplatione conceſſerit, res aperta eſt. l. continuus. §. cum ita. de verbo. obli. Andr. not. in c. 1. §. ſi libellus. de alien. feud. pater. de feudo conceſſo patri & filijs expreſſis eorum nominibus, quando certa perſona expreſ-
2 ſa eſt, non † eſt ſimplex gratia, cum ſit in eſſe producta, quò ad nominatam perſonam ſolam exequutionem expectans ſecundùm Abba. in c. fin. de ſimo. pro quo Sand. ibi in fi. col. allegat glo. in c. literas. in verſi. ordinarij. de fil. præsbite. & idem in c. poſtulaſti. 8. colum. de reſcrip. per Soci. conſi. 240. col. 10. ſecundo lib. Et in dubio videtur nominata perſona contemplata, vt firmat Alciat. in l. 2. 8. col. nu. 52. de verbo. obligation.
3 per † nominationem perſonæ videtur principaliter habuiſſe à Rege, ac ſi diceret Rex præbeo aſſenſum Petro ementi feudum à Caio: vtilitas poſſet conſiderari, ſi interim venditor committat culpam, ex qua gratia extinguitur, & poſtea reintegretur, an ex eadem poſſit, pro qua Luc. de Penna in l. . . . . . . ſi continet fauorem emptoris videretur quòd ſic: quia gratia facta eſt emptori, & nō debitori, & ex eius culpa non perimitur ius alterius. l. fi. de pact. ſuper quo relinquo cogitandum. noua eſt quæſtio, non tacta à perioribus Regni.

S V M M A R I V M.

1 *Aſſenſus præſtitus ſuper venditione feudi, an comprehendat obligationem ipſius, quam emptor fecit venditori pro reſiduo pretij.*
2 *Aſſenſus impetratus ſuper venditionem feudi, & non in pacto de retrouendendo, quod emptor fecit venditori, an vitietur in totum.*
3 *Obligatio facta ab emptore venditori, dicitur pars pretij, conuenti.*
4 *Aſſenſus an dicatur ſubreptitius, ſi in ipſius expeditione non ſit mentio pacti de retrouendendo.*
5 *Textus in l. 1. in §. fi. cū l. ſeq. de reb. eor. ſecundùm quoſdam eſt mendoſus.*
6 *Minor, vel eccleſia emens cum pacto de retrouendendo, aut alio reſolutiuo contractu, licet ſuper eo non accedat decretum, tenet tamen vtrunque, & emptio, & pactum.*
7 *Obligatio feudi pro ſolutione pretij, non eſt vera obligatio ſuper feudo emptoris, antequàm pretiū ſoluatur, ſed naſcitur ex primaeuo contractu.*
8 *Obligatio feudi pro reſiduo pretij fit ex neceſſitate, non ex voluntate, nec venit propriè appellatione alienantis.*
9 *Venditor pro pretio poteſt retinere feudum iure pignoris.*
10 *Obligatio generalis ab emptore venditori facta, nō includit rem ab eodem venditore emptam, ſed ſpecialis requiritur.*
11 *Tres caſus in materia quæſtionis propoſita, nu. 11. 14. & 16. Primus: aſſenſus impetratus per venditorem ſuper venditione feudi nō expreſſo, quòd pro pretio eſſet obligatum, non operabitur.*
12 *Obligatio tacita legis quæ ineſt pro ſolutione pretij, in quibus intelligatur.*
13 *Qualitas, quando lex repugnat, apponendo decretū*

an-

annullatiuum, à partibus rata haberi non poteſt.

14 *Secundus caſus. Aſſenſus impetratus ab emptore ſuper venditione feudi ſibi facta non expreſſo, quòd pro ſolutione pretij feudum rem inferat obligatum, non tenet etiam reſpectu venditionis.*

15 *Clauſula, veris quidem exiſtentibus prænarratis, operatur etiam reſpectu omnis leuis obreptionis, vel ſubreptionis.*

16 *Tertius caſus. Aſſenſus impetratus à Rege per venditorem & emptorem ſuper venditione feudi, non facta expreſſione obligationis pro pretio, tenet ſolùm quò ad venditionem.*

QVADRAGESIMO primò quæro de vtili quæſtione. Rex
1 † præſtitit aſſenſum Gaſpari ſuper vẽditione feudi, voluit venditor pro reſiduo pretij, illud feudum eſſe ſibi obligatum, pro qua obligatione non habet alium aſſenſum; controuerſia facti eſſe videtur, quæ decidi videtur in l. 1. §. fi. cum l. ſeq. de reb. eorum, quòd in obligatione nouus aſſẽſus requiratur ſi vẽditor tradidit poſſeſſionem feudi, eo tunc per traditionem feudum eſt effectum de dominio emptoris, lex feudi repugnat obligationi, niſi dominus cõſentiat, vt ibi dicitur de minore emptore prædij, ne poſſet idem prędium venditori pro pretio obligare, cum diui Pij repugnet oratio, fiet ſeparatio contractus, vt vnum teneat. quod eſt legitimum, aliud non: de illo tex. in d. §. fina. And. cecinit in c. 1. vlti. col. de feud. dat. in vic. l. commiſſo. & ego aliqua ſcripſi quæſt. 16. ſi
2 † impetratur aſſenſus ſuper venditione & non in pacto de retrouendendo: quod facit emptor. ſi vitietur in totum. hanc quæſtionẽ poſuit Afflict. meus in l. Imperialem. in 5 t. quæſt. num. 107. & tenet obligationem non valere, per tex. in dicta l. 1. §. fin. idem ſcripſit in c. primo. §. in generali. ſi de feudo fuerit controuer. & in rub. de feud. dat. in vic. leg. commiſſo. & in l. regni conſtitutionem diuę memorię. nu. 16. quem ſequitur Luſitanus Arius Pinellus in l. 1. C. de bon. mater. car. 402. cum ſeq. Rafael Cumanus dixit tex. ibi eſſe mirabilem propter rigorem cõſtitutionis. & Bal. immemor illius literæ conſuluit contrarium conſi. 415. illa ſolemnitas, in ſecundo lib. cum duo fiant eodem contextu, vnũ teneat, & alterum vitietur, & deterior fiat conditio venditoris, qui tractat non de lucro captãdo, ſed de conſeruando pretium rei ſuę, intelligebat illum tex. vt procedat in caſu ſuo tantùm: in minore emente & non in alijs contractibus & illa durities obſeruetur propter prohibitionem diui Pij, quæ in alijs cautis eſſet irrationabilis & ſatis dura, & non poſſet extendi & allegari extra terminos dicti §. fi. pro certo acerba ſatis & cruda videtur eſſe deciſio Vlpiani in d. §. fi. ſi tẽpore traditionis rei meæ appono pactum cõſeruatorium rei, quam trado, traditio teneat & pactum annulletur. plures regulæ ex illo textu correctæ viderentur, iniquum videtur, auferre contra fidem conuentionis. l. 1. § ſi conueniat; depo. l. in commodato. §. ſicut. commo. ibi. non decipi beneficio oportet. & aliæ, quæ ex ſe patent: hoc durius videtur, cum tractamus de inualidanda obligatione pignoris, quod leuius eſt. l. ſi. C. quæ res pig. oblig. poſſ. non fuiſſet venditurus feudum, niſi ſub ea obligatione ſoluendi pretium. l. ſi quis aliam. ibi. non accepiſſet, de ſoluto. l. cum quęritur. ibi, adoleſcenti aut in totum. de admini. tuto. l. Caius de manu-
3 miſſ. illa † obligatio pars eſt precij conuentionis, & quò ad quid tenet, & quò ad quid non. l. fundi partem. de contrahen. emptio. ibi. nam hoc ipſum fundi precium videretur, quod eo pacto venditus fuerat. videretur emptor cum aliena iactura locupletari, quod nemini licet, nec eccleſiæ aut minori. c. ex tenore. de for. compe. debet aut tenere pignoris obligatio, aut neutrum valere.

Nec obſtat, quòd facta traditione cœpit feudum eſſe emptoris. nam hoc verè non poteſt affirmari; cum eadem obligatio facta fuerit in eodem met contractu venditionis, & non ex poſt: tunc poſſeſſio tradita eſſet verè & liberè, neque aliquo onere affecta. tunc haber locum prohibitio Imperialis: vt feudum non poſſit obligari. erat vtrunque prohibitum & vendi & obligari, mutatione perſonæ alterius eſt feudum non primi. l. Paulus reſpondit, de acqui. hęredi. procederet allegatio domini Afflic. qua de re dubitari poterit, an bene ſcripſerit in dictis locis, quando tempore alienationis feudi ſit in eodem contractu obligatio eiuſdem feudi, ipſe etiam in d. c. 1. nu. 10. preſſus difficultate dicti tex. intellexit ipſum. quando pactum fuiſſet ex interuallo, quod eſt manifeſtè cõtra literam, & vnum tunc videtur tenuiſſe in vno loco, & aliud in alio: quia litera dicit contrarium, & contra mentem omnium ſcribentium, dixi ſupra in q. 16.

4 An † aſſenſus expeditus ſit ſubreptitius: quia non continet etiam pactum de retrouendendo in expeditione ipſius. Aliud ibi dubium erat, quod poſſit hic adaptari, cum agimus de ſubreptione gratię, cuius totum factum non fuit narratum Principi, nunc an contractus vitietur in totum, ſi doctorum ſcripta repetamus, non ſatis ipſis liquere poteſt decidendi ratio in d. §. fi. ſiue Curtium legeris conſi. 146. cum ſeq. ſiue Gozadi. conſi. 15. ſiue noſtrum Afflic. in locis prælle. ſiue Nicoſantum in diuerſis ſui tractatus partibus, And. Tiraquel. & alij quos erudito labore congeſſit. aduerſari ſibi videntur in his, quæ ſcripſerunt, & conſuluerunt, dum illum tex. intellexerunt in minore tãtùm emẽte, ſecus in tutore, vel curatore. cum eadem ſit ratio in vtroque, de quo May. & alij in l. contra iuris. §. ſi. de pac. & Moderni repetentes. l. 2. de pac. in
5 ter emp. & vendi. alij. † dixerunt illum tex. eſſe mendoſum, quod ex ſequentibus verbis literæ comprobant, & Andr. de vtroque retrac. in fi. num 13. & Bar. ſentit in l. itẽ quia, in fi. prin. de pac. vbi eundem. §. citat, quaſi ibi obligatio minoris tenuerit, quæ opinio non eſt recepta, & habetur in libris Florentinis, & ratio quæ ponitur poſt deciſionem negatiuá nullo modo congrueret, & in l. ſequen. Aliqui voluerunt, quòd ille tex. tunc procedat, quando obligatio

ne generali, de pigno. per text. in l. cum taber-
nam, in §. fina. in verſi. ab alio, eodem titulo.
Et ibi notat Fulgoſius, quem ſequitur Alciatus
in dicto reſponſo 121. in fi. verſic. Roma. ſin-
gula. 605. de quo non meminit Nicoſan. in
tracta pigno. in ſecundo membro, ſecundæ par
tis principalis, nume. 12.

Pro ſolutione autem tantæ difficultatis, in
qua tanti viri grauiſſimi & contrarium ſenſe-
runt, & Vlpianum virum æquiſſimum de im-
pietate notauerunt, conſidero tres caſus. Pri-
mus caſus eſt, quòd ſi venditor impetret aſſen-
ſum à Rege, vt poſſit vendere feudum, nec a-
liud exprimat, qualiter vult feudum ſibi eſſe o-
bligatum pro ſolutione prætij, & aſſenſus, non
operatur in obligatione feudi. quia hoc ab eo
petitum non eſt. gratia eſt, peti debet, vt in
toto titulo. C. de præcib. imperat. offerend. ſic
in Regno dicimus, aſſenſum gratiam eſſe, quia
cum difficultate conſueuit concedi, l. apud Iu-
lianum. §. fina. de legatis primo. Ideo petit,
vt Rex de cauſa cognoſcat, an ſit concedendus
aſſenſus, & propter cauſam recedat a regu-
la iuris communis. l. ſi hominem. C. manda.
quã Bartolus ibi dicit eſſe ſingularem. & Mayn.
in l. non ſolùm. §. morte, num. 37. de noui
ope. nun. & in l. nemo poteſt, tertia. colum. de
lega. primo nihil petenti nihil dabitur, gratia
eſt cum relaxat prohibitionem iuris. l. 1. ſi. §. de
quęſtio. l. 2. §. ſi. ſi liber. inge. eſſe dicatur gratia
adoptionis l. 2. de adop. gratia reſtitutionis na-
talium. l. 2. de nata. reſtitu. quod hodie ad legi-
gitimatos refertur, & in titu. de iur. aure. anulo
11 gratia † à ſupplicatione regulatur, cum certa
eſt narratio. l. 1. C. de diuer. reſcrip. capit. inter
dilectos, de fid. inſtru. & dixi alibi, hic venditor
ſciebat obſtaculum iuris communis, quo feu-
dum, nec vendi, nec obligari poterat, quare limi
tatè impetrauit aſſenſum ad cautelam empto-
ris, ipſe ſciens erat, non decipitur ab alio. lege
1. §. fi. de actio. empti, de alio queri non poteſt,
qui ſecum contraxit, nihil peccauit, nihil petijt,
& à Rege nihil ſibi conceſſum: eſt damnũ, quod
quis ſua culpa ſentit, ſentire non videtur, l. dam
nũ. de regu. iur. tenet venditio, & nulla erit obli
gatio, & pręſertim cum dictum eſt ex forma cã-
cellarię, quò ad expreſſa tantùm duo exprimen
da erant, & vendere & obligari feudum pro ſo-
lutione prætij.

Nec obſtat, quòd contractus eſt indiuiduus,
& pro parte ſcindi non poteſt d. l. ſi quis aliam,
& aliter non fuiſſet contracturus. l. cum eiuſ-
dem, de ædili. edic. ibi. non niſi omnes vendituꝛ
rum fuiſſe, & l. cum quęritur, de admi. tuto. ibi,
adoleſcenti aut in totum, & in l. Caius. de manu
12 mi. & † & quod inſit tacita oblig. legis in ſolutio-
ne prætij, nã procederet in eo, qui poteſt liberè
diſponere de re ſua, non quando requiritur rela
xatio, aut diſpenſatio iuris: tunc ſecus, declarat
Io. de Imol. in l. index poſtquã de re iudi. poſt Bar.
in l. actorũ, eo titu. Alex. cõſi. 90. ferè omnis vis in
2. lib. & ſequitur Alcia. d. reſp. 121. cõtractus, quã
do iure communi eſt permiſſus, debet aut in to
tum reprobari, aut in totũ approbari cum om-
nibus qualitatibus ſuis. d. l. cum quęritur cũ alijs
in allegat. tunc tranſit cum ſua cauſa. l. ſin antẽ
de pac. vbi Alb. May. & alij, ſecus quando non po
teſt liberè de re ſua diſponere ſine ſpeciali gratia
aut licentia, valebit tantùm in eo, in quo poteſt
de iure, in alio non. Et in hoc claudicabit, quod
non erit inconueniens ratione perſonę vel rei
l. Iulianus. §. ſi quis colludente. d. actio. empt. de
quo per Bal. conſi. 162. in 3. vol. Imol. in clem. 1.
de reſtit. in integ. Bar. ibidem & per eundẽ Bar.
in l. qui ſub conditione. §. fi. de cõdi. inſti. quãdo
pars contractũ approbat, tenetur cum omnibus
ſuis appẽdicibus ratũ habere. l. ſi quis ita hęres in
ſtituatur, de acqui. hæredi. l. quidam ſi quis o-
13 miſ. cau. teſta. not. Ang. in d. l. ſin aũt, qñ lex † re
pugnat iſti qualitati, non poteſt rata haberi,
quia lex appoſuit decretum annulatiuũ, & pars
non tenetur approbare, quod de iure reputatũ
impoſſibile. Iſta eſt vera rõ deciſionis dicti. § fi.
& non vt aliqui, quia non eodẽ tempore, ſed ex
interuallo, vel ſecus quando cum tutore aut pro
curatore contracta eſt hypotheca, hoc etiã mo-
do tolluntur impietates contra ſapientiſſimum
Vlpianum imputetur ei, cum quo contraxit, ſcie
bat aut ſcire poterat cõditionẽ perſonę. cũ qua
contraxit, l. qui cum alio. de regu. iur. neque Vl-
pianus quicquam iniquum cenſuit, iam reme-
dium conſulit vt a principe confirmatio peta-
tur.

14 Secundus caſus eſt, quãdo † emptor impetra-
ret aſſenſum à Rege ſuper vẽditione feudi facta
vel facienda, & non dicit obligaſſe eidem vendi
tori feudum pro ſolutione prætij, cõtractus erit
irritus & non tenet etiam quò ad venditionẽ:
quia fuit obreptum Regi, & alia ſunt pacta in-
ter partes, ſine quibus non cõtraxiſſet cẽlebitur
obreptitius, vt dixi in q. 16. etiam ex forma can-
cellariæ, dum dicit veris quidem exiſtẽtibus prę
narratis, dum omnia quæ inter partes contra-
cta fuerunt, non fuerunt narrata & expreſſa, &
15 † omnis leuis obreptio, vel ſubreptio vitiat gra
tiã. c. 1. in fi. de feud. guardię, Ripa lib. 1. reſp. car.
21. allegat illum tex. in materia feudali, vltra no-
tata in c. ſuper literis & c. ad aures, de reſcript.
debuit emptor narrare Regi totam ſerien ſub-
ſtantialem, quia in totum pręſtitiſſet aſſenſum
in obligatione feudi, quæ eſt ſequela principalis
contractus, non debet venditor decipi ab empto
re, qui ſubdolè verſatur, non exponendo id quod
omnes exponere conſueuerunt, hoc caſu non
obſtaret tex. in d. §. ſi quia fateor, dominio tranſ
lato in minorem obligari non poſſit, quan-
do dominium eſt penes eum ex licentia Regis,
& Rex præſtitit aſſenſum ſuper contractu, &
ſit validus, & non ſit ſubreptum, vel obreptum
data inualiditatę non eſt dominus. ceſſat ratio
dicti. §. final. in hoc nõ habet minor ius aliquod
ſingulare: vt conſequatur dominium feudi ſi-
ne vera voluntate domini, verba erunt ſumen-
da ab effectu dominij, & non ab organo vocis
emptionis, debet in contractu ſeruare ſolem-
nitates iuris, ſine quibus non poteſt fieri tranſ-
latio rei de perſona ad perſonam, & ineſt de-
cretum annullatiuum. dicta. l. conſtitutionem

dinę memorię, habet etiam ipſe remedium, vt impetret confirmationem à principe, vt in d. l. ptima. §. ſi. & non refert, an obligatio fiat in limine contractus, an ex interuallo, cum non conueniant verba legis pro dominio, propter nullitatem aſſenſus, non conueniet diſpoſitio iuris. l. 4 §. totes. de dam. infec. oportet dominium in minorem eſſe translatum verè & aliquo ſaltim momento, vt aliàs de momento dicam, ne idem repetam.

10 Tertius caſus eſt quando † tam venditor cum, emptor à Rege impetrant aſſenſum ſuper venditione feudi, nihil exprimũt de obligatione, quę erat pro cautela venditoris, tenebit venditio, obligatio non: quia expreſſa non eſt. reſcinderetur contractus: quia diuiduus eſt, ſubreptio, & obreptio ceſſat, viderant gratiam Regis de venditione loquentem, poterant adire Regem, vt aſſentiret etiã obligationi: culpa erit venditoris, neque emptor fallit, cum vterque offert præces Regi ſua intererat propter prætium, & emptoris propter rem, connexa non ſunt, cum vterque ſcit, & poteſt conſulere & omittit, tenebit venditio, & firmus erit aſſenſus, obligatio nulla erit, ſi tunc ſine ex interuallo interpoſita fuerit, & idem erit dicendum ſi Rex ſuo nutu nemine petente concederet prędictam gratiam vendendi, imputet ſibi venditor, quare gratiam ipſe perfecit, & eo modo ratam habuit, præſcripta erũt menti tenenda ad declarationem dictæ l. pen. in §. fin. quia non ſic de facili alibi repetientur.

S V M M A R I V M.

1 *Rex qui præſtitit aſſenſum ſuper venditione feudi an teneatur etiã præſtare ſuper eius obligatione ab emptore facta pro ſolutione prætij aut complemento ipſius.*

2 *Aſſentire donare eſt.*

3 *Rex aſſentiens obligationi feudi plus facit, quàm ſi illud donaret.*

4 *Solitum non eſt dare in Rege in actibus extra iudicialibus.*

5 *Voluntas Principis magna & iuſta cauſa eſt.*

6 *Superior poteſt cogi ad diſpenſandum & faciendum gratiam, vbi iuſta cauſa ſubeſt.*

7 *Obligatio feudi pro prætio, ſiue eius complemento per emptorem facta non dicitur noua, ſed magis executio tacita, quæ à lege inerat.*

8 *Rex concedens feudum cum poteſtate illud alienandi, ſuo aſſenſu interueniente, requiſitus præſtare tenetur, ſi iuſtam cauſam denegandi non habet.*

QVADRAGESIMOSECVNDO quæro de noua quæſtione nondum poſita a perſonoribus Regni. Rex † pręſtitit aſſenſum venditioni feudi, venit venditor & petit aſſenſum ab eo ſuper obligatione prędicta, pro ſolutione prætij aut complemento ipſius, an Rex teneatur prędictum aſſenſum præſtare? Communiter prudentiores dicunt, Regem non teneri præſtare aſſenſum, quia gratia eſt, & pendet ab ore eius, an velit, niſi in caſibus per Andr. collectis in lege Federici. poſt litem. & per Afflict. in capitulo feudum ea lege, t 4. columna, ſi de feud. fuer. controuer. aſſentire

2 † donare eſt, And. ſcribet in capitulo 1. qui ſuc ceſ. ten. per l. lege obuenire. de ver. ſig. & in l. Imperialem, nemo cogitur donare. l. dudum. C. de contrahen. emp. donare per ere eſt l. 1. de dona. qui conſentit alienationi alterius ius ſuum remittit. l. ſicut. §. ſi debitori. quib. mod. pig. vel hypo. ſol. c. primo. §. præterea, quib. mod. feu d. amit. ſi Rex fecit gratiam in vno, non tenetur in alio, ſatis eſt amico proſpexiſſe in paucis. l. tutori. C. de nego. geſt. gratia fit a Rege, quando ei placet, & nemo dicet ei, cur ita facis: neminem habet, qui ſua facta dijudicet, an iuſtè deneget, an non: cum difficilimum reputatur quod ab eius voluntate pendet d. cta l. apud Iulianum. §. ſi. requiruntur meri a ſupplicantis, ex quibus Rex moueri ſolet. l. 1. de conſti. prin. cum ſibi non placet, nemini iniuriam facit. l. 1. §. permittitur, de aqua quot. & æſti. quãdo † Rex

3 aſſentit obligationi feudi, plus facit, quã ſi donaret feudũ; eius eſt proprium largas donationes 5
exercere c. 1. de dona. quando aſſenſit ſuper iure prohibitiuo, diſpenſat, fauorabile nõ eſt eo modo, ſed anguſtius capitur: vt in ſuperioribus diximus in actibus extraiudicialibus † non eſt dare

4 ſolitũ in Rege: vt Albe. ſcribit in l. de quib. 44. col. de legib. & ſi Rex facere conſueuit. l. 1. & 2. de cad. pun. plenius inuior Curt. conſi. 182. a. lib. tus ſingu are in conſideratione non eſt, l. quarta de fideicomm. liber. eo ipſo quòd ſuam exequitur voluntatem, commodum habere dicitur. l. ſi ſeruus ſeruum. §. & ſi puerum. vbi gloſſ. ad leg. aquiliam. l. hactenus. §. fin. de uſufruct. non inſpicitur, an interſit, ſed an nehit. l. fin. de vſu & habit. quam Andr. ad hoc citat in dicta l. Imperialem. fit rei deterior conditio: cum non vult, etiam ſi commutetur in melius, §. prętereea. inſtitutio. de actio. & Bald. in lege prima, column. 3. de ſer. fug. quem Dec. ſequitur in cap. ex parte, lo ſecondo, de reſcript. ſacrilegij t. ſtar eſt, contendere, an poſſit denegare aſſenſum. l. ſecunda, C. de crim. ſacri. monarcha eſt in regno: vt per And in pręlu. feud. & in pręlud. conſtitu. & alibi. videretor Rex approbator ſeu fideiuſſor eſſe vaſalli ſui: eius debita ſuper ſoo non cogitur ſoluere, ſicut nec vaſallus domini, capitulo primo, §. licet. ſi de feu. feu. contro. ſi placuit tunc, modo non placet in alio, quàm in eo in quo conſenſit, non poteſt reprehendi, cum hominis voluntas ambulatoria ſit vſque ad mortem l. tertia. §. fina, de adimen. lega. nemo cogitur

inui-

inimicus facere bonum. l. ſi à patre de rit. nupt. l.
nullus. C. de iudęis c. ſicut. . . cogitar do-
minus quod ex rei qualitate accidere poteſt, lege
ſi quis donum. §. ſi. loca. l. inter ſtipulantem. §.
ſacram. de verborum obligationibus, liberis
hominibus rerum ſuarum adminiſtratio coercē
da non eſt l. ſecunda §. primo, ſi quis à par. fue.
man. re ſua abuti poteſt. l. ſed ſi lege. §. conſu-
luit. de peti. hęred. niſi vertat in præiudicium
reipub. l. ſecunda de his qui ſunt ſui vel alie.
iur. quod alteri prodeſt, ſit mihi obeſſe poteſt,
non ego perficere teneor, ſi non omnibus com-
muniter prodeſt l. actione §. Labeo. pro ſocio
5 l. prima. §. ſi. C. de cadu. toll. magna † & iuſta
cauſa eſt voluntas principis. l. prima §. pen. de
pœn. l. itaque de fideicomm. libe. gloſſ. eſt in l. re
legati in fin. de pœn. quam ſingularem dicunt
glo. autem in capitulo bene el primo in ver. ex
6 gratia, de poſtu. præla. dixit, quòd † vbi iuſta
cauſa ſubeſt, poteſt ſuperior cogi ad diſpenſan-
dum, & ad faciendum gratiam, quod Abb. ibi
columna ſexta dixit eſſe menti tenendum, &
quod not. per Bartholum in l. ſi cum dotem. §.
eo autem tempore. & ibi Alexandr. ſolu. matri.
Baldus in l. in conſtitutione. C. de nup. & per
Aret. in §. cōſequens. in ſi inſti. de ſuſpec. tuto.
quod plenius non attingo, ſed remitto ad ea,
quæ moderni ponunt in capitulo feudum ea
lege, ſi de feud. fue. contr. putarem hoc caſu te-
neri Regem aſſentire obligationi prǣſcriptę ex
rationibus ſupra deductis, & per tex. in dicta l.
prima. §. ſi. nam cum conſiderata duritie iuris
decreuiſſet pignus non valere, conſilium prę-
bet, vt princeps adeatur, & confirmet pignus,
veluti hoc princeps facere debeat ibi. ſi igitur ta
lis ſpecies in priuato venditore incideris, Impe-
riali beneficio opus eſt, vt reſcripto pignus con
firmetur, non affirmat omnino pignoris obliga
tionem nullam, ſed reſcripto eſſe confirmanda,
quaſi illa pignoris conſtitutio in ſubſpenſo ſit à
confirmatione Principis, ſic Rex eam obligatio
nem confirmare debet, quia cauſam iuſtam
7 contradicendi non habet, feudum † erat ipſius
venditoris, in re ſua pignus inheret non in feu-
do emptoris, non eſt noua obligatio per emptio
rem facta, in qua Rex aliquid poſſit prętendere
ſed magis executio tacitæ legalis, iniquum vide
tur dominum excludi & extraneum admitti, vbi
adeſt prouiſio legis & etiam hominis licet inua-
lida propter defectum ſolemnitatis. ideo Rex de
iure debet pręſtare aſſenſum pręfatę obligatio-
ni, ſi venditio valeat, cū valere non deberet, ſi
pignus non tenet. hoc non poteſt cenſeri diffi-
cile, nec impoſſibile, licet a Principis volunta-
te procedat, cum mero iure, aut vtrunque tene-
re, aut neutrum valere debuiſſet, vt aliàs habe-
tur in capitulo primo, de tranſac. honeſtum cum
ęquo ac iuſto concurrit. Reſpub. nō læditur, Rex
nihil de ſuo grauatur, parti conſulitur ſuper re
ſua, debitori non inter eſt, cū debitor ſit, & pro
mitit ſoluere pręciū propter fęndum qđ poſſidet
ideo iuſtum cum ęquo conueniunt, cum non ha
beat Rex iuſtam cauſam aſſenſum denegandi
8 ſicut † quando concedit feudum cum pote-
ſtate illud alienandi ſuo aſſenſu interueniente,
vt requiſitus prǣſtare teneatur, ſi iuſtam cauſam
non habet denegandi, prout conſultè reſpon-
derunt Aretinus, Colantonius de montibus de
Capua, Afflic. Paris de Put. Colucius Magionus
Angelus Titius, & alij regni prudentiores, quos
non refert Loffre. in capitulo primo. §. donare
qualiter olim pote. feu. alie, & Afflic. dicto capi
tulo feudum ea lege, ſi de feud. fue. contra gra-
tia à Regibus precibus expetenda eſt, ſinum
eſt concedere, niſi ratio naturalis aut antequi-
tas cogat impartiri, quaſi iuſtum ſit non negare
vt per Soci. in l. quidam relegatus. de reb. du-
bijs, iuſtum videretur, ſi iuſtam contradicen
di cauſam non habet negare, quod ſemel pla-
cuit, aut ſi magna pietas id ſuadeat. l. ſi res. §. ſi
ego. de iur. dot. deſcendit hęc gratia ex ſpeciali
prouidentia legis, dicta l. prima §. finali, non ex
ea generali, quæ ſolet pluribus conferri in re-
gno. voluit Federicus gratiam eſſe ſpecialem in
permiſſione alienandi, ex generali Rex non o-
bligatur, quamuis ſoleat permittere, vt not. in
dicta lege continuus. §. cum quis, & in dicta §.
permittitur. Ideo aſſenſus gratia dicitur, quan
do præſtatur, nec Rex cogitur: quia debet ſpe-
cialiter impartiri, & in capitulo poſtulationem.
de electi. in ſexto, quæ ſingulariter loquitur, &
diſtinguit inter gratiā generalem, & ſpecialem
alij dicūt, fieri iniuriam, ſi ſine cauſa iuſta dene
gat, ſimilia non ſunt paria, nec aduertit Afflic
dicto c Imperialem. 27. quæſtio. nu. 19. ratio-
nem ſupra poſitam. Videant pragmatici, quo-
rum munus eſt decidere, nec in ordinarijs gra-
tijs ſcrupuloſa perquiſitio eſt inquirenda, ar
gu. l. ſi ſeruus vetitus ſit, de lega. primo, niſi in-
habili, eccleſiæ, vel inimico venderet. Luc.
in l. ſi qui. C. de diuer. præd. libro duodeci-
mo.

SVMMARIVM.

1 *Aſſenſus præſtitus à Rege pro Titio & hærede nominando tam in teſtamento, quàm inter viuos, an operatur pro hærede ab inteſtato, qui ex forma inueſtituræ non fuiſſet ſucceſſurus.*
2 *Hæres ab inteſtato cenſetur in dubio nominatus.*
3 *Rogatus hæreditatem reſtituere ſalua facultate diſponendi de mille, & in illis diſpoſitione non facta, ſuccedit hæres ab inteſtato.*
4 *Facultas nominandi regulatur ſecundùm naturam rei ſuper qua interponitur.*
5 *Diuerſitas formæ arguit diſſenſum voluntatis Regiæ.*
6 *Fictio vel præſumptio non habent locum in feudis.*
7 *Dictio perinde, importat impropiitatem & diminu-*

minutionem in his, quæ ſunt facti, & non quæ ſunt iuris.

8 *Intellectus ad l. conficiuntur, & ad l. ſiquis cum nullum.*

9 *Feudatarius habens facultatem nominandi, dum nominat, vices Regis exequitur, & in hoc fit eius miniſter.*

10 *Aequitas & humanitas in feudis non conſideratur quia ſcripta non eſt.*

QVADRAGESIMO TER-
1 tiò quæro, † An aſſenſus præ
ſtitus a Rege pro Titio, & pro
hęrede nominando tam in te-
ſtamento, quàm inter viuos o-
peretur pro hęrede ab inteſtato
qui ex forma inueſtituræ non fuiſſet ſucceſſurus
in feudis, vel ex regula iuris communis, aut con-
ſtitutionum Regni: videtur hæc quæſtio poſſe
decidi per tex. in l. ſecundum reſponſum. C. de
2 contrahen. & committen. ſtipula. quòd † alio
non nominato ſuccedat hæres. & Bal. dicit per
illum tex. in l. 1. in prin. de pac. & ibi Ange. &
idem Bal. in l. cum poſt. §. gener, de iur. dot. quę
ſequitur Alex. conſi. 232. in 6. volu. & plenius
Decius conſi. 443. in 3. libr. alio non nominato
videtur iudicium vltimę voluntatis detuliſſe in
uenientes ab inteſtato, & illos nominaſſe. l. ſi
quis cum nullum. l. conficiuntur. de iur. cod.
Idem Alexan. conſil. 29. in 3. libr. hoc tenuit
Bal. Nouel. in l. cum filiofamilias, de leg. 1. qui in
quęſtione facti conſuluit pro hæredibus mulie-
3 ris, quę † grauata hęreditatem reſtituere con-
ſanguineo teſtatoris potuiſſet diſponere vſq; ad
ſummã mille: et aliter non diſponente veniẽtes
ab inteſtato ad illa mille admitti, motus dicta
l. conficiuntur. l. codicillis. §. matre, de lega. ſe-
cundo, & not. Bar. in l. ſi ita quis. §. ea lege de
verborum obligationibus, & in auth. niſi, ro-
gati. C. ad trebellianum, & ſic verbo poteſtatis
comprehenditur cauſa inteſtati, & Bald. nouel.
ibi refert, & ſequitur iunior Curtius conſilio
quarto primo vol. quem ſequitur Cagnolus
in l. hæredem, ſecunda col. de regu. iuri, & me-
mini in quadam cauſa allodiali tamen ſub
eiſdem terminis, me referente ſacrum Conſiliũ
determinaſſe in fauorem illorum de Ayerbia
cum Duce Termularum in fauorem veniẽtium
ab inteſtato.

Ego autem in hoc articulo contrarium di-
cendum puto, & eo, qui poteſt nominare hære
dem in feudo, non nominante facultas illa ca-
ducatur ad beneficium fiſci, & non ſuccedent ve
4 nientes ab inteſtato. Primò, quia † facultas no
minandi regulatur ſecundùm naturam rei ſu-
per qua interponitur. l. ſi ſtipulatus, de vſur. l. ſi
vno, loca. And. in capitulo primo in fi. prin. de
ſucceſ. feud. ſed ex natura rei, hoc eſt, ſi feudi ve
nientes ab inteſtato non fuiſſent ſucceſſuri,
quia in gradu ſuccedendi non erant, vel forte
ex forma inueſtiturę excluſi, quia Rex donaue-
rat, vel vendiderat feudum Sempronio pro ſe
& hęredibus ex corpore cum poteſtate nominã
di hęredem & ſucceſſorem in feudo, & ille non
habeat filios niſi fratrem, vel ſororem, quę
fuiſſet tantùm ſucceſſura in feudo informi, vel
quæſito pro ſe & hęredibus, & ex interpretatio-
ne prudentum Regni eo non diſponente in a-
lium remanebit conceſſio ſecundùm regulam
feudi & perſonam ad quam referentur. l. ple-
num. §. equitij. de vſu. & habit. l. ex militari,
& ibi Baldus de militari teſtamento, cogitauit
Rex feudatario non nominante hęredem feu-
dum ad ſe recaſurum ex regula feudi, vel ex
forma: potuit nominare hęredem, & non fecit,
in culpa eſt. potuit prouidere futurę calamitati
caducitatis & non fecit. Sciebat eo moriente ſi-
ne filijs fratrem, aut ſororem excludi, & obid
voluit a Rege facultatem diſponendi: vt exclu-
deret fiſcum: quare in hoc ſe arctauit. l. 2. §. pe-
nultimo, qui ſatiſda. cogan. l. 2. §. primo, ad le-
gem Rhodiam, de iactu. conſueuit etiam Rex
vel Prorex quando vendit feudum non haben-
ti filios, dare facultatem diſponendi, & nomi-
nandi aliquem ei melius viſum hæredem, & ca
ſu quo non diſpoſuerit, aut nominauerit, ſuc-
cedat in feudo proximior, qui in burgenſaticis
fuiſſet ſucceſſurus. iſto modo non reperitur fa-
cta conceſſio, ergo Rex noluit: quia ſi voluiſ-
ſet, expreſſiſſet eo modo, quo expreſſit in alijs.
l. prima, §. cum autem, C. de cadu. tollen. diuer-
5 ſitas † formę arguit diſſenſum voluntatis re-
giæ, & ſi idem eſſet vnum quod aliud, quare
diuerſum l. ſi idem. C. de codicil. nec credendũ
eſt illam clauſulam appoſitam ad declarationẽ
alterius, & vna ſcriptura interpretetur ab alia l.
1. l. verum, de reb. dub. nam cum ſint duæ for-
mæ in cancellaria ſtatuti declarant, quando di
uerſo modo expeditę ſunt, Regem non idem in
omnibus voluiſſe, non eſt dubium aliquod in
vno, ſcriptura, quę ex eadem, vel ex alia declarã
da eſſet. l. ſi ſeruus plurium. §. fi. l. qui filiabus, de
lega. 1. vtraque clara eſt & aperta: & ad demon
ſtrandum voluntatẽ Regis, quando vult vno
vel alio modo concedere, & forte Rex non ſic
confidit de veniente ab inteſtato, ſicut de hęre
de nominando, iſta ab experientia adinuenta
ſunt, & nõ ab euentu emerſerunt in aula ſacra
tiſſimi Principis, in qua aſſiſtunt religioſiſſimi
& ſapientiſſimi proceres c. 1. de conſtitu. prin.
in 6. Rex dedit vaſallo facultatem nominandi
hæredem, vel ſucceſſorem in feudo, voluit ipſe
apertam illius voluntatem perſpicere, & illius
euidens & clarum iudicium cognoſcere, vnũ
eſt tacitum a quodam turia intellectu, dicta l.
conficiuntur & d. §. matre. Aliud eſt expreſſum,
quod eſt fortius & ſeparatum, & in multis ex-
preſſum differt à tacito l. expreſſa nocent, de re-
gu. iur. de qua per Andr. in .c. 1. §. huius autem
generis, col. tertia, ex quibus cau. feu. amit. & ip
ſe deſumpſit à Pileo in ſuis diſtinctionibus. v-
num venit oculo cordis, & aliud oculo corpo
ris, quæ inter ſe valde differunt l. 1. de his, quæ
in teſta. delen. tex. dixit in dicta. l. conficiuntur
in ratione decidendi, quoniam creditur pater
familias ſponte ſua his relinquere legiti-
mam hęreditatem, ibi, aut fingit aut præſumit,
ſed

6 ſed † nec fictio, nec præſumptio habet locum in feudis, ſunt adinuenta ex conſuetudine, quæ in facto conſiſtunt, &non admittunt ambages ſecundùm Bal. ſingulariter in l. . . . l. . . aliud eſt facere verè, & aliud eſt credere factum eſſe, & aliud quoque eſt præſumere quem feciſſe, conſecturæ ſunt voluntatis, ipſa propria & vera voluntas non eſt, quamuis habeat iuris effectum in multis, & in dicta l. ſi quis cum teſtamentum nullum, ibi perinde haberi debet, ac ſi omnes hæredes eius eſſent, fingitur ibi ex præſumpta voluntate, cû nô adimi dare videtur. l. 1. §. ſciendum, de lega. 3. in
7 † his, quę facti ſunt, dictio perinde, improprietatem importat & diminutionem. l. ſed ſi lege §. perinde, de peti. hęred. ſecus ſi apponatur his, quæ iuris ſunt ſecundùm Bartho. in l. ſi maritus
8 §. legis iuliæ, de adul. habet † locum illa iura in his, quæ de facto ſuccedere poſſunt tam de iure ciuili quàm de iure prætorio, & tam ex iudicio expreſſo quàm tacito, vt moderniores ponunt in d. l. cum filio. poſt Herculanum, Marianum Soci. & alios, de quo per Bar. in rub. C. qui admit. non videntur vocati ex voluntate defuncti, allegat glo. in l. 1. §. 2. in verb. meruit, de colla. bono. quam dixit eſſe ſolitariam, ac ſi dicat eos non admitti, qui veniunt iure ſpeciali, & ex quadam æquitate, qua prætor moueri cóſueuit, prout in his iure ſpeciali reciperentur, & in iſtis, qui ex diſpēſatione Regis admitti perût, non habent iudicium morientis, ſed iudicium Regis, ideo tex. ibi aptè mit de his, qui legitimam hæreditatem filijs relinquere credunt, & in d. l. ſi quis cum teſtamentum, in patre loquitur, non in extraneis, in illis concurrit votum patris l. ſcripto. vnde lib. præſumptio iuris eſt, & affectio domini, vt videatur ſic filium dilexiſſe ſicuti & patrem. In extraneis non ſuadet ratio legis, nec hominis. Ideo de patre expreſſit in his, quæ poteſt ſua voluntate liberè diſponere tam ex teſtamento quàm ab inteſtato, ſecus quando habuiſſet ab alio taxatam poteſtatem diſponendi. Sæpe etiam dixi, quòd verba aſſenſus ſunt forma ipſius, forma autem debet impleri ſpecificè, prout verba iacent, & non tacitè per ſubauditum intellectū, per Alex. conſi. 122. in 4. vol. & per eundem conſilio 8. & conſi. 55. in 5. lib. dixit Rex. vt poſſit nominare hæredem, vel ſucceſſorem in feudo, intellexit de expreſſa nominatione hęredis facienda à feudatario & non ibi ineſt tacita conditio in gratia, ſi voluerit nominare, & per Alex. ibidem & reſoluuntur in conditionem. l. emptis, de euictio. l. à teſtatore. de condi. & demonſtra. magis dicetur noluiſſe, quia ſua voce eum non honorauit, ni-
9 hil † ſuum præſtabat, ſed vices Regis exequebatur, ex ratio hoc miniſter Regis. l. ſi pater, de manum. vindic. ibi, ſolam enim electionem filio conceſſit cæterum ipſe manumiſit, & dixi ſupra queſti. 35. de eo qui habet poteſtatem nominandi, ſi nominat, ille cenſetur nominatus ab illo, qui facultatem conceſſit, et non à nominante. in diſpenſationibus feudalibus ſtrictum ius eſt intuendum, quod ſcriptura loquitur, nihil addi, vel detrahi poteſt, arg. l. ſi alij de vſuf. ue. lega. l. contractus C. de fid. inſtrum. quem allegat Bal conſi. 343. examinanda ſunt, tertia col. primo libro, ibi tex dicit, plerumque. plus valet ſcriptura quàm quod actum eſt, ſi forte non eſt ſcriptum, vel ſubiecta materia non patitur propter rei naturam; de nominatione hæredis facienda expreſſit Rex hoc ex ſcriptura legitur, hoc ſequi oportet. l. in his, de condi. & demõſtra. ibi. ea quę ex ipſo teſtamento oriuntur, ne ceſſe eſt ſecundùm ſtricti iuris rationem expediri, quando verò non nominaret hæredem, non legitur, venit per interpretationem ex bono & æquo in his, in quibus bonum & æquum ſpectamus, quæ humanitas appellatur. l. 1. §. qui operas. ad Tertullianum. l. pen. §. de illo. de cōdi. & demonſtra. ibi, humaniore interpretatione.
10 hæc † humanitas ſeu ęquitas in feudis non cóſideratur, quia ſcripta non eſt, & reſpub. læditur. Ideo peritiores dixerunt, aſſenſum, ſtricti iuris eſſe, & cum ſeueritate intelligi, quia quòd non legitur, nec exprimitur, non cenſetur conceſſum, omiſſum eſt, tota ſubſtantia in ipſa ſcriptura conſiſtit, & verba præciſè obſeruanda ſunt, latum autem ius in ſuppletione verſatur. l. in hac. de triticaria.

Ex hac ratione apertum videtur, non admittendum hæredem ab inteſtato, qui non habet expreſſam nominationē morientis, nec ab ipſo Rege nominatus ſit, deberet ergo feudatarius nominate hæredem vigore poteſtatis ſibi à Rege tributæ ſecundùm dominum Afflic. in c. primo §. item ſacramentum. in 4. glo. in 4. col. de pa. iur. fir. requiritur verborum expreſſio. l. iubemus. C. de teſtam. hæc eſt forma hominis, ab ea nemo recedere poteſt, arg l. nemo poteſt. de lega. primo, & in l. teſtandi. C. de teſtam. & hanc partem crederem de iure veriorem.

Nec obſtant contraria & ſimilia, nam procederent in diſpoſitione eorum, quę ſunt liberi noſtri dominij, tam ex iudiciu expreſſo, quam tacito, & in quibus non habemus obſtaculum iuris omnis ratio ſiue vera ſiue interpretatiua hoc ſuadet, ſecus in his, quibus lumen intellectus & poteſtas conſiſtit in cortice verborum. ſubmitto me tamen ſublimioribus.

SVMMARIVM.

1 *Facultas nominandi hæredem in feudo, vel officio an tranſeat ad hæredem, vt poſſit ſucceſſorem nominare, quem non nominauit defunctus.*

2 *Aſſenſus præſtitus ſuper venditione facienda per Titium operatur etiam in ea, quæ fit per eius hæredem.*

3 *Facultas nominandi cohæret perſonæ feudatarij & habet ſub ſe conditionem tacitam, ſi voluerit nominare.*

4 *Facultas nominandi ſucceſſorem in feudo non tranſmittitur ad eum, qui in eius corpore non fuiſſet ſucceſſurus.*

5 *Facultas nominandi limitata ad perſonam non de-*
bet extendi ad omnem hæredem.
6 *Diſpenſatio omnis perſonalis eſt, & non realis,*

1 QVADRAGEISMO QVARTO
quęro, an † poteſtas nominan
di hæredem in feudo, vel in of-
ficio tranſeat ad hæredem,
qui poſſit nominare ſucceſſorē,
quem nō nominauit defunctus
per .l. ſi pactum, de probationibus, videretur q
ſic, & cum vnuſquiſque ſibi & hæredibus ſuis
proſpexiſſe videtur, per quam l. Aod. dixit in d.
2 l. imperialem. 4. col. quòd † Rex ſi dat aſſenſum
venditioni faciendę per Titiū, poterit vendere
hęres, & ſumus in materia ſtricti iuris, & de
hærede nihil dictū eſt. Idem poteſt facere hęres,
quod defunctus l. hęredem, de reg. iur. & ſi de hę
rede nulla mentio facta ſit, vt Bal. ſcribit in cap.
ex parte decani, prima col. de reſcrip. & conſilio
70. primo libro. & conſi. 112. de natura generali
2. vol. etiam ſi taxatiua dictio fuerit appoſita l.
ſi neceſſarias. §. de vendendo, de pign. actio. l. ſti
pulatio iſta. verſi. ſed ſi ſe obligat, de verb. obli.
excluditur extraneus tunc, non autem hæres,
vt voluit Bal. in l. fi. C. de actio. empt. & May.
in l. 2. §. item ſi in facto. de ver. obli. & moder-
niores in d. l. hęredem, & in l. 2. C. de pac. in-
ter empto. & latiſſimè Andr. de retrac. conuen.
in glo. 6. fol. 342. cum ſeq. poſui ſupra multa in
quæſtio. . . . hic non repetam.

Sed prædictis obſtāt, primò verbo gratiæ, quę
de tali feudatario loquuntur, perſonalia eſſe cē-
ſentur.

Secundò quia Rex cōfidit de eo feudatario, vt
faciat nominationem, non autem de hærede
eius, quem ipſe ignorat. Alci. in l. 2. §. ex his, de
ver. obli. ideo conceſſit illi eā poteſtatem, notam
habebat qualitatem perſonæ.

Tertiò, quia nominatus ab hærede verè non
eſt nominatus à defuncto. ſed eſt per fictionem
& interpretationem iuris, quæ non habet locū
in diſpenſationibus.

3 Quartò † quia facultas nominandi quę cohęre
bat perſonæ feudatarij, erat poteſtatiua, ſi vo-
luiſſet nominare ſucceſſorem in feudo, vel in of
ficio videbatur conditionalis, quę non tranſmit
titur ad hæredem. l. qui Romæ. §. Augerius, de
ver. obli. quā l. ſingularem dixit Bal. in c. ſigni-
ficauit. col. 2. de reſcrip. & in c. ad noſtram. 2.
colum. de iureiur. & p neotericos in locis ſupra
allegatis.

4 Quintò † videtur poteſtatem hanc interci-
di per mortē feudatarij quia moriens in hoc nō
habet hæredē, cui hęc facultas tranſmittatur, ip
ſe non habebat ſucceſſorem in corpore ipſius
feudi, ergo nec in facultate nominādi, quicquid
enim tangit feudum, feudum eſt, & actum ad
feudum competens, non eſt allodialis, ſed feu-
dalis: de feudatario loquitur gratia, quia do-
minus erat feudi & ſibi conceditur, de hære-
de feudatarij non loquitur, cum ipſe non ha-
beat feudum, & in eo ſucceſſerit cum defuncto
hæredem non nominante, res non eſt integra,
& finitus eſt effectus gratiæ ea non nominante
in l. ſi pactū, res ſui natura erat ad hęredes tran-
ſitoria regulariter, ideo tex. dicit plerunque, hic
non datur nec hęres, nec ſucceſſor in feudo,
ſed facultas nominandi hęredem, & forte non
erit verus hæres, nec ſanguinis, nec hęredita
tis, ſed erit hæres feudi nominatus à Rege per
organum vocis illius feudatarij.

In quæſtio. Andr. erat ibi hęres feudi & ſan-
guinis & hęreditatis, & erat difficultas, ſi gratia
erat perſonalis vel realis, in hac non eſt verè ali-
quis hęres feudatarij: licet habeat facultatē cū no
minandi, & dubitari poteſt, ſi poteſt, per feudata
riū aliquod onus imponere, cū nō ab eo habeat,
ſed à Rege, vel ſi ſuper fructibus poſſit exequi
pro debito defuncti, plura ſcripſi ſuper hoc, &
ſingularia quędam, domi non ſunt, & incertum
penes quem, iterum laborare oportet, vt autho
ritates & rationes colligam,

Sextò ea poteſtas collata videtur feudatario
ſecundū naturā rei, vt catenus capiat hæres, qua
tenus nominatus eſt à moriente, recepit inter-
pretationem à perſona, in quam confertur. l. ſti-
pulatio iſta. §. hi quoque, de verborum obliga-
tion. antequam ipſe nominet, non eſt aliquis
hæres formatus nec in re, nec in ſpe, nec in iu-
re, ex dictis ſingulariter per Are. conſi. 23. ver-
ba intelliguntur ſecundùm tempus verbi. l. in
delictis. §. ſi extraneus. de noxa. hæredem nomi
nare voluit Rex vt ſit commodum & honor
feudatarij, & nō illius, qui in hęreditate ſucce-
dit ab inteſtato, qui inſpecto tempore mor
tis non ſuccedit in feudo, tunc ipſe non eſt feu
datarius, cum nominare vult, qualitas illa ne-
ceſſaria eſt, lege Titius. de militari teſtamento,
& ibi Bar. & in l. prima, §. primo, de lega. tertio
de qua per Bald. conſilio 215. proponitur in
ſecundo libro. per Sandeum conſilio 25. & per
Alciatum reſpon. 252. ſi poſſit hic hæres nomi-
nare, eo non nominante poſſet etiam hęres eius
per l. hęredem. de verborum ſignificationibus,
res iret in infinitum, debent verba intelligi
prout ius intelligit. l. quanquam, de ritu nu-
pti. nunquam hoc fuit præcogitatum à Rege
ad id trahi non debet, l. cum aquiliana, de
5 tranſactio. gratia † nominandi fuit limi-
tata ad perſonam ex quodam fauore ſingulari,
non debet extendi ad omnem hæredem, qui
ex illo ſanguine non deſcendit, magis fauorabi
le eſt, vt redeat ad primęuam naturam, capitulo
ab exordio ſupra allegato, priuilegium fuit
vt feudatarius nominet, non eſt ad regula
feudi ſed contra, hęres non venit: cum perſo-
nale eſt l. prima, de conſtitutione prin. not.
Aret. in l. maritum, tertia colum. ſolut. matri.
declarando text. in dicto §. permittitur. de a-
qua quoti. & æſti. Bar. in dicta l. prima, & Ange.
6 in l. ſi. eo. titu. omnis † diſpenſatio perſonalis eſt
& non realis, non venit hęres niſi dicatur, quod
eſt notandum ad limitationem eorum, quę Bal.
ſcribit in l. 1. C. quorum lega. & quotidie ver-
ſatur in palatijs, inſtrumentum non loqui-
tur de te: quia in eo tu non es nominatus, & in
l. ſi pro te. C. de dot. promiſſ. hęres non eſt

poſi-

poſitus in priuilegio;vt nõ nominante defuncto
ipſe nominaret:omiſſũ eſt a Rege & feudatario,
cui ſatis viſum fuit ampliorem gratiam obtinuiſ
ſe à Rege,vt ipſe nominet,obſtarent multę regu
lę,quæ pro hac parte ſtrictius ligant,arg.l. itaq;
C.commu.de ſucceſ.vt nominet hęres:& ille hę
res,qui non eſt de deſcendentibus, plura eſſent
ſingularia,& extenſio fieret de perſona ad perſo
nam, quod difficilius fieret quàm de caſu ad ca-
ſum,ſecundùm Aretin. in l. Gallus. §.& quid ſi
tantùm.col.4.de liber.& poſthu.Dec.in l. illã.
col.4.C.de colla.& alibi ſępe, hoc verius ac iu-
ſtius arbitror tenendum eſſe.

SVMMARIVM.

1 *Nominatio ſucceſſoris in feudo, an cenſeatur facta per inſtitutionem hæredis vulgarem.*
2 *Nominatio ſucceſſoris in feudo per inſtitutionem hæredis ſpecialiter facta cenſetur, quando nihil aliud in hęreditate haberet.*
3 *Feudatarius habens facultatem diſſoluendi feudi naturam virtute priuilegij, debet exprimere formã, per quam ei diſſoluere licet.*
4 *Actus non vitiatur omiſſione leuis ſolemnitatis.*
5 *Diſpoſitio vniuerſalis includit etiam feuda in hæreditate exiſtentia.*

QVADRAGESIMOQVINTO
1 quæro.ſi feudatarius † condidit
teſtamentum, & in eo inſtituit
hæredem vniuerſalem Petrum,
& in ſpecie non dixit eum no-
minare hęredem in feudo,an in
ſtituendo eum hæredem intelligatur etiam ipsũ
nominaſſe ſucceſſorem in feudo? Rationes aliàs
videantur deductæ in feudo pro fiſco, quòd non ſuc
cedat:quia non eſt ipſe nominatus hæres in feu
do,neque ab eo ſeruata eſt forma poteſtatis à Re
ge ſibi tributæ,qui facit hæredem etiam vniuerſa
lem,non dicitur per hoc nominare ſucceſſorem
in feudo,licèt feudum ſit hæreditarium. l. item
videndum, vbi gloſ.& alij de petio.hæredi.quã
do aliquid eſt adimplendum cum forma aſſigna
ta,non ſufficit fieri per æquipollens l. 1. & 2. de
lib. & poſthu. debet nominatim fieri,ut ibi, &
quia hæredis inſtitutio refertur ad bona defun-
cti,quę tempore mortis habebat l.hæreditas.de
verb.ſigni.poteſt aliam comprehendere quàm
2 feudatarij nominationem, nunc † ſpecialis eſ-
ſet,quãdo nihil aliud haberet,& ad alia applica
cari non poſſit l.ſi hęres.de optio.lega.d.l.fun-
dus qui locatus.glo.in capitulo conſtitutionem.
in ver.nominatim de ſenten.excom. in 6.& no.
Abb.in capitulo ex parte.el primo,de offi. dele.
non poteſt fieri per ęquipollens, cum forma da-
ta ſit,vt ſucceſſorem in feudo nominet per id,qđ
glo.dicit in capitulo,vt circa.de electio.in 6.&
in clem.1.in.ver.caſta.de hæreti. Moderni in l.1
de vulgar.& pupil.Mayn.in l.prætor.de no.ope.
nun.& in d.l.1.de libe.& poſthu. perſona nomi-
nanda eſt pro ſucceſſore feudi ex tenore gratiæ,
& ex verbis in id expreſſis.modò non nomina-
tur hæres in feudò,ſed in hęreditate,diuerſa sũt
nam aliud eſt feudum,aliud eſt hæreditas,& plu
rimi ſunt, qui in hæreditate ſuccedunt tam ex
teſtamento quàm ab inteſtato,& tamen in feu-
do nullo modo ſuccedere poſſunt, debet ergo
qui habet poteſtatem de iure ſpeciali aliquid fa-
ciendi, vt dicat expreſsè illud feciſſe ex illa pote
ſtate,aliàs quicquid agit, nulliter facit ſecundùm
Bal.in c.1.§.item ſacramenta.de pã.iur.ſir.quod
Afflict.ibi col.2.num.36.dixit eſſe ſummè notan
dum.& idem infert,quòd ſi Rex concedat Baro-
ni priuilegium,quòd poſſit rem feudalem aliena
re vt burgẽſaticum,& ex interuallo alienata ſim
pliciter non exprimendo ſuam poteſtatem,nul-
la erit alienatio,cum poterat actum corrobora-
re ſeruata forma verborum, videtur eam gratiã
omiſiſſe,allegat Bal.in l.conditioni.2.colum.C.
de inſtitu.& ſubſtit.qui nihil de hoc dicit, & qui
poteſt ſeruare formam in actu ad eum roboran-
dum,& non ſeruat, non valet actus ſecundùm
Bal.in l.ſi pater.in fi.C.de inſtitu. & ſubſtitu. ra
tione formę omiſſę,ſi non valet, vt ago, non va-
let eo modo,quo valere poteſt.l.1.§.ſi quis ita.de
verb.oblig. & ibi Bar.& cæteri ſcribentes, licet
in dubio præſumatur, vt actus magis valeat quã
pereat.l.3.de milit.teſtamen. & capitulo niſi eſ-
ſent.de pręben.hoc non habet locum,quando ip
ſa forma omittitur.Bar.in d.§.ſi quis ita.& idem
3 auctor in prędicto loco affirmat,quòd † quando tra
ctatur de natura feudi diſſoluendi,eſt neceſſe,
quòd exprimat eam formam,per quam diſſolue
re ei liceat,ſcilicet virtute priuilegij, vnde ſi eo
non eſt vſus,videtur tacitè renuntiaſſe ſuo priui
legio l.fina.C.de pact.cum beneficium prætoris
patrocinari non debet ei,qui illo non vtitur,ſe-
cundùm Bald. in l.ſecunda. C. de fideiuſſorib.
mino.

Poſſet tñ dici,quòd hęres vniuerſaliter inſtitutus
ſuccedat in feudo,quãuis in indiuiduo nõ ſit nomi
natus ſucceſſor:cũ hæres ſit totius patrimonij.
qđ tempore mortis reperitur d.l.hęreditas, in cũ
collatum eſt omne iudicium morientis non ab
inteſtato,ſed ex teſtamento, vnicum eſt patrimo
nium,licet in ſe complectatur paganica, & ca-
ſtrenſia bona, vt habetur ex tex.l.ſi certarum. §.
Iulianus etiam ait,de teſta.milita.in eo qui duos
hæredes inſtituit,vnum in paganicis,& alium in
caſtrenſibus, veluti vnus homo duas hæredita-
tes reliquiſſet,& in l.1.& 2.C.de qua per Bald.
conſilio 232,fœmina in 3.lib. Alber.Bru.in trac.
de exclu.fœmi.fol.58.105.conſi.163.2.volumi-
ne.Dec.conſi.314.Ruyn.conſi.195.2. volumi.
& Cur.iun.primo conſilio,primo volumin.for-
ma ſeruata etiam vniuerſali hęrede inſtituto, cũ
vniuerſitate multa tranſeunt,capitulo cum ſecu
lum.de iure patro.non enim cogitauit Rex hæ-
redem in feudo nominari ſpecialiter, ſed tantũ
an ſua voluntate ſuoque iudicio expreſſo mo-
rientis hęres ſit & ſucceſſor. Hoc expreſſum eſt,
quod in genere dicatur l.pręτor,de no.ope. nun.
l.ſed an vltro.in prin.de nego.geſt.ſiue moriens
hęredem in feudo faciat, vel generaliter nomi-
net ſucceſſorem,in tota hęreditate hęres eſt:no-
minatus eſt.hoc venit ex natura verbi hęres. l.
pręτor. §.interdictum hoc.& ibi glo. in ver.ex-
preſ

preſſum.de no.ope.nun.l. 1.§.vltim.de verb.oblig & id quod ex verbis infertur l.1. §.ſin autem ibi no.Bar.de hęredi.inſtitu.perſona, quę ſuccederet, conſiderata eſt a Rege, ſi fidelis, ſi idonea pro ſeruitio, parum refert, an in toto vel in parte ſuccedat. ſi certa eſt perſona ex nominatione defuncti, erit forte literarum ignarus, qui credit inſtituto vniuerſali hęrede etiā in feudo ipſum nominaſſe, ex hoc priuaretur feudo, quia nō ſpecialiter ipſum nominaſſet, crudele videretur, & impiū, neque in materia feudali verbis tantum indulgere debemus ac nomini, ei ſubſtantię & effectui ſiet verborum impropriatio l.inſulam de præſcr p.ver. Andr.ſcribit in capitulo 1.§.donare.6 col.& alias dixi, ſcrupuloſum eſſet hoc, & nimis ſubtile & veriſimiliter Rex interrogatus hoc conceſſiſſet, nulla poſſet honeſta ratione de feudi illud verbum omittendo ſuo fraudari be-
4 neficio, leuis † omiſſio ſolemnitatis non vitiat actum l.1.de ven. inſp. de minimis prętor non curat.l.ſcio.de reſtitutione in integr. error pręſumitur in re modica, not.glo.in l.res bona fide. de contrahen.empt.qui errat non conſentit, neque remittere l.ſi per errorem.de iuriſ.om.iudic. pone notarium, qui teſtamentum dictauit, eſſe groſſalem homi nem, nec habuiſſe peritiam artis, & ſuſtineri more ruſticano in villis, aut vicinis, ignorare autem feuda & qualitatē a Rege cōceſſa, nemo prudens & ſapiens vir arbitrari poterit caducatum eſſe feudum & ad curiam eſſe reuerſum, debēt ſermones noſtri aptari rebus ſenſatis ex effectu ſtatutibus, ſecundū in Bal. in rubr. C.ſiquis aliq. teſta.prohi.hoc omittere, quòd in feudis eum heredem nominet, non eſt renuntiare gratiæ, ſunt compatibilia. neque forma ſpernitur, forma eſt, vt in feudo ſuccedat hæres nominatus ſiue ſit in feudo nominatus, vel in tota hæreditate, dicitur ſatisfieri formę, cum nec in plus ſe extendat, neque porrigit vires ſuas: habito effectu de modo non eſt curandum.l. Gallus.§.& quid ſi tantùm vbi omnes de libe. & poſthu.l.fi. C.de inſtitu.& ſubſtitu. videntur hęc quodammodu ſynonima eſſe, quia conueniunt in eundē rei finem, & in feudis vocis ſonitus non conſiderantur, vt per Andr.in capitulo imperialem, de pignori.& hypothec.mens Regis eſt inſpicienda, vt comprehendiſſe iſta videatur, perſonę conditio, & rei qualitas. vt dixi in ſuperioribus, nec mihi placet opinio affinis mei in d.§.item ſacramēta vt debeat feudatarius nominatim exprimere ſe diſponere uigore priuilegij & poteſtatis ſibi a Rege tributę, nam eo ipſo quòd inſtituit hæredem vniuerſalem cenſetur ipſum nominaſſe ſucceſſorē in feudo, vt ex vno expreſſo, aliud veniat in conſequentiam & neceſſariam. & cum non poſſit facere niſi de iure ſpeciali, ex illo dicetur diſpoſuiſſe, ex no.per Inn.in capitulo innotuit. de electio.habet titulum faciendi, ex illo in ſicādum eſt feciſſe l.quædam mulier. de rei vendi. l. 2.de acq poſſ.nec vim facit quòd hoc non ſit dictum, neque ſit expreſſum, hoc non reperitur in re cautum. vt tunc in eadem diſpoſitione exprimat, ſi exh bet facultatem faciendi.nec Bald.nec Pau de Caſtr.in locis per eum allegatis in quæſtione per ipſum formata quicquam dicunt: & miror de tanto viro, qui non conſueuit eſſe men-
5 doſus in allegationibus ſuis † teſtando vniuerſaliter de feudis etiam diſpoſuiſſe cenſetur. quia feudum non eſt quid diuerſum, aut ſeparatum ab hæreditate, ſed incluſum, & incorporeum in ipſa hæreditate, & quòd admittitur ad hæreditatem, habet etiam feudum: cum ipſe ſit de ſucceſſoris ex diſpenſatione Regis: vt notatur in d.l.ſi patroni, data poteſtate nominandi re ipſa includitur & confunditur cum ipſo teſtamento, facit ratio poſita in l. ſi miles. qui deſtinauerat, quia non eſt credendus quiſque genus teſtandi eligere ad impugnanda ſua iudicia, & ibi conſiderat caſus fortuitos, dum hæredem facit vniuerſalē: id exequitur, quod commune ius permittit: nulla in hoc diſpenſatione indiget, quatenus reperit in hęreditate feudum, dicet Regi, ego ſum nominatus hæres: data licentia feudum ab allodio non differt. ſecundùm And.in ca.1. 6 col.de na. ſucceſſ.feud.& in cap. 1. imperator Lotharius. feudum defertur hæredi, ergo a me hærede auferri non poteſt, nec refert poteſtas conceſſa ſit in corpore iuris clauſa, vt dominus Afflict. conſiderabat, facultas à Rege per priuilegium data de iure ſit ſpeciali, quia hanc differentiam neque iure probat, vel ratione, cum faciendo teſtamentū & nominando hæredem omnia in eum tranſtulit, quę perſonę non cohærent, & vocis expreſſio illud demonſtrat. d.l.hæreditas, tunc oritur nominatio de re cohærente hæreditati, & incipit fieri de corpore hęreditatis, hoc æquum puto.

SVMMARIVM.

1 *Filius an ſuccedat in feudo patri conceſſo pro ſe & hærede nominando, qui deceſſerat nulla facta nominatione.*

2 *Nominato patre in feudo ipſo iure cenſetur filius nominatus a lege.*

1 QVADRAGESIMOSEXTO quęro, ſi † Rex concedit feudum Titio pro ſe, & hærede nominando, decedat, poſtea filio, vel filia ſuperſtite nullo condito teſtō, vel hęredis facta nominatione, an filius, vel filia ſuccedat in feudo? In hac ſpecie plures ſunt regulæ, quæ fauent filio: nam patre inueſtitio de feudo cenſetur filius inueſtitus.c 1.de feu.mar.qui rex.eſt inſignis quò ad hoc; venit filius ex prouidentia iuris feudorum c.1.§.cum verò Corradus.de his qui feud. dar.poſſ.neque rei perſonę aut formæ obſtaculum habet: patri & filio ordine ſucceſſiuo intelligitur conceſſiſſe, ſecundùm Andr.in ca.1. §.1. de ſucceſſ.feud.& in c.1.de alie.feud.pater.capit filius poſt mortē patris ſuo iure, nec dicitur de nouo acquirere: & dicit glo. ſingularis in capitulo primo, an miſtus, de qua ibi per Bal.& Mayn. in l.quoties.col.7.de rei vendi. Ceſalus conſi.90.
2 num.46.nominato † patre in feudo ipſo iure cēſetur nominatus filius, quia lex feudi ipſum nominat & admittit in ſucceſſione feudi, & conceſ-

ſio

ſio Regis intelligitur facta, prout ius intelligit. l. ſicut. de ſeruitu. l. ſi duo. de acquirē. hæredi. not. Bart. in l. hæredes mei. §. cum ita. ad Trebell. & in l. iuſiurandum. §. ſi liberti. de operis liberto. cogitatum fingitur à Rege, ſi contrarium non appa ret, quicquid lex feudalis introduxit fauore filiorum. nec obſtat, quòd gratia cenſeatur conditionalis à futura nominatione, quæ patris ſilentio caducatur, nam procederet, quando pater nõ habuiſſet filium, & tractaremus de extraneo admittendo, tunc neceſſaria eſt nominatio ex vi verborum & formæ, & in filio ſecus, quia lex ipſum nominat ſucceſſorem in feudo: & Rex reddit ſe conformem cum prouidentia legis, quia in hoc nulla ſupereſt repugnantia iuris communis, nec tunc dicitur diſpenſare, cum aliquod ius non dimittat, aut relaxet. Nec etiam obſtaret, quòd filij non videantur admiſſi ante nominationem, quia Rex dat feudum patri in vita: vt ſolus habeat, quandoque pro filijs, qui nati ſunt, & naſcituri excluduntur, quandoque pro naſcituris, & nati prius non admittuntur, forma repellit, vt dixi in inueſtituris, videtur taxaſſe ꝓ hærede prius nominando: pro, dictio conditionem importat: vt not. Bar. in l. 1. & in l. Titio centum. §. Titio genero. de condi. & demonſtra. nihil interim habet filius, antequàm nominetur hæres potuit dominus in traditione rei ſuæ apponere legem, quam vult, etſi feudatarius ſub eadem lege accepit, contractus ex conuentione finem capit & metam. l. 1. §. ſi conueniat. depo. inueſtitura eſt illa, quæ principatur feudis. l. in conditionibus de condi. & demonſtra. tradentis voluntas ſpectanda eſt. l. qui mihi donatum. de dona. filius videtur ipſe appoſitus in conditione, ſi nominabitur, potuit pater, ſibi ſoli quæritur, vel vni hæredum, vt May. affirmat in l. 2. C. de iure emphyt. col. 4. & plenius And. de iure primogeniorum, 4. quæſti. reſpondetur, quòd per illa verba feudi natura non mutatur, vt intelligatur excluſus filius, ſi nõ nominetur, fuit a principio ſemper inclusus filius, ſiuè nominet, ſiue non, & illa verba non videntur appoſita gratia limitandæ ſucceſſionis filij, ſed ad alium finem, ſi forte filius deceſſiſſet in vita patris, potuiſſet alium facere ſucceſſorem: vel ſi fuiſſet filius patri irreuerens, & nollet pater ei relinquere feudum, poteſt, quia nouum & hæreditarium, hoc credendum eſt cogitaſſe Regem, & patrē voluiſſe non vt fiſcũ propriè præferat proli. l. cum auus. de condi. & demonſtra. l. cum acutiſſimi. C. de fideicom. verba illa poſita ſunt in fauorem patris, non debēt in eius odium retorqueri. l. quod fauore. C. de legibus, & inducta in argumentum non debent operari diminutionem. l. legata inutiliter. de legat. præſtan. eo ipſo ꝙ recipit pro ſe, intelligitur filiis proſpexiſſe c. 1. de conſuetu. recti feud. & in c. 1. de feudi cogni. quando addit & prs. hærede nominando, mutat perſonas, & admittit etiam extraneos. quando filij non extarēt ex ordine intellectus & charitatis, iuxta not. in l. Gallus. §. etiam ſi parente. de lib. & poſthum. pater ſumit conſilium pro filio, eius uotum eſt filio quærere. lege ſcriptorum. vnde liber. & naturale eſt, cui lex fauet & aſſiſtit, vt per Moderniores in d. l. cum filio. pater plus filium diligit quàm ſeipſum. l. cum quidem. quod met. cau. abſurdum ſequeretur, quòd feodum redeat ad fiſcum, & filius paupertate laboret.

SVMMARIVM.

1 *Procurator, vel nuntius ad nominandum ſucceſſorem in feudo, an poteſt conſtitui ab eo, qui habet facultatem nominandi.*

2 *Contrahens per procuratorem per ſeipſum contrahere dicitur.*

3 *Facultas conceſſa a Rege vendendi feudum comprehendit etiam venditionem faciendam per eius procuratorem.*

4 *Dictio per ſe, vel ipſe, eſt perſonaliſſima.*

QVADRAGESIMO SEPTIMO
1 quæro, an † ſi Rex dat facultatē
Petro nominandi ſucceſſorem
in feudo, poſſit ipſe conſtituere
procuratorem, vel nuntium ad
eum nominandum, ea quæ pen-
dent ex animo non poſſunt alteri committi, vt
dicit glo. ſingu. in l. Pomponius. de rei vendic.
& ad hęredes non transeunt. l. 1. §. cum autem.
2 de cadu. tollen. mihi videtur quòd ſic, † quia ve-
rè per ſeipſum facere videtur, qui per procu-
ratorem contrahit. l. certè. §. 1. de precario: ver-
ba Vlpian. dixit, propriè facere dici, ſi per pro-
curatorem fecero: & illum text. pro ſingula. alle-
gat Mayn. in l. naturaliter. de acquir. poſſ. & de
eo etiam meminit Caſſa. in conſue. Burgun. fol.
141. extendens illum tex. procedere etiam in ſta-
tuto loquente de vera perſona, vt habeat etiam
locum in perſona ficta, per quam geritur actus
verus, & omne id quod poſſum per me facere,
potero etiam per procuratorem l. 1. §. vltim. de
procura. glo. eſt not. in l. 3. rem ratam haberi. ꝙ
eum actum, quem poteſt minor per ſe facere, po-
terit per procuratorem, & ſequitur Bar. & Ang.
& And. de legibus connubia. fol. 212. in paruo
volum. in nominatione per feudatarium facien-
da nulla eſt aſſignata ſolemnitas à domino, eadē
eſt nominatio, & nominationis effectus, ſiue
fiat a domino, ſiue à procuratore, vel per nun-
tium. l. obligari, de actio. & obli. dum tamen ve-
rè fiat ipſa nominatio, hęredis dñi nõ refert, nec
intereſt neq; in plus, neq; in minus gratia exten-
ditur, vel reſtringitur, ea facultas eſt ius radicatũ
in bonis feudatarij, dum nominat hæredem, aut
conſtituit procuratorem ad nominandum, &
hoc procederet etiam in procuratore generali-
ter conſtituto ad nominandum, cum non dica-
tur per hoc feudatarij voluntas captatoria, ne-
que ab alieno pendere arbitrio, non eſt morien-
tis vniuerſalis bonorum diſpenſatio aut inſtitu-
tio, ſed erit actus inter viuos & de re particulari
& quamuis habuiſſet forte in animo alium no-
minare ſucceſſorem, quàm eum qui à procura-
tore nominaretur, quò ad cõſtitutionem ipſam
procuratoris. idem videtur animus procurato-
ris,

ris,qui & domini reſpectu Regis,ſiue vnus ſit,ſi
ue alier,dum tamen idoneus ſit & fidelis,non ha
bet intereſſe, cum à voluntate ſua procedat talē
coucedendo poteſtatem. idem poteſt dominus
per ſe quod & per procuratorem. quando perſo
na domini habilis eſt ad contrahendum,nam li-
cet perſona,per quam diſponit,ſit ficta,actus ta-
men eſt verus,& diſpoſitio in caſu vero habet lo
cum etiam in ficto qui repręſentatur per veram
perſonam.d.l.poſtulante.& ibi Bar.facit l.liber-
tum.§. ſenatus.de rit.nup.ex hoc ſequitur,quòd
3 † Rex præſtat licentiam Ioanni:vt poſſit Petro
vendere feudum,poterit hoc per procuratorem
ſiue ſpecialem ſiue generalem àd veodendū quæ
cunque feuda:quia procurator reuera dominū
gerit,non enim gratia hæc infixa eſt oſſibus do-
mini,quæ per alium exerceri non poſſit, neque
induſtria verſatur domini,vtrum ipſe alium no-
minet & alium procurator,cum de hęrede loqui
mur.l.quiſquis C.de epiſc & cle.vbi Bal.& alii,
ſcit Rex,quòd quando concedit,pro hęredibus,
non elegit perſonam aut induſtriam futuri hære
dis,quam ignorat,vt dicunt in præludijs feud.&
ceſſat l.inter artifices , cum neque feudatarij, in
conſtituēdo procuratore,neque etiam futuri hæ
redis aliqua perſonalitas aut induſtria requira-
tur,plurimi caſus ſunt,in quibus domini requi-
runt ſpeciale mandatum,vt in capitulo ſi.de pro
cu. in 6.& dubitatum eſt, quando alicuius com
mittitur conſcientię.vt in §. emphyteuſis.in au
then.de aliena.& emphy.& per Mayn. in l.om-
4 nium.C. de teſta.non dixit Rex. vt † feudata-
rius per ſe nominet , aut ipſe nominet, aut ipſe
nominet,quod perſonaliſſimum eſt. l.1.§. itē ac
quirimus,de acquiren.poſſ.vbi May.& Moderni
in §.dini. on.3.Cagno.in l.2. de pac.int. emp.
& uendi.num.40.Soc.conſi.250.col.4.lib.2. &
Natta ſequitur conſilio. . . primo libro.
tunc non poſſet conſtituere procuratorem:quia
ſibi committitur. & diligenter attendendi ſunt
fines mandati l.diligenter, manda. non poſſet ex
cedere formam aſſignatam a Rege, quæ pro lege
eſt.d.§.ſi conueniat,

S V M M A R I V M.

1 *Feudatarius habens facultatem nominandi ſucceſſo rem in feudo,an poſſit ſibi eligere pupillum in hæredem.*
2 *Infans & pupillus poteſt eſſe miles, & tribunus militum,dum tamen per ſe dignitatem non adminiſtret.*
3 *Actus pupillaris excuſat a præſtatione ſeruitij, iuramenti fidelitatis.*
4 *Pupillus ſeruit per ſubſtitutum in cōceſſis à Rege vel iure hęreditario delatis.*

1 QVADRAGESIMO OCTAVO
quæro, ſi † Rex præſtat aſſensū
Petro:vt poſſit nominare ſucceſ
ſorem in feudo,an poſſit eligere
in hæredem feudi aliquem pu-
pillum: pupillo poteſt feudum
conferri , vt not.in capitulo ſi minorib.ſi de feu.
ſue.contro.& in cap.ſi quis deceſſerit.eod.tituli
poteſt etiam eſſe miles & tribunus militum.l.ſi.
C.de teſtam.milit.tex.& glo.in l.ſed ſi milites.§.
iam autem,de excuſa.tuto.not.Bar.in l.1.col.12
C.de dignita.lib.12.& ſecundùm Oldradum ibi
2 etiam dignitate,dum † tamen per ſe non admi-
niſtret, vt Bal.dicit,per tex.in l.ad rempublicam
de muneri.& honori.quod etiam procedit in in
fante, ut per Caſaldum in tract.de Imperatore,
quæſtio.73.quod probatur in l. Lucius. §.pen.
ad municip.& per Deci. in capitulo poſt ceſſio-
nem.de proba.& in l.2.§.item impuberes. de re
gu.iur.poteſt etiam habere officium, ſi in eo ali-
qua conſiſtat capacitas,not. Oldr.conſilio 325.
thema,& ſimiliter poteſt habere beneficia , præ-
bendam,& canonicatum,de quo per glo. in ca-
pitulo ſtatutum.§.1.de pręſcrip,in 6.in ver.cano
nicis:Cardi. Alex.in capitulo de h s 28.diſtin. &
Paris.in c.accedentes.de præſcrip.pro fiſco vide
tur,quòd nulla ſit nominatio facta pupillo pro
ſucceſſore feudi:quia pupillus non poteſt perſo
naliter domino inſeruire,& illa ętas non eſt ido
nea ad bellandum.c. . . neque † eo
3 tempore cogitur præſtare ſeruitium, aut iurare
fidelitatem capitulo imperialē.§.ſi quis. de pro-
hib.feud.alie.per Federi.not.gloſſ.in cap.1. quę
ſit prima ca.ben. amitten.nec ętiam de feudo ne
teri,niſi poſt ętatem puberem.c.2. quo tempore
miles,ipſe non poteſt periurium committere.l.
qui iuraſſe.de iureiuran.illa enim ętas quicquid
agit ignorat.l.1.C.de fal.mon.licētia a Rege præ
ſtita,ut nominet ſucceſſorem,intelligitur,prout
ius vult.l.quamquam,de rit. nup. ius autem in-
telligit de habili, non autem de inhabili. l. gra-
datim.de mune.& hono. non videtur Rex per
illam licentiam ſubuertere voluiſſe totam diſci-
plinam feudalem,vt nominet ſucceſſorem, & in
habilem, ſed ut ſeruet ordinem iuris l.ſi. quan-
do.C de inoffi.teſt.per quam legem Bal.ibi ſol-
uit plures quęſtiones & per. . . debet in
hoc aſperitas iuris obſeruari,vt nominetur ma-
ior habilis ad ſeruiendum domino, & adiuuan-
dum et in bello.tam corpore quàm conſilio,de
pupillo omiſſum eſt.non venit illa perſona,cum
ei non conueniat ſubiecti ratio, etſi feci ei gra-
tiam in vno vt nominet,& hoc ſui fauore , non
cenſebitur in alio diſpenſaſſe:in quo pro tempo
re poteſt dominus eſſe in damno , non videtur
voluiſſe iactare ſuum.l.cum de indebito.de pro
ba.eodem tempore,& pro eadem re non eſt cre-
dendum voluiſſe concedere duo ſingularia , qa
lex,quæ dulcius indulget, non ſecaſſet l. 1.C. de
dot.promiſ.reuerti debet res ad ſuam primæuā
naturam,& ſuis ſedibus collocari , cum reſpub.
læditur,imputari debet ei,qui expreſſius ſibi nō
conſuluit.l.item quia.§.ſi.de pac. in hoc gratia
ambigua eſt, de ſe queri debet.

Nec obſtat , quòd pupillo poſſit feudum
conferri,& habilis ſit ad dignitatem, officium &
beneficium,nam procedit aut in dignitate, uel of
ficio hęreditario,aut in his,in quibus lex non ha
bet ipſum interim vt inhabilem ſed cum conditio
tore.aut actore illi ſubuenit, tunc obtinet de iure
communi, nominatio de iure ſingulari proce

4 dit, etiã qñ † Rex, aut ſummus Pontifex illi conferret: eo ipſo viderentur ipſum habilem facere, tollendo obſtaculum iuris. vt gratia ſuum conſequatur effectum. l. quidam conſulebant. de re iudic. l. 2. C. de crim. ſacrile. bona litera in l. 1. §. & in tantum. C. de vete. ior. enu. ibi, nullum crimen ſcripturæ imputetur, ſed noſtrę electioni hoc aſcribatur: agit feudatarius per diſpenſationem de re, quæ ſua eſſe deſinit: præſens ſtatus nõ oſtenditur: cum diſpoſitio cõfertur in futorum, quando feudum deuoluendum eſſet curiæ: parta enim ſunt ex regula legis, quod ſpõſę, C. de dona. inter vir. & vxor. duo regi feudatarius. ſubtra he e diceretur, feudũ, & perſonam habilem, duo onera in eadem re ſuſtinere non debet. l. Titia §. qui in vita. de legat. 2. qui in vno grauatur in alio releuatur. l. eum qui de iniurian. nec vim facit, quòd pupillus poſſit domino ſeruire per ſubſtitutum, nam locum haberet, quando eſſet electus à Rege, neceſſariò videretur ipſum per ſubſtitutũ admiſiſſe, dato antecedenti venit & conſequens. l. 2. de peca. lega. l. ad legatum l. ad rem mobilem. de procu.

Neque etiam obſtat, quòd impedimentum ſit temporale: cum ex tempore ætas mutetur, & ſit grauis iactura domini: nam domini intereſt conſiderato tempore præſenti, hoc attendi debet, hoc dominus aduertet, arg. l. ſi im. de ant. & arg. leg. & in perſonis quę capere poſſunt, glo. eſt. in l. ſi mater. C. de bon. defun. pupillus per ſubſtitutum non debet admitti: quia cum eo non concurrit feudi qualitas, antequam, à Rege approbetur, non eſt vaſallus, non eſt feudatarius: cum ipſe non ſit feudi dominus, quomodo loco ſui alium ſubſtituet, ex regula. l. nemo plus: tunc ſubſtituit, quando feudi dominus eſt, & habet veſtem & arma feudalia: ad hęc faciunt, quæ ſcribit dominus Iacobus Camaleus doctor gallicus in c. 1. an mutus, vel aliàs imperfectus, in ſimili quæſtione per eum poſita: gerit ſubſtitutus vicẽ ſubſtituentis. l. 2. de offi. eius qui vic alterius gerit, illius loco eſt: not. Bar in l. ſi filius. de legat. pupillus feudatarius non eſt ob nullitatem nominationis, ergo ipſius ſubſtitutus repellitur. verius putarem, pupillum ex tali nominatione eſſe admittendum, tam ex re, quàm etiam ex perſona, ex re, quæ ſui natura tranſitoria eſt ad hęredes. d. §. cum verò Corradus, & in ca. primo, de natu. ſucceſ. feud. Et licet reſtringatur ad eos, qui ex corpore naſcuntur, ea pacto etiam tranſit ad extraneos. cap. 1. de duob fra & in c. 1. de ſeu. nõ hab. pro. natu. feud. cogitauit tunc Rex ex facultate conceſſa, feudum tranſitorium ad extraneos aſſumpſit tunc illam naturam, & nouam, & veterem depoſuit ex perſona: quia maſculus, qui regulariter habilis eſt in ſucceſſione feudi, & quãuis ſit impubes, ſeruiet tunc per ſubſtitutum, cũ perſona habilitata ſit, cogitare etiam potuit Rex nominari impuberem, poſtquam maſculus eſt, qui ſolet tam in veteri ſuccedere quàm in nouo admitti: habet Rex omnia iura in ſcrinio pectoris propter prudentiſſimos collaterales. cap. 1. de conſtitu. in 6. conſueuit etiam Rex donare feuda impuberibus: & præſertim quę conſiſtũt in tenimentis & actionãſijs, ex quibus non percipitur totegrum ſeruitium, nulla verſatur induſtria perſonæ, eligat tunc idoneum campionem, acceptabilem ſibi, & ex collatione taxæ, quæ pupillum reſpicit, exoluitur ſeruitium, gratiæ principum non ſunt anguſtandę, & credendum eſt, Regem interrogatum conceſſiſſe.

Tollitur ex prędictis allegata nullitas, cum nõ ſit pupillus incapax quò ad perſonam ſuam, neque reſ. ectu rei, quæ poteſt tranſire ad pupillum, ęquius hoc videtur, cum impedimentum tẽporale eſt, niſi ex formulis cancellarię appareat in ſpecie de pupillo expreſſiſſe, & tutorem pro eo præſtiturum ſeruitium, in eo tantùm conſeodum eſt voluiſſe in alio denegaſſe per l. cum prętor. de iudi. & ſicut dat diuerſitatem gratię, indicat quoque contrarietatem voluntatis: quia voces ſunt ſigna eorum &c. vt ſi feudataius habeÌret fratrem pupillum, vel filium fratris. Rex mallet contentari nominare extraneum quàm conſanguineum, aut coniunctum feudatariu.

S V M M A R I V M.

1 *Feudatarius habens facultatem nominandi ſucceſſorem, an poſſit nominare fœminam in hæredem.*

2 *Fœmina in regno Siciliæ ſuccedit in feudo iure communi regni, & non per diſpenſationem.*

3 *Fœmina eſt capax feudi ſecundùm naturam ipſius, & in eius ſucceſſione purificatur cum maſculis*

QVADRAGESIMONONO

1 quæro, an † ex eodem aſſenſu poſſit nominari fœmina in feudo, pro fœmina non eſt aliqua primitiua regula, quæ ipſam admittat in feudum, niſi ex pacto, vel ex tenore inueſtituræ fuerit recepta. cap. 1. §. filia verò, de ſucceſſi. feud. & in c. 1. quemad. feu. ad fil. pert. videtur Rex cogitaſſe, quod diſponit lex, ſecundùm Bar. in d. §. cum ita. lex feudi excludit fœminam, ergo ſecundùm illam legem intelligitur conceſſiſſe feudum. nec ex illa generali licentia videtur habilitaſſe inhabilem & pro hoc facerent multa, quæ diximus in præcedentibus prẹtertim quòd impedimentum ſexus eſſet perpetuum & non tẽporale, prout etatem pupillo, poſſet ex prædicta ratione dici contrarium: vt

2 poſſit nominari fœmina hæres in feudo † quia in hoc Siciliæ Regno ſuccedit fęmina in feudo non per diſpenſationem, prout aliqui periti opinantur, ſed de iure imperiali, quod eſt commune in toto Regno, vt in l. in al quibus, & in feudo etiam titulato cum excluſione aliorum in viuentibus iure Francorum, vt per Andr in cap. 1. de eo qui ſibi & hęredi. ſuis, & ſępę dixi: ſecundũm hoc ius videtur dediſſe facultatem nominandi, quia hoc ius viget in Regno, & non ſecundũ ius Romanum, aut Longobardum. hoc enim nõ ſeruatur, vt in l. Federici. hoc habuit in mente Rex & non primitiuũ, quod receſſit ab aula, ita erit diſtinctio; vt ſummus Pontifex de põtificio, Imperator autem de iure imperiali voluerit intelligere

intelligera

telligere, & Rex de lege ſui regni, aut de genera li ipſius conſuetudine, vt tradit Bal. in capitulo cum veniſſent, ſecunda columna, de eo. qui mit. in poſſ. cau. rei ter. in ſucceſſione feudi nulla eſt differentia in Regno inter maſculum & fęminã: vt ipſa eo deficiente admittatur, niſi alia eſſet cõſuetudo in contrarium, habetur paſſim, vt maſculus, quamuis in multis virilis ſexus melior ſit, fęmineus autem deterior. l. fœminę. de regu.
3 iur. vbi Moderniores. in † hoc exequata eſt eorum conditio, nihil enim peccauit natura vt fœmina naſceretur. l. maximum vitium. C. de libe. prętę. & hac ratione attenta nominatione facta de fęmina non eſt inualida, cum fęmina ſit capax feudi, & poteſtas nominandi intelligatur ſecundùm naturam rei, cuius ipſa habuit ac habeat commercium, & quotidie videmus fieri emptiones feudorum per dominas, & dominus Vicerex pręſtitit & præſtat aſſenſum, niſi aliqua fraus ſuſpicetur ex ſanctione Regiæ pragmaticæ, hoc perſepe vidimus fieri, denegari non poteſt. l. 2. de cada. tollen. ibi, vt ſæpiſſime Seuerus & Antoninus reſcripſerunt, & multis petentibus hoc ipſum indulſerunt. hoc Rex conſiderauit, vt feudatarius diſponat de feudo in fęminam: cum aliæ fęminę abſque differentia ſexus ſuccedant in Regno, debentque membra a capite regulari l. cum in diuerſis. de relt. & ſumpti. fune. l. eum qui ædes. de vſucap. in hoc Neapolitano regno ſuccedit fęmina in ipſo Regno, prout Ioanna prima filia Caroli vnigeniti ſucceſſit Roberto auo anno domini 1344 & Ioanna ſecunda filia Caroli tertii ſucceſſit Ladiſlao fratri abſque liberis defuncto anno 1414. & in aliis titulatis, & regalibus feudis non debent membra diuerſo iure cenſeri. d. l. eum qui ædes, & eadem regula in minimis feudis debet obſeruari, quæ in maioribus, ut ecõtra, exequata ſunt ad inuicem, niſi aliud ſit expreſſum. capitulo primo, de feu. dat. minimis valuaſoribus, cum autem fęmina nominatur hæres feudi natura non mutatur in aliquo, nec in re ipſa, neque in eo miſcetur inhabilis, & veniet fœmina ad feudum ſub regula recti feudi, cum nõ appatet alia forma tradita, & hanc partem puto veriorem.

S V M M A R I V M.

1 *Rex concedens officium exigens perſonale ſeruitium cum poteſtate ſubſtituendi, & facultate nominandi hæredem, an poſſit fęminam in hæredem nominare.*
2 *Fęminarum conditio in multis deterior eſt quàm maſculorum.*
3 *Officia concedi ſolent à Rege, viris & non fęmellis.*
4 *Officia regulariter non ſunt ad hæredem tranſitoria ſed perſonalia.*
5 *Fœminarum fragile & infirmum eſt conſilium.*
6 *Cauſa fortior eſt in agente, quàm in patiente.*
7 *Fœmina habens iuriſdictionem in dominium eſt magis tuta, quàm ſi haberet in officium.*

QVINQVAGESIMO quarto. Po-
1 ne † Regem conceſſiſſe Petro officium, quod exigit perſonale ſeruitiũ, vel ſi Rex propter qualitatem, & merita conceſſionarij dedit in ipſius exercitio aliũ ſubſtituendi poteſtatem, & cum facultate, quòd tempore vitę, vel in mortis articulo in eodem officio poſſit nominare hęredem, an in eodem poſſit nominare fœminam in hæredem? Obſtant cõtra fœminam nonnullæ iuris regulæ.

2 Prima † quia in multis eſt deterior earum cõditio, quàm maſculorum l. in multis. de ſtatu homin.

Secundò ciuilia officia adempta ſunt mulieribus. l. 2. ad velle.

Tertiò conſuetudo, & mores illã non admiſerunt propter honeſtatem & earum inconſtantiam, vt dicit glo. in l. 1. §. ſexum, de poſtu. quam Abb. ſequitur in cap. dilecto. ſecunda columna, de arbitr.

Quarta, lex cum prętor. §. fin. de iudi. & in c. mulierem 34. q. 4.

Quinta, ſexus fragilitas & imbecillitas intellectus. l. 2. §. verba itaque, ad velle. l. 2. C. eo. tit. c. ex parte, el 1, de priuile.

Sexta, lex prima, de ſenato.

Septimò, quia mulieres malè eſſe præſumuntur ſecundùm Bartol. in l. pater Seuerinam. §. ſocius, pro ſocio.

Octauò propter ſacramentum, quod præſtare tenetur pro exercitio officij: tam ex regula iuris communis, quàm ex pandecta officii. & ideo ad feudum non admittitur, vt not. doct. in prælud. & in titu. de ben. fœmi.

Nonò inſpicitur conditio dantis in arbitranda qualitate beneficiorum, necnon & recipientis. l. plenum. §. equitij de vſu & habi. concedẽs officium eſt maſculus, recipiens etiam maſculus, credendum eſt de eo hærede partes intellexiſſe, qui ſit illius virilis ſexus tam dantis, & recipientis, & illud verbum hæredem, pro eo intelligatur, & non pro fęmina, quæ non eſt cognita a iure communi, ſed moribus & conſuetudine à ciuilibus muneribus eſt excluſa.

Decimò, conceſſio facta à Rege cenſetur facta ſecundùm naturam rei, ſuper qua fit l. ſi ſtipulatus, de vſur. l. ſi vno, C. loca. l. inſulam. de præſc. ver. ex hac ratione Andr. dixiſſe videtur in ca. 1. §. & quia. 3. col. de his, qui feud. dar. poſſ. quòd ſi Rex concedat feudum fœminæ, non ſuccedet in eo filia quàmuis feudum ſit quæſitum à fęmina, vt videatur ſexus habilitatus, cum natura rei inſpiciatur & non perſonæ. idem in capitulo primo, de ben. fœmi. & ibidem per dominum Iacobum Camaleum, gratia Regis reducitur ad intellectum iuris, vt ait Aret. in l. 2. nu. 10. de ver. oblig. & latius Mayn. conſilio 215. 2. col. 2. lib. & illud fingitur cogitaſſe, quod ius diſponit, vt per eundem Mayn. conſilio 52. in 3. volu. & quatenus cum iure communi concordat ſecundùm Alcia. in tracta. pręſum. regu. 3. præſum. 32. etiam per hoc eſſent verba improprianda, vt per Rubeum conſilio 82. in fi. col. non eſt credendum,

Regem

Regem cogitaſſe de fœmina, quæ inſufficiens eſt
pro exercitio ipſius officij. verbum hæres, capia-
tur in potiori ſignificatu pro eo, qui dignior &
nobilior eſt & pro maſculo, iuxta ſubiectam ma
teriam. c. 1. §. & ſi clientulus. de alie. feu. & nota.
in l. ex facto. §. ſiquis rogatus. ad trebel.

Vndecimò, conceſſio intelligenda eſt ſecun-
dùm conſuetudinem concedẽtis. l. vel vniuerſo-
rum. de pigno. actio. & in l. qui ſemiſſes. de vſur.
3 Rex † autem officia conſueuit concedere viris &
non fœmellis, & nunquam, aut perraro fœminis,
adeos Rex habuit oculum cordis, l. nam ad ea,
de legi. quando autem vult gratiam facere fœmi
nis, hoc exprimit in ſuo diplomate, cum dicit:
Ita q; poſſit nominare hæredem in officio, tam
maſculum, quàm fœminam, tam puberẽ quàm
impuberem: tunc vult, quia dicit hoc verbo aper
to, clara eſt voluntas Regis, l. non aliter. de lega.
3. quando autem non nominat fœminam, cenſe-
tur noluiſſe, tunc reddit ſe conformem cum iu-
re communi, ex quo incapaces ſunt officiorum.
4 Duodecimò, † ſunt officia vt plurimum perſo
nalia. l. conſilio. de cura. furio. nec regulariter ad
hæredem tranſitoria, l. fi. de fideiuſ. tuto. not. Bal.
in l. 2. §. ſed ſi quis. C. commu. de lega. adminiſtra
toris tantum munus eſt, ſecundum Andr. in c. 1.
2. col. quis dicatur dux: in perſona hæredis no-
uum eſt officium ex noua gratia ſeu conceſſione,
ar. l. ſtipulatio iſta. §. ſi quis ita. de ver. obl. de vſu-
fructu conceſſo Titio & hæredi, & in l. antiqui-
tas. C. de vſufruc. quem allegat dominus Io. Faſo
lus in c. 1. de eo qui ſibi, & hæredi. ſuis, ex ſimpli-
ci facultate nominandi non videtur Rex immu
taſſe naturam officij: vt no. in c. 1. de feu. non ha
ben. propriam naturam feu. & quando Rex dat
poteſtatem alienandi feudum, intelligitur ſi ipſe
alienationis tempore fuerit requiſitus: quia hæc
eſt natura feudi & emphyteuſis: vt in ipſorũ alie
natione domini accedat aſſenſus, de quo per Ma
yn. in l. fi. C. de iur. emphy. Et dictum eſt in præ-
cedenti, & per Rolandum conſi. 8. immutatum
eſt tãtùmodo quò ad hoc, vt nominet hæredem:
hoc eſt expreſſum & conceſſum, quò ad alia reti-
net naturam ſuam: vt per Andr. in d. §. huius ge-
neris. & eſt tex. in c. 1. de feud. non habente pro-
priam nat. feud. Rolan. conſi. 2. col. 14. num. 35.
de quo autem hærede Rex voluerit intellige-
re non expreſſit, ſub regula ſtabit iuris commu-
nis l. præcipimus, C. de appell. vt hi tantum ſub
nominatione veniant, qui habiles & idonei ſunt
ad exercitium officij, reſtringitur poteſtas veluti
valde exorbitãs, ne lædat ius cõmune, in quarum
poteſt. l. 2. C. de noxa. poterat ipſe cogitare de rei
qualitate, & ex conſuetudine Regis nullam eſſe
nominationem factam de fœmina, quæ tam de
iure, quàm de conſuetudine repulſa eſt; poterat
ipſe prouidere alium nominando, & idoneum, l.
ſi quis domum §. fi. loca. l. inter ſtipulatorem. §. ſa
cram. de verbo. obli. damnum hoc ſua culpa ſen
tit, ſibi imputari debet. l. damnum, de reg. iur.
poterat peritiores cõſulere, antequam nominet:
quia in hoc quaſi de lucro certare videtur, quam
uis pretio redempta eſſet, arg. text. ſingu. in l. Ti-
tius puerum. de obſequijs patro. præſtan. non vi
deretur tractare de damno, non reſtitueretur in er
rore iuris: vt in regula.

Decimotertiò facit, quod diuus Thomas do
minus & coniunctus meus inſcribit de regimine
principum. c. 6. naturam fœminis multa frena im
poſuiſſe & inter alia verecundiam, qua ſe viris
abſtineant, neque ipſorum conſortio iungant,
refert Luc. de Pen. in l. 1. prima col. C. de mulier.
in quo loco. lib. 10. & Andr. de legib. connubi. in
nona lege.

Decimoquartò, videtur ex auctoritate Augu-
ſtini de ciui. Dei, lib. 18. mulierem eſſe excluſam:
cum in pœnam earum ſeruatum, ne vnquam vo
cem haberent in deliberatione conſiliorum, qđ
poſtea Romę patres obſeruarunt ex Papinia-
no in l. 1. de legibus, ipſę enim contra propria la
borant. l. ſi pater. in fi. C. de ſponſa. Admitti non
5 debent ad aliena & publica negotia. cum † fragi-
le ſit & infirmum earum conſilium: vt ait gl. in
l. 1. C. de confir. tuto. & in §. 1. de ſatiſda. tuto.

Decimoquintò, mulierum proprium eſt pati,
virorum autẽ eſt agere, not. in l. 1. C. ad leg. Pom
pe. de parri. & Bal. in l. 1. C. de ſer. fugit. & ordo
naturalis eſt in hominibus, vt fœminæ ſeruiant
viris; infirmior fortiori, & qui ratione excellit
dominatione quoq; pręcedat 33. q. 5. c. ordo. Et
6 † fortior eſt cauſa in agente, quàm in patiente. l.
2. l. fi. C. ad Tertul.

Decimoſextò, mulierum proprium eſt verecũ
dè in domo agere vt Eccle. c. 22. hoc ipſarum eſt
munus, aureus tex in l. in coniunctione. ibi, etſi
puella cultu verecundiæ. C. de nup. in forenſib.
autem nego ijs non poteſt verecundè verſari,
nec verecundè agere propter honeſtatem ſexus,
ꝑ imbecillitatẽ intellectus, ac tarditatẽ ingenij,
ergo nõ põt nominari hęres in officio, cũ ei nõ cõ
ueniant, quæ neceſſaria ſunt pro exercitio officij.

Decimoſeptimò, veriſimile nõ eſt, Regẽ in ge-
nerali facultate alteri id cõceſſiſſe, qđ ipſe ſpecia
liter nõ fuiſſet facturus, ar. l. obligatione genera
li. de pigno ſed ſi perquiratur regeſta donorum,
aut priuilegiorum per diuos Reges regni, nõ in
ueniuntur officia conceſſa fœminis niſi moder-
nis temporibus illuſtribus dominabus, vtpote
Conſtantiæ Daualos de Aquino Principiſſæ Frã
chauillæ ſapientiſſimæ, & religioſiſſimę: cui cu-
ſtodia arcis, & inſulę Oenarię, quę hodie Yſcla di
citur ex ſumma fide, ac ſingulari animi virtute cõ-
miſſa eſt alijſq; tanti exempli mulierib. vel quib.
officia accedũt cũ iuriſdictione in feudũ cõceſſa:
non eſt credẽdum, Regẽ de ſexu fragili impfecto
ac ſubdito ſenſiſſe, quæ aliorũ opera regẽda eſſet.

Decimooctauò, poſſent in mediũ afferri, quæ
neotherici colligunt in eorum repetitionibus &
tractatib. S. Bñdicti doctoris gallici, And. Tiraq.
Caſſanei in ſuo catbalogo 2. pat. & 11. & aliorũ,
quos non refero. Et tenendo hanc partem: nõ
obſtat tex. in c. cum dilectus. de arbit. nam † ibi ha
7 bebat comitiſſa iuriſdictionem in dominium, &
non in officium: item habuerat ex ſucceſſione
antiquorum. & erat in quaſi poſſeſſione ipſius;
quod non habet locum, quando petit ipſa im-
mitti in exercitio officij, repugnant multa
propter quæ iterum non eſſet admittenda

Y & inba-

& inhabilitas perſonæ, quæ repelleret agentem:
vt And. ſcribit in l. Imperialem. §. illud. col. 6. de
prohi. feud. alie. per Fed. & priuilegij forma, quę
pro fœmina non eſt clara, neque aperta, & con-
tra ſe habet obſtaculum iuris communis: vt not.
in c. 1. de inſtitutionibus, & ibi per Abba. & in c.
cum perſonæ. de priuile. in 6. non obſtarent quę
de fœminis tam bello, quàm militiæ ac regnorũ
& imperij adminiſtrationi pręfectæ fuerunt: nã
aut fato occurrerunt, aut populi fauore proceſſe
runt, aut armorum potentia ortum habuerunt,
aut vetuſta conſuetudine regionis ſumpſerunt
initium, vel principum munificentia fęminea
proles habilitata eſt, de quibus non erat dubitan
dum propter diuinum oraculum, quod exhibe-
bant: poteſt hoc fieri tam ex diplomate Regum,
quàm ex immemorabili vſu, legimus & cognoui
mus, plurimas fuiſſe & eſſe ingenio, virtute & re
ligione percelebres comparandas viris, & ò vti
nam eorum exempla imitarentur mortales.

S V M M A R I V M.

1 *Officium conceſſum Titia & hæredibus, an includat filiam fœminam.*
2 *Argumentum de feudo ad officium.*

QVINQVAGESIMOPRIMO
1 quæro. Pone † q̃ Rex concedat
officium Titio & hæredib. ſuis,
an in eo filia ſuccedat? Diſtat
hęc quæſtio a præcedēti: cũ nũc
ſit radicatũ ius hæredibus ſine
alio facto & declaratione defuncti, videtur aſsũ
pſiſſe naturam allodij, quod poteſt fieri Rege
volente, vt aliàs dixi, nunc officij natura mutata
videretur, cum ignorat Rex futurum hæredem,
& poterat hoc Rex præuidere, & ſicut ſexus fœ-
mineus eſt in Regno habilitatus ad feuda pari-
2 ter videatur ad officium, arguendo † de feudo ad
officium: vt per And. in c. 1. de feud. marchię, tu
tene contrarium: quia officium regulariter non
tranſit ad hæredem. l. 1. de fideiuſ. tuto. not. Bal.
in l. 2. §. ſed quia. C. commu de lega. eius exerci-
tium requirit animi induſtriam & perſonæ. l. cõ
ſilio, de cura. furi. ſi Rex in vno alterauit ſuam
naturam: vt vadat ad hæredem: non cenſetur in
alio non expreſſo diſpenſaſſe, vt habeat fœmina
hæres per regu. cap. primi, de feud. non haben.
pro. natu. feud. intelligitur conceſſiſſe ſecundùm
regulam officij. arg. l. ſtipulatio iſta §. ſiquis ita,
de verb. obli. & in l. hęredibus, declaratur ab offi
cio. in quo fœmina non admittitur, arg. l. ſi ſtipu
latus. de vſur. ſatis fuit habere officium pro hære
de maſculo ar. l. ſi tutori. C. de nego. geſt. quòd fę
mina in officio ſuccederet, non fuit expreſſum,
ſed omiſſum, l. quicquid aſtringendæ. de verb.
obliga. excludi debet, cum non habet pro ſe con
trariam legem expreſſam. l. veteribus. §. final. de
pac. Rex videtur conceſſiſſe, prout ius intelligit
vt per Andr. in capitulo 1. quarta columna, qui
ſucceſ. tene. & in capitulo primo. §. præterea. de
prohi. feud. alie. per Feder.

S V M M A R I V M.

1 *Facultas, ſiue aſſenſus præſtitus à Rege relinquendi officium quibuſcunque hæredibus, aut in eo nominandi quemcunque hæredem includit fœminam.*
2 *Dictio, quibuſcunque, includit omnem hęredem etiã legatarium & inhabilem.*
3 *Fœmina venit appellatione poſterorum.*
4 *Fœmina licèt ſit maritata eſt agnata, & de familia.*
5 *Dictio quæcunque, quid comprehendat.*
6 *Verba vniuerſalia non trahuntur ad fęminas.*

QVINQVAGESIMOSECVN-
1 dò quæro. quid † ſi Rex conce-
dat facultatem & aſſenſum Pe-
tro, vt officium poſſit relinque-
re quibuſcunque hęredibus, aut
nominare in eo quemcunque
hæredem, an poſſit relinquere officium fœminę?
Videbatur q̃ ſic pp illam adiectionem, quibuſcũ
que. ex nota. per Pariſ. conſi. 13. nu. 170 pri. vol.
Bal. in l. 1. q. 3. de rer. diuiſ. & in c. 1. 5. col. de pro
2 hi. feu. alie. per Fede. venit † tunc omnis hęres, &
etiam legatarius ſecundũ Ruyn conſi. 16. pri. co.
& conſi. 20. col. 2. pri. vol. Mayn. in vſibus feud.
col. 16 Ripa in l. ex facto. § ſiquis ita. ad Trebel.
& in l. quæſitum. §. ſiquis. de priui. credi. Soci. in
conſi, 72. nu. 22. pri. vol. & conſi. 122 3. col. 2. li.
& per eundem Pariſium conſi. 71. nu. 42. 3. volu.
verbum hoc vniuerſale eſt aptum comprehende
re omnem perſonam extraneam & inhabilem,
& quę ſecundùm propriam ſignificationem nõ
veniret: vt per Curtium iuniorem conſi. 48. & cõ
ſil. 183. nu. 6. quem refert Io. Cephalus conſi. 137
col. 10. nu. 35. pri. vol. imputari poſſit Regi, qua
re generalem licentiam conceſſit, cum fęminam
in officio ſucceſſuram non præuidit, arg l. ſiquis
domum. §. fi. loca. pręſertim ſi a patre filia inſtitu
3 ta & nominata eſt hæres in officio, quæ † venit
appellatione poſterorum ſecundùm Ant. de Bu.
in conſi. 9 & probatur in l. de his verbis. §. fin. de
lega. 3. & continetur ſub nomine prolis, vt per
4 Card. Pariſ. conſi. 51. nu. 10. 2. lib. dicitur † agnata
& de familia: vt idem ſcribit conſilio 72. 4. vo
lumine, etiam ſi maritata ſit, vt idem tradit con
ſilio 63. numero 4. ſecundo libro, hoc verbum
debet eſſe in virtute aliquid operandi, & non de
bet credi appoſitum ludibrio, ſicut eſt in feudo
improprio, in quo veniet filia fœmina, ſi rece-
ptum eſt pro ſe, hæredibus & ſucceſſoribus: vt
per eundem conſi. 23. primo volumine, & quan
do ſic receptum eſt pro hęredibus quibuſcunq;
extranei intelliguntur admiſſi: vt tradit præfa-
tus doctor in eodem conſi. 23. num. 169. multo
fortius & filia & hæres, & nominata ſucceſſor in
officio debet admitti: ſicuti ſi ſtipulatio conce-
pta eſſet pro patre & deſcendentibus ſecundùm
Gozadinum conſilio 20. Decium conſilio 223.
& Bald. ante alios conſilio 321. ſtatuto cauetur.
quarto libro, hęc viderut fuiſſe opinio Corneti
conſilio 239. pro deciſione pręſentis quęſtionis.
2. co. primo volu. q̃ quando in conceſſione adij
citur pro hæredibus & ſucceſſoribus quibuſcũ-

que

que, veniunt tam maſculi quàm fœminæ: vt illud verbum operetur vltra id, quod ſui natura operabatur. c. ſi Papa, de priui. in 6. l. ſi quando, de legat. 1. licet prędicta non deducat, quod etiam videtur fuiſſe de mēte Bal. in l. 1. de ter. diui. C. & in c. 1. §. donare. qualiter olim pote. feu. alien.

Puto tamen contrarium eſſe verius, ne liceat per illam poteſtatem nominare fœminam.

Primò, quod gratia & facultas illa de fœmina nō loquitur, quę ex generali prouiſione legis nō includitur. c. 1. §. filia. de ſucceſ. feud. c. 1. §. hoc aūt notandum. de his, qui feu. da. poſſ. c. 1. §. ad filias. de gradi. ſucceſ. in feud.

Secundò, quia ſi voluiſſet Rex admittere fœminam, expreſſiſſet, & non expreſſit, videtur noluiſſe, arg. l. 1. §. cum autem. C. de cadu. toll.

Tertiò, quia quæ ſpecialis nota ſunt, ſi non exprimant, neglecta eſſe videntur l. item apud Labeonem. §. ſi quis de iniur.

Quartò, verba capi debent & intelligi ſecundùm ſubiectam materiam. in qua interponūtur. l. ſi vno. loca. ſed ſubiecta materia non congruit fęminæ: quia officium non poteſt per fœminam exerceri.

Quintò præſumitur mens Regis talis fuiſſe, qualis de iure eſſe debet l. ex facto, de vulg. & pupil. c. cum veniſſent. de inſtitu.

Sextò fingit lex, Regem ſic generaliter concedendo, habuiſſe ante oculos, quod diſponit lex ſpi regni: vt per Bar. in l. hęredes mei. §. cum ita. ad trebel. Bal. in l. eam, quam C. de fideicom. Carolus Ruyn. conſi. 24. nu. 9. primo lib.

Septimò, ea quę ſpecialiter fiunt in conſideratione non veniunt. l. 4. de fideicommiſ. liber. impoſſibile reputatur, quod à principis pendet voluntate, l. apud Iulianum. §. ſi. de leg. 1. duo etiā ſingularia viderentur: feudū ad hæredem tranſmitti, & fœminam hæredem ſuccedere. hoc non fingit lex l. 1. C. de dot. promiſ. neque aliquid venit ex cōſequentia alterius neceſſaria: ſeparata ſunt & ſeparabilia tam ex intentione dantis quàm ex effectu vtili, & cum officiarius duobus fuerit honoratus à Rege: vt habeat in vita officiū, & poſt illius mortem hæres ſuus, non debet tertiò pergrauari Rex: vt etiam habeat fœmina, arg. l. Titius. §. cum in vita. de lega. 2. releuari debet ex regula l. eū qui, de iniur.

Octauò, quando Rex intendit in officio fœminā admitti, hoc exprimit, hoc vult oculo corporis legibili in ſuo diplomate, hoc ſpectandum eſt ex conſuetudine Regis l. vel vniuerſorum. de pigno. actio. l. qui filiabus. §. ſi. de lega. 1.

5 Nec † obſtat, quòd in aſſenſu dicat Rex, pro quocunque hęrede: nam forte intelligeretur de quocunque maſculo, per quem officium exerceri conſueuit, non autem de fœmina, quæ aut nūquam, aut rarò, aut per alium officium exercet. Reſponderi poteſt & ſecundò: vt intelligatur de quocunque hærede, ſcilicet pari ſaltem in ſexu, licet nō in dignitate: cat. eorum quæ habentur in c. 1. de lege Corra. de feudatario faciente alium feudatarium, ſcilicet parem quò ad feudum. de quo per Blaſcum Lanceā in repe. cap. reg. Sicil. incip. volentes. col. 40. & acutiſſimè ſcribit & ordinate. 5. no. & ibi concludit, quod per licentiā prædicti capituli non poterit fieri alienatio in fœminā, de quo per Bal. c. ſanè. col. 4. de tenen. quē ſequitur Rolandus de Valle conſi. 1. col. 9. nume. 98. Tertiò illa verba, in quēcunque hærede, nō cōprehendunt fœminā ſecundùm Deciū conſi. 193. pen. col. in ea gratia facta per dominum vt poſſit alienare feudum eo non requiſito, pro eo & cui dederit, nō poterit fieri alienatio in fœminā, ſed in ſororem: ex quo illa verba ſunt contra naturā feudorum, ſatis operantur vt irrequiſito domino alienetur in maſculum & non in fœminā. verba

6 † vniuerſalia non trahuntur ad fœminas, ex no. per Bal. in l. cum virum. C. de fideic. & in ca. 1. §. donare. qualiter olim pote. feu. alie. & idem Bal. conſi. 207. 2. volu. verba appoſita in inueſtitura, & quibus relinquere vellet, operentur: vt relinquere poſſit in quacunque perſonā, intelligi tū debet in quācunque perſonam, ſcilicet idoneam ſicut in l. 1. C. de ſacroſan. eccle. habeat vnuſquiſque. ita quod non poſſit trasferre in ſpurium: cū per illa verba non includuntur perſonæ prohibitæ moribus, vel natura incapaces ut. l. cum prætor. §. pen. & ſi. de iudi. mulier prohibita eſt morib. ca. 1. §. hoc autem notandum: de his qui feud. da. poſſ. eodem modo reſpondetur contrarijs, quod venit ē legatarius, ſcilicet habilis & capax a natura, a lege, vel a moribus: & quicunque alius extraneus hæres non comprehenſos de iure communi ad ſucceſſionem feudi: ſic de fœmina, quę eſt incapax iuriſdictionis: vt per Cor. conſi. 16. nu. 5. pri. lib. nec venit appellatione ſucceſſorum, ut ibidem dicit Corneus, etſi daretur pro hęredib. quibuſcunque & in d. conſi. 239. eo. volu. & per Pariſium conſi. 23. primo lib. & conſi. 58. 2. vol. & cōſi. 85. nu. 14. vol. 4. hęc pars videtur verior & melioribus fulcita rationibus & auctoritatibus. l. Emilius. de minori: ſunt notanda ad multa: vt vniuerſalis diſpoſitio intelligatur ſecundū actum, qui tunc celebratur, vel perſonam ad quā refertur: & reſtringi, vt minus lędat ius commune quàm poſſit l. 2. C. de nova.

S V M M A R I V M.

1. *Nominatus a Cardinale, qui habet facultatem à Papa nominandi ſucceſſorem in beneficio, cenſetur nominatus à Cardinale vel a Papa.*
2. *Cardinalis habens facultatem nominandi ſucceſſorem in beneficio, an poſſit retinere per ſe ipſum.*
3. *Argumentum de beneficijs ad officia.*
4. *Nominatus in feudo vel in officio tenentur ad onera impoſita defuncto a nominante.*

QVINQVAGESIMO TERTIO quærit Card. Pariſius conſi. 141. ſi. col. 4. lib. ſi Papa † concedit facultatem Cardinali nominandi ſucceſſorem in beneficio, an nominatus intelligatur habere beneficium Papa vel a nominante: & dicit ipſe, nominationem hanc non poſſe dici Papalem, ſed Cardinalis nominantis, qui gratificat perſonam ex not. in capitulo relatum, & ibi glo. in verſicu. liberaliter. de præbendis, non cogitur huic vel illi nominando conferre: licet † per ſeipſum beneficium retinere non poſſit, ut per Io. de

Sylua in tract.de beneficio, prima par. quæſtionis.ideo cenſetur a conferente ſibi donatū,& in hoc gratiam ſumpſit ab eo:ex hoc videtur, quòd habens officium per nominationem, vel feudū, quādo non fuiſſet ſucceſſurus in eo uidetur habere non a Rege,qui contulit facultatem, ſed ab ipſo,qui nominauit,quando Rex non expreſſit cer-
3 tam perſonam,cui eſſet conferendum.& † in hoc bonum eſt argumentum de beneficijs ad officia, ex nota.per Bar.in l.2.§.data.de optio.lega.Luc. de Pen.l.annonam.C.de ero.milit.ann.lib.10. Lupus in repe.cap per veſtras.col.2.de dona.inter virum, & vxorem,quem ſequitur Petrus Rebuffus in practica beneficiorum,in titulo, de repro.bene.vinentis,impetra columna 4. numero 39.quod videtur contra tex.in l.vnum ex familiam.§.1.de lega.2. & contra ea, quæ dicta ſunt ſupra quæſtio . . . poſſet dici, quòd ſucceſſor habeat a Rege licet ſit nominatus ab eo, cui dedit facultatem, per regulam l.2.C.de vete.iur. enucle.ꝙ omnia noſtra facimus,cum faciendi tradimus poteſtatem , & nominans nudum exerceat miniſterium in declarando certam perſonam,cum illam certam exprimit.in hoc illi gratiam confert:cum potuiſſet aliam nominare vel neminem.in quæſtione autem Cardin.ideo gratia non dicitur papalis,cum Papa ſuo nutu non conceſſerit:ſicut de doctore & milite,qui creantur à Comitibus palatinis & non nuncupentur comites Papę,Imperatoris, vel Regis, neque pręcedant ex tēpore creatos a Papa, Imperatore vel Rege.vt per Modern.in l.cum quid,ſi cert. pet. Purpura.in l.1.de offi.eius,cui man.eſt iuris.digniores ſunt electi ab his: cum dignitatis radij magis coruſcant:tamen dicat Pariſius in ſuo caſu quicquid velit:teneo illam partem, ꝙ officium vel feudum verè habet a Rege & non a nominante,& ideo facta nominatione non reuocabit,vt alias dixi ſupra,quamuis ratione qualitatis appo-
4 ſitæ capiat ab eo: vt quia dicat Rex † nominet hęredem in officio, vel in feudo , tenetur ad onera impoſita à defuncto, ſi vult habere officium, vel feudum, dicit ibi Cardi.ꝙ facultas nominandi eſt fauorabilis,quod non habeo pro vero:cum ſit diſpenſatio,quæ nunquam recipit interpretationem friuolam.cap.1.& 2.de fil.presbi.vel forte quoad concedentem eſt fauorabilis,quoad recipientem odioſa, vel loquatur in materia ſua, quod remitto illius artis peritioribus.

SVMMARIVM.

1 *Facultas relinquendi officium cui voluerit, an includat fœminam.*
2 *Licentia Regis requiri debet etiam ab eo, qui habet, poteſtatem alienandi feudum.*
3 *Verba conceſſionis regulantur à re & perſona, cui conferuntur.*
4 *Fœmina non veniunt appellatione poſterorum, quando tractatur de dignitatibus, & honoribus.*

1 QVINQVAGESIMOQVARTO quæro.ſi † dedit licentiam Rex vt poſſit officium relinquere, cui voluerit , an de eo diſponat in fœminam. dubium facit l. cū quidam de lega. 2. vbi per illud verbum, cui voles , poteſt indignum digno præferre: vt in l. vt inam §.cum ita, de rebus dubijs, videtur collata poteſtas legatario: vt ex dignioribus poſſit minus dignum eligere, vt dicit Boe. ibi, quem ſequitur Alcia. reſpon. 566. licet maſculus dignior ſit fœmina: vt ſupra ſcripſi,& poſuit dominus Blaſcus in repeti. dict. capitul. volentes: non tamen fœmina omnino indigna eſt, quin officium habere non poſſit , licet virile ſit munus; digna eſt officio fœmina, licet maſculus dignior ſit : ſatis eſt, Regem voluiſſe, dum dat facultatem dandi officium, cui voluerit: nec videtur poteſtatem abuti conceſſionarius , qui minus dignum digniori anteponit.dicta l. cum quidam, de qua per Mayn. conſilio 215. columna ſecunda, ſecundo volumine,& per Curt.conſilio quarto, primo libro , hæc eſt proprietas illius verbi, cui volet , vel cui voluerit , vt eligas ex diuerſis dignum , minus dignum , aut indignum: natura verbi hoc ſuadet, & in hoc non videtur cadere aliqua extenſio , aut interpretatio, hanc partem tenuit Socin.conſilio 257. in ſecundo libro, de quo per Ruyn.conſi.39. in primo volu.nihil enim natura peccauit ꝙ fœmina naſceretur l. maximū vitium.C. de liber.præter.

Verius tamen mihi videtur , ne poſſit in fœminam diſponere, neque fœminam nominare: quia de fœmina Rex non expreſſit: et ſi Rex noluiſſet, omiſſum eſt: non eſt ſubintelligenda perſona, quæ tam de iure communi, quàm ex qualitate rei habilis non eſt ad poſſidendum rem, illa generalis licentia intelligitur ſecundùm naturam actus, ſuper quo interponitur l.ſi vno.loca. ſequitur Ruyn.conſi.208.9.co.nu.18.in pri.volu.lex impoſuit modum: vt intelligatur ſecundū formam iuris, ar.l.ſi quando.C.de inof.teſta.qđ lex fingit, pro expreſſo habetur, ar.l. ſi duo.de ac-
2 qui.hær.ſpecu.in tit.de loca.verſi.94.ſi Rex † dat licentiam alienandi feudum, requiri tamen licentia debet. Alex.ſequitur conſi.116.4.volu.Rolā. conſi.111.nu 3.& Decius conſi. 193. tenuit ex poteſtate alienandi cum voluerit, non poſſe alienari in fœminā, quia inhabilis:& licentia generalis non includit inhabiles,& illa facultas intelligitur ſecundū naturā actus.idem Alex.in d. con-
3 ſil. 105.Ruyn.conſi.213.in pri.vol. verba † conceſſionis regulantur à re,& perſona, cui conferūtur, per tex.in c.1.§.1.epiſcopū, vel abbatē:& ibi no.Bal.ſi feudum concedatur maſculis & fœminis, non admittuntur pariter fœminę cum maſculis ſed cum maſculi non ſuper exiſtunt & dictio &, ibi non copulat ęqualiter & principaliter, ſed ex qualitate rei in. fœmina eſt copulata, admittitur in ſubſidiū.idem probat tex.in c.1. de eo qui ſibi & hęredi.ſuis,& in ca. 1. an fœmina ſuccedat in feudo: alterat & mutat natura copulæ poſitę ibi in inueſtitura: ut nō admittatur pariter cū maſculo, ſed tū illis deficientibus, hoc ſuadet

qua-

qualitas rei: quia feudum, & perſonæ: quia fœmina, magna fieret derogatio iuri communi & contra præſumptam mentem concedentis, & concurreret duplex priuilegium, & vnum non eſt conſequens alterius, remanet tunc ſub regula iuris: cũ vtrunque non legitur conceſſum, text. eſt in d. capi. 1. de feud. non haben. pro. natu. feud. quod debet fortius procedere in officio, ne contineat ex gratia duo ſpecialia; quando Rex dat facultatẽ diſponendi de officio, cui voluerit, intellexit pro qualitate officij, hic eſt fauor, vt diſponat de eo, quod erat tpe recaſurũ ad Regẽ. l. vxor patrui. C. de lega. vt etiam diſponat in fœminam, eſſet maius præiudiciũ Regis: nec ex illa poteſtate relinquendi, cui voluerit officium, deſinit eſſe officium, ideo quò ad alia retinet primæuam naturam d. c. 1. & in c. 1. per quos fiat inueſtitu. vt ibi Bal. ideo licentia alienãdi nõ trãſit ad liberos facti eſt. d. l. coni. & l. ſiquis. de cura. furio. requirit induſtriam animi, & haberet in ſe duplicẽ diſpẽſationem, vt habeat pro ſe, & ſimiliter heres eius. quod tenuit Ruyn. conſi. 39. in primo vol.

Nec obſtat auctoritas Soci. in d. conſi. 57. qa contrarium ipſe tenuit in l. Gallus. §. etiã ſi patẽ te, de libe. & poſthu. vel ibi erant aliæ coniecturę vel in aſcendente quò ad ſuos deſcendentes, in quibus naturalis eſt charitas & affectio: ſecus ſi loquimur in extraneo & in Rege, qui fingitur conceſſiſſe pro maſculis, intra naturam rei conceſſæ: vt per Alexand. in d. l. Gallus. §. nunc de lege velleia. quando indifferens eſt materia conueniens tam maſculis quàm fœminis, tunc fœminę includuntur, vt dicit Paul. de Caſtr. in l. ſed ſi hac. §. liberos. de in ius vo. an. item † quando
4 tractatur de dignitatibus & honoribus appellatione poſterorum fœminę non veniunt, per glo. in c. vbicunque. de pœn. quam ſequitur Anchar. in conſi. 341. in primo dubio, & Pau. de Caſt. in d. l. maritus, & Rex, quando fœminæ concedit iuriſdictionem, vel officium, ſolet adijcere clauſulam, ex certa ſcientia, vel non obſtante, vt dicit gl. nota. in l. 1. C. de mulieri. & in quo loco, li. 10. & eam ſequitur idem Ruyn. in præalleg. conſil. 208. in pri. volu. item verba acceſſoriè prolata debent reſtringi ad ſuum principale. l. prædijs. & ibi Bar. de lega. 3. principaliter agebat Rex: vt officium, in quos voluiſſet maſculos, potuiſſet diſponere, non reſpexit fœmellas inhabiles & incapaces munerum publicorũ, ſed tm̃ ad maſculos.

Nec obſtat illud verbum, cuicunque voluerit: nam per hæc verba officij natura non mutatur nec alteratur, remanet & durat officium cum ſua originali natura & primordiali, & gratia nõ ampliatur, nec extenditur de perſona habili ad perſonam inhabilem, nec de maſculo ad fœminam, arg. tex. in Clemen. prima, de præben.

SVMMARIVM.

1 *Rex concedens officium fœminæ: vt illud teneat in vita & poſt mortem relinquat cui velit, an de eo diſponit in fœminam.*

2 *Rei natura magis, quàm perſona in conceſſione inſpicitur.*

VINQVESIMOQVINTO quæro. An † ſi Rex dedit officiũ fœminæ, quæ illud tenuit in vita, & cum facultate, vt poſt mortem eius poſſit illud relinquere, cui voluerit, an de eo in fœminã diſponat? Videtur res & perſona differre, res, q̃a officium ex his, quę ſupra ſcripſimus, perſona, quæ ab initio acquiſiuit officium, fœmina erat; & ſemel ſexus videtur habilitatus pro exercitio officij, & fœmina non cenſentur ſexum ſuum odio habuiſſe, vt not. ſcribentes in c. 1. §. & quia de his. qui feud. dar. poſ. & in c. 1. de feud. fœmi. de feudo conceſſo fœminæ, vt in eo fœmina etiã ſuccedat, quod plurimi feudiſtarum ſequuntur ibi, & in preludijs feudorum, & plenius Petrus de Anch. in præalleg. conſi. 341. de donatione facta per reginam Aragonum Petronillam Alſonſo eius filio, et omni eius poſteritati de regno, qđ fuit acquiſitum a domina Maiora, & originem ſumpſit a fœmina, debet originaria cauſa inſpici l. ſi id, quod. de dona. l. 1. C. de impo. lucra. deſcri. & ſexus fœmineus non debet excludi, cum fuerit dilectus ſexus fœmineus, ſicut mater fuit admiſſa, debet pariter admitti filia propter ſexus ſimilitudinem, & in habentibus ſimbolum facilis eſt tranſitus. l. an inutilis, de acceptila. & propter fœminam, ad quam donatio confertur l. plenum. §. equitij, de viu, & habi. & rationes prędictæ videntur pro hac parte, vt poſſit fœmina fœminam nominare.

Verum rectius cogitanti mihi videtur contrarium dicendum ex his, quæ nota. idem Andr. in
2 dicto §. & quia: quia † magis cõſideranda eſt res, quę cõceditur, quàm perſona, quæ recipit, quod ſæpius dictum eſt ſupra, vt conceſſio facta intelligatur ſecundùm naturam rei, & non perſonæ: quando Rex concedit feudum, vel officium fœminę, facit gratiam illi perſonæ recipienti. non eſt realis, ſed reſtringitur ad illam, tunc propter obſtantiam iuris communis & inhabilitatẽ perſonæ dicitur magis diſpenſare, quæ rigoroſa eſt & ſatis eſt, Regem in eam contuliſſe beneficium ſi beneficium dici poteſt, de filia, licet ſit eiuſdem ſexus lex non expreſſit, ambiguum eſt, fiet interpretatio contra eam, vt Rex potius rei ſuæ videatur conſuluiſſe, vt ad eum citius reuertatur, q̃ poſteritati matris: eius naturę eſt ſequela, & acceſſorium, cuius eſt principale, regula acceſſorium, quando Rex concedit officium fœminæ adhibet formam & ſolemnitatem, cum dicat in ſpecie non obſtante, vel ex certa ſcientia, hoc nõ legitur in filia, eadem erat ſolemnitas adhibenda vt in regula iuris, non dicitur Rex ſibi iure ſpeciali feciſſe, cum actus principalis firmus ſit & facultas generalis: vt ipſe reſtringatur ad ſexũ maſculinum, & non ſe extendat ad fœmineũ, in quo ratio eſt diuerſa, licèt cũ vna ſit diſpenſatũ: cogitauit Rex, q̃ diſpõit lex ſui regni, quæ nõ admittit fœminã in iuriſdictionib. officijs, auctori-

tatib. aut honorib. niſi in caſib.a iure expreſſis, aut ipſe vult ſuæ vocis oraculo in feudis, & titulis dignitatum. ideo ſuccedit, quia lex regni ipſam babilem fecit, & omnem poſteritatem fœmineam, non ipſa diſpenſando admiſit: vt vetuſtiores tenebant, ſed ex antiquo etiam Lõgobardorum more renunciauit legem 12. tabularum: in defectum tamen maſculorum, duritiem iuris feudalis temperauit, non reperitur lex, quoad officij ſucceſſionem, longè diſſimilia ſunt, vt dixi in eorum differentijs, nõ licet ab vno ad aliud arguere. l. inter ſtipulantem. §. ſacram, de ver. ob. attenditur qualitas, quæ nocet mulieribus, non quæ prodeſt l. ſi Rufinus. C. de mil. teſta. in hoc verſatur publica vtilitas, vt mulieres ad officia admittantur, cum tam iure quàm moribus repulſæ ſunt, deberaliter apparere de voluntate & licẽtia Regis, quàm tacito ſexus nomine ad officia recipiantur, cogitent peritiores.

S V M M A R I V M.

1 *Rex concedens facultatem pro ſe & eius hærede an veniant omnes hæredes in infinitum, vel primus tantùm.*
2 *Officialis æquiparatur tutori.*
3 *Argumentum de vſufructu ad officium, ſicut in beneficio ad officium.*

1 QVINQVAGESIMOSEXTO quæro, ſi † per Regem datum ſit officium domino Ioanni Felici pro ſe, & eius hærede, an veniãt omnes hæredes maſculi in infinitum, vel tantùm primus? Tex. in l. hæredes. de ver. ſigni. decidit regulariter pro omnibus in infinitum, pro qua facit lex fin. C. de hæredi. inſtitu. hæres hæredis teſtatoris eſt hæres, & not. in l. in annalibus. C. de lega. & Andr. de Yſer. in c. 1. de duo. fratri. non videtur facere, differentiam, an in inueſtitura dicat, pro ſe & hærede, quaſi vnum et idem ſit plurale vel ſingulare, cum lex pro eodem habeat: poteſt in contrariũ dici, ꝙ finiatur in pri. hærede, nec trãſeat ad vlteriorem hæredem, quia officium regulariter per annũ dabatur, & morte finitur, nec tranſit ad hæredem, perſonale eſt munus. l. penul. de fideiuſſ.
2 tutor. & † officialis æquiparatur tutori. l. præfectus. de rit. nup. not. Bal. in l. quæ fortuitis. 9. colum. C. de pigno. actio. in his, quę ſui natura trãſitoria non ſunt ad hęredes, appellatione hæredis intelligitur de primo hęrede. l. ſtipulatio iſta §. ſi quis ita. de verbo. obli. quem ad hoc allegat dominus Io. Faſolus de Piſis in c. 1. de eo q ſibi, & hæredi. ſuis, & bonus tex. in l. corruptionem. C. de vſufruct. ex natura rei reſtringitur ad primum, ne proprietas ſit penes dominum inuti-
3 lis † arguendo de vſufructu ad officium, ſicut de beneficio ad officium, prout ſupra dixi. & verba interpretanda ſunt ſecundùm ſubiectam materiam, etſi pro omnib. hæredibus transferre voluiſſet, dixiſſet, & ut verba ſonãt, ĩ ſtricta ſui ſignificatione ſic capienda ſunt; de primo tantùm veluti per diſpenſationem conceſſo. l. boue. §. hoc ſermone. de ver. ſigni. & ibi plenè per And. Tiraquel. vide tamẽ, quæ ſcripſi tertio libro ſubfeudorum in 2. formula inueſtiturarum, & ibi habes limitationes.

S V M M A R I V M.

1 *Rex concedens officium accepta pecunia pro hærede, an cenſeatur vendere, & ita tranſeat ad omnẽ hæredem.*
2 *Feudum emptum improprium dicitur & non rectũ, & in eo tam fœmina, quàm clericus ſuccedit.*
3 *Induſtrialia perſonæ coherent.*

1 QVINQVAGESIMO SEPTIMO quæro, pone † ꝙ Rex vendidit officium, & vt conſueuit apponi in priuilegio dicitur, qa ſubuentionem præſtitit regię curiæ in ducatis mille, & Rex dat pro hærede, tunc videtur officium non concedi ſed vendi, & tranſiret ad omnem hæredem, per l. ſi pactum. de proba. emptionis contractus perpetuus eſt, vt perpetuò duret penes hæredem. l. veteres. C. de contrahen. emptio. mutat naturam officij volente eo, qui poteſt omnem rem vertere & omnem immutare ſubſtantiam, & dicitur officium datum in allodium, ac in burgenſaticum & liberum, prout declarat Budens in l. Herennius. de euictio. & ꝙ de feudo empto dicitur in cap. 1. de feu. da. in vicem leg. commiſſ. & in eodem ſuccedat feudo, quæ aliàs repellitur a ſucceſſione ipſius. d. § filia, & hanc partem nonnulli tenuerunt. Albe. Bru. conſilio 16. Paris. conſi. 12.
2 1. lib Mayn. conſi. 152. 2. volu. & alij, quãdo † præcium interuenit, vel pecunia, improprium dicitur & non rectum, & in eo tam fœmina ſuccedit quàm clericus, vt per Rolandum conſ. 24. 1 col. cum alijs per eum doctoribus citatis, non habẽt locum in eo communes regulę, per tex. in c. 1. de feudo non habente pro. nat. feud. arbitror ego non immutari officij naturam, licet precio & pecunia datum ſit. retinet autem quò ad alia ſuam inſtitutionem & ſubſtitutionem, ne transferatur
3 ad hæredem, induſtrialia † perſonæ coherent. d. l. cuius bonis. de cura. furi. Anch. in c. ſi a ſubdelegato. de offi. dele. in 6. Sande. in c. in præſentia. nu. 46. de proba. ſi pro hærede datum eſt, nõ pro omnib. videri datum, ſed pro vno, ideſt pro pri. vt celerius reuertatur ad naturã ſuã, & dominus conferat cui vult: pretium nõ vertit naturam officij in burgenſaticũ, vel in allodiũ, quando Rex non explicat; ſed confert tunc ꝓ hærede vt officium & ſub qualitate ſua, etſi pecuniam habuit pro officio, tunc cõiter ex qualitate perſonæ, & ipſis magis latroni vendidit quàm bono viro, commendauit benemerentibus, & inuitis aſſignari debent, & non ſub haſta viris ignauibus venundari, ſciant, & teſtentur, qui talia nouerint, pro hac etiam parte facit tex. in lege Titius puerum. de obſe. patron. præſtan. cum generaliter pluris ſit in gratia ac reditu quàm in precio, de quo per Goffred. de iur. patron. & Barba. in c. nouit. numer. 18. de iudi. & Ludoui. conſilio 436.

436. tertia col. erit impropriom & non rectum quo ad hoc, cum precio redemptum ſit, quod virtute debebat offerti, retinet ſuam naturam quò ad alia naturalia. dicto c. primo, de feud. non hab. pro. nat. feud. quod non eſt immuta tum ſtare non prohibetur. l. præcipimus. C. de appell. . ſancimus. C. de teſta. hęc tam ex mente quàm ex verbis colligi poterunt, cuius ęxtimatio eſt apud ipſum dominum Regem, c. cum veniſſent, de inſtitutio.

S V M M A R I V M.

1 *Facultas nominandi ſucceſſorem in officio an includat pupillum, vel infantem.*

2 *Pupillus poteſt habere dignitatem ſine adminiſtratione.*

QVINQVAGESIMO OCTAVO
1 quæro, an † habens facultatẽ nominandi ſucceſſorem in officio poſſit in eo nominare pupillum, vel infantem in ſucceſſorem officij? Res pro expedita tenenda eſt: vt poſſit fieri, cum ipſi neque intellectum, neque ſenſum habeant, & ea ętate inhabiles ſint pro exercitio officij, cum illa ætas quicquid vidèr ignorat. l. 1. C. de fal. mon. Bal. in c. 1. §. 1. in fi. quo tempore mil. pupillus, infans & abſens æquiparantur, vt dicit idem Bal. in l. ſancimus. C. ad trebell. poteſt † tamen ha-
2 bere pupillus dignitatem ſine adminiſtratione, vt idẽ Bal. dicit in l. fi. C. de teſta. milita. per tex. in l. 2. §. impuberes. de iure immunita. reſtringitur illa poteſtas ad intellectum iuris quò ad eos tantùm, qui habiles ſunt, arg. l. ſi quando. C. de inoffi. teſta. ne plura etiam ſingularia in vanum concurrant, ius commune, quantum poteſt, debet ſaluari intactum & illęſum, arg. l. ſi ſerui veſtri. C. de noxa. ſatis eſt, in aliquo profuiſſe, arg. l. ſi tutori. C. de nego. geſ. fiet interpretatio contra eum, qui non habet poteſtatem explicitam in omnibus: Item relaxat Rex duritiẽ iuris, dum aufert a ſe authoritatẽ propriam, & alteri confert priuato.

Nec obſtat, quòd poſſit in officio inſeruire per ſubſtitutum, propter impedimentum ætatis, ex nota. in c. ſi quis deceſſerit, & in c. in minoribus, ſi de feud. fue. contro. nam illod procedit in eo, qui ſuccedit aperto iure in beneficio, hic autem nullum habet ius ante nominationẽ, quæ pendet ab arbitrio alieno, & nominationis tempore non reperitur capax, aliud facit, qui non ſeruat formã ſibi ab homine traditam, & nullum eſt, quicquid inde ſequitur. l. ſi pupillorum. §. fi. de reb. co. tractaret pupillus de lucro, dum ad officium admitteretur, quod nonquàm fuit proprium, neque paternum, in feudo omnem habet pro ſe regulã, & duplex ius in eo radicatum, & legis conditorem, qui ipſum habilitat ad ſeruiendum domino, dum impubes eſt, faciunt, quæ ſcribit dominus Iacobus Camaleus ſublimis doctor gallicus in c. 1. an mutus.

S V M M A R I V M.

1 *Aſſenſus vendendi feudum pro ſe & hæredibus, an transeat ad omnem hæredem.*

2 *Licẽtia indefinitè affirmatiuè concepta non æquipollet vniuerſali, ſecus ſi negatiuè.*

3 *Conceſſio facta pro hæredibus intelligitur de primis, quando res de ſui natura non eſt ad omnes tranſitoria.*

4 *Fratris appellatione in conceſſione feudi non venit filius fratris, vel frater patruelis.*

QVINQVAGESIMO NONO
1 quæro. an † Aſſenſus Petro præſtitus vendendi feudum pro ſe & hęredibus tranſeat ad omnes hæredes ex illa poteſtate vendere feudum volentibus? pro hoc videtur regula legis fi. C. de hęredi. inſtitu. quòd hæres hęredis teſtatoris eſt hæres, l. ſciendum de verbo. ſigni. cępta eſt hęc cõceſſio realis, fiet ſicut ipſa in feudatio feudi, & verba apta ſunt importare omnem ſucceſſorem ipſius Petri, ad quem venit feudum, quod & Rex potuit ipſo præcogitare, ex quo videbatur omnibus ſucceſſoribus licere vendere dictum feudum.

Puto ergo contrarium eſſe de iure verum, quod poſt primum hęredem ſequens hęres non poſ-
2 ſit vendere: quia † illa indefinita licentia non ęquipollet vniuerſali conceſſioni, cum ſit affirmatiuè concepta, ex nota. per Bar. in l. ſi pluribus, de lega. 2. ſecus ſi negatiuè, per tex. ad hoc notabilẽ in l. ſi ſeruitus. de ſeruit. vrba. pręd. in hoc video errorem multorum peritorum affirmantiũ, licentiam alienãdi feudum beneficium eſſe, ut ſæpius dixi, cũ beneficiũ non ſit ſed diſpẽſatio, ac cõis iuris relaxatio. Ideo reſtringẽda, vt minus lędat ius cõe, cum de hęredibus eſt dictũ, intelligatur de primis hęredibus, & non de vlte-
3 rioribus, cum † natura rei res nõ ſit ad omnes hæredes tranſitoria, prout in vſufructu. l. corruptionẽ. C. de vſufruc. & l. ſtipulatio iſta. §. ſi quis ita. de verb. oblig. reſtringi debet ad primos & non ad ulteriores, ex regula l. boues. §. hoc ſermone, de verb. ſigni. in c. 2. de tregua & pa. iret aliàs in infinitum, & Rex nonquàm haberet reuerentiam ſuam, videretur feudũ quò ad hoc francũ, quod à Rege eſt prętermiſſum, d. l. quicquid aſtringendę, nec refert, ſi dicatur pro hęrede vel pro hęredibus in plurali, prout ſcripſi in prima inueſtitura: hoc etiam Bald. ſentit in c. quę in eccleſiarum, penul. col. de conſtitu. quòd
4 † ſi frater recipit feudum pro ſe & fratre ſuo, nõ veniet filius fratris, nec frater patruelis, quod & Ancha. tenet conſi. 26. in nomine domini, nõ ſeruato ordine. col. 7. per tex. in d. §. hoc ſermone. & in c. non poteſt. de pręb. & arguit a veriſimili coniectura concedẽtis: quæ in hac quæſtione adaptari poteſt, conferre licentiam ignoto, vt diſtrahat feudum Regis, & ipſe perdat pręciũ & feudum, intereſt Regis, ne ſuus ſubditus re ſua malè vtatur. l. 2. de his qui ſunt ſui vel alie. iu. odioſum eſt & cõtra regulas iuris feudalis, nõ debet egredi primum, ex nota. per Bart. in l. Lu-

cius

cius.§.quæſitum.de lega.3.Pariſ.conſi.130. nu. 14.volu.3.& allegat plures auctores ad hoc Ioſeph Cumia doctor Siculus Catanenſis in repetit.cap.ſi aliquem. de ſucceſſione feudalium in ver.frater.num.1.car.206.

SVMMARIVM.

1 *Baro habet authoritatem exigendi ſubuentiones a ſuis vaſallis in caſibus in conſtitutione Regni contentis.*

2 *Subuentiones a vaſallis in quibus caſibus debentur Baroni in Regno: ac etiam extra Regnum remiſſiuè.*

3 *Subuentio a vaſallis debetur Baroni pro redimenda perſona ipſius, dum vacans ſeruitio Regio captus fuit ab hoſtibus, & cur a vaſallis & non à Rege. vide numero 8.*

4 *Subuentio a vaſallis debetur Baroni pro militia filij: & numero 12.& an debeatur pro militia nepotis, vel pro militia fratris. & num. 14.& an debeatur pro doctoratu filij.nu.15.*

5 *Subuentio a vaſallis debetur Baroni pro maritanda filia, vel ſorore vel pro monacanda. & an pro maritanda nepte.nume.17. ac etiam pro emenda terra, pro vna vice tantùm. & nu.24.*

6 *Subuentio a vaſallis debetur Baroni pro ſeruitio Regis vel ſui exercitus.*

7 *Subuentio a vaſallis debetur Baroni, quando Rex hoſpitatur in terra Baronis ſumptibus ipſius Baronis.*

9 *Subuentio ex qua cauſa præſtatur a vaſallis Baroni.*

10 *Subuentiones a quibus vaſallis debentur Baroni, a burgenſaticis, an ab illis, qui feuda tenent, vel ab hominibus, qui vaſalli ſunt ratione feudi.*

11 *Subuentio poſtquam fuerit exacta & promiſſa per vaſallos pro redemptione domini, an debeatur ab ipſis vaſallis, ſi dominus antequam veniſſet ad ſuos obijt penes hoſtes.*

13 *Secundogenitus debet habere vitam & militiam à primogenito, qui ſucceſſit in feudis, & dum ſeruit Regi exigenti perſonale ſeruitium debet ſeruire ad expenſas primogeniti.*

16 *Subuentio an debeatur a vaſallis pro maritanda ſorore, quando pater reliquit dotem filiæ in teſtamento.*

18 *Subuentio, quæ debetur à vaſallis pro maritanda filia intelligitur, dum filia eſt nuptui tradita in ætate nubili, & non ſi contrahuntur ſponſalia.*

19 *Subuentio, quæ debetur pro maritanda ſorore, intelligitur, cum feudum eſt paternum, ſecus ſi feudum nouiter eſt acquiſitum per fratrem.*

20 *Subuentio a vaſallis duorum dominorum cui debetur, ſcilicet habenti iuriſdictionem ciuilem, vel habenti iuriſdictionem criminalem.*

21 *Iuriſdictio dignior quæ cenſeatur, ciuilis an criminalis.*

22 *Subuentio qualiter ſit præſtanda a vaſallis, quando ſunt plures domini, puta in feudis, in quibus viuitur iure Longobardorum, in quibus omnes filij ſuccedunt.*

23 *Subuentiones, quæ debentur a vaſallis, ad quam rationem taxantur in Regno, & ſecundùm qualem numerum focul ariorum, & an ſecundùm cataſtrum, ſeu libros foculariorum Regiæ Cameræ, an alio modo.nu.28.*

25 *Subuentio qualiter intelligatur debita a vaſallis domino ſuo pro emenda terra, ad quam rationem.numer.27.& quid ſi emerit iuriſdictionem criminalem, an debeatur ſubuentio.nu.25.*

26 *Terra quomodo intelligitur in caſu præſtationis ſubſidij a vaſallis pro emenda terra.*

29 *Vniuerſitatis nomen & ius retinetur etiam per vnũ vel duos, qui remanſerunt in ciuitate, licet ex eis tantùm non poſſit conſtitui.*

30 *Collegij nomen & ius retinetur etiam per vnum vel duos, qui remanſerunt: licet ex eis tantùm non poſſit conſtitui.*

31 *Subuentio, quæ debetur Baroni a vaſallis, an poſſit peti etiam ab habitatoribus illius caſtri.*

32 *Subuentio, quæ ſemel præſtari debet pro emenda vna terra tantùm, ſi data fuerit patri pro vna terra empta, an debeatur etiam filio pro alia emenda per ipſum, vel excludatur ex perſona patris.*

1 SECVNDA AVTHORITAS † eſt, quòd Baro a ſuis vaſallis exigit ſubuentiones expreſſas in Conſtitu. quamplurimum: & illæ debentur in Regno domino a vaſallis, aliæ non debentur. quamquam nonnulli ſcribentium plures expreſſerint, de quibus per Cardin. in capitulo primo. §.fin.de capi. Corra. per Taurinenſem in verbo dictique vaſalli promiſerunt præſtare ſeruitia, & in tractatu de ſoldis. Petrus Iacobus doctor Gallicus in practica, in titulo ex quibus cauſis feudũ amit.fol.74 Albertus Brunus conſilio.103. fol. 32.Petrus de Antibol. in tracta. de mune. in ſecunda parte. Guido Papę deciſione 57. Boer. plenè deciſ.130.& alij. Sex caſus ponuntur in dicta conſtitutione, quàm plurimum, & in capitulo Regis Caroli ſecundi, nu.46.

2 Primus caſus † eſt, ſi exiſtens in ſeruitio Regis ab eius hoſtibus captus redemptionem quærit.

3 Secundus pro militia † filij.

4 Tertius pro maritanda † filia vel ſorore, & idẽ pro monacanda.

5 Quartus † pro emenda Terra, pro vna vice tantùm.

6 Quintus caſus eſt, † pro ſeruitio Regis, vel ſui exercitus.

7 Sextus, quando Dominus † Rex hoſpitatur in aliqua terra ipſius Baronis, & ipſe facit expenſas Regi.

8 Quando Baro vadit pro ſeruitio † Regis, & capitur ab eius inimicis, habet tunc ſubuentionem à vaſallis, ex lege Regis Guilielmi, qui ſic ſtatuit & prouidit. quare autem teneantur ad hoc vaſalli, rationem ibi non aſſignat conditor illius nouæ legis, cum deberet Rex ipſe redimere Baronem captũ à ſuis hoſtibus, dum pro eius ſeruitio immoratur, argumen.l. inter cauſas. §. non omnia, mandati, & in l.ſi ſeruus.§.quod verò, de furtis.notat Abbas in capitulo ſignificante,

re, de pignoribus. & Barbatia conſil. 46. in quarto volu. ſaltem de honeſtate, ſecundùm Bal. in capitulo primo. ſi. col. en agnatus, & imo. in capitulo ſicut, de iureiurando. ipſe Baro de ſuo non deberet teneri, cum captus ſit odio domini, Regis à ſuis hoſtibus, ar. l. ſi merces. §. culpæ, locati. quare ad hoc vaſalli teneantur, nemo ſcribentiũ ibi rationem aſſignat. gl. Bartho. de Capua, Roffredus Beneuentanus in titulo de ſacramen. cuius. vaſal. Andreas, & alij non dant rationem huius obligationis: quia ſi Dominus caperet inimicos Regis, & ab eis extorqueret magnam taleam non communicaret eam cum vaſallis, ſed illam ſibi præcipuam retineret. ideo in caſu contrario alius non debet ſibi obligari, arg. l. fin. C. de ſolutio. & notat gl. in capitulo ſtatutum. §. primo, de reſcriptis in 6. prout etiam de Ambaſciatore dicimus, de quo per Dynum in l. quoniam multa facinora. C. ad l. Iuliam de vi publica. Bart. plenè in dicto §. ſi ſecunus. & plenè Sandæus in capitulo primo, de teſtibus. & licet ipſe Baro præſtet ſeruitium, ad quod tenetur, & neceſſitate hoc faciat ex regula feudi, & ex lege contractus, non tamen debet ipſe duplici onere prægrauari. & ſi forte ipſi Baroni amputãdum eſſet, dum exequitur id, ad quod de iure aſtringitur: quare vaſalli debent ad hoc compelli, ſi ipſe eſſet pauper, & non poſſet aliter ſe ab inimicis redimere: & vaſallus, qui tenet ſub eo feudum, eſſet multũ diues, videretur ad id ipſe poſſe compelli, ex notatis in capitulo primo. §. fin. Epiſcopum vel Abbatem. quia ſi tenetur alere dominum, qui pauper eſt, multò fortius & eius perſonam ab hoſtibus liberare, cum quotidie langueat doloribus. authen. multo magis. C. de ſacroſan. eccle. Afflictus in d. conſtitu. quam plurimum, pri. col. dicit miſerationis gratia in caſibus in eadem lege expreſſis ſubuentionem præſtari dominis ſuis vaſallis. hæc ratio mihi non placet. nam quæ poteſt eſſe cauſa miſerationis, vt vaſallus præſtet adiutorium, quando dominus emit terram, & fit potentior: quia ſtatus augetur, licet debitorem in pretio ſe conſtituat, habet æquiualens in pretio. & multũ plus propter ampliorem dignitatem conſiſtentem in grandi numero vaſallorum. non eſt miſerendum ei, qui emit, ſed vendenti ſic, dum diſtrahit patrimonium, & pecuniam, quæ fragilis eſt, vt in l. ſi chorus. §. primo, de legatis primo, citius conſumet. & re & pretio denudatum ſe inuenit ex tempore. neque eſt commiſeratio in domino, dum facit militem filium ſuum, cum eam dignitatem adipiſcatur. in his duobus caſibus non poteſt dici ex miſericordia motum fuiſſe Diuum Guilielmum conditorem illius legis ad præſtandum Baroni adiutorium, quia ceſſat cauſa miſerationis. ideo non eſt generalis quò ad omnia expreſſa in ea lege ratio huius Affinis mei, niſi forte dixeris, quòd intellexit de ea miſericordia, quæ reſpicit vaſallos, qui durè à dominis opprimebantur. Sub illo enim colore, quòd vaſalli debent dominum adiuuare, vt in capitulo primo. §. in oſtendit, de capitulis Corradi, & in capitulo primo, hic finitur lex, domini pecunias, munera, & corredia à vaſallis extorquebant Zaſ. in epito. feu. prima pat. bonus Rex volens occurrere auaritiæ dominorum, taxauit caſus, quibus vaſalli domino ſubuenire teneantur. & pro perſona domini redimenda ſatis fuit honeſtum ac pium domino conſulere, qui captus pro ſeruitio domini venit in hoſtium poteſtatem, intereſt Regis Baronem redimi, vt iterum ipſum habeat in ſeruitio militari. & Rex non habens modum redimendi, dũ vrget cœtus militum & exercitus, & ipſe non habeat neruos ad bellandum, præcipit vaſallis Baronum; vt ipſi etiam ſubueniant & contribuant in redemptione domini. hoc caſu magis ipſi Regi cenſetur præſtitiſſe adiutorium, quam Baroni exequenti ſeruitium Regis. Baroni non fit ſubuẽtio, quando captus eſt non militaturus ſuo Regi neque ab hoſtibus Regis. cauſa Regis eſt in medio, vel fauor eſt reipublicæ, cui Rex ipſe præeſt. idem tenet Caſſa. in conſue. Burg. in titu. de iuſt. & Aym. in conſue. Aluern. in titul. de talleis. & iſta ſubuentio debetur Baroni, ſiue ipſe poſſit ſe de ſuo redimere, ſiue non poſſit propter paupertatem: quia hæc lex loquitur generaliter, nec diſtinguit, pauper ſit, vel diues dominus. qui ſubuentionem petit, debet generaliter intelligi. l. de pretio, de publicia. lex non diſtinguit, nec nos debemus diſtinguere. ex quo idem oporteret dicere, quãdo dominus emit terram, & non poteſt ſoluere pretium, niſi capiat ſub vſuris. & tamen idem diuus Guilielmus ſtatuit ſine aliqua limitatione domino adiutorium eſſe præſtandum. ex hoc videtur non benè dixiſſe Afflictum in dicta conſtitutione, prima col. vt tunc domino debeatur ſubuentio, quando ipſe non poſſet ſe redimere, ex notatis per Abbatem in capitulo peruenit, de immunitate eccleſiarum. ſimulata neceſſitas, & libidinoſa exactio fuit cauſa legis condendæ. dico quòd hæc ſubuentio debetur a lege, & ei qui excluditur ab omni alio caſu ſubuentionis petenda, etiam ſi de iure deberetur, ei debetur, qui plus petere non poteſt, ei ſoluetur, qui ſub licito colore a vaſallis adiutoria extorquebat. hæc fuit ratio decidendi in ea lege, non enim habet ex conſuetudine, quæ poſſet reduci ad ius commune, & ita diſtingui per legem veterem, ſed ea lege ſcripta, quæ eſt certa ac clara, & ſi dura eſt, ſeruari tamen debet. l. proſpexit, qui & a quibus, ſi dominus pauper eſt, ſubueniendum eſt ei, quia pauper, & ne veniat ad inopiam. ſi diues, illi ſubueniendum eſt, ne propter habendam pecuniã pro redemptione cogatur vendere feudum, vel deueniat ad paupertatem. intereſt Regis Baronẽ ſuum diuitem eſſe, ornatior accedet aſſociatus, dum ibit ad ſeruitium domini, ſecundùm Andream in §. ſimiliter, ſecũ deferet conſiliarios pacis & belli, dum diues eſt, & poteſt ſuſtinere impenſam. ſi verò pauper, negligitur, nec tam audax, & ferox erit in bellando. multorum enim virtutibus obſtare ſolet res anguſta domi. hæc lex facta eſt gratia Regis, Baronis, & vaſallorum. Regis, vt ſuo quodammodo nomine vaſalli in redemptione contribuant, cum ipſe Rex fortè deberet Baronem captum adiuuare, ſi fructus feudi non ſufficerent. licet ipſe ſuo ſumptu ac ſuo periculo debeat præſtare ſeruitium, Baronis eſt fauori vt

cum

cum de ſuo deberet facere, nec à Rege poſſet conſequi, cum ſuum debitũ exoluerit, & quod ſibi debetur, Rex acceperit, habeat uaſallum obnoxium pro ſubuentione. Fauet etiam hæc lex vaſallis, ne maiori ſarcina opprimantur: & impoſita ſit meta, ac taxa inter vaſallos, & dominum. hæc eſt gratia, ne ad plus teneantur.

* Sicut aliàs prætor edictum contra patronos propoſuit moderandi gratia. l. 1. de bon. liber. dũ ipſi duriſſimas exactiones faciebant ob grãde libertatis munus, illis præfinita fuit taxa. *

Et videtur quodammodo conuentionale fœdus initum inter ipſos, ac certa lege firmatum, & ubi aliquid ex conuentione debetur, non inſpicitur pauper ſit, vel diues creditor. ſatis eſt ſibi deberi, & debitorem teneri ſoluere, licet illi non debeat eſſe oneroſus. l. ſi ſeruos, in fine, de

9 pignora. actio. Nec † iſta ſubuentio præſtatur domino propter pietatem aut miſericordiam paupertatis, ſed quia dominus eſt, & ex contractu, vel quaſi, aut ex poſſeſſione immemorabili ſubuentionem exigendi, licito quodam iure vendicabat, quia cum debeatur domino ſubuentio, quando unus pro omnium ſalute pugnaturus vadit contra hoſtes ad bellandum, ne Reſpublica ab hoſtibus occupetur, vt in dicto §. ſimiliter, & ut hoſtibus & inimicis obſiſtat: quanto fortius præſtari debet, cum perſona ſua ab hoſtibus capitur. propter vnumquodque tale, & illud magis, authen. multo magis. vnde videtur tenendum, tam diuiti, quàm pauperi domino adiutorium eſſe præſtandum, dum captus eſt pro ſeruitio domini Regis. nec obſtat, quod Abbas ſcribit in d. c. peruenit, quia id non dicit, vti cum dominus Afﬂ. refert.

* Vel dici poteſt, quòd dum clientes in patronorum ſe defenſionem dediſſent ex lege à Romulo Rege Romanorum prolata, illud inter alia dominis polliciti ſunt: vt dominos ab hoſtibus captos, uel eorum filios adiuuarent, & in eorũ redemptione pecunias conferrent, ſecundùm Alycarnaſeum lib. 2. antiquitatum Romanorum. hoc munus ex lege hac municipali prolata ex illo ueteri iure forte ſumpta eſt. *

10 Poteſt etiam dubitari de quibus uaſallis intelligatur tex. in dicta conſtitu. quãplurimum. an de Burgẽſibus, in quibus dominus iuriſdictionẽ habet, an etiam de illis, qui feuda tenent à Barone immediate & in capite. de Burgenſibus uidetur ſentire: quia rubrum dictæ Conſtitutionis loquitur de adiutorijs exigendis ab hominibus & nigrum non dicit de uaſallis, aut feudatarijs: ſed de hominibus dominorum, de quibus in rubro præmiſerat. feudatarij non dicuntur homines dominorum, ut exponit Roffredus Beneuentanus in hoc titulo. ſubditi ſunt ratione feudi, & non homines, ut notatur in clemẽtina paſtoralis. §. rurſus, & ibi glo. & Ioan. Andr. de re iudicata. Abbas in capitulo ſignificaſti. iij. colum. de foro cõpeten. & Taurinenſis in tracta. de roidis, in principio. homines in Regno dicũtur Burgẽſes, uaſalli ſubditi ratione iuriſdictionis, in quos habet dominus coercendi poteſtatem, ut notat. in capitulo primo. §. ſiquis hominem, de pace tenenda, & idem Taurinenſis in 4. colum. de his ſtatuit diuus Guilielmus in dicta leg. quamplurimum. in ipſis comprobantur uerba legis. ſubditos autem ratione feudi, uaſallos, aut clientes non expreſſit, neque poſuit, ſi uoluiſſet utroſque teneri, de utroq; dixiſſet. Regios ſubiectos uoluit releuare: nõ eos, qui feuda à Baronib. poſſidẽt immediate. ſunt feudatarij Baronum quò ad quid, quamuis perſonã ipſorũ ſit Regis. colligitur ex ſequẽti lege edita per Federicum, quæ incipit, Cõitibus, & in conſti. præcedente, ſi uaſallus à domino. & in conſt. domini à uaſallis ſuis. glo. ibi in uerbo moderatè, aliud uidetur innuere, quòd illa lex non loquatur de uaſallis Burgenſibus. & idem And. ibi in fi. col. & in capitulo primo. §. fi. de pace iuramẽ. firmã. & in capitulo primo, qualiter uaſall. iurare debeat domino fideli. & Luc. in. l. fi. C. de fundis limi. libro. xi. Alij dicunt, illam legem loqui de hominibus, qui uaſalli ſunt ratione feudi. & glo. ſentire uidetur ibi, dum dicit, ſubuentionem eſſe præſtandam ſecundùm qualitatem, & quantitatem feudi, uel bonorum, quæ tenent uaſalli à dominis. & idem Andreas, Moderni, & alij Regnicolæ. uidetur ibi hoc probari, dum de adiutorijs loquitur, quæ à feudatarijs dominis præſtari ſolẽt. hoc uidetur rationabile, ut illi ſubueniant ei, à quo beneficia ſuſtinent, pro modo fructuũ, quos percipiunt à feudo, ut in capitulo primo. §. ſimiliter, de capitulis Corradi. & in capitulo primo. §. fi. de pace iura. firma. Speculator in titulo de feudis. §. quoniã, uerſi. ſecũdò quæritur. plenè Io. Ray. in. l. Imperialem. §. firmiter. Taurinenſis in tracta. de roidis. Guilel. Benedicti in repeti. c. Rainutius. in uerbo dotem, quã ei dederat. et Caſſan. in conſuetu. Burgũdiæ, in titulo de iuſtitis, in prima glo. cũ ſequen. fol. 31. 32. & ſequen. & nonnulli alij, quos non refero. tenentur feudatarij adiuuare dominũ, & illi ſeruire, quando uadit ad bellũ, ut in capitulo primo, hic finitur lex. eo magis ipſum captum ab hoſtibus redimere, & illi dare adiutoriũ pro rata redditnum feudi. Alex. conſi. 35. in 2. lib. Satis hoc uidetur honeſtum, ut feudatarij non deſerant dominum in fortiam hoſtium conſtitutũ, poſtquàm ipſi corpore non militant, ſed de burſa exponunt, quod fuit domini ſui. Litera tamen dictæ Conſtitutionis nõ uidetur loqui de his feudatarijs. ſed magis de Burgenſibus, qui ab eorũ dominis opprimuntur. his prouidet diuus Guilielmus miſericorditer, qui in nihilo honorati in multis onerati erant. qui habent feuda à dominis, gaudiis acceperunt; ut dicitur in capitulo beneficiũ. iſti poterant onerari; qui fuerant aliàs honorati. l. ab eo. C. de fideicom. ſi diuus Guilielmus feudatarijs ſuccurrere uoluiſſet, nõ miſericordia motus legem cenſuiſſet. de alia iuris cẽſura feudatarijs occurriſſet, qui in multis lætãtur, & gaudent beneficio dominorũ. in illos uertit oculos miſericordiæ, qui nunquàm gaudentes ex oppreſſionibus cõtriſtantur. Principis miſericordia magis reſpexiſſe uidetur ſubditos ſuos, quàm feudatarios Baronum. dubitari poteſt, an de his ſenſerit in dict. coſtitu. patet etiam; quia

in

in principio legis dixit de Prælatis eccleſiarũ, de Comitib. de Baronibus, & de militibus, qui exiquent adiutoria ab hominibus ſuis. hæc uniuerſalis prouiſio relata ad omnes prædictos, declarat de Burgẽſibus intellexiſſe. milites enim & prælati feudatarios habere non conſueuerũt. de Baronibus dixerat, qui alijs dant feuda tenẽda ab eis. ex hac interpretatione prudentum Regni ſequeretur, quòd adiutoria non deberẽtur, niſi Baronibus, qui perpauci ſunt, licet plurima Caſtra, & Terras habeantur diximus in titulo, quis dicatur Baro. ſi Burgenſes non tenerentur, feudatarij autem tãtùm, qui ab alijs feuda tenẽt, dominus, qui non habet feudatarios ſub ſe, non haberet adiutoriũ. paucis prodeſſet illa lex. Idẽ Rex proſpexit dominis in determinatione ſui, ibi, ſtatuimus dominos non niſi. & ibi in fine, moderatè tamen domini ab eis adiutorium exigant, & requirant. ſufficit petentem adiutorium eſſe dominum hominum, licet illi non habeant ab eis feuda. de dominis loquitur, non dixit de illis qui feuda dediſſent. hoc omiſit ut oſtendaret velle legem condere, vt omnes contribuant in adiuuando domino. hoc adiutorium datur feudatario, item Comiti, & Baroni per capitulum Caroli Secundi, vt verba legis referantur ad omnes. de Burgenſibus intellexiſſe videntur, dicunt Regni periti, quòd de conſuetudine immemorabili Barones exigunt à Burgenſibus. feudatarij autem nõ præſtant per illam legem: quia non eſt conſuetum. ſoluunt tantùm onera, quę impoſita ſunt tempore dati feudi, prout eſt inter eos conuentum ut in c. 1. §. ſimiliter, de capitaneo qui cur. ven. ſi teneantur etiã ad ea de iure feudorum, videre per ſcribentes in locis prẹallegatis. ipſi quidem duplici onere prẹgrauari non debent. l. nauis onuſtæ. ad l. Rodiam de iactu.

21 Si dominus captus † ab hoſtibus Regis fecit taleam, & eam ſoluit: antequam ueniſſet ad ſuos obijt in manibus hoſtium, an teneantur uaſalli contribuere? Videretur quòd ſic, cum fuerit purificata conditio, licet poſtea non durauerit, vt not. in l. ſi. C. de indict. vidui. tollenda. ceſſit, & venit dies illam exigẽdi, eo ipſo quòd fuit dominus captus, & taleatus, & taleam ſoluit: perfecta eſt obligatio contra vaſallos. & ſuperueniente caſu reſolui non debet obligatio, ut in regula iuris, ſufficit deberi vel ex contractu, aut conditione ex lege. creditore inuito non eximitur à nexu obligationis iam perfectę, arg. no. in l. verbis ciuilibus, de uulga. & pupill. uaſalli aſtringuntur ſubuenire domino, quaſi conſtituto in neceſſitate pro ſua redemptione facienda. ſoluta talea, liquet dominum in neceſſitate morari. illi Rex intendit occurrere, ne Baro ſuus deueniat ad inopiam.

At ſi non venit ad ſuos, non videtur vaſallos aſtringi: quia non dicitur redemptus, ſi non redijt ad limites, ar. l. poſtliminium. §. 1. de capti. & poſtli. reuerſis. ſtatuit Rex ſubueniri pro redemptione, vt habeat illum in vaſallum, & fidelem. ſi non redit in patriam, non videtur redemptio eſſe perfecta: dicitur adhuc in redemptione verſari, néc verè redemptus eſt. poſtquàm manet inter manus hoſtium, & ibidem obijt. actus redemptionis debet eſſe conſumatus, ſicut quando emit terram, vel maritat filiam, poſſeſſio tradi debet. nec ſufficeret ſolo titulo emiſſe, niſi ſequatur traditio. hoc eſt terram verè emere, & quando maritat filiam, debet filia eſſe ętatis nubilis, & nupta, ac viro tradita. l. ſtipulatione, de iure dotium. tunc dicitur maritare, quando filiam ſuo marito aſſignat ſecũdùm ueterem morem, & in manus mariti tradit. conditio debet verè impleri, quod uulgò dicitur in forma ſpecifica, per l. qui hæredi, de conditio. & demonſtration. dum adhuc remanet apud hoſtes, non poteſt dici redemptus: quia apud hoſtes eſt. veritas operari non poteſt, ſicut nec fictio. mortuus apud hoſtes non habet beneficium poſtliminij, & ſi de hoſtium uoluntate poſſit redire, quando vult. diuus Gulielmus pro redimenda perſona decreuit ſubuentionem prẹſtari. Hæc dictio, pro, cauſam finalem importat. l. dominus ſticho, de peculio legato. requirit implementũ veluti conditio. l. quibus de rebus. §. ſi. de cond. & demon. Bal. in conſi. 19. ad euidentiam prẹmittendum eſt, primo uol. & Carolus Ruinus conſil. 23. 2 vol. & in conſi. 124. num. 7. eodem uolumine. licet quandoque modum ſignificet, vt dicit idem Carolus Ruin. conſi. 60. eodem lib. & conſi. 62. 4. volum.

Sed ea quæ ea poſt eueniunt, non mutant regulam iuris. lex non dicit ita demum teneri vaſallos, ſi dominus redit ad ſuos, neque de aliquo poſtliminij effectu teſtatur: ſed pro domini redimendo ſubuẽtionẽ præſtari: ea ſoluta, quamuis dominus ibidem moriatur, rei & perſonę iactura eſt, tranſit actio ad hęredes pro eo quod defuncto cępit deberi in uita. ſubuentio dicitur eſſe in fructu, ut notat Bartho. de Capua, & Andre. de Iſernia in d. l. quãplurimum. horum fit tranſmiſſio ad hæredes, ut notat. per Andream in conſtitu. Comitibus, in repeti. conſiſtunt in ſolo iure. ſoluta talea, etiam extraneis hęredibus deberetur, qui in feudo ipſo nõ ſuccedũt, ueluti ęs debitum defuncti, licet à feudo obueniat, ſicuti de uita & militia, paragin, & alijs dicimus, quæ in pecunia à perſona debẽtur, interrogatus Rex dixiſſet deberi ſubuẽtionem domino mortuo apud hoſtes, ſi iam ſoluit taleam, cõditio purificata eſt. per ipſum minimè ſtat redire uel uti impeditus, aut morbo, aut ſuperueniẽte morte, ar. l. iure ciuili, de conditio. & demonſtratio. quòd autem poſſit Regi inſeruire redemptus, hoc eſt ex poſteriori parte legis per quandam conſequentiam. ratio fuit Baroni ſuo ſuccurrere propter neceſſitatem pecunię in redimendo, pro qua ipſe in paupertatem poſſet deuenire; iſta eſt finalis ratio, quæ impleta eſt per ſolutionem pecuniæ.

Difficultas eſſet, ſi alius redimeret dominum de ſua pecunia, uel ſi hoſtis, cum quo facta eſt talea, illam remitteret, uel donaret. donatum habetur per ſoluto, ſecundùm ritum Cameræ. & Andr. tetigit in d. l. quamplurimum. in fine. ſi Rex remitteret Baroni tertium, an illud exiget

à vaſal-

à vaſallo.idem dixit fore ioquirendum,cuius cō templatiooe id egit.alia videretur ratio:cum de ſuo oon erogeт.validum eſt argumentum a ratio ne ceſſante,arg.c.cum ceſſante,de appella. videretur quodammodo io lucro verſari,cuius cauſa diuerſa eſt ab eo,qui de damuo contendit.l.fi.C. de codic.ſatius illi eſt uoo ſoluere, quàm alium ad ſoluendum cogere,oiſi forte eo auimo illi donatum vel remiſſum ſit, vt alij oou eſſeot exempti,ex ratione Andreæ,& plenè io capitulo primo.§.ſed uec eſt alia iuſtior.col.6. quę ſit prima cauſa bene. amit. perſooalis gratia ooo excedit perſouam,arg.l.ſi vous.§.aute omnia,de pactis. idem Andr.in capitulo primo.§.donare,qualiter olim po.feudum aliena.& io l. Regni,ſi vaſallus,& iu capitulo primo.§.ſimiliter,de cap.Corradi.& iu capitulo primo.in verbo,extraordioa. Collecta.in titulo quæ ſint regalia, videtur etiã dominus io damno eſſe:quia tenetur ad aorido-ra,& ad mutuum permutationis munus, arg.l. Imperator.in fi.& l.ſequē.de leg.2.forte fuit gratus io aliquo,quod voluit ontu compenſare,arg. l.damus,de condictioue indebiti, tenetur alteri ad tantundem,vt de aduocato dicuot,qui gratia interuiuit,alllius ſalariũ ab aduerſario repetitur. notat Bal.io l.fi.C.de fructibus,& liti. expen. & Specul.in titulo de expeu.§.primo.& de famulo cui medicus a domiuo datus gratis operam impendit,ipſe repetit.quia tenetur alteri mutuum officium reddere, ne reputetur ingratus, argu.l. ſed ſi lege.§.conſuluit,de petitio.hęredi.nec erit inconueniens vnum eſſe immuuem, alium verò eſſe obligatum pro eodem facto. ſicut de capite & membris ſtatuitur io capitulo ex ore, de priuilegijs. exempto monaſterio, noo eruot exempta membra.& exempto domiuo à collectis, tenebitur vſufructuarius, notat Ang.conſilio 206. pro deciſione.Caſſaneus in conſue.Burg.§.6 4. rubrica fol.154.dixi poſt Aodream io §.& plau ſtrorum,iu titulo quæ ſint regalia. poteſt vuum ab alio eſſe diuerſę naturę,ſeparabilia enim ſunt debet ramen tone dicere,quando concedit,& illi ootum facere.ex poſt non poſſet exprimere,quod hæc ſua fuiſſet iotentio:ſecundùm Andr.io d.§. ſed uec eſt alia iuſtior.6.col.ar.l.eum te C.quod metus cauſa,& in l.ſi maiores, de tranſactio. eo tunc in actu ipſo noo declarante, alteri eſt ius quęſitum·lex prouidet & qoęrit alij. eo inuito non aufertur ab eo,ex regula iuris.And.in dicto §.ſed uec eſt alia iuſtior.ſequitur Ioan. Lupus io rubrica de douationibus inter virum & vxorem fol.49.col.3.& per Alex.conſilio 26.ſecuodo volum.teſtimonium ſuæ voluntatis nou recipitur not.Bar.in l.conficiuntur,de iure codicillorum teuentur ergo vaſalli, quaodo domini contemplatione facta eſt remiſſio;quia voluit remittere voi non omnibus.ſicut contra,ſi Rex iniuſtè cogeret Baronem,uou ex hoc vrgendi ſunt vaſalli,argument.l.ſi filia.famil.ereiſcund.& l.ſi de bonis.C.de iure deliberaod.allegando contrarium eius,de quo in l.final.C.de ſolutio.ex ſeparatis nou fit illatio,per l.Papinianus. potuit facere gratiam:ex hoc illi uoo grauantur, licet alius uoo fiat pauperior,& habeat lucrum. hoc eſt ex poſt facto,& præter regulam, & obuenit ex oouo facto hominis ad hoc uoo tendente, nō eſt attendendum,argum.l.quartæ.ff.de fideicom miſſ.liberta. caſus fuit, ſeu quædam imprudentia,aut beoeuoli animi officium. non egreditur perſooam, cuius contemplatiooe fit, vbi aliud tuuc noo ſuit expreſſum.

12 Debetur etiam ſobuentio † domino pro militia filij,vt faciat filium militem.vaſalli ipſi dominum ſubleuant io expenſis, quę occurrunt pro houore militię.ſed quare vaſalli debeant cō tribuere,doctores noſtri uoo dicunt, neque aliquam ratiouem aſſignant. Videtur hęc ſubuentio reſpicere fauorem Regis principaliter magis

13 quàm Barouum.nam † cum io viuentibus iure Francorum ſolus primogenitus ſuccedat in feudo, ſecundogenito autem debeatur ſolùm vita & militia.qui tempore,quo Rex exigit perſonale ſeruitiũ,debet ſeruire Regi ad expēſas,equos, & arma primogeniti:vt not.Andr. plenè in conſtit.Comitibus. vt ipſe reperiatur inſtructus eo tempore, & ſumat initiũ militię,prouidit Rex vt Baro dum facit militem filium ſuum, tam ſecundogenitum,quàm primogenitum ſucceſſurum io feudo,habeat adiutorium a vaſallis. hoc eſt releuamen Barouis pro ſeruitio Regis,vt ipſe habeat militem benè ornatum & enutritum in diſciplina militari.hęc meo iudicio videtur fuiſſe ratio huius legis.

* Cogitandum eſt,an hæc lex intelligatur,quando maiores domini milites fuerunt, & ipſe dominus veterom amplectens veſtigia, atque generis charitatem adaugens ex rebus preclarè geſtis, à principio miles ipſe, vel eius filius crearetur, noo quidem ambitione procurata,natalis origo & opes animaduertendæ & illius perſonę, cui talis militaris hooor defertur,iuxt.oo. in l.honor. de muoer.& honor.Ao autem temere & incouſultè ſua ſponte à Rege militiam petat laqueo ſe neceſſitatis exponat.l.ſi oeceſſario.§.primo, qui ſatiſ.cogant.quod Io.Blaneus tenuit in titul.quibus mod.feud.amitt.io §.erunt ergo.colum.4.& hoc muous eſt certum & a lege taxatom, licet à conſuetudine ſumpſiſſet originem, vel quod ſi eſſet domious nouus ignobilis & ſuæ oobilitatis initia oou ex omni virtutē, aut ſapientię ſplēdore,ſed facultatibus pleuus, an de iſtis hęc lex intelligatur.generaliter tamen loquitur de dominis,oou diſtinguit,an uobiles ſiot genere,vel infimo ordine nati,rari eſſent,aut pauci,qui hoc ſubſidium obtinerent. *

14 Quærit Bartholomeus de Capua † in dicta l. quamplurimum, ſi debeatur ſobuentio pro militia nepotis: quia lex loquitur de filio, & non de nepore.arguit pro vtraque parte, & concludit ipſe,quòd ſic.contrarium tenet Dominus Petrus de Autibol.io tracta. de muneribus. §. ſecuodo,columoa 15. verſiculo eadem etiam dubitationis materia. allegat text.in l.quid ſi oepotes, cum lege præced.de teſtam.tutela. vbi ſi datur tutor filio, ooo dicitur dari oepoti. & tamē ibi eſt fauor, & in §. fin.inſtitu. de his qui tutores dari poſſunt. nec eſt dare rationem ſpecialitatis in tutela,vt gloſſ.ibi dicit. tractatur modò

de

de munere alteri imponendo, in quo verſatur
odium. perſona non debet intelligi, quæ nomi-
nata non reperitur l. qui Romæ. §. Griſogonus;
de verbo. obliga. in fauorabilibus appellatione
filij venit nepos ex dulci nomine, non tam ex
ſententia, quàm ex communi vſu, vt ex l. libero-
rum. de verbo. ſignifi. quando non agitur de pre
iudicio tertij, dulcedo eſt in nomine & in re: ſe-
cus vbi agimus de perpetua ſeruitute imponen
da. vniuerſaliter nomen ſubditis non dulce, ſed
amarum; & venenoſum videtur, dum ex aliena
dignitate grauantur. Dominus. G. de Perno con
ſilio 13. per illam legem idem ſequitur in alio
ar. In Regno tenenda eſt opinio Domini Bar-
tholomæi: quia ſi datur ſubuentio fratri pro mi
licia fratris, vt in conſti. Comitibus. ſtatuit Fede-
ricus, multò magis debet dari pro militia nepo-
tis. & quia frequẽtius fiunt à parentibus filij mi-
lites, ideo poſuit de militia filij. & ratio per me
aſſignata facit pro hac parte, cum iſte nepos ſit
in feudo ſucceſſurus, vel ſuper eo ſit habiturus
vitam & alimenta. Regis intereſt hunc militem
creari & verſari in duritie ipſius, vt ſciat ſtrenuè
& fortiter pugnare pro republica Regni ſui. vi-
detur auus exercere officium patris, qui poſſet
eo viuente vel mortuo militiam filio quærere;
magis eſt quędam debiti repræſentatio, quàm
extranea prorſus perſona ad nouellam obligatio
nem deducatur.

Quid ſi pater, vult ſubuentionem à vaſallis
15 † pro doctoratu filij, an teneantur contribuere?
&c. videtur, quòd ſic, in l. aduocati C. de aduo-
catio. diuerſorum iudiciorum. militare nanque
aduocati dicuntur ad inſtar militis armatę mili
tiæ. & priuilegia conceſſa militibus conceduntur
etiã Doctoribus; plenè pro Modernos poſt
Alexan. in l. centurio. & in authen. habita: hanc
quæſtionem poſuit Dominus Bartholomæus
Caſſa. in conſuetu. Burg. in titulo de iuſtitia; in
glo. in verbo nouellæ, verſi. quid ſi dominus. nõ
decidit. at inſpectis his, quæ Andreas ſcripſit in
d. conſti. Comitibus, videtur tenendum, vaſallos
non poſſe cogi ad hoc adiutorium inſpecto com
muni vſu loquendi l. librorum §. ſed tamen Caſ
ſius, de leg. tertio. equi etenim & arma non con
ueniunt doctoribus, militibus ſic, quorum ſunt
monumenta, doctoribus autem libri. non ibit ad
exercitum doctor cum libris; quia eo tempore
ſilent leges, & leges conſiſtunt in uiribus arma-
torum. Rex vult pro ſeruitio equitem benè in-
ſtructum in diſciplina militari, ac accedentem
cum equis & armis. Hodie autem pro hac mili-
tia uno eſt certa regula, cum non fiant veri illi
antiqui milites, neque datur hæc exactio, neque
verſatur in vſu. quando domini Barones depu-
tant filios pro obſeruantia Regis in aula, vel in
ſua curia commorantur, aut ſi hodie tranſmit-
terent ad Dominum noſtrum Carolum extra Re
gnum, aut ad Principem eius filium Dominum
noſtrum, vt continuò aſſiſtant, & inſeruiant pro
alumnis, & aulicis, vt fiat Cambellanus, vel Pin-
cerna, ſolent à ſubditis eorum aliqua dona ſuſci
pere. vide Aymo. in cõſue. Aluer. in ti. de talleis.

In tertio autem caſu, quando petitur ſubuen
tio pro maritanda filia, plenè ſcriptum eſt à Do-
ctoribus Regni, ſi pro pluribus, ſi pro ſpuria, ſi
pro monacanda, hic non repetam, poſuit etiam
Caſſaneus in dicto loco.

Si feuda à Romanis traxiſſe originem tene-
mus, hoc onus dotandi filiam patroni à veteri-
bus illis clientibus initium ſumpſit, authore Ali
carnaſeo lib. 2. antiquitatum, qui (vt à patronis
patrocinium haberent) illud etiã inter alia polli
citi ſunt, vide eum, & plenè diſcurit dominus
Franciſcus Sonſberius in tracta. feudorum, prima
par. fol. 6. poſt Zaſium in prima parte ſui operis
feudalis. Hoſtienſis in ſumma in titu. de feud. &
per Specula. eod. titu. Connanus etiam in com-
mentarijs iuris ciuilis in titu. de iur. patro: fol.
154. pendet quæſtio in ſac. conſ. 1557. 18. Febru
rij ſi domina feudi ſe ipſam maritet, petat ſub-
uentionem à vaſallis. Caſſan. in conſue. Burg. in
titu. de iuſtitia, tenet quòd non, & idem ſequi-
tur Manſuerius: contrarium tenet Nicol. Boer.
deciſ. 130. ex identitate rationis. Domina dom-
na Caterina de Cardinis petit à vaſallis Roccber
tæ in conſuet. Aluer. Aymo Publicius in titu. de
talleis, 14. articulo.

16 Quæritetiam † Affinis meus in dicta conſti
tutione, colum. 10. 13. dubitatione, numero 22.
ſi quando legat dos à patre filię maritandę, an ha
beat filius ſubuentionem à vaſallis. Non dant ra
tionem ſcribentes ibidem, quare vaſalli tenean
tur ſubuenire domino pro filia maritanda: cum
ipſe de ſuo debeat hoc facere l. fin. C. de dotis
promiſſione, neque alios grauare ad dotandum
durum videtur alienis filiabus aſſignare dotes;
argu. c. præclare 10. quęſtione prima. dat ratio-
nem Goffred. in capitulo cum apoſtolus §. pro-
hibemus, de cenſibus. quia maritando filiam, do
minus acquirit ſibi affines & amicos, ſequitur
Hoſtien. in ſumma 22. quęſtione quinta, capitu-
lo de forma autem, vaga eſt. Tu dic, grauamen
eſt à conſuetudine praua introductum, tolerabi
le tamen fauore Regis; ne Baro ſuus deueniat ad
paupertatem pro danda dote filiæ ſuę: & pro
honore Domini: vt eius filia citius nubat cum
ampliore dote, & vt nobilius nubat, eſt hoc
onus feudi: vt in conſtitu. in aliquibus. & per
Andr. in §. quid ergo. & in conſtitutio. ſiquis
poſt litem. Voluit Rex ſeleuare feudum, & one-
rare ſubditos ſuos: ne feudum pro dote danda
diminuatur, aut diſtrahatur in alium, ſecundùm
Caſſaneum. & quod voluit eſſe indiuiduum pe-
nes vnum maſculum, noluit pro fœmina fieri di
uiduum, cum eius pars pro habenda dote alie-
natur in alium. dicit ipſe, vaſallos non teneri
ſubuenire domino pro dote legata filię, autho-
ritate Roberti Regis Regni; qui ſic ſtatuit eo ca
pitulo, quod incipit, pro parte vniuerſitatis
Vici. & ipſe dat rationem diuerſitatis in dote
legata, quia in ſolutione legati vaſalli nulla le-
ge aſtringuntur, ſed hæres debet adimplere
ex neceſſitate ſibi a teſtatore impoſita. aſſi-
gnat aliam rationem: quia quando legat filię do
tem amplam & honorabilem, non poteſt in
teſtamento præcipere, quòd ſui vaſalli contri-
buant: quia nulla lex hoc dicit. iſta etiam: ſunt

opinio Andr. in repeti.conſti. Comitibus. in §. colum. Mihi tamen ſemper viſum fuit contrarium de iure verius: quòd ſiue dos conſtituatur in vita, ſiue legetur in teſtamento, quatenus tamen eſt ſumma debita pro eius paragio, & forte plus, vt condigno viro nubat, debeant vaſalli contribuere: quia ratio diuerſitatis non poteſt dari diuerſa ab vno & alio caſu, ex quo dos & paragium eſt onus feudi. quatenus pater legat dotem filiæ, & certam ſummam ac quantitatem, legat id, ad quod ipſe tenebatur in vita.

* Per legem cum ſeruus. de conditio. & demonſtra. Ibi nam quid ipſe facturus ſit ab hæredibus ſuis fieri iuſſiſſe intelligatur, & ibi not. Paul. de Caſtro: & in auth. res quæ col. penul. C. communia de lega. in notab. quæſtio. *

Et quia ipſe non expleuit, grauat filium hæredem feudi, quod ipſe ſoluat, ad quod ipſe tenebatur officio iudicis. vel ſecundùm aliquos actionis iure, non dicitur in hoc aliquam liberalitatē exercere, qui ſuum debitum ex neceſſitate impēdit l. rem legatam, de adimen. legatis. hoc legatum videtur feciſſe animo compenſandi. l. ſi cū dotem §. ſi pater, ſoluto matrimonio. & in l. creditorem, de leg. ſecundo. nec dicitur teſtator nouam neceſſitatem impoſuiſſe ſuo hęredi, ſed tantùm antiquam & veterem ante oculos repoſuiſſe. non eſt nouum onus, iuxta rationem Affinis mei. poterat ad id compelli tam pater legans, quàm filius ſuccedens, nedum ex teſtamento, ſed ab inteſtato, dicitur compulſus diſpoſuiſſe. l. nouiſſimè, quod falſo tutore l. tertia, & ibi gl. C. de nego. geſtis: notat Anchara. conſilio 159. rationes. Roma. conſilio 386. in conſultatione. Maynus in l. ſi ob turpem, de condi. ob turpem cauſam, & Cagnol. in l. ſiquis maior C. de tranſact. procedit ratio Afflicti, quando teſtator facit legatum diuerſum à dote filię, ſuper quo nō adeſt prouiſio legis. At legando dotem filiæ, ſuam obligationem excutit in filium, non eſt veriſimile, patrem officij paterni munus exequentem filium grauare, & onerare feudum in perniciem filij, & Regis, & liberare vaſallos ſuos. hoc non intendit dum legat, neque directo ad hoc ordinatur diſpoſitio ſua. quando expreſſit certam quantitatem pro dote filiæ, id egit, ne feudi valor poſt mortem diſcutiatur: ne veniant ad contentionem & litem frater & ſoror: vt filia, quæ habet certam & determinatam dotem citius nubat. faciliùs nubunt puellę cum dote certa, quàm cum incerta ac liquidanda. retrahuntur quandoque ob id iuuenes à nuptijs, ne contendant pro explicatione dotis, non ſolet dos liquidari ſine magno iurgio partium, ſine graui impenſa, ac longo temporis interuallo. hoc egit prouidere bonus pater, non eximere vaſallos ab obligatione legali, hęc fuit ſua principalis intentio. hæc ſpectanda & ſequenda eſt. l. ſi quis nec cauſam, ſi certum petatur. neque etiam ex legato eſt ſublata filiæ condictio ex lege, ſi ipſa nollet acceptare legatum. ita quòd vna actio per alteram non tollitur, ſed vna alteri iuuat ad commodum filię: & vna in aliam ſubrogata, quatenus plus ſit in vna, quàm in alia, iuxta nota. in l. prima, & ibi Bar. ſiquis teſta. liber eſſe iuſſus fuerit. Non obſtat capitulum Roberti; quia illud non reperitur inter capitula Regni, quamuis Doctores illud allegent, & habetur pro apocrypho. & dum aliàs vidiſſem illud, non nulla in eo inſeruntur. vltra patris legatum, licet diſponat eo modo, conſtat non eſſe vſu receptum. dum hiſce diebus præteritis verteretur quęſtio inter. D. Comitem Montellæ, & vniuerſitates Terrarum Bagnuli, & Montellæ, petentem ſubuentionem pro maritagio donnæ Camillę ſuæ amitę: & fuiſſet allegatum non teneri contribuere doti legatæ per fratrem dictę donnę Camillæ, vt hæredem patris vigore dicti capituli, quę dos nobis fuit viſa congrua, & maior forte quantitate debita conſideratis omnibus oneribus & alienationibus factis per defunctum. Sacrum Conſilium determinauit 1553. 14. Octobris pro hac parte, & condemnauit dictas vniuerſitates ad ſoluendam ſubuentionem petitam liquidandam tempore executionis. Fuit relator cauſæ Dominus de Curte iureconſultus doctiſſimus.

An autem debeat pręſtari ſubuentio pro ma-
17 ritandę † nepte ſicut pro filia, text. d. conſtitutionis loquitur de filia maritanda, nihil dicit de nepte, omittit hunc caſum. At D. Bar. de Cap. Andr. & alij in d. conſtitutione quàmplurium, tenent quòd ſic ex mente d. conſtitu. & D. Iac. de Gello Præſidens tunc Reg. Cameræ in ſuo tract. Auus tenetur dare dotem nepti ex filio l. dedit dotem, de collatio. bonorum. eſt onus ex perſona filij, qui ſimiliter teneretur. eadem eſt ratio tam in filia, quàm in nepte. & conſtitutio non expreſſit filiam gratia limitandæ ſubuentionis in perſona ſua tantū: ſed eam poſuit veluti exiſtentem in primo caſu deſcēdētiū. tā filia quàm neptis ſunt onera feudi, forte filius prædeceſſit in vita patris, auus exequitur paternum officium: vel ſi filius ſit pauper; nec poteſt de ſuo dare dotem: vtroq; caſu ſubeſt pietas paterni muneris & oneris. ideo præſtari debet ſubuentio. & dum hic caſus fuiſſet in perſona D. Nicolai Freccię mei prædeceſſoris, & Viceprotonotarij Caroli Secundi Regis, & Collateralis Conſiliarii Regis Roberti pro Iſabella ſua nepte, filia Domin. Iac. Magiſtri rationalis, & Conſiliarij Regij ſui primogeniti, Carolus reſcripſit ſubuentionem ſibi eſſe pręſtandam a vaſallis ſuis. & nota reſcripti eſt ſub ſequenti ſerie, quam ex Regio archiuo deſumpſi. Carolus III. ſcriptum eſt Iuſtitiario terræ Laboris, & Comitatus Moliſij, fideli Regio deuoto ſuo. pro parte Nicolai Frecciæ de Rauello locumtenentis, Protonotarij Regni Sicilię, dilecti Conſiliarij, & familiaris paterni, & noſtri, fuit nobis cum ſupplicatione petitum, vt cum diebus proximis Iſabellam neptem ſuam ex filio maritauit, & dotauit, in quo cum de proprio neceſſariò contingit facere ſumptus largos, ſubuentionem ſibi fieri prædictam iuxta conſuetudinem Regni ab hominibus vaſallis ſuis, quos tenet & poſſidet in decreta vobis prouincia, mādaremus. Sua itaque in hac parte petitione clementer admiſſa

D.N.

D.N.Vicariatus, quia fungimur authoritate mãdamus, quatenus conſtito prius vobis prædictã Iſabellam neptem ſuam per eum fuiſſe nuptui traditam, & dotatã, prædictos homines vaſallos eiuſdem Nicolai, quos in eadem decreta vobis prouincia iuſtè & rationabiliter tenet & poſſidet, quòd ei vel ſuo nuntio pro eadem, ſubuentionem prædictam iuxta ipſius Regni conſuetudinem & facultates eorum, niſi alias pro prædicta cauſa ſubuenerint, faciant competentem, de bitaque exactione, ſi expedierit, authoritate noſtra compellatis. ita quòd vlterius vobis ſuper hoc ſcribere non cogamur. prouiſo tamen, quòd prætextu prædicto recollectio fiſcalis pecuniæ per ipſos homines curiæ debitę non minuatur in aliquo vel tardetur. Dat. Neap. An. Domini. 1310. die 15. Maij Ind. 9.

18 Quod autem † dictum eſt dari ſubuentionem pro filia, vel nepte maritanda, intellige vbi eſſet nuptui tradita in ætate nubili, vt verba literæ ſonant, pro dando marito, qui non datur, niſi in ætate, qua poteſt ferre maritum, & liberos procreare. ſecus ſi contraheret ſponſalia pro futuro matrimonio, non poſſent interim vaſalli compelli: quia nondum venit & ceſſit dies: & poſſet interim filia prædecedere, quàm ad nubilem ætatem perueniat. intereſt vaſallorum magis non ſoluere, quàm ſolutum repetere. debet prius purificari cõditio obligationis, antequàm agat dominus contra vaſallos ſuos. Rex taxatiuè grauamina ſubditis impoſuit. vbi matrimoniũ non eſt, ibi nec dos. lex noua, & exorbitans à regalis iuris loquens de viro, non habet locum in ſponſo. & iſtud poteſt colligi ex tacita ratione ipſius nouæ legis. hoc etiam haberet locum, & procederet. quãuis pater pro futuris nuptijs aſſignaſſet dotem, ſoluendo eam futuro genero, ante ætatem nubilem annorum duodecim. habet ſub ſe rationem & æquitatem. firmat idem Caſſa. in d. conſue. fol. 32. verſi. per hinc ante dicta Aymo. Pupli. ſuper conſue. Aluerbæ, in tit. de talleis, fol. 145.

19 Datur † etiam ſubuentio pro ſorore maritanda, vt dicitur ibidem per Doct. in d. conſtit. Comitibus. & hoc vbi feudum fuiſſet paternũ. nam ſi frater emeret de nouo terram cum vaſallis, & poſtea maritaret ſororem ſuam, non poſſet petere à vaſallis de nouo emptis aliquã ſubuentionem pro ſororibus maritandis: quia lex Regni non loquitur de his dominis: neque hoc eſt onus feudi, quod de nouo acquiſiuit, dabit dotem ſorori, & paragium de bonis paternis, de ſuo autem non. & ſi nihil eſſet in patrimonio parentis. & frater de ſuo dotaret, vel promitteret dotem, teneretur ex contractu & promiſſione ſua, non ex obligatione feudali: quia ſi ipſe non promitteret dotem, & alienaret terram, quam de nouo emit, non daretur aliqua actio in ſubſidium contra nouum poſſeſſorem, iuxta not. in conſtit. in aliquibus. per Andr. & in c. 1. de natura ſucceſſio. feudi. ex quo non obuenit obligatio à patre, qui non habebat feudum: non tractaretur de legitima, aut de paragio, quando ſoror eſt inops, & non poteſt de ſuo dare dotem marito, ceſſat condictio ex lege Regni, vt eidem debeatur paragium, veluti à feudo excluſæ propter exiſtentiam maſculi obligatur. frater à lege communi pro dote, ſed non à lege municipali, ex qua habet ſubuentionem. & non erit tunc veluti legitima, aut paragium arbitrio iudicis pro modo facultatum, inter quas feudum forte non eſſet computandum. ideo ſi frater primogenitus maritaret filiam ſecundogeniti, non haberet hanc ſubuentionem, notat Andr. in conſt. Comitibus. in 6. col. in reperi, ſecus in patre.

Dicebant aliqui, ſi pater haberet filiam antequàm feudum emiſſet, non haberet pro ea maritata ſubuentionem à vaſallis, quaſi non ſit filia domini inſpecto tempore ſuę natiuitatis, ar. l. Senatoris filium, de Senator. & in l. imperialis C. de nup. de quo ſcribentes controuertunt in eorum tractatibus primogenituræ: mea autẽ ſententia errant, dum etiam ſcripta hic mea adducunt, habent locum in fratre ex rationibus cõſideratis: In patre eſt ſecus: cum ſuum ſit onus maritandi filiam & dotandi, dũ tamẽ dominus ſit eo tempore, quo filiam maritat. rationes ſunt diuerſę in ea quęſtione, & non congruũt in hac quęſtione expoſitis per me in principio. *

Quãdo in vna terra eſſent duo Domini, quo-
20 rum †. vnus habet iuriſdictionem ciuilem, alius iuriſdictionem criminalem, cui iſtorum debeat præſtari hæc ſubuentio? Lex Guilielmi Domino hominum vult dari ſubuentionem, qui iuriſdictionem criminalem habet. Dominus eſt, quia habet poteſtatem & authoritatem coercendi ac terrendi l. pupillus §. territorium & ibi Alciatus, de verborum ſignificatione, plenè Lucas de Penna in l. ſecunda C. de exacto. & excuſſo, libro 11. colum. ſecunda, quòd habens criminalem iuriſdictionem apponit cuſtodem
21 in territorio veluti dignior, refert † Dominus Capicius deciſione. 27. columna prima. cui addo dominum Nicolaum Boerium in tractatu de cuſtodia clauium, columna 6. & ſua deciſione. 212. eſt dominus ratione præeminentiæ, quam habet in homines ſecundum Bar. in l. & ſi cum exhibuiſſent, de public. & in l. 1. §. dominium, & ibi D. Io. Igneus, ad ſyllanianum, idem Taurin. in tract. de ſoldis, in 4. colum. qui habet iuriſdictionem in hominibus dicitur dominus hominum, Caſſa. in conſue. Burg. eo. tit. fol. 32. pro domino autem ciuilem iuriſdictionem habente, facit ratio tex. in d. l. quamplurimum. item tempore illarum conſtitutionum iuriſdictio criminalis non ſolebat concedi alteri, ſed penes Regem retineri: neque ex poſt per longiſſima tempora. non poterat de his intelligi lex, cum eo tempore non eſſent. & ſi qui in Regno erant, reguli ipſi dicebantur, non Barones aut domini. ideo oraculum à ſua celſitudine obtineri dicebat Federicus in ſua lege dignum, de iure ſuo curiæ conſeruando. & in conſt. ea quę ad decus. Carolus primus, cum dediſſet Ciuitatem Salerni Carolo ſuo filio vnigenito cum titulo Principatus cum nõnullis terris & Ciuitatibus, Rauello, Amalphia, Surrento, Nuceria, Sarno, & alijs præclaris Oppidis, iuriſdictionẽ tãtũ

ciuilem in his Ciuitatibus conceſſit. Verùm in Ciuitate Salerni criminalem iuriſdictionem etiã aſſignauit intra circuitum tantùm murorum dictæ Ciuitatis & non vltra, & hoc propter titulum ſuæ dignitatis. in archiuis legimus priuilegium: & habui librum donorum, & inueſtiturarum dicti Regis: ea tunc erat forma, & longè anterior. ideo dicitur in lege Guil. ad officium baiulorum. in fine, ei qui irreuerenter loquitur coram Baiulo litigando pęnam imponi, non excedentem vnum auguſtalem. idem Carolus in ſuo cap. item ad inquiſitionem fol. 213. Comitibus, Baronibus, & feudatarijs inhibet pęnam in banno impunere, vltra auguſtalem vnum, ex quo eo tempore Barones non habebant iuriſdictionem criminalem. And. in §. ſiquis alium, de pace ten. & alibi ſæpe. non poteſt de his loqui lex Gui. qui eo tempore non erant, vel quàm pauciores reguli. neceſſe eſt intelligi de dominis habentibus in feudum terram cum iuriſdictione ciuili. ea eſt quæ cohæret territorio, ſicut nebula ſuper paludem, dicit Bal. in c. 1. de allodijs, Ang. & alij in l. 1. de iuriſ. om. iud. iuriſdictio ciuilis venit ex ſimplici cõceſſione facta alicui alicuius terrę, vt Andr. dicit in §. pręterea ſiquis infeudatus. ineſt in concreto, & eſt inſeparabilis ab ea poteſtate coercendi, quæ cohæret territorio, vt dicitur in §. territorium. not. Bal. in l. fi. de conſti. Princ. At iuriſdictio criminalis quando conceditur in feudum non dicitur hęrere territorio: quia nullum ei territorium conceſſum eſt ſed perſonis in alieno territorio degentibus & habitantibus, vt no. in ſimili in c. contingit, de foro competenti. cũ alteri domino conceditur terra cum eius territorio & hominibus, nullum ipſe poteſt pęrendere dominiũ territorij. erit tunc vt iudex delegatus domini Regis in cauſis criminalibus illarum perſonarum, ſecundùm D. Iacobum Butrigarium in l. 1. de offi. pręfe. præto. refert eum D. Afli. in c. j. 4. col. qualiter vaſal. iurare debeat domino fidelitatẽ. ideo cognoſcit de delictis commiſſis in quouis territorio, cum ſua iuriſdictio non terminetur territorio. non procedit. l. fi. de iuriſd. om. iudi. ſequitur perſonam ſubditam quocunque vadat, ſicut lepra leproſum. caracter iuriſdictionis animæ ſubditorum imprimitur. hęc delegata eſt non ordinaria, licet data ſit in feudum. quando iuriſdictionem habet cum territorio, reſtringitur intra ſuos limites, ſecundùm Andr. in dic. §. preterea ſiquis infeudatus. & ibi Moderni. iuriſdictio in perſonas poteſt dici realis in perſonas, arg. l. fin. C. vbi, & apud quos. ea quæ venit ex regula iuris, vel ex natura rei, dicitur ordinaria, & eſt fauorabilis. alia autem ſecus: quia datur ex ſpeciali priuilegio. facilius tollitur, argument. l. eius militis. §. militia miſſus. de militari teſtamẽto. quando iuriſdictio criminalis datur in feudum, dicitur principaliter concedi, & de per ſe: cum non habeat aliud acceſſorium ſub ſe. ſecus vbi conceditur iuriſdictio ciuilis, cum vaſallis, & territorio. criminalis etiam ſi addatur, non diceretur principaliter concedi, cum non veniat ex regula feudi, ſed ex oraculo Principis: vt in dicta conſtitutione ea quæ ad decus. adhęret tunc conceſſioni fauorabili, quamuis fauorabiliter concedatur, ſcilicet in feudum. hoc diſcurrere poterit prodeſſe ſublimibus ingenio. habens iuriſdictionem ciuilem dicitur dominus terræ, & vulgus denominat ipſum, *el Signore, ò lo Barone della terra*; in his ſtandum eſt denominationi à communi vſu loquendi. l. Labeo, de ſupel. legat. qui habet iuriſdictionem criminalem, non dicitur dominus ſimpliciter: ſed cum adiectione certę qualitatis, videlicet, *el Signor del criminale*. ſua dominatio refertur ad cauſas criminales, & non ad perſonas & terram, & vulgariter non ſolet haberi pro domino. ex ea dominatione etiam dignoſcitur dominus, ſecundùm quid, & non ſimpliciter. dominatio, & dignitas fit à perſona, ſæpe Andr. allegat text. in l. iuſtiſſimè, de ædilitio edicto. cognitio verſatur in cauſis, ex quibus perſonæ ſubijciuntur in illis tantùm cauſis. ita quòd non ſit, neque eſt ei ſubditus, antequàm cauſa naſcatur, eſt in potentia fieri hoc eſt ex quodã accidenti, quod non pręualet ſuo naturali, illud potentius eſt, argumen. l. quæritur. de ſtatu hominum. impropriè ergo dicitur dominus, & non verè dominatur. quanquam diuerſis reſpectibus quis poſſet denominari dominus: vt per Bartol. in l. ſiquis poſtulauerit. §. penultim. de adulterijs, & in dicto §. dominum, & in dicta l. ſi cum exhibuiſſent, & in l. in venditione. de bonis author. iudic. poſſi. Alexand. in l. ſed ſi poſſeſſori. §. item ſi iurauero, de iureiurand. & per Luc. de Penna in l. prima. C. de capitatione ciuium cenſibus eximenda, libro vndecimo, in potiore ſignificatione debet capi, per l. primam. §. qui in perpetuum; ſi ager vectigalis, pro eo qui habet omnem iuriſdictionem in terra. Caſſaneus in proœmio conſue. Burgundię char. quarta, quarta columna, primo numero, & ſecũdùm materiam ſubiectam, vt idem Caſſaneus diſcutit in eadem conſuetudine, in titulo de foreſta, char. 373. prima columna, primo numero, in materia cauſarum criminalium appellatione domini ſolus ipſe intelligitur, qui de illis cognoſcit & non dominus terræ. idem in titulo de iuſtitia. & in materia feudali dominus feudi tantùm. verba tamen ſumi debent, ſecundùm quòd idiotę capiunt, notat Bald. in capitulo primo, in principio de ſucceſ. feudi, gloſſ. eſt in l. quòd ſi nepotes, de teſtament. tutela. niſi proferantur à viro prudente, per l. ſi dictum, de euictionibus. Diuus tamen Alfonſus Aragoneus verum dominum terrę declarauit habentem iuriſdictionem ciuilem: & eidem cauſa cognita cum conſilio virorum ſapientum pronunciauit pręſtandum eſſe iuramentum aſſecurationis, pro Abbate ſancti Ioannis Baptiſtę in lamis, cum vniuerſitate & hominibus ſancti Ioannis Rotundi, die vigeſimoquinto, Ianuarij. 1443. ann. nono Regni huius. & quia merum Imperium erat dicti Regis, ponitur ibi forma iuramenti pręſtandi dicto Abbati, vti domino dictę terrę, poſtea dicitur ibidem, ſaluo per omnia mandato, & fidelitate, nec non etiam mero Imperio, & iuribus Sereniſſimi Domini Regis Alfonſi pędicti, &

ſuc.

ſucceſſorum ſuorum. priuilegium in caoſa eſt in Conſilio vertente coram me cum Abbate, & poſſeſſore dictæ terræ. in Regno ſubuentio hęc præſtatur domino terræ habenti iuriſdictio nem ciuilem, & non datur aliqua ſubuentio ha benti criminalem iuriſdictionem.

22 SI AVTEM in terra vigeret † ius Longobardum, & in ea eſſent plures domini, vt quia plures ſucceſſiſſent filij: ſubuentio qualiter præſtanda ſit? Cum pluralitas dominorum non impediat præſtationem ſubuentionis, text. dictæ conſtitutionis exprimit, dominos à ſuis hominibus adiutoria exigere ſiue ſint domini diuerſarum terrarum, & hominum, ſiue ſint plures domini in una terra, uel in uno homine, poſſunt hoc adiutorium exigere moderatum in caſibus ibidem expreſſis. hi tamen domini, & ſi plures ſunt loco unius habendi ſunt, quando vni domino ſucceſſerunt: vt notat. in capitulo primo, de noua forma fidelitatis. & ibi per dominum Iacobum Camalæum, columna ſexta, & in capitulo omnes filij, ſi de feudo fuerit controuerſia, & in capitulo primo. §. præterea ducatus, de prohi. feud. alien. per Federicum. & per Ardizonum in ſumma, ſub hac rubrica. ſi ipſi inter ſe ipſos fecerunt di uiſionem hominum, exigit unuſquiſque à uaſal lis ſubuentionem in caſibus in dicta lege expreſſis: & poterit contingere, quòd aliquis Dominorum exigerà ſuis, & alij ſint immunes: quia alius dominus non eſt in caſu ſubuentionis petendæ, hoc erit per accidens. tolerabile eſt tam ex parte Dominorum, quam vaſallorum, ut notat. in capitulo ſecundo, ſi de feudo fuerit controuerſia. ſi vni ſit datum feudum, & alteri allodium, obueniſt ex rei natura: vt dicit gloſſ. ſingular. in l. ſi familiæ. C. famil. erciſ. de qua Bald. ibi, & in capitulo primo, ſi uaſallos ab aliquo. & ibi Cardi. facta diuiſione uaſallorum, nuus non diceretoramplius vaſallus alterius. Ananta conſilio. 7. & ibi Bologninus. Bald. quęrit in l. fin. de rerum diuiſi. ſi feudo diuiſo, alter dominus reliquit, an puniatur ab eo. & in capitulo primo, qualiter uaſallus iurare debeat domino fidelita. & per Taorinenſem in l. ell receptum, de iuriſdi. omn. iudic. quando à principio pluribus eſt conceſſa terra. uaſalli non debent duplici onere pregrauari. debet fieri diligens conſideratio, quomodo ſi à principio diuiſiſſent. eſſet tamen dubium, ſi ſubuentio nō omnibus occurriſſet, & quidam poſſent teneri, & quidam non. quò ad vaſallos more ruſticorum eſſet forte decidendum: vt gloſſ. dicit in l. Neſennius. de nego. geſto. vnus dominus habet filiam, alter non: vel vnus emit terram, vel facit militem filium ſuum: oel ſi unus ex dominis eſt captus ab inimicis Regis, ſi ab hominibus illi ſit ſubueniendum: cum abſorberet portionē alterius, ſi differendum ſit, attendimos in his, quod conſuetum eſt ſeruari. l. nunc cium. §. fi. ibi. ex lege ciuitatis ſuę, vel more. de muneribus & honoribus.

23 Taxa autem ſubuentionis † quæ non reperitur poſita in d. l. quamplurimum, & in capitulo Caroli ſecundi, Comites, in Regno eſt ad rationem carlenorum quinque pro quolibet ſoculari, & hoc obſeruatur, præterquam ſi peteretur ſubuentio pro filia monacanda, erit tunc ad rationem carlenorum duorum cum dimidio, & non ad rationem carlenorum quinque: quia minor eſt dos, quę datur filię monacandæ, quàm maritandæ. debet tamen eſſe profeſſa. tunc dicitur monaca, argumu. l. quod pupillę, quando dies legati cedat erit dos iuxta pa ragium aliarum ingreſſarum in monaſterio, ut dicit Neapoli. in conſuetu. prima, in verbo paragiom, de ſucced. ab inteſt. licet non debeat deterioris eſſe conditionis, quæ contrahit ſpiritualē matrimonium, quàm ea quæ carnale conſumit. §. ſed hoc in preſenti, in authentico de ſanctiſſi. Epiſcopis. & eidem debeatur non minus legitima, Domini de Rota noſtra Neapol. 348. de quo alibi dicemus. minor tamen eſſe cóſueoit impenſa, tam in dote eroganda, quàm in pompa nuptiarum. ideo fit diuiſio pro modo oneris, argu. l. Seio, de annuis legatis. ſolent Barones maritare filias in monaſterio cum dote ducatorum trecentorum, & qoingentorum hodie plus vel minus. non eſt æquum eis ita ſubuenire à vaſallis, ſicut ſi ſoluerent ducatos quinque mille, ſex mille, aut vltra. quando autem aſſignaretur filię monachę dos competens pro ſua legitima, licet eidem non traderetur uerum paragium, quod qoandoque nos arbitramur uſque ad ottilem portionem, vt nubat viro condigno, iuxta notata per Andream in conſti. in aliquibus, quarta colum. deberet pręſtari ſub uentio pro taxa carlenorum quinque, à ratione ceſſante: quia Baro dat dotem pro tota portione legitimę, ſuffert onos, & integrum, debet percipere totum emolumentum.

Aliud eſſet ſi maritaſſet filiam ſine dote propter ſuam pulchritudinem, vel ſeni nupſiſſet, aut ſi ignobili pro ęgualanda parentela, ut glo, dicit in l. ſi uoluntate. C. de dotis promiſſ. deberetur ſubuentio: quia lex dat ſubuētionem pro filia maritanda. co ipſo quòd nupta eſt & uiro tradita, purificata eſt qualitas legis non enim dicit & dote tradita, ſufficit vnom ctſe verum. & hęremus verbis legis, prout uerba ſonant. cū & ſi nubat ſine dote propter pulchritudinem, poſſit filia à patre petere dotem, non ex hoc pater liberatus eſt, notat Andr. in conſtitutione in aliquibus, octaua, & pen. colu. & ibi plenè Afflict. & Alexand. conſilio. 7. ſecundo volumine. quia teuetur filię & poteſt cogi, debent vaſalli dare adiutorium. idem ſi ſeni uel ignobili. ſit deterior conditio filiæ in pluribus propter debitum à uiro extorquendum, quod erogare non poteſt, niſi cedat alteri: ut Milan tia filia Ioan. Andreæ illius celeberrimi gloſatoris dicebat: cum eſt in cœtu nobilium & parium, quodam modo intomeſcit aſſiſtere, denigrator nobilitas & authoritas, quamuis opibus & iocalibus ſuperabundet. pater hòc caſu dicitur cum ſuo genero contraxiſſe aut uendendo, aut permutando. illa eſt pars dotis, & magna erubeſcentia illa, quę forte inſorgit quotidie, ut hi ſcire

poterunt, qui experti ſunt, maxima eſt prætij erogatio, honeſtatem familiæ diſtrahere: magna eſt calamitas: plus eſt de ſãguine exoluere, quam de pecunia ſatisfacere. hoc caſu nõ gerit negotiũ filiæ, ſed diſtrahit.

Secus uidetur, quando filia nubit indigno, patre non præbente aſſenſum, dum non excedat ætatem annorum xxv. & in Regno forte xviij. pater nõ dicitur maritare, ut litera ſentit. non cogitur tunc dare dotem. l. tertia. §. ſi emãcipatus filius. de bono. poſſe. cõtrata cẽſetur ingrata, & ingratitudo tollit debitũ naturæ. §. optimè, in in authentico de nuptijs. Bal. in l. fi. C. de dotis promiſſio. & in. l. fi. C. de ſententijs, quæ pro eo quod intereſt. plenè Caſſa. in d. cõſue. Burg. fol. 33. & dominus Ioannes Sanſonius in conſuetu. Turonen. char. 145. & ſol. 55. uel ſi ab alio in teſtamẽto legata eſſet dos pro filia maritanda: ita quòd pater de ſuo aliquid non cogitur erogare. ar. tex. in cõſtitu. Comitibus, ibi, ſuis expenſis militem fecerit. ceſſat cauſſa & ratio legis. pater nõ debet eſſe in lucro. ſat erit illi, ne ſit in dãno, & de ſuo non ſoluat. perinde eſſet, ac ſi filiam nõ habuiſſet, uel nõ eueniſſet caſus: quũ à principio nõ obligatur ad dotem, neq; ad illã poteſt aſtringi. aliud uidetur, ſi promiſiſſet dotem pater, quãuis nondum ſoluta eſſet, & gener dediſſet dilationem ad ſoluendum. pro pari habeo quò ad hoc promiſſionem & ſolutionem. l. fi. C. ad l. falc. præſumitur ſoluta dos, & breui manu ad patrem reperueniſſe. benignitas generi non debet obeſſe patri. & ſi filia poſtea moriatur, & redeat ad dotantem, debetur adiutorium. ſemel fuerunt uaſalli aſtricti à lege. ex ſuperueniente caſu non diſſoluitur obligatio ſine facto eius, qui alium habet obligatũ. ex noua cauſa dicitur rediſſe ad patrem, nõ ex ueteri, ueluti non contracta. caſus contingens non liberat à neau, poſt ubi cœpit obligari. uel pone uillico filiam eſſe nuptam à patre, & ei fuiſſe à marito cõſtitutam magnam dotem, uel ſupra dotem etiam conſtitutum antefatum, ut nouimus eueniſſe, lex prouidet neceſſitatib. Dominorũ, ne ipſi pro dote danda partem feudorum commutẽt in alios: nõ uiget ea ratio. Carolus Illuſtris Roberti primogenitus, ac Regni Vicarius in dicto capitulo tria aduertit pro ſubuentione præſtanda auo, primò matrimonij conſumationẽ, ſecũdò dotationem, tertiò de propria ſubſtãtia dotẽ fuiſſe erogatam hic erat mos præſtandi adiutorium Baronibus in Regno, ibi dũ poſtmodũ dicit, ſubuentionem prædictam, iuxta ipſius Regni conſuetudinem. conſuetudo quæ uiget uno modo non debet ad alium extendi, & ſi eadem ratio uigeat, & etiam ſi maior. Calderi. conſilio. ai. Felinus in capitulo auditis, de præſcrip. Curtius conſilio 158. ſecunda col. ſecundo uolu. Andr. dicit in repeti. cõſti. comitibus. in fine. ſi maritat cũ dote. & in dicta conſti. quamplurimũ, in fine, quando ex neceſſitate marita~, ubi eſt dos, honorificentius & nobilius inuenit uirum. ſi lex quamplurimũ. hoc modo recepiſſet interpretationẽ, & ſi generalior eſſet. non debet ſuſtinere per legem ſpecialem cõtrariam iuri communi. minimè eſſent mutanda, quæ antiquam obſeruantiam habuerunt. l. minimè, de legibus. optima eſt conſuetudo legũ interpres. conſuetudo leniuit duritiem nouæ legis. & hæc quamuis rarò eueniant, dũ occurrũt augent difficultatem, propter probabilia utriuſque partis argumenta.

24 Quartus caſus ponitur, ſubuentionem † præſtari pro emenda terra. huius regulæ non ponitur aliqua ratio à ſcribẽtibus, quare uaſalli adiuuare teneantur. Burgenſes teneri non deberent; quia etiã liberti non aſtringerentur, quãdo hoc onus non eſt eis impoſitum. nulla etenim lege cautum reperitur. debet dominus ſuo ſumptu facere emptionẽ feudatarij etiam ex conſtitutionibus feudalibus non leguntur aſtricti. text. de his ſubuentionibus non loquitur in capitulo primo. in fi. de pace iura. firm. neque in capitulo fi. de capi. Corradi. nec in §. firmiter. neque alibi in uſib. feudorum. Poſſet dici, quòd hæc conſtitutio intelligatur, quando propè terrã domini eſt alia terra uicina & contigua, quæ multùm confert pro honore domini, & pro commodo uaſallorum, ſatis uideatur honeſtum uaſallos ſubuenire domino, cum ipſi aliquid ſentiant boni, commodi, & emolumenti, in aquis in paſcuis, uel alijs commoditatibus. & hoc tenuit Roffredus Beneuentanus in titulo de ſacramentis uaſallorũ. & glo. in dicta conſtitutione dicit, quando eſſet neceſſarium domino emere illam terram. & uidetur hoc modo intelligere dictam conſtitutionem. hoc comprobat multis medijs Oldradus conſilio 104. circa propoſitam quæſtionẽ. ubi publica uerſatur utilitas: ut quia uicinus erat ſatis grauis ac ualdè moleſtus, ut in. l. fi. §. fi. C. de agri. & mancip. dominicis uel fiſcalibus. uel ut ea eo loco, quem emit, hoſtibus poſſet obſiſtere, & ſecuritas exinde obueniat, pro qua homines compelli poſſunt pro faciẽdis uel reficiendis uallis ciuitatis. l. ſecunda C. de immuni. nemi. conced. libro. 10.

* Ponit Bald. exemplum in l. etiam. C. de executio. rei iud. in ciuitate Peruſina emente caſtrum pro publica utilitate, quæ imponit collectam, quem ſequitur Rol. à Valle conſi. 66. num. 16.

Verſatur in hoc communis utilitas: communi impenſa perfici debet. l. ſecunda. §. uiarum, ne quid in loco publico. publicum reſpicit commodum, publicis debet expenſis ſubleuari. l. itẽ ait prætor, in princ. quib. ex cauſis maio. & in l. ergo. §. ſi co. titu. & in l. prima. C. vt nemo ad ſuũ patrimo. ſuſcip. colo. vel ruſti. lib. 11. idem tenet Hoſtienſis in ſumma, vt eccl. bene. §. primo, verſi. ſed quæ. Specul. in titulo de feudis. §. quoniã, col. pen. Anto. de Butr. & Imola in c. conquerente, de offi. ord. Caſſ. in d. cõſu. Burg. fol. 36. Petrus Iacobus, & nonnulli alij. at quando hoc ceſſat: quia nulla ſubeſt neceſſitas, & dominus vult emere terram, ex qua vaſalli honoris, aut commodi nil ſentiunt: ſed dominus ex ea percipit maiores fructus vel redditus, non tenẽtur in hoc ſubuenire, quamuis dominus fiat in maiori ſtatu, ar. capituli. cum cauſam. de præb. & in c. cum Apoſtolus, de cenſi. & notat dominus Bartholomæus Zenzelinus in tracta. de charita.

rita.ſubſidio,3.charta.hoc videtur rationabile, vt vaſalli contribuant in his caſibus.

* Hoſtien.is in ſumma in titulo de immun. eccle.§.primo,ſic intelligit, quando emptio caſtri domino eſt neceſſaria, & propinquum eſt, & propter commune pacis bonum, ſequitur Petrus Ractus in conſuetu.Pictauiæ in titu. de dictionis,§.1.ver.quantieſt fol.99. *

Sed videmus de facto in Regno ſeruari contrarium: quia vbi nulla ſubeſt commoditas vaſallorum, neque vicinitas,aut neceſſitas,præſtatur adiutorium domino indiſtinctè pro quauis emptione terræ:ut ſi dominus habens terram in regione Campaniæ emat aliam in regione Salétina,in Aprutio,aut apud Brutios,datur ſubuentio abſque hac conſideratione neceſſitatis Domini, quia ex terra illa poſſet offendi in perſona ſua uel familia,lex diui Guilielmi ex conſuetudine immemorabili recipit firmitatem; ut vaſalli contribuant domino pro emptione terræ, ſiue uicina ſit,ſiue longè diſtet, ſiue commodum habeant ex ea vaſalli, vel non,ſiue ut reddatur tutior perſona domini,uel ex ea percipiat uberiores fructus.tacò vel nunquàm haberet locum, ſi in his caſibus reſtringeretur. quod & ſi conſuetudine toleretur, an iure ſuſtineatur hoc modo intellecta hæc conſtitutio, alij iudiceant. pro certo certa ratio reddi nó poteſt,niſi quia ſic placuit Regi, qui ex mala conſuetudine uaſallos ad id aſtrictos inuenit, placuit hoc ſuſtinere: & quod erat malis & prauis motibus introductū, redegit in legem, forte reſpexit ad honorem Baronum,& Dominorum,ut præſint maioribus & plurimis.§.primo,in authentico de defenſoribus ciui.honor eſt domini præeſſe pluribus terris,vt plenè per Caſſaneum in 1.par. cathal. vbi de honore, & quot modis conſideretur. dominus dicitur eſſe in maiori ſtatu,quando ſub ſe habet populos gentium,arg.§. primi, in authent. de quæſtore. & ex hoc uaſalli glorientur, dum præeminens eſt dominus, cui ſolent facere xenia,charitatis ſeu blanditias, ipſum viſitando, & reuerendo, vt Bald.ſcripſit conſi.419.ad euidentiam præmittendum eſt,primo vol.ideo tex. hic poſuit dari ſubuentionem pro terra emenda,pro augendo ſtatu & dignitate domini,releuantur etiam ex hoc uaſalli in oneribus ſubeundis,ar.l.ſecundę.C. de priuilegijs domus augu. lib.12.& in l.1.C.de commer.& merca.

25 Quomodo autem † capiatur terra in hoc articulo,Regnicolę non declarant,cum pluribus & diuerſis modis ſumatur in iure:tempore pro una forragine,uel campo:ut in capitu.ſi de terra, de priuilegijs.& in capitulo commiſſi,de decimis. & in authent. qua in prouintia.C.ubi de criminea agi oporteat,& hoc modo intelligendo textū dictæ conſtitutionis, ſi dominus emeret unam poſſeſſionem terræ,deberent uaſalli dare adiutorium.ſic capitur in capitulo quid per nouale, de uerborum ſignifi.& in.§.ſi uerò pro ueritate in authen.de mandatis principum,& per Petrū de Antibol. in tracta.munerum, in.§.ſecundo, verſi.quarto ruſtici,num.80.quia terra naturaliter intellecta dicitur à tero teris, eo quòd bobus teritur,& confringitur,ſecundùm Neapol.in cōſuetu.prima,in uerbo terrā,de iure congrui, & dominus Paris in tracta.feudorum, in titulo de uerbo.& rerum ſignifica.fol.97.ſed hoc modo intelligendo ſatis eſſet extendere hanc conſtitutionem; ut pro qualibet poſſeſſione terræ,quæ bobus teritur, aut pro una uinea, querqueto, aut oliueto præſtetur ſubuentio domino à uaſallis.non eſt credēdum de hac terræ ſignificatione diuū Guilielmum ſenſiſſe in dicta l. quamplurimum, Capitur alio modo terra pro Ciuitate, Regno,vel Prouincia: vt in capitulo cum in partibus.de verbo.ſignifica. & in capitulo primo, in principio de pace tenenda, & tunc dicitur à terreo terres,ſicut territorium,à terrendo,vt in dicta l.pupillus§.territorium,& ibi Alciatus,& de terra feudali eſt tex.in authentica, ſi verò dominus C.de hæreticis. & in capitulo excommunicamus §.primo,eodem titulo,in antiquis. & per Maynum cōſilio 24.videtur primò,prima col. ſecundo vol. Sed tali modo capiendo terram, multùm eſſet reſtringere illam legem, quæ nunquam vel rarò procederet, vt tunc ſubuentio debeatur,quando dominus emit ſaltem Ciuitatem,non dico Prouinciam. dico etenim, quòd in eo tex. terræ appellatione veniat terra à vaſallis & hominibus habitata, in qua dominus iuriſdictionem exercet: vt in capitulo ex parte,el terzo,de priuilegijs.& dicetur tunc terra locus muro circundatus, maior Caſtro, minor Ciuitate,vt per Alexan. in l. prima §.ſi autem,de no.oper.nuncia. & per Sandęum in capitulo Rodulphus,de reſcriptis.& tali modo accipitur ſecundùm communem vſum loquendi terra,prout eſt muris circundata, & ei deberet ſtari, vt in l.cum de lanionis §.primo.& ibi not. de fundo inſtructo. & in l. Labeo,de ſupelle. lega. & hoc eſt regulare in omni materia, vt not. Bar.in d.l.Labeo. & Io. Andr. in capitulo & ſi pignorationes,de iniurijs in 6. illa eſſet ſignificatio terræ pro loco muro circundata.ſed in Regno ſiue ſit terra muro circundata,ſiue ſit motta,oppidum, villa, vel caſale,in quo habitent vaſalli, ſiue ſint in magno, vel in paruo numero, habebit locum dicta l. quamplurimum. nec attenderetur ſit muro cincta, aut non, ſed an in ea ſint homines, qui illam inhabitent. hoc modo interpretatur in Regno illa lex.& pro ſimilibus emptionibus præſtita eſt ſubuentio. vnde ſi aliquis eſſet dominus vnius villæ, oppidi, caſalis, vel mottæ, ſecundùm vulgare Calabricum,& in eo eſſent decem focularia vaſallorum, plus vel minus,& emeret vnam aliam villam vel caſale, deberet habere adiutorium: quia verum eſt ipſum eſſe dominum hominum & vaſallorum, ac emere alios homines & vaſallos, quamuis ipſi vaſalli non habitarent in domibus & tectis, ſed ſub palearcis, hoc non refert, cum ipſi ſint homines ſubditi. locus habitationis ipſorum non cōſideratur,uel propter paupertatem ipſorum, uel propter regionem loci. hoc eſt ex accidenti. poterunt ex lutea habitatione facere calcineā, & ſe ipſos intra murorum ambitum cingere. probatur dignitas domini in ea iuriſdictione ciuil. & cri-

criminali,quam exercet in ſubditos, non à loco vaſallorum. vnde ſi dominus haberet iuriſdictionem in vaſallos,qui habitarent in loco alieno,vel in alieno territorio, habet adiutorium ab ipſis: quia lex Guilielmi non loquitur de hominibus degentibus in loco aut territorio domini: ſed de hominibus ſimpliciter. aliàs poſſent nonnulli ipſorum ab onere ſubuentionis cenſeri immunes cum domino territorij,in quo habitant,non tenerentur, cum non ſit dominus illorum hominum habitantium, ſed loci aut territorij. pro quo forte ſoluerent certum redditum,gallinam vnam,vel quid annuum.domino ipſorum iuriſdictionem exercenti minimè; quia non habet ipſe territorium aut locum, in quo ipſi habitant. Satis eſt comprobari verba legis eo modo quę dictant, & hoc iure vtimur in Regno. *

Fuit iudicatum in reg.Cam.die VII.Februarij 1568.pro domino Leone Freccia deberi ſubuentionem ſibi à vaſallis caſalis Zopporum pro emptione caſalium capograſſorum & aliorum, ex dictis hic,& non fuerat aliàs iudicatum. *

26 Si dominus emeret † iuriſdictionem criminalem in aliqua terra, non haberet ſubuentionem à vaſallis,quia non dicitur emere terram, ſed iuriſdictionem in terra aliena. verba legis non habent locum in his.& in iſtis ratio eſt diuerſa,quamuis cognoſcant de certo genere cauſarum,& de maioritate cauſarum,in quibus agitur de toto aſſe rerum,& de capite perſonarum. nihil refert ad hunc caſum ſubuentionis petendæ,in quo lex non prouidet. potius diceretur iudex perſonarum, quàm dominus, vt ſupra diximus, quamuis illam iuriſdictionem habeat in feudum.ex hoc infertur, quòd illi, qui prætendunt preferri emptori, vt ſint in demanio curiæ Regis, non ſunt admittendi: quia cum ſint vaſalli alterius habentis iuriſdictionem ciuilẽ, ceſſat ratio And.in §.ſed nec dominus, de prohi.feud.alien. per Federicum. & Ioan. Fabri in §.dominus. inſti. de noxali. & plenè congeſſit Ioan de Neuizanis conſilio 12.inter conſil.Bruni.remanent vaſalli Baronis,non ſit deterior eorum conditio.& dominus iuriſdictionis criminalis eſt loco iudicis deputati à Regia curia. eſt tamen ipſe iudex & officialis perpetuus, de quo quando grauantur, poterunt à Regè facilius releuari.ſecus,quando omni anno mutant officialem,non ſic exaudiuntur.docet experientia. præſertim ſi aliqua vniuerſitas ab aliquo proteruo ciue, ſeu notario ſubducta, ſub vſuris quęreret pecuniam.duo aut tres ex eo Oppido excoriant alios ſub falſa cauſa: & pauperes quotidie grauantur pro vſuris & intereſſe,& nullum aut modicum ipſi commodum ſentiunt, plures ſcimus vniuerſitates ex pondere ęris locupletes pauperiores euaſiſſe,vt ſancti Seuerij, Luceriæ, & aliarum.clypeo Regiæ curię armati curiam, & Regem,& villicos pauperrimos in multis lædunt & eorum ſedes non ſit niſi bannitorum, vilium & miſerabilium. ſæpe guidari petunt, & deſerunt Oppida & eorum poſſeſſiones: cum nequeant ordinaria curiæ onera, & alia exoluere, & pondere preſſi à loco aufugiunt. non ſunt audiendi, qui talia offerunt curię: quia ſit deterior conditio Regis, & non melior. prouentus deſeruiunt officiali, & raró aut nunquam veniunt ad fiſcum.conferre vni officium quolibet anno,non eſt lucrum facere, de quo digna eſſet habenda ratio.

* Fuit quęſitum à me, an ſi emitur terra, in qua habitant Sclauones & Albaneuſes in domibus luteis vel ligneis,& pro eorum voluntatis arbitrio recedunt,& modò huc,modò illuc ſe transferunt, & habentur vt vagabundi,fiat contributio à vaſallis? Iſta quæſtio eſt de facto cũ vniuerſitate Alexani: quia Illuſtr. Principiſſa Molfittæ emit ciuitatem Caſtellanam,in qua non ſunt vaſalli, eſt iamdiu inhabitata. Verba conſtitutionis non conueniunt, & quæ ſupra deduximus pro illius interpretatione faciunt pro vaſallis: iſti non ſubeunt munera l.eſt verum C.de incolis: habentur potius vt aduenæ & peregrini ſecũdùm gl.in l.pupillus §. incola. de ver. ſignif. de his,qui vagantur, lex non curat l. quod niſi. de oper. liber. Regia Camera habet eos pro extraordinarijs focularibus: lex Regni rigoroſa eſt,ſtrictè capi debet: ſubuentio etiam ſit fauore illorum vaſallorum, ne ipſi in plus grauentur pro ſeruitijs. Antonius genitor meus recolendę memoriæ ſcriptum reliquit in c. primo quis dicatur dux,fuiſſe deciſum in camera preſtari adhoa: vt pro feudo habitato, ſi tempore impoſitionis habitant Græci, Albanenſes, vel Sclauones habitantes in palearijs. & in cauſa Illuſtr. don Ferdinandi de Aragonia pro terra montis Milonis: & pro domino Nicolao Maria Caracciolo pro monte Geruaſio ſecundùm Dominum Iacobum de Gello in ſuo tractatu poſita eſt 10.q. *

27 Hęc ſubuentio pro terra † emenda ſemel debetur domino, pro vna vice tantùm, tex. dicit in d.conſtitu.quæ ſumpſit normam à viris prudentibus,qui eam ſic ſunt interpretati, vt per doct.in locis ſupra allegatis. ſed in hac emptione terrę,dum vaſalli contribuunt,dominus non debet eſſe in lucro,& vltra prætium,quod ipſe exburſat. pone dominum emere terram vnã pro ducatis mille, & pro numero vaſallorum ſuorum ad rationem carlenorum quinque pro quolibet foculari quæ eſt medietas collectę generalis in Regno,deberentur ei duomilia ducatorũ. eſt vnus potens dominus Princeps Biſiniani,Hoſtiliani,aut Dux Amalphiæ: ſubuentio non debet eſſe ad illam rationem. ſed reduci ad ratam prætij.vt in l.fin.C. quemadmodum ciuilia munera.lib.10.& in l.omnes prouinciarum C. de operibus publicis.& videtur caſus in c.quia plerique,de immun.eccleſiarum, & in capitulo ea quæ,de cenſib. Caſſaneus in dicto loco allegat Cremam ſingolari ſuo.166.incip.redimens.qui mouetur authoritate gloſſ.in l.1.C. de epiſ. audien. Bal.exclamat ibi, & adducit text.in l.fi. C. de captiuis & poſtli. reuerſis, vbi non poteſt maior talea, ſeu ſumma imponi captiuo per redimẽtem, quàm ea quæ fuit pro redemptione exoluta idem tenuit dominus Petrus de Antibol. in dicto

cto

cto tracta. §. 2. in fine. videretur quodammodo dominus eſſe in lucro, cum nihil expendens de ſuo habeat terram & pecuniā. tex. loquitur pro terra emenda: ergo quatenus neceſſe eſt pro ipſa acquirenda, & non vltra. ſicuti ſi legaretur pro monumēto conſtruendo, ar. l. in teſtament. ideo dicit ibi, plus extorquent à ſubditis, quàm ſoluāt: & in eorum damnis lucra ſectantes. & forte etiā ipſe dominus teneretur contribuere arbitrio boni viri, poſtquàm non reperitur hic caſus prouiſus in ſpecie: quia dum tex. loquitur de adiutorio domino præſtando, aduertit dominum etiam de ſuo erogaturum. quando autem ſubuentio eſſet vel vltra, vel iuxta pretium exoluendum, non dicit. ex æquitate legis debet ſubuentio moderari, in qua moderatione etiam dominus contribuat argumen. l. huiuſmodi. §. ſi Titio, de lega. 1. in hoc faciet partem, vt per Oldr. conſilio 123. quidam Pontius. & in l. Plautius, de condi. & demonſtratio. habet dominus in hoc cauſam lucratiuam. & non oneroſam. ipſe idem ſibi ipſi contribuant pro terra emenda, ſi pro prima emptione non ſoluiſſent, quatenus eſt rata medietatis ſubuentionis prædictæ: quia minus eſſet in pretio, quàm in ſubuentione. nam ſi dominus emeret aliam terram, tenerentur ipſi ſupplere vſq; ad concurrentem ſummam debitam pro quolibet foculari: quia prima vice ſoluerunt vaſalli tarenum vnum pro foculari: ſecunda vice non præſtabunt integrum adiutorium, ſed ſupplere debent, ad quod tenebantur, ſi prima vice plus fuiſſet in pretio, quàm in ſubuentione, quia vaſalli non grauantur in plus quàm tenebantur, licet diuerſis vicibus ſoluant. vtile eſt eis faciendo particulares ſolutiones. recipiātis intereſt, vt in l. quidam æſtimauerunt, ſi certum petatur. Forte repugnare videtur litera dictę conſtitutionis ibi dum dicit, pro emenda terra, videlicet, ea tantùm vice cum eam emerit, ſiue ponatur illa dictio, videlicet, reſtrictiuè, vt in l. cum quidam, §. 1. de vſuris. Barto. in l. 1. ad l. aquili. ſiue declaratiuè. l. videlicet, ex quibus cauſis maior. & in §. nos autē, inſtitu. de attilano tutore. per primam emptionē finitum, & extinctum eſt onus vaſallorū. lex nona hoc dicit pro ea tantùm vice, ac ſi diceret ſolùm pro illa vice. §. 1. in fi. inſtitu. de inutil. ſtipula. & negatiuè ad alias vices. l. qui ſub prætextu. in fi. C. de ſacroſan. eccle. & in l. rationes, de probatio. C. & gratia limitandi. l. quod ſi cum exceptione. §. quòd ſi homo, de eo quod metus cauſa & arbitrio iudicis in hoc articulo debet reſtringi cum de onere tractemus, ar. capituli odia, de regulis iuris in 6. imputet ſibi dominus, cur emerit minore ſumma ſubuentionis debitæ. hoc eſt dubium, fieri debet contra eum interpretatio. argumen. l. veteribus. in fi. de pactis. Sat erit ei legem pro vna vice ſubuentionem præſtitiſſe, & ſi in paucis fuerit ſibi prouiſum. arg. l. tutori. C. de neg. geſtis. ſiue modicum ſit, ſiue magnum, ſemper eſt in lucro. potuit proſpicere hoc potuiſſe euenire, ar. l. ſi quis domum. §. fin. locati. ſibi ipſi damnum intulit: cum lex, vna tantùm vice ſuccurrat, quæ in prima conſumitur, vt in §. hoc ſermone. cogitandum tamen eſt.

28 Sæpe contingit quęſtio inter Dominum † & vaſallos, de numero ipſorum vaſallorum, quando ipſe petit ſubuentionem, quia ipſe dicit, vaſallos eſſe numero ducentos: illi verò dicunt eſſe centum in cataſto Cameræ, pro quibus ſoluunt focularia. Baro affirmat Regiam curiam fuiſſe deceptam in taxa focularioꝝum. & focos fuiſſe ab vniuerſitate & hominibus occultatos, dicit vniuerſitas, quòd illa taxa facit ius quò ad omnes, cum fuerit facta cum eo, quem principaliter tangit, & cauſa cognita per inquiſitionem factā, per Regiam curiam, ſolet quandoque Baroni concedi facultas probandi maiorem eſſe numerum focorum, pro quibus ipſe exigit ſubuentionem. quod non eſt niſi ſeminarium litis & odij, vt pro modica ſumma; quę deberetur, ſubueniatur, quod iam liquidatum eſt, ſi Regia curia iam tolerauit, & pro ea taxa percipit functiones, durum eſt litem ex hoc fieri.

Quid ſi aucta eſt vniuerſitas focorum, qui de nouo venerunt ad habitandum? Dicet Baro ſubuentionem pręſtari ab hominibus, & ſic a ſingulis ipſorum tarenos duos cum dimidio, non debetur ab vniuerſitate, & corpore ipſius collegij vniuerſitatis, ſed ab hominibus, qui repeniuntur habitare terram tempore, quo debetur adiutorium. eodem modo ſi poſt numerationem factā à curia foculares ſunt diminuti propter inuaſionem piratarum aut latronum, vel propter peſtē, eadem cenſura deberet exigi pro numero ipſorum, qui tunc reperiuntur facere incolatum inſpecto tempore impoſitionis, ſeu petitionis ipſius, eadem debet eſſe regula contrariorum, arg. l. ex mille. §. ſi totius. de euictio. & ex regula. l. fi. C. de ſolutio. allegans contrarium eius, quod non eſſet aliàs dicturus, non debet audiri, vel pone, vaſallos dicere, quòd illi, qui ſunt numerati, pro focularibus non debuerunt numerari, neq; poni pro focis. & quamuis contra curiam non poſſint, vel nolint deducere, cōtra Baronem obijciant, cuius cauſa eſt diuerſa, illud quod obſtaret cum curia, non obſtat cum Barone, quia alia perſona eſt, & ad alium finem, argument. l. cum de hoc quæritur, de excepti. rei iudicatæ. Regia curia non admittit contra ſe, non debet dominus eſſe oneroſus: & ex bono iſta ſunt pertractanda. vel pone vniuerſitatem fuiſſe poſitam in taxa pro focularibus mille, poſtea reducta eſt
29 ad vnum. Si † ſubuentio debetur ab hominibus ſingulariter, res eſt expedita. Si vt ab vniuer-
30 ſitate † & corpore collegij, ille vnus ſuſtineret onera omnium, licet in vno vel in duobus a principio vniuerſitas non conſtituatur, retinetur tamen in duobus vel in vno, per l. ſicut. §. in decurionibus, quod cuiuſque vniuerſi. nomine, & ibi Bar. Paul. de Caſt. & alij. ille ſolus pro omnibus, teneretur. aliàs fuit de facto in ſac. Conſilio cum vno Caſtro Aquilæ, in quo non remanſerat niſi vnus homo: & perijt beneficium in cauſa concedi, tanquam Caſtro vel vniuerſitati, cui ſolet concedi, licet ſit Oppidum, Caſale, vel Villa, ex no. in l. rempublicam. C. de iure reip. & in l. 1. eodem titulo, libro decimo, admiſit Conſilium, & beneficiū dedit in cauſa: quia illa vniuerſitas reti-

tinetur in eo ſolo, quamuis eſſet maior annorũ vigintiquinque, conſiderata aptitudine, quòd ex eo poſſit vniuerſitas hominum prouenire, argumen. l. vendicatio. & ibi Bart. & Albericus de rei vendic. vel ſi in vniuerſitate eſſent aliqui pauperes, qui non poſſent ſoluere. hoc eſt munus legale iniunctum perſonis, vaſallis, ſeu hominib. erat oppreſſio in perſonis, & angaria irrationabilis, alius pro alio non debet prægrauari. Si bonis imponitur, pauper non cogitur, quia non habet in ære. l. 2. C. de mune. patri. & in rubr. latrones ipſe non timet, mures, nec fures. l. itaque fullo. de furtis. & l. non poteſt videri, de regulis iuris. harum dubitationum obſeruãtia optima eſt interpres. l. ſi de interpreta. de legibus, cum l. ſequen. & bona eſt coniectura, quæ ex conſuetudine ſumitur, not. in l. pedienlis. ff. de auro, & argẽto legato. Nota quòd lex Guilielmi de hominibus loquitur: Carolus ſecundus de vaſallis, & idem Honorius Papa. ipſi ſunt, qui tenentur ad adiutorium.

31 Si † aliqui veniſſent ad habitandum in terra Domini, non cogerentur ſoluere: quia vaſalli non ſunt, neque homines, ſed tantummodo habitantes, de quibus non loquitur lex Regni, quãuis ad alia onera tenerentur. hoc eſſet ex regula iuris cõmunis: cum illud onus ſit vniuerſale, & omnes reſpicit. omnes contribuunt ad id, quod pro omnium ſalute eſt inſtitutum, capitulo peruenit, de immun. eccle. & in capitulo in ſingulis. §. primo, de ſtatu. mona. venientes ad habitandum non tenentur. l. prouidendum. C. de decurionibus. quia non eſt onus vniuerſitati impoſitum, ſed hominibus vaſallis. licet quò ad quid poſſent dici ſubditi, donec habitant. eis recedentibus, nulla datur actio contra eos. ſecus in his, qui iure communi tenentur, not. gl. in l. incola, ad municipales, arg. l. ſiquis poſtea, de iudicijs. & in capitulo fi. de fur. comp. Dom. Iaco. Rebuffus in l. prima. C. de priuilegijs corporatorum Vrbis Romæ, libro 11.

Qua autem pœna puniatur de iure communi ille, qui occultat focos Regios, tempore quo per Regiam Curiam fit numeratio, vel vtitur calliditate, & mendacio affirmando minorem numerũ focorum, vide dominum Iacobum Rebuffum, in l. ſi peræquatore. C. de cenſibus, & cenſitoribus, libro vndecimo. & ſi debeant duplicari pro ſubtractis & celatis. in l. cancellarios, in fine. C. de aſſeſſoribus. textus in dicta l. quamplurimum grauat vaſallos ad ſubueniendum Domino pro terra emenda, vbi ſeruitium eſt Regis, vel ſui exercitus. iſta videtur eſſe ratio: quia in illa lege exprimitur, ergo vbi Rex non haberet pro hac emptione ſeruitium, neque ſui exercitus: cum illa non præbeat aliquod commodum Regi, vel ſuo exercitui, non deberetur. adiutorium in Regno præſtatur indiſtinctè pro quacunque emptione, etiam ſi Dux vel Princeps venderet terram nobili vel ruſtico, vel contra Miles, vel ruſticus venderet illuſtriſſi. Domino, poteſt exinde aliquo tempore eſſe ſeruitium Regis, vel ſui exercitus. ex hac ratione nunquàm, vel rarò adiutorium deberetur. conſuetudo in Regno interpretata eſt legem, etiam vbi nõ fit Regi aut ſuo exercitui ſeruitium.

32 Lex Guilielmi prouidet † ſubuentionem ſemel præſtari Domino pro emenda terra. quid ſi patri eſt datum adiutorium pro terra emenda, eo defuncto ſucceſſit filius in eadem terra, qui vult emere aliam terram, an debeatur huic filio ſubuẽtio, vel debeat excludi ex perſona patris, cui fuit præſtitum adiutorium.

* Per ſacrum conſilium iunctis aulis fuit determinatum ſecundùm opinionem excellentis auctoris pro domino Ioanne Vincentio Loffredo contra vniuerſitatem Mõtiſani, Bozauotra actuarius, & in alia cauſa Illuſtr. Ducis Grauinæ cum vniuerſitate Spinazolæ 1557. 14. Iulij fuit pronunciatum idem, referẽte domino de Rubeis, quod filio hæredi debeatur ſubuentio pro noua emptione facta, petebat ſubuentionem Duciſſa pro emptione terræ vallati. *

De hac quæſtione dixi in differentijs feudorum ex pacto, differentia tertia. & Affinis meus in dicta conſtitutione quamplurium, dixit hãc quæſtionem non eſſe tactam à Doctoribus. eam poſuit dominus Petrus de Anibol. in dicto tractatu. §. ſecundo, verſiculo quid in tali quæſtione, numero 73. Ipſe verò diſtinguit inter feudũ hæreditarium, & feudum ex pacto: vt primo caſu filius hæres non poſſit. ſecundo autem caſu ſic videtur, quòd ille, qui habuit ſubuentionem emendo Terram, extinguat ius omnium ſucceſſorum in feudo: nam cum dixerit vna vice præſtari adiutorium pro terra emenda: cenſetur hoc eſſe clarum ex certa determinatione. verba ſic ſunt intelligenda, prout ſonant. l. vxori. §. vxori, & l. non aliter, de legatis tertio. Domino vna vice lex præſtat adiutorium, & ſic feudo. idẽ eſt feudum, licet mutauerit ſucceſſorem, argum. capituli ſi gratiosè, de reſcriptis, in ſexto. hæc præſtatio fit dignitati, quæ non moritur, & ſemper eſt eadem, niſi Dominus eam abrogauerit. vna vice mandat ſubueniri: ergo ea præſtita primo Domino ſubditi vlterius non tenentur. lex videtur aperta, & non videtur interpretationem admittere. in dubio ſic teneri debet, ne ſeruitus perpetua videatur impoſita: ſed in modico oneraſſe ſubditos pro vna vice, vt ait Seneca de remedio aduerſæ fortunæ, nil graue eſt, quod ſemel eſt. hæc ſubuentio præſtatur dignitati, non perſonis ex genere, vel poſſeſſoribus dignitatis; & vna vice tantùm. non debet extendi ad diuerſas perſonas ſuccedentes in dignitate in poſterum, cum limitatè ſit conceſſa. & ideo expreſſit pro vna vice, vt tolleret obſtaculum eorum, quæ dicuntur in capitulo quoniam Abbas, de officio delegati. vel ſi forte eſſet dubium, fauendum eſt libertati, vt in regula iuris. pro dominis facis text. dictæ l. quamplurium, vbi Comitibus, Baronibus, & Militibus occurrens, ne ſubditos opprimant, Dominis prouidet præſtari adiutoria. quicunque ergo eſt Dominus habet ſubuentiones. dignitati datur ſubuentio, quæ tenetur per dominum illius, ergo realis eſt, argumen. tex. in l. annua. §. a Titia, de annuis legatis, quam allegat Andreas in capitulo primo, de ſucceſſione feudi: & in l.

filio

filio, de conditio. & demonſtratio. & in l. penul. C. de iure deliberandi. ſi per vnicam præſtationē ſubditi liberati eſſent, perſonalis videretur ſubuentio, arg. l. ciuibus, de rebus dubijs, & in l. procuratoris. §. ſi plures, de tributoria. & in authen. licentiam. C. de epiſcopis & clericis. omnibus ſucceſſoribus datur. l. ætatem. §. fin. de cenſibus. l. ſi diutina. C. de exactor. tributorum. & in l. for dido rum. C. de excuſatione mu. lib. 10. & ibi dominus Iacobus Rebuffus. verbis eſſet lex impoſita, ſi vni Domino præſtando, alij percipere non poſſent. qui & ipſi Domini ſunt. illa præſtatio reſpicit etiam ſecundariò intereſſe Regium, vt habeat Baronem ſuum honorificum poſſeſſorem multarum terrarum, ex quibus fiat ipſi Regi ſeruitium, & ſuo exercitui, quando occurrerit. grauamen à lege eſt impoſitum hominibus pro dominis ipſorum. omnes qui futuri erunt homines ad id tenentur, & qui futuri erunt Domini, illud exigent, arg. l. ſi ſeruitus, ſecundo reſponſo ff. de ſeruitut. vrbanorum prædiorum. & ibi de ſeruitute luminum dicitur, quæ futuris etiam luminibus cenſetur impoſita. ſit denominatio dignitatis feudi. quilibet nouus Dominus debet hoc conſequi pro titulo dignitatis, argum. l. ſi ſeruus communis, de ſtipula. ſeruorum: & in l. ita liber. §. ſi patres. ff. de ſtatuliberis. & in l. turpia. §. final. de lega. primo. & notatur in dicto capitulo quoniam Abbas. locutio eſt indefinita pro Dominis: æquipollet vniuerſali, argumen. l. primæ. §. cum vrbem, de officio præfecti vrbis. & in l. 1. §. optamus. C. de officio præfecti prætorio. ſi hoc eſſet verum, difformiter lex prouideret. hoc caſu dixiſſet expreſſè. voluit prouidere omnibus, qui domini futuri eſſent pluraliter, in alijs caſibus ſingulariter tantùm pro vna vice; dum terram emūt & hic eſt intellectus illius literæ. alia erat ratio. In caſu expreſſo per dominum Petrum de Antibolo in dicto loco, quæ hic ceſſat, & diuerſa eſt, & fortiter in ſuo caſu, nec refert ſucceſſor in feudo hæres ſit primi acquirentis, vel iure ſuo capiat terram: vt quia feudum erat ex pacto & prouidentia, ut Affinis meus conſiderabat. Domino terræ, ac hominum Rex proſpicit. Vtrum hæres ſit vel non, ipſe non diſtinguit. ſufficit eum hominum eſſe dominum, factum patris, vel defuncti, in hoc non obeſt ſucceſſori. etiam hæredi: cum ipſe exigendo adiutorium à vaſallis non egerit quicquam ſuo nomine, ſed nomine feudi, ac iure legali percepit. lex illi dedit, ipſe percepit. neque id agit iure priuati ex contractu uel quaſi, ſed legis beneficio vtitur, quæ ad ius priuatum non refertur, ſed ad publicam vtilitatem pro honore Baronis ſui ſubditi augendo. non cohæret hoc cauſæ hæreditariæ, non dicitur filius ſucceſſor patris, quia cauſam hæreditariam non concernit: ſecundùm Carolum Ruinum conſilio 163. numero quinto, primo volumine, allegat Bartol. in authentic. poſt fratres. C. de ſuis & legitimis. ibi Barto. ſentit de ſucceſſione in locum, & in conſilio ſexageſimoprimo, in quarto volumine, hoc habet a lege ſucceſſor, ſiue ſit filius ſiue alius hæres in feudo, & in hæreditate defuncti, incolume ſibi remanet. argument. l. ter-

tiæ. ff. de inter. & releg. & in l. ſi arrogator. §. primo, de adoptio. nihil agit defunctus, neque quicquam ger t, propter quod excludatur hæres. exequitur ius legale, competens domino, vt domino. ipſe ſolus excluditur ex eadem lege. quę pro vna tantùm vice permittit. alij non excludun tur, etiam quod veniant ex iure & perſona defuncti, quia illa excluſio erat perſonalis illius tantùm domini. ſequeretur ex hoc, quòd ſi Baro, qui exigit ſubuentionem a vaſallis pro emenda terra, vendat terram alteri cum aſſenſu. non poſſet nouus hic dominus ſubuentionem petere quia obſtaret ſibi factum prædeceſſoris ſui a quo cauſam habet, per l. ſi a te. §. finali, de exceptione rei iudicatæ. quod obſtat authori, obſtat etiā ſucceſſoribus ſuis, per regulam iuris. cum non debeat eſſe melioris conditionis ſucceſſor, quàm author. & nemo plus iuris in alium poſſit transferre, quàm ipſe habet. ſi venditor peteret ſubuentionem, repelleretur: quia ipſe ſemel habuit. eodem modo repelli deberet emptor, qui eſt ſucceſſor terræ ex iure & ex voluntate venditoris, ex nota. per Andr. in capitulo ſi vaſallus, el ſecundo, ſi de feudo fuerit controuerſia, quarta columna. & in §. quid ergo. & tamen contrarium eſt verum: quia nouus dominus exigit à ſuis vaſallis adiutorium, cum ipſe non exegerit, ſed alius. & in hoc non gerit perſonam illius, licet ab eo cauſam habuerit in feudo. lex illi dat, priuatus non abſtulit. & hoc iure vtimur in Regno, vt nouus dominus petat ſubuentionem, quamuis venditor ſuus prędeceſſor habuerit. titulus hęreditarius non eſt ſufficiens ad excludendum eum a beneficio legis, quæ confert illi, vt extraneo, & vt cuilibet alteri, argumen. text. in l. debitor. §. finali, ad trebellianum. ibi, non quaſi hęres, ſed quaſi mater ex pacto accepit, nec occaſione hęreditatis, ſed errore ex pacto eam habuit. ille tex. eſt ſingularis ad multa. de quo plenè per dominum Andream Tiraquellum, de vtroque tatractu, folio 58. verſiculo, at multo magis, numero 46. cum ſequenti. & per Caſſaneum in conſuetudine Burgun. folio 332. numero 13. & per dominum Manſuerum eodem titulo. dominus Baſcus in repetirio. capituli volentes. Regni Siciliæ, folio mihi a penna. 17. dicit ipſe, filium hęredem reuocare feudum à patre alienatum ſoluto precio beneficio tex. cap. Titius, ſi de feudo fuerit controuerſia, nec illi nocet hæreditatis aditio, quia vt aliud venit beneficio dictę conſuetudinis feudalis, tex. in capitulo conſtitutus. de reſti. in integrum, idem videtur probare, de quo dixi in dicto §. Titius. ratio prędictorū iurium confert ad hunc articulum. alia deciſio eſſet dubitabilis in Regno, in quo non viget ius protomiſeos in feudis. Zaſius ſublimis doctor in epitomate feudali, parte nona, in titulo de alienatio. feudi. parum profuiſſet dominis illa lex in hoc Regno, in quo vt plurimùm feuda ſunt hęreditaria, ſi ex vna pręſtatione facta prędeceſſori domino alij excluderentur, ea eo quòd legitimè ſolutum eſt illi. præſtatio eſt vniuerſalis, & omnibus dominis prodeſt: quia omnes illi tenentur ad onera feudalia. hæc ſubuentio ſuble-

ua-

uamen eſt ab oneribus, quæ à dominis Regię curię exſoluuntor, cum in ploribus prægrauentur, in aliquo reuelari merentur, nec qualitas illa hæreditaria oberit, quæ nihil abſtulit. & ſi concurreret eum dignitate feudi, hoc caſu illa præualeret, quia prodeſt pluribus, & reipub. lex ſi Rufinus. C. de teſtamen. milita. non procederet. non debet dominus hæres, ſeu ſucceſſor excludi ab eo, quod lex illi conceſſit pro ſua dignitate aut conſeruanda, aut augenda, pro qua honorificentius Regem adiuuabit. poſſet tamen Baro ſubuentionem remittere vaſallis ſuis: quia reſpicit ſuum commodum, lex principaliter ſui fauore introducta eſt. præteritam dico, aut præſentem, quæ deberetur: futuram ſine Regio aſſenſu forte non poſſet. quia eſſet liberare vaſallos ab onere feudali. nō licet remittere, per l. quę rebatur, de condictione ob cauſam: dixit Andreas in conſtitutione conſtitutionem diuæ memoriæ, in fine. feudum eſt in maiori valore propter ſubuentiones, quæ a vaſallis debentur. minus valeret propter talem remiſſionem, & fieret deterior conditio feudi. meliorem facere poteſt, deteriorem non, dixit idem Andreas in dicta l. Imperialem, columna ſeptima. & ſi remitteret Baro, idem reuocaret: quia alienatio eſſet illegitima. poſſet tamen conſuetudine immemorabili fieri, ne vaſalli ad ſubuentiones teneantur: cum poſſit à Rege hoc per priuilegiũ: vt in §. ductus aquæ. fuit à principio per vſurpationem introductum, & per auaritiam vſurpatum: multò fortius & legitimè tolli ab eo, qui habet ſuper hoc poteſtatem. idem poteſt Rex, quod & vetuſtas tanti temporis. ęquiparatur quò ad hoc expreſſum & pręſumptum, quod fauet naturę, & tollit iniquitatem aut temporum aut dominorum. hęc pars verior mihi videtur: vt cuicunque ſucceſſori tam ex titulo particulari inter viuos, quàm vniuerſali poſt mortem, etiam hęredi, tam in feudo, quàm in hæreditate defuncti ſubuentio debeatur. quicquid doctiſſimus Affinis & pater meus dixerit in dicta l. quamplurimum.

SVMMARIVM.

1 *Subuentio an debet præſtari à vaſallis dominæ dotanti filiam.*
2 *Conſtitutio, Quamplurium. loquitur in feudo; quod tenetur à maſculo, non autem à fęmina.*
3 *Filia ſuccedit matri in feudo materno ex pacto & prouidentia.*
4 *Onus feudi eſt maritare filiam, vel ſororem.*
5 *Feudatarius ſi non tenetur dotare, nec vaſalli tenentur adiutorium præſtare.*
6 *Fęmineus ſexus in regno eſt habilitatus ad feuda etiam titulata.*
7 *Adiutorium, quod præſtatur à vaſallis domino, non eſt in reditu, ſed extra rem percipitur.*
8 *Triplex qualitas dominij in muliere.*
9 *Lex nō reputatur crudelis contra vaſallos, quò certis caſibus ſubueniat dominis.*
10 *Feudum eſt homo mutus.*
11 *Subuentio debetur mulieri habenti dotarium ſuper feudo.*
12 *Lex imponens pœnam viro rapienti virginem, habet etiam locum in muliere rapiente iuuenem.*
13 *Paternum eſt officium filiæ maritum quęrere & dotem dare.*
14 *Subditi debent grauari in aliquo, ne in alijs opprimātur, & ne Domini feudorum veniant in paupertatem, & feuda diſtrahantur.*
15 *Mater dotando filiam in vita videtur præueniſſe de eo, quod filiæ erat debitum poſt eius mortem.*
16 *Refutatio feudi facta à patre filio tenet abſque aſſenſu, nam eſt præuentio in vita eius, quod habiturus erat in morte.*
17 *Mater dando dotem filiæ non dicitur liberalitatem exercere, quam poſt illius mortem erat habitura.*
18 *Matre mortua ſine maſculis relicta primogenita & alijs ſecundigenitis, an primogenitæ debeatur ſubuentio, dum dat dotem ſecundogenitæ.*
19 *Fauor Regis eſt ſoluere dotem; vt feudum ſit liberum, & vt liberum ad ſe reuertatur, ſi feudi ſucceſſio cadum aretur.*
20 *Filius fratris dans dotem amitæ poteſt petere ſubuentionem à vaſallis.*
21 *Mulieri tardè nubenti ſuſpecta eſt eius pudicitia.*
22 *Leue damnum in tempore non eſt damnum.*
23 *Subuentio non datur Domino pro filia maritanda ante duodecimum annum.*
24 *Conſtitutio loquens in patre: vt habeat ſubuentionem pro filia maritanda, habet etiam locum in fratre dotante ſororem.*
25 *Subuentio non datur à vaſallis pro filia naturali vel ſpuria maritanda.*
26 *Frater tenetur fratri pro militia ſua obtinenda à Rege, pro quo datur ſubuentio à vaſallis, & contradictio ex lege ſuper feudo.*
27 *Fœmina mutat ſexum beneficio legis, quæ facit eam maſculum.*
28 *Fœmina in regno ſubrogatur in locum maſculi, quando ſuccedit in feudo.*
29 *Nobilitas & pulchritudo eſt magna pars dotis.*
30 *Conſtitutio hæc habet locum tam in patre & in fratre, quàm etiam in matre propter bonum publicum.*
31 *Conſtitutio, Quamplurium, facta eſt in fauorem viuentium iure Francorum, & nobiliter.*
32 *Conſtitutio, Quàmplurium, etiam habet locum, ſi feudum peruenerit ad fœminam, quæ maritaret ſororem, vel filiam.*
33 *Fęmina in regno non eſt in omnibus habilitata ſicut maſculus.*
34 *Fœmina deficiente maſculo tenet locum maſculi in omnibus.*
35 *Bona illata domui, quare pro penſione cenſentur tacitè hypothecata.*
36 *Fœmineum ſexum virilem defendere iniurioſum eſt.*

Femi-

37 *Fœminæ potius oppreſſiones & grauamina patiuntur, quam inferant.*

38. *Fœminæ Longobardorum vſu & conſuetudine ad feuda primitus non admittebantur. & poſtea per legem Regni in defectum maſculorum ad ſuccedendum fuerunt habilitatæ.*

39 *Diſpoſitio legis non conuenit, vbi verba non conueniunt.*

40 *Conſtitutio Regni quamplurium, qua ratione fuit cõdita, & certis caſibus limitata.*

41 *Neceſſitas dominorum eſt occaſio opprimendi ſubditos.*

42 *Paternum & virile eſt officium virum quærere, nõ fœmineum, vel maternum.*

43. *Lex rigoroſa non eſt trahenda ad id, quod non expreſſit.*

44 *Vectigal nouum ſine iuſſu, & principis auctoritate imponi non poteſt.*

45 *Qualitas ſine ſubiecto conſiderari non poteſt.*

46. *In dubia pro vaſallis triplici ratione iudicandum eſt.*

47 *Interpretationes ad conſtitutionem regulæ quamplurium.*

48 *Subuentio non debetur matri pro dotanda filia: quia ex voluntate, & non ex neceſſitate dotat.*

49 *Subuẽtio debetur mulieri habẽti dotarium in terra feudali, ſi pro ea præſtat ſeruitium.*

50 *Lex pœnalis loquens in maſculo habet etiam locum in fœmina, ſi eſt eadem ratio, ſecus ſi diuerſa.*

51 *Fiſcus cogit debitorem ante diem detracto compendio medij temporis.*

52. *Subuentio non competit filio pro dote a matre data.*

53. *Subuentio non debetur patri maritanti filiam ante nubilem ętatem.*

54 *Lex nunquam duplex onus ſuſtinet in homine, niſi vbi certus eſt ſenſus.*

55 *Nobilitatis præmium eſt, habere ſubditos.*

56 *Subuentio debetur pro medietate in monacatu filiæ.*

57 *Subuentio non debetur matri pro dotanda ſorore, quando feudum eſt nouum.*

58 *Exequutio ſuper corpore feudi poteſt fieri, quando dos aut paragium ex lege regni debetur, ſecus ſi actione perſonali.*

59 *Fratres tenentes feudum iure Longobardo habent pro eorum rata integrum adiutorium.*

ADDITIO NOVA VSQVE
ad q. 17. Quæſtio prima.

1 SÆPE fui interrogatus, An † domino terræ dotanti filiam debeatur ſubuẽtio à vaſallis? Cum hæc quæſtio non repetiatur per ſacrum Conſilium deciſa, neque per Regiam Cameram determinata. Dominus Afflictus in dicta l. quamplurium. columna vodecima, in quinta dubitatione, eam quæſtionem tetigit & ibidem ſcribit
2 verba infraſcripta. videtur quòd non, † quia iſta conſtitutio loquitur in feudo, quod tenetur a maſculo, & non de feudo fœmineo: item quia mater non tenetur filiam dotare: vt in l. mater. C. de iure dotium, ergo nec vaſalli ad ſubſidium: idem firmat Specul. vbi ſupra, & Iacobi. ubi ſupra. Sed ego dicerem, quòd ſicut in feudo, in quo ſucceſſit maſculus, tenentur vaſalli ad ſubueniendum, quando maritat filiam, vel ſororem, ita dicendum quando feudum tranſit ad fœminam ex pacto & prouidentia de iure communi feudorum: vt in capitulo
3 primo, de ben. fœm. † filia ſuccedit matri in feudo materno ex pacto & prouidentia, ſecundùm Andr. in capitulo primo, §. & quia, de his qui in fend. dar. poſſ. vel quando ipſa ſuccedit propter non exiſtentiam maſculi, per conſtituti.
4 vt de ſucceſſionibus: quia † eſt onus feudi maritare filiam, vel ſororem; vt dicitur in conſtitutione, Comitibus, & in conſtitutione: vt de ſucceſſionibus. per Andr. ſed vbi non tenetur ad dotandum: quia feudum datum eſſet matri de nouo, & mater haberet ſororem, quam non tenetur dotare: vt in l. cum plures. C. de adminiſtratione tutorum, nec mater tenetur dotare filiam, niſi quando filia eſſet pauper, & mater diues, ſecundùm Cyn. in l. neque mater C.
5 de iure dotium, in † illis caſibus, in quibus non tenetur dotare, in illis non tenentur vaſalli ad adiutorium. *Hæc* Afflic.

Pro hac parte videtur primò, quòd hæc lex ſit generalis, & debet generaliter intelligi l. 1. §. generaliter, de lega. præſtan.

Secundò, non diſtinguit, an petens adiutorium ſit maſculus, vel fœmina nec nos diſtinguere debemus, lege de precio, de publiciana.

Tertiò, cui conueniunt verba legis, debet conuenire diſpoſitio legis, l. quarta §. toties. de dam. infect. verba autem dictæ legis loquuntur de domino, qui petit ſubuentionẽ a vaſallis, ergo & ei conueniet & adaptabitur proniſio legis: vt debeatur ſubuentio, cum congruat dominij ſubiectum erga vaſallos, & ſubditos, & ipſi vt vaſalli pareant, & obediant eidem veluti eorum dominæ, patet ibi ex textu litteræ. Statuimus dominos non niſi in ſubſcriptis caſibus ab hominibus eorum: etiam lex ipſa omnes includit, cum rubrum dictæ conſtitutionis dicat de adiutorijs exigendis ab hominibus, & nigrum de dominis indefinitè loquatur, non debet fieri ſeparatio propter ſexum: cum maſculinum concipiat fœmininum, vbi profertur à lege, & diuerſitatis ratio non eſt. l. ſi id quod. & ibi plenè notatur, de iuriſdictione omnium iudicum. & in l. prima, de verborum ſignificationib.

6 Quartò † ſexus fœmineus in Regno eſt habilitatus ad feuda etiam titulata deficien-

tibus maſculis : vt in lege Regni per Federicum
ædita, in aliqnibus, & in conſtitutione, vt
de ſucceſſionibus, & fœmina nihil differat à
maſculo, & omnia, quæ de maſculo ſtatuun-
tur in feudis, babeant locum in fœmina : fir-
mat idem Afflict. in capitulo primo, §. hoc quo
que. in fin. columna, de ſucceſſione feud. non
debet eſſe deterioris conditionis maſculo: quia
ratio, nec cauſa ſubeſt, & forma vel conſuetudi
nis, vel inueſtituræ non repugnet: debet ipſa
exigere adiutorium in omnibus illis caſibus
expreſſis à lege : ſicut poſſet maſculus ab homi-
nibus ſuis.

7 Quintò † adiutorium, quod præſtatur à
vaſallis domino, non eſt in reditu, extra
rem percipitur, neque pro iſtis datur domino
Regi aliquid in taxa adhoamenti, vel releuij, vt
ſæpe dixi, & not. Andreas in dicta lege quamplu
rium, magis præſtatur ex quadam charitate: vt
ſubueniatur neceſſitati domini: vt Guilielmus
Rex in eadem lege exprimit, ibi. Comites, Ba-
rones, & milites in neceſſitatibus eius &c. in
8 † muliere concurrit triplex qualitas, dominij in
ſubditis, neceſſitas pro dote filiæ, & miſera-
rio ſexus, dum paternum explet officium : vi-
rum quærere pro filia graua eſt munus, & dif-
ficulter & rarò congruum, & cæteris paribus ido
neum adinuenire credit.

Sextò, hęc conſtitutio fauorabilis videtur eſ-
ſe hominibus, & vaſallis Baronis, ex quo per
ſtringit, taxa: & moderatur adiutoria dominis
præſtanda, qui immoderata pro voluntatis
arbitrio exigebant, & a vaſallis extorquebant:
in hoc releuantur a duritia dominorum, dum
certi caſus exprimuntur, quibus ſubueniant
dominis. ibi, volentes igitur tam durè ſubiecto
rum noſtrorum oppreſſioni miſericorditer pro
uidere: ratio expreſſa eſt pro vaſallis, ex qua
conditoris intentio colligitur, lege finali. §. pri-
mo, detur. & fac. igno. & in l. finali. de hęre. in-
ſtituen. in hoc fauet illis, dum prouidet etiam
dominis, & fauor videtur promiſcuus, argu-
ment. text. l. primæ, de bon. liber. & in lege
ſecunda. de oper. liber. vel ſit mixta prouiſio
legis nouellę, includitur domina ſub appella-
tione dominij, & fœmininum ſub maſculino
includatur, ex notat. per Bartol. & alios in di-
cta lege prima, & ibi per Moderniores, & in di
cta l. ſi quis id quod. Ratio eſt indifferens, &
tam maſculo, quàm fœminę congruit, ideo
maſculo debetur ſubuentio; quia dominus eſt
vaſallorum, pari iure debetur fœminæ : quia
habet dominium in ſubditos, & quamuis hæc
lex diui Guilielmi nouella ſit, & contra re-
gulas iuris communis, quòd alius teneatur ſol-
uere ęs alienum, ad quod neque tenetur pater
pro filio, frater pro fratre, nec vxor pro mari-
to, eſt hoc inrationabile, vt ſupra ſcripſi, & eſt
text. in capitulo licet. ſi de feud. fuer. contro. bo-
nus textus in l. tertia. C. de ſtatuis & imagi.
& ibi Ioannes Fabri loquens pro talea filiæ ma-
ritandę, ibi. expenſis proprijs ſtatuam colloca-
ri pręcipimus. Bald. in lege ex hoc iure. de iu-
ſtitia & iure, & in capitulo primo. §. ſimiliter.
de capitu. Corrad. & in capitulo conquerente.
in fine, de officio ordin.

In materia etiam correctoria venit fœmina
ſecundùm gloſſam iuncto text. in l. Gallus. in
verſiculo neptis, de liberis & poſthumis, de quo
per Moderniores in dictis locis : venit etiam in
pœnalibus : cum ſubiecta materia vtrique ſexui
conueniat. l. ait diuus. de iure fiſci. l. ſi quis in tan
tum. C. vnde vi. gloſſa eſt in lege cum propo-
nas ſi. C. de tranſacti. non videtur irrationale o-
9 dium contra ſubditum, neque † crudelis lex
contra vaſallum, quòd certis caſibus ſubueniat
domino ſuo, ſiue ſit homo, ſiue mulier: & iuſta
& rationabili cauſa condita fuit hęc lex per di-
uum Guilielmum, ad omnes ſe extendit ſine diſcri
mine ſexus, vel ętatis: vt per Modernos in lege
prima de regulis iuris, neque reperitur in ſpecie
mulierem in hoc eſſe deterioris conditionis,
quę ſoleat eſſe in multis, per l. in multis : eodem
10 titulo, gerit ipſa in hoc vicem hominis † cum
feudum ſit homo mutus; vt dicit glo. in l. conſue-
tudinem. & dixi tertio libro ſubfeudorū, in pri-
ma formula inueſtiturarum, repręſentat Regem
concedentem feudum, vel legem habilitantem
ſexum ad feuda etiam titulata: lex fingit eſſe ma
ſculum: cum deficit maſculus, in omnibus eſt
loco maſculi : cum non repęriatur prouiſum
contrarium.

Septimò facit regula l. ſecundùm naturam. de
regulis iuris, eum commoda ſequi, quem ſequū
tur incommoda : mulier pro feudo pręſtat ſer-
uitia, ſoluit adhoa, ſoluit releuia, & omnia one-
ra ſubit, quæ veniunt ex natura feudi, & ex le-
ge municipali, condecens debet eſſe : vt omnia
emolumenta percipiat, quæ ex lege Regni do-
minis deferuntur.

Octauò videtur pro hoc, quod ſcribit Barto.
de Capua in eadem lege quamplurium. Mulie-
11 ri † habenti dotarium ſuper feudo deberi ſub
uentionem, & tamen non habet in feudo ius
plenum & formatum ſed reuocabile, quanto for-
tius debet pręſtari ei, qui habet vtile dominium
iure ſuo ex prouidentia legis, vel beneficio con-
cedentis, melioris eſſet conditionis vera & per
petua domina, quod non eſt dicendum; licet in
dotario plus habeat iuris quàm vſufructuarius,
idem Andr. firmat, & poſt eum Moderni in di-
cta l. & Bartol. de Capua in l. licentiam. eodem
libro.

Nonò facit. gloſſ. in l. tale pactum. §. qui pro-
uocauit. de pact. quando aliquid eſt omiſſum,
quod pariter eſſet prouiſum; ſi fuiſſet conditor
de eodem interrogatus, debet haberi pro proui
ſo & expreſſo, & illam gloſſam dicunt ſingula-
rem, & Moderniores ibidem declarant proce-
dere in omni materia etiam rigoroſa, vt per Cur-
tium ſeniorem conſi. 49.

Diuus Guilielmus expreſſit, deberi ſub-
uentionem matri, quæ dotat filiam, ſicut pa-
ter ea ratione : quia eſt domina vaſallorum,
ſicut

ſicut patri, nec poteſt diuerſitatis ratio reddi, idem ius ſtatuiſſet. lege finali. de calumnia.

Decimò facit, quod dicit glo. ſingu. l. 1. C. de
12 rap. virg. quòd † lex illa imponit pœnam viro rapienti virginem, habet etiam locum in muliere rapiente iuuenem, quia lex loquitur de viro gratiam maioris frequentiæ, frequentius viri rapiunt mulieres quàm è contra, non ex hoc prouiſio legis vel hominis redditur perſonalis, gloſſa eſt ſimilis in capitulo primo, de confeſſis, & in suc. caſſa. de ſacroſanctis eccleſijs, & ſcripſi in libro feudorum, car.
13 Paternum † eſt officium filiæ maritum quærere. lege quęro. de iure dotium, & dotem dare. lege finali, de dot. promiſſ. expreſſit Guilielmus conditor in domino, & ſic in patre, quia generaliter eius eſt munus & non matris. lege qui liberos. de rit. nupt. ratò vel nunquàm mater dando dotem pro filia, lex ad hoc non adaptatur l. nam ad ea, de legibus. non cogitauit in ſpecie de matre, quę eſſet domina feudi, vel dicetur ſatis cogitaſſe condendo legem generalem, non ex vi comprehenſiua, ſed ex propria legis natura ac prouidentia expreſſiſſet, ſi fuiſſet interrogatus, pro cauſa haberi debet.

Vndecimò videtur pro hac parte conſideranda ratio aſſignata ibi ab Andrea & doctoribus, quòd in quantum ſtatuit illa conſtitutio, dari ſubuẽtionem certis caſibus, fuit æqua lex & non iniqua, nec debet reſtringi in caſibus non expreſſis, quia expreſſi ſunt, & ſtatutum eſt ſuper
14 eis. ſatis † videtur æquum & rationabile grauare ſubditos in aliquo, ne in alijs opprimantur, & ne domini feudorum veniant in paupertatem, ne feuda diſtrahantur, vel ſcindantur in plures, in hoc etiam domini intereſt: vt dixi in principio huius auctoritatis, eadem eſt ratio ſiue pater dat dotem pro filia, ſiue mater, poteſt in paupertatem deuenire, & feudum diſtrahi. Idem ius ſtatutum creditur: quia ſic ſtatuendum eſſet, ex regula l. illud. ad legem Aquiliam.

Duodecimò videtur probari ex ratione legis in aliquibus, ex qua ſtatuitur paragium ſorori ſuper bonis feudalibus, quibus excluditur a fratre: vt eadem ratio habeat locum in matre, ſuper cuius bonis filia poſt eius mortem habet
15 paragium † dotando in vita cenſetur præueniſſe de eo, quod filiæ erat debitum & neceſſarium exoluendum. l. cum quo. §. finali. ad legem falcidiam, & in l. prima. §. ſi parens. ſi quis à pa-
16 ren. fue. manum. ſicut in † patre dicitur refutante filio feudum, vt teneat ſine alio aſſenſu cum nihil aliud ſit, quàm præuentio in vita eius, quod erat habiturus in morte: vt per Andream in capitulo primo. §. & ſi libellum. de alienat. feud. pat. ibi, conſtitutio diuæ memorię, & in capitulo primo. §. donare. tertia columna, qualiter olim pote. feud. alie. erat immediate ſucceſſurus poſt mortem, dat pater in vita: vt per Andre. in capitulo primo. §. ſed & res. per quos fi[3] t inueſtitu. columna ſecunda, & ſi ſoluat pater filio legitimam in vita, quæ debita eſt, vel quaſi debita l. ſi quis legatum. in fine, ad legem Falcidiam, & in l. finali. de liberis agno. non dicetur pater donare, ſed ante debitum tempus ſoluere: vt diſcurit Aretinus conſilio ſecundo, prima columna, & conſilio decimoſeptimo, ſecunda columna, bonus eſt textus Pomponij in l. ſed ſi vir. §. quod vir vxori. de donation. inter virum & vxorem, vbi ſi maritus ſoluit vxori debitum in diem ante diem, non erit prohibita inter virum & vxorem, licet remittat vxori cõmodum temporis, quo pecuniam poterat retinere, quem text. dixit nota. Maynus in lege frater a fratre. columna penultima. de condictione indebiti: & Rodericus ſingularis doctor Hiſpanus in l. quoniam, in prioribus. folio duodecimo. C. de inofficioſo te-
17 ſtamento, non † cenſebitur mater liberalitatem exercere dando dotem filiæ, quæ poſt illius mortem erat, aut legitimam, aut (vt in Regno loquimur) paragium habitura: ea inuita videtur quodammodo cogitans futurum tempus coactè facere & non ex voluntate, argumento l. nouiſſimè. quod falſ. tutor. non videtur donare cum ex quadam occulta neceſſitate faciat. l. ſiquis pro vxore. de donation. inter virum & vxorem, & in l. rem legatam. de adimendis legatis. in hoc mater videtur miniſter, vel negotiorum geſtrix filij pro ipſo liberando a paragio debito tempore, quo erat ſucceſſurus.

Et ſi ponamus filiam remanſiſſe in capillo, & non fuiſſe in vita ſua nuptui traditam conditione ex lege ſuper bonis feudalibus habitura fuiſſet paragium: fratri tunc deberetur ſubuentio à vaſallis: quia ex neceſſitate hoc facit, & vt liberetur feudum a nexu legali. idem
18 † ſi mater mortua fuiſſet ſine maſculo & filiam reliquiſſet primogenitam, & alias ſecundogenitas, filiæ primogenitę deberetur ſubuentio: cum dat dotem ſecundò, vel tertiò genitę: cum ipſa ex neceſſitate faciat propter nexum legis Regni hoc iubentis: cum ipſas à ſucceſſione excludit, & propter ſolutionem dotium
19 de paragio liberatur feudum. in † hoc verſatur fauor domini Regis; vt feudum ſit liberum, & liberum ad ſe reuertatur abſque onere legali, aut propter culpam, aut caducitatem ſucceſſoris: hęc ratio colligitur ex dicta lege in aliquibus. & ex lege Comitibus. ibi, pro faciendo fratre milite, non minus quàm pro ſororibus maritandis occaſione eorum, quæ a communi patre frater maior habere dignoſcitur, ex debito teneatur: quæ lex licet loquatur in fratre & in maſculo, idem videtur, quando ſuccedit fœmina in toto feudo in viuentibus iure Francorum, quod clàrius colligitur ex verbis Andreæ in dicta lege, quam-
20 plurium, dum † tractat de filio fratris dantis dotem amitæ, an petat ſubuentionem a vaſallis, & concludit quòd ſic: cum ſit

A a 2 æquum

æquum, vt amitæ repulſæ a ſucceſſione feu-
di ſuccurrant vaſalli terræ feudalis, a qua
ipſa excluditur, & omnes idem ſequuntur,
& probari poteſt ex text. capituli Papę Ho-
norij: neque ex hoc vaſalli grauari videntur:
cum certum ſit, illos poſt mortem dominæ
teneri: modicum eſſet damnum, quod non
eſt in conſideratione l. ſcio. de reſtitution. in in
tegrum, l. reſcripta. C. de præcib. impe. offeren.
non debet tempus nuptiarum differri, aut pro-
pter longæuam ætatem matris, cuius mors poſ-
ſet aliquod grauamen afferre filiæ, vt quia ſit per
ſona grauis & notæ dignitatis, matrona egre-
gia, quæ cum maiori exiſtimatione, & mino-
re dote poſſit filiam nuptui tradere, vel ſi filia
ſit in ętate maior vltra annos viginti, quæ pro-
pter longiorem ætatem ſæpe ſolet iacturam pa-
21 ti † cum iunioribus expetentibus iuuenculas
& puellulas exquirunt magnopere, quare tam
tardius nubunt: ſuſpectam habent pudicitiam,
& floſculus formæ mœrore mulieris expetentis
virum facilius decidit, & graueſcente ætate ſæ
pe intercidit: aut ſi forte inuenit ſibi virum con
dignum in regno, aut extra regnum aliam ſibi
inducat vxorem. dum expectare non intendat
in tempus, neque alium ſit nobilem, diuitem
& potentem mater filiæ ſit virum allatura: pa-
res nuptiæ non tam faciliter coniunguntur, &
vbi magnatibus loquimur, quorum non eſt
copia, ſubtili ingenio rapiuntur ad nuptias. di
cant, qui experiuntur. Impium videretur diſ-
ferre has nuptias propter modicum adiuto-
rium, quod eſſet a vaſallis interim erogandum:
vt ſi forte non eſſent ad illud interim cogen-
22 di, donec mater viuit † leue damnum in tem-
pore non eſt damnum, dicta lege reſcripta: in-
tereſt reipublicæ puellas maritare, & rempu-
blicam liberis & nobilibus repleri hominibus,
lege prima, ſoluto matrimonio, lege ſecunda, de
iur. dotium, publica vtilitas priuatę præferen-
da eſt. l. actiones. §. Labeo. pro ſocio l. tertia,
C. de primipilo, libro vndecimo. nec dicant
poſſe interim matrem diſtrahere feudum &
tempore mortis non eſſe in hæreditate, & in-
terim ſoluiſſent, quod nullo modo debuiſſent,
& tractare oporteret ad repetitionem ipſius ob
defectum cauſæ: non eſt hoc ante oculos ver-
tendum: caſus namque & aduerſa fortuna con-
ſiderabilis non eſt, lege inter ſtipulantem. §. ſa-
cram. de verborum obligationibus, melius eſt
propter publicum fauorem ante tempus occur-
rere, quàm poſt vulneratam cauſam remedium
quærere. l. ſecunda, C. quando licet vnicuique
ſin. iudi. ſe vindi. Pone enim ex his nuptijs
matrem veteres alicuius in familia inimicitias
rumpere, amicitias copulare, & concordiam, ac
pacem inter ſeipſos componere ex neceſſaria
cauſa dicetur matrem filiam maritare & non
ex voluntate offerre dotem.

Et ſtrenuus iuriſperitus an dicat ex materno
munere hoc exequi, an ex paterno, cum filia
forte patrem non habet, vel ſi habet & inuti-
lem pauperem vel inopem: dicunt tamen ali-
23 qui, quòd † ſi pater ante duodecimum an-
num ſuam filiam maritaret, non poſſent in-
terim vaſalli cogi ad præſtandam ſubuentionem
ante perfectam ætatem non eſt matrimonium,
extra de deſponſa. impuberum, per totum: non
dum ceſſit, neque venit dies, ex qua oritur actio
& condictio ex lege ſecundùm terminos huius
conſtitutionis, & dixi in principio, pro declara-
tione illius, debetur ſub conditione, ante cuius
aduentum non agitur. §. ex conditionali. inſtitu
tion. de verborum obligationibus, nec in
hoc ſufficit voluntas, deſtinatio, ſeu ſponſa-
lia, nondum actus eſt perfectus. l. ſancimus. C.
de nupt.

Decimotertiò conſiderandum eſt aliquos con-
24 ſuluiſſe, quòd † conſtitutio loquens in patre: vt
habeat ſubuentionem pro filia maritanda, ven
dicet etiam locum in fratre dante dotem ſorori,
& quamuis alij teneant contrarium: quia con-
ſtitutio odioſa non debet de perſona ad perſo-
nam extendi: vt decidit Ioan. Fabri in §. ęquè
decimaquarta columna, de action. & officium
paternum eſt dotare filiam non autem frater-
num. l. cum plures. §. tutor. de adminiſtratione
tutorum, neque ſic aſtringitur frater ſicut pater
ſecundùm Bald. in l. finali, ſecunda columna, C.
de dot. promiſ. Moderniores diſtinctionis fœde-
re concordant, quòd prima opinio procedat
in ſorore, quæ propter fratrem excluditur, vt
in hoc caſu. ſecunda verò opinio procedit in
ea, quæ non habet partem in bonis feudalibus,
firmat hoc dominus Bartholomeus Caſſa. in
conſuetu. Burgun. in titulo, de iuſtitia. §. quar-
to, in verſiculo. item quęto. & ibi dat rationem
diuerſitatis. Domini intereſt, ne feudum dimi-
nuatur propter dotem filiæ, quæ excluditur à
fratre, & illa ratio habet etiam locum in ſorore
quæ ſucceſſiſſet in feudo, niſi fuiſſet frater in
medio: matre mortua petet filia paragium ſu-
per feudo matris, quod ita eſt obnoxium con-
dictione ea lege: ſicuti feudum patris. vt ſupra di
xi, & omnes tenent in dicta lege in aliquibus. eſt
tamen portio valoris & non corporis tam in pa
tre quàm in matre, hoc determinaui aliàs, &
iudicatum vidi. niſi forte in ſubſidium, & ex
cauſa euitari debet hic circuitus, veluti inutilis.
l. cum fundus. §. ſeruum tuum imprudens. ſi
certum petatur. nota. Specul. in titulo, de ob-
ligatione & ſolutione, in rubrica, gloſſa in l. ea
quæ. C. de in integrum reſtitutione. minor. &
ibi Bartol. & in l. cum actom. tertia columna. C.
de tranſac. ſi filia poſt mortem matris nihil eſſet
habitura ſuper feudo ipſius, neque excluderetur
à fratre, poſſet dici, vaſallos matri non tene-
ri ad ſubuentionem: quia feudum erat liberum,
neq; in aliquo dñs Rex adiuuatur. ex hoc ſentit
Bal. in l. generaliter. §. cum autem C. de inſtitu-
25 tio. & ſubſtitutio. quòd † ideò pro filia natu-
rali vel ſpuria non datur ſubuentio patri, ex
quo talis filia non habet aliquam partem in bo-
nis patris, ſecundùm glo. in l. 1. in ver. naturales.
de

de bono. poſſeſſiu.contra tabulas, de quo plenè
per Boer.adducentem cotas,queſtione 127.pri-
mo libro.

Quartudecimò facit tex. in d.l. fratribus. q
26 † frater tenetur fratri pro militia ſua ubtinen-
da à Rege, pro qua habet ſubuentionem à va-
ſallis, vt ibi,& in d.l.quamplurium. Et pro illa
militia fratri datur conditio ex lege ſuper feu-
do: ideo præſtatur illa ſubuentio, ex quo feu-
dum liberat à nexu & obligatione legali,& feu-
dum redditur liberum,& remanet abſque one-
re: hęc eadem ratio militat in matre dante do-
tem pro filia, cui à filio, vel filia ſucceſſura in
feudo debetur portio feudi in ipſius valore, a
quo excluſa eſt a filio,vel a filia primogenita.hic
etiam eſt fauor & beneficium Domini, vt ſu-
pra dixi.

Quintodecimò adduci puterunt rationes pó
ſitę per Caſſaneum ſuper dicto conſilio car. 34.
& in conſilio 61.ſuper facto mihi propoſito: &
Aymo.Publicium gallicum ſuper conſuetudine
Almeniæ,in titulo de talleis, articulo 14. præ-
ſens vel futurum munus, quod pręſenti pecu-
nia tollitur, ſiue fiat a proprietario, vel vſu-
27 fructuario nihil refert. Ratio eſt, † quoniam
fœmina mutat ſexum beneficio legis,& fingit
eam maſculum: feudum agit, conuenitur, lo-
quitur,& patitur,feudo fertur ſententia,& con
tra feudum: vt dixi infra in principio tertij li-
bri, non refert, quæ ſit imago, ſed quę ſit ſub-
ſtantia rei,argumen.C.de lati. liber. tollen.l. 1.
§.cum enim. Extincta eſt conditio muliebris
vel beneficio l.communis Regni, aut ex proui-
dentia domini. Non eſt conſideranda qualitas
ſexus, ſed id,quod per ſexum repreſentatur.

Sextodecimò facit regula ſubrogati: vt ſa-
piat naturam eius, in locum cuius ſit ſubroga-
tio,l.eum qui,§.qui iniuriarum. ſi quis cautio.
28 not.in §. fuerat. de actio. Fœmina † in regno
ſubrugatur in locum maſculi, quando ſucce-
dit in feudo. vtetur igitur illis pręrogatiuis,qui
bus poterat maſculus. l. ſi quis ex corpore. C.
de murilegu. libro vndecimo,l.fin.C.de comit.
rei militar. hęc eſt ſubrogatio legis,& non ho-
minis voluntaria: vt ſcripſi primo libro in ad-
ditione, car. 9. maſculo debetur ſubuentio:
quia dominus,& illi ſubditi. Item quia fert
onera feudi. Item quia dando dotem filiæ li-
berat feudum a nexu, & remanet liberum, & vt
liberum poſſit redire ad dominum, quando ſuc
ceſſio feudi caducaretur: Item quia propter do
tem excluditur a portione feudi, & remanet to
tum aut integrum in perſona filij,aut filiæ ex-
cludentis ſororem: omnes hę rationes militant
in vtroque caſu, ſiue ſit pater, ſiue ſit mater,
quę ſubrogatur loco maſculi, & gerat officium
matris, eadem debet eſſe iuris regula & cenſura.

Decimoſeptimò ex dictis per doctorum, in
locis supra allegatis videtur, quòd hæc ſubuen
tio debeatur a ſubditis fauore etiam filiarum,
aut ſororum maritandarum, quia ex eo ſubſi-
dio citius maritantur, & nobiles mulieres dum
paribus nubunt, maioribus indigent dotibus.

l.quæro.de iure doti.ibi, & dignitate mulieris,
29 & ibi not.Bal. quando autem impatibus † no
bilitas & pulchritudo eſt magna pars dotis, gl.
in l.ſi voluntate.C. de dot. promiſ. & ibi Cyn.
Bal.& alij, hæc eadem condictio ex lege, quę
competit pro maritagio, videtur etiam compe
tere filiæ maritandæ, vt dicit Caſſaneus in præ-
dicto loco, aget ad ſubuentionem, vt facilius
nubat, & ducat virum diuitem, honorabilia
matrimonia honorabilem requirunt dotem,l.ſi
præſes,C.de donat. & glo. in c. nul nm. iuncto
text.30. quæſtione quinta.& ſine dote vxorem
ditare paribus iniuria eſt:poſſunt ſine dote,hoc
perraro eſt, fiunt non tam ob vitandam forni-
cationem,& ſobolem procreandam, quàm etiã
propter confederationem iniendam,amicitiam
contrahendam, inimicitias relaxandas ob pin-
gues dotes, & pulchritudinem mulierum, hæ
præcipuè cauſæ ſunt, quibus ducuntur ad nu-
ptias: præcipua eſt vi tam formæ,quàm dotis,vt
plenius pertractat Neuizanus in ſylua, & And.
in libello legum connubialium: verſatur in hoc
fauor duplex reipublicę & dotis, fortius opera-
tur quàm ſimplex fauor,argu.l. non ſolum,§.de
vno,de rit.nupti.& in l.tertia §.ſi eum. de libe.
homi. exhiben. ibi, pietas enim gemina efficit
30 etiam,ex † huc poſſet extendi hęc lex, vt ha-
beat locum tam in patre & in fratre,quàm etiam
in matre propter publicum bonum,& propter
conſeruandam pudicitiam mulierum.

31 Decimooctauò † hæc conſtitu.facta eſt in fa
uoré viuentium iure Francorum,& nobiliter vi
uentium, Cum hic caſus non repetiatur aliter
in Regno determinatus per prudentes viros re
petentes dictam l.quampluriumi, dicant matri
deberi ſubuentionem dotanti filiam, credendũ
eſt pro dignitate & auctoritate tanti viri hanc
partem eſſe tenendam, cum etiam tot fulciatur
rationibus, quas ſupra vlterius deduximus. Af-
flic.etiam in præallegato loco refert,& ſequitur
Caſſa.in dicta conſue.Burgun. in tit. de iuſtitia.
in ver.& quia in prędictis,in prima addi. re-
fertque etiam & ſequitur Afflic. Dominus Loſ-
fre.in paraſ.feud in titu.de pa.iur.fit. in §. item
ſacramenta puberum, in verſiculo quartu pro
32 hac parte.vbi dicit † conſtitutio.quampluriũ.
habere etiam locum, ſi feudum peruenit ad fœ-
minam, quæ maritaret ſororem vel filiam: &
hæc ſunt,quę potui pro mea tenuitate fracto in
genio pro hac parte,deducere.

Pro parte autem cõtraria hęc afferri poſſunt
in fauorem vaſallorum. Primo: quia ex cõmu-
ni ſenſu & interpretatione prudentum illa con
ſtitutio vendicat locum in patre,& non in ma-
tre, prout a doctoribus communiter receptum
eſt,& cùm ſit contra regulas iuris communis,di
ſpoſitiu loquens in patre non debet extendi ad
matrem, ex nota.per Bar.in l.1.§.1.ad Tertul.
eſt rigoroſa; eſt odioſa: cum contineat graua-
men vaſallorum, debet reſtringi infra limites
ſui ſermonis,ar.l.quicquid aſtringendæ. de ver.
obli.quia eſt hoc in ea l. omiſſum non debet ſu-
peraddi in aliorum pernitiem.

Secundò, quia illa lex ex vulgari communi
omnium ſenſu loquitur de maſculo maritante:
vt eſt in patre, aut fratre, non autem de fœmi-
na,& cum contiocat odium irretionale vaſallo-
rum oon extenditur de maſculo ad fœminam,ex
his, quæ notantur in d. l.ſi id quod.de iuris.om
nium iudic.

Tertiò,pro hec parte facit opinio Antonij de
Alex.relata per Afflic. capitulo primo. §. hoc
33 quoque.penulti.columne,de ſucceſ.feu.ꝙ † fœ-
mina in Regno oon eſt in omoibus hebilitata
ad feudum ſicut maſculus,ſed quò ad quid,ideo
fœmina non admittitur ad reuocandum feudũ
alienetom ſine aſſenſu. Illam tamen opinionem
impugnat Afflic. ibidem & Loffred.pleniſſimo
illo ſuo conſilio, prima columoa,numero 76.&
idem teneo, miror etiam de taoto viro huoc be-
buiſſe oculum, & intellectum ad conſti. reg. in
aliquibus,& aliam vt de ſucceſſio.nec ratio, oec
34 ſenſus, nec verba hoc patiuntur, & cum † de-
ficit maſculus, fœmina teoet locum maſculi, in
omnibus: etiam vbi tractat de excludendo ma-
ſculum per repręſentationem,de quo per And.
capitulo primo, prima columne, de eo qui ſibi
& hęredi. ſuis, & fuit ſæpe in Regoo hoc deter-
minatum: & primus Rex Ferdinandus Arago-
nẽ.io caſtris Coliani,Quſglietię & Senerchię in
fauorem Mettiæ de Senerchia filię primoge-
nitę quoodam Andreę relaſſato tantum caſtro
Senerchia propter nomen familię: Lex noua
noo diſtinguit, quando admittit fœminam ad
feuda, & eſſet quędam ſciſſura rei, & perſonę ve
luti monſtrum, dum quo ad quędam eſſet ma-
ſculus, & quò ad quędam eſſet fœmina:noo de-
bet eadem perſooa ratinoe einſdem rei diuerſo
iure cenſeri,argument.l.cum qui ædes.de vſuca.
Illa lex fuit gratioſa & conformis primeuo iuri,
& fortè traxit originem a communi forma prę-
cedentium inueſtiturarum, quę in defectum ma
ſculorum admittebant fœminas in omnibus bo-
nis defuncti tam feudalibus quàm burgeoſaticis
vt dicit gloſ.ibi. Ideo etiem in boois feudalibus,
quę teneotur ab alio ſiue in feudum, ſiue ad
canonem,ſine reditum ſuccedit beneficio dictę
conſtito. quia frequens erat hęc forma: Federi-
cus voluit pro lege generali hoc obſeruari, hoc
onn eſt incongruum: hęc eſt vera ratio.l.peoul-
timæ.C.de rei vxor.actio o.vbi lex fingit ſtipula-
rionem pro dote, & io l. item quia. §.finali, de
35 pact. obligari tacitè † booa illate domui pro
penſione cooſueta, erat pactio & obligatio, lex
ſuper eo ſtatuit. l. quod ſi oolit. §. quia aſſidua.
de ędilitio edicto,ſtatuit legem generalem, &
ibidem legitur, in beoeficium fœminarum non
per viam ęqualationis, aot ſimilitudiois, ſed
per viam verę, & omnimodę ſubrogationis,vt
ſoperius dixi.

Quartò, tenendo eam opioiooem, quòd feu
da origioem traxerunt a Romanis, de qua ple-
nius in prima parte operis:non eſſet fœminę
ſubueniendum: quia clientes erga patronos de
uoti a poteotioribus timentes opprimi inter
alia conuentionis fœdera dotem præſtare pro
eorum filiabus ſpoponderunt: vt Germani Mo
derniores ſcribunt in tracta. feudo. euctoritate
Alicarnaſſei, de qua ſupra meminimus: non e-
rant fœminę tunc clientum defenſores,aut bo-
minum protectores, iniuriolum † fuiſſet fœ-
mineum ſexum virilem defendere: in multis il-
larum conditio deterior ſemper fuit: regula in
multis, non eſt veriſimile ex ea imagine fœmi-
nis edittoria occurriſſe, de iure vaſalli non te-
nebantur ſubuenire pro nuptijs Domini, filiæ,
aut filiarum eius, & omnes affirmant, niſi ſit
conſuetudine vſurpatum: vt per Petrum Ra.
io cooſuet.Pictonum in titulo. de diſtinctione
iuriſdictiooum,in gloſſ.in verſic. quintò hic cõ
ſuetudo tranſit ad alia, folio nonageſimo, ſi
conſtitutio ſuperueoerit in Regno taxando gra
uamina & oppoſitiones Dominorum erga va-
ſallos, quæ oppreſſiſſent ſubditos. ſed maſcu-
los, illæ enim debilitate ſexus, ingenij, & intel-
lectus non fuiſſent talia auſuræ. l. quiſquis §.
primo, C.ad leg. Iul. Maieſtatis: mares hi e-
rant, qui taota & talia audiebaot contra ſubdi-
tos: de his illa lex eſt intelligeoda, non autem
37 de fœmellis, † quæ potius oppreſſiooes &
grauamina patiuotur, quam infereot.

Quintò ex ordine literæ dictæ legis apertius
hoc colligi poteſt. Fœminę Longobardorum
vſu inſpecto & conſuetudine recepta ad feuda
primitus admittebantur: & aliæ ſunt cauſæ, pro
pter quas feuda non habebant ex ſucceſſiooe: vt
in capitulo primo, de feud.fœmin. & in capitu-
lo primo, §.& quia. per Aodr. de his qui feud.
38 dar.poſſ. & per Sommiſtas io locis eorum. po-
ſtea † io defectum maſculorum fuerunt ad ſuc
cedendum habilitatę per legem Regoi, tempore
eorum admiſſionis Rex occurrerat graoamioi-
bus ſubditorum, noo potuit intellexiſſe de illis,
qui à principio oon erant habiles pro feudis, nõ
videtur propterea illius voluiſſe limitere graua
mine, quę oon commiſerant, nec ſuberat cauſa
cooſiderabilis potentiæ, aot dominij. Talia ſunt
ſubiecta, qualia prædicata demonſtraot. l. lega-
ta: de ſuppel.legat. l. quæſitom. de fund.inſtruct.
l. ſi ſeruus plurium. §. fioali. de legatis pri-
mo.

Sextò, facit eadem regula poſita pro parte
cootraria, quòd cui oon conueniunt verba legis
oeque conueniet diſpoſitio capituli indemoi-
tatibus. §. primo, de electiōn. io ſexto. ſed
39 † verba illius conſtitu. nullo modo conue-
niunt fœminæ: vt ex ea videre eſt: ergo nec di-
ſpoſitio ſubuētioois adaptari poteſt. verba enim
ſequentia illem legem declaraot. l. ſi ſeruus plu
rium. l. qui filiabus §. primo, de legatis primo,
expreſſit pro redimenda perſooa domioi, qui
forte ab inimicis domini Regis captus eſſet,
dum præſtaret ſeruitium: hęc verba ooo conue
niũt fœminæ, quę pſooaliter dñm oõ adiuuat, ne
que vadit ad exercitũ, ſed ſeruit per ſubſtitutũ,
aut præſtat adhoa io pecunia: quomodo voluit
illi ſubuenire, quæ periculum perſonale non
incurrit pro ſtatu domini Regis: illum vult ho-
norare, quem onerauit: & quem oon onerat,
non

non honorat.l.ab eo C.de fideicom.& in regula
iuris: expreſſit poſtea pro faciendo filio mili-
te: vt ſic illius peritiæ filius, cuius erat pater, &
paternum imitetur exemplum: vt in l.quiſquis
& ibi glo. C.ad leg.Iul. Maie. matri enim non
congruit, neque habet filius, in quo maternum
militare proſequatur exemplum: dedit ſubuen
tionem pro militia filij; vt a paterna dignitate
non denigret: vterque paratur ſit ad defenden-
dum dominum Regem, dum eſt in caſtris, & vi-
tam exponat pro ſeruitio domini. dixit poſtea
pro maritanda filia vel ſorore ex ea cauſa, quia
ſic erat conſuetum & ſolitum in vtraque præ-
tenſionem, non quòd ex ratione procedat du-
40 ra † ſubiectorum oppreſſio, fuit finalis ratio
legis condendę, vt certus & limitatus ſit modus,
quo vaſalli a domino opprimantur & nõ in om-
nibus pro voluntatis arbitrio. de muliere do-
mina non legitur talia auſiſſe, neque à vaſallis
Burgenſibus, neque à feudatarijs, non ſolent a-
lijs infeudare: Rex non intellexit de muliere:
vt emant terras pro ſeruitio ſuo, vel faciant ap-
paratum pro correcto exercitus tranſeuntis per
loca feudalia: omnia tendunt ad ſeruitium do-
mini, quod verè non cadit in fęmina: vt ex ver-
bis præfatis colligi poteſt mens Regis: vt ſub-
uentio pro filia maritanda patri detur, & nõ ma
tri: voces ſunt ſigna eorum, quę ſunt in anima
paſſionum notę, & quod verbis expreſſit, id cre
dimus primum voluiſſe in mente, l. Labeo. de
ſuppel.lega.

Septimò videtur ex eadem lege hoc percipi,
dum ſubuenit neceſſitatibus dominorum Co-
41 mitum, Baronum, & militum, † erat domino
rum neceſſitas occaſio opprimẽdi ſubditos: ma
ter autem non tenetur ex neceſſitate maritare fi
liam ſuam, & ſupra deduximus: patri munus
42 hoc incumbit, dicta l.quæro. † virum quærere
inter viros hoc virile eſt officium, & non fęmi-
neum, licet per alium hoc poſſit non eo officio
hoc perficiat, nullus amor vincit paternum. l.
iſti quidem. quod met.cau. volũtariè dicetur fa
cere: cum lex ad hoc matrem non aſtringit, nec
refert, quòd ad neceſſitatem deueniat, ſibi debet
imputari non ſubditis l.2.§.ſi quis, ſi quis cautio
& l.ſi fideiuſſor §.ſi neceſſaria.qui ſatiſ.cogan.&
in §.item tria.inſtitu.de excu.tutu.& in regu.dã
num.glo.eſt plena & ibi, Io.Andr.

Octauò, ſi omnes conſtitutiones ad hanc quę
ſtionem conferantur, nunquàm applicari ad il-
lam poterunt: cum de filia patris, aut domini
43 ſorore loquatur. non † eſt lex trahenda ad id,
quod non expreſſit: expreſſit de domino propter
rationes ſuperius aſſignatas, quæ rationes ceſ-
ſant in fœmina: & ſi idem voluiſſet in ea iam ex
preſſiſſet, neglexiſſe credendum eſt l. 1. §. cum
autem C.de cadu.tollen. cauſę expreſſæ ſunt, &
etiam perſonæ, quibus debeatur: non eſt ſuper
addenda alia, quę in rigoroſa oratione non in-
cluditur, l.qui Romæ, §.Callimacus. de ver.ob-
liga. hoc eſt omiſſum, remanet ſub regula iuris
antiqui: cum in ea non reperiatur immutatum
l.pręcipimus C.de appella.l. noua recipiet inter
pretationem ab antiqua, l.nam & poſteriores.de
legib.& in aut.offeratur C.de lit.conteſta. qua-
re mater debet habere adiutorium à Vaſallis,
quod nunquam neque per tyrannidem, neque
per conſuetudinem exegit, aut à volentibus fuit
oblatum, neque ante legem Gulielmi, neque
poſt: nouum eſſet grauamen lege non expreſſũ
44 † videretur nouum eſſe vectigal, ſine iuſſu, &
principis authoritate ſuperimponi non poſſet
ea regula communi. potuit enim Rex, quando
legem condidit taxando grauamina apertius lo-
qui, ſibi eſt imputandum, cum de ſuo tractat in
tereſſe l. veteribus de pact.

Nonò eorum, quæ nec fuerunt, nec ſunt nul-
læ ſunt partes, l.eius qui in prouincia. ſi cer. pet.
oportet primò aliquid extare: vt lex, vel homo
operetur l.quidam referunt. de iur.codicil. Non
entis non eſt extimatio, l. ſi ſeruum §. primo, de
45 actio.emp. non † poteſt conſiderari qualitas
ſine ſubiecto d.l.eius qui. vbi May. & in rub. de
actio. prima col. at cum nuſquàm appareat ma-
tri fuiſſe datum adiutorium pro maritanda filia.
non eſt, in quo fundari poſſit aliqua diſpoſitio
legis, quando pro matre eſſet aperta, cum aut
per non vſum fuerit abrogata, aut per contra-
rium vſum fuerit ſublata. ſępe legitur filias à
matribus eſſe dotatas, nec illis datas eſſe ſubuen
tiones, non enim eorum iura dimiſiſſent, ſi illis
fuiſſent debita, mulierum auariſſimum genus,
non eſt pręſumendum ſua iactaſſe l. cum de in-
debito. de proba. adhibita quatenus opus fuiſ-
ſet peritorum conſilio, aut ex longęuo temporũ
curſu hanc interpretationem recepiſſe, ne te-
neantur ſubditi, quod minimè immutandum
eſt, l. minimè. de legib. fuit in multis partibus
conſuetudo introducta pro patre, vt per Ho-
ſtien. Specula. Io. And. Imol. & alios recentiores
in eorum tractatibus & conſilijs: de matre au-
tem non apparet aliqua conſuetudo vetuſta, vel
recens, ideo matri non videtur eſſe ſubuenien-
dum, limitata cauſa limitatum producit effectũ.
l.in agris. de acqui.re. domi. quantum apparet
poſſeſſum, tantum intelligitur pręſcriptum l.1.
§. ſi quis interdictu.& ibi Bar. de itin. actuque
pri. Conſuetudo quò ad vnam perſonam, vel
cauſam non extenditur ad aliam, vt per Repe-
ten. in l. de quibus. de legib. & in l.2.C. quæ ſit
longa conſue. tantum habet de effectu, quan-
tum habet de cortice verborum, ſecundùm Bal.
conſ.126. pręmiſſis verbis ſtatuti. lib.5. & May.
in l.de quibus. de legib.

Decimò, videtur ſubditos non teneri à par-
tibus ſufficienter enumeratis. nam aut quęri-
mus, an lege aliqua diuina, canonica, ciuili, aut
imperiali ſubditi ad hanc ſubuentionem tenean
tur, & certum eſt quòd non, vt ſupra diximus,
etiam alleganti incumbit onus exhibẽdi, l.ei qui.
de proba. omnis tamen regula eſt pro vaſallis, &
contra dominum, an ex aliqua conſuetudine
generali vel particulari, & ſimiliter probanda
eſſet, quia conſiſtit in facto c.2. de conſue. in 6.
& facta non præſumuntur l.in bello §. factæ. de
capti. an verò prætendatur deberi per præfatã le
gem diui Gulielmi, & illa lex non loquitur de
matre: hoc non explicat, nec in indiuiduo, nec
in

loquens io maſculo habet etiam locum io fœ-
mina: quia verũ eſt, vbi adeſt eadẽ ratio, ſecus vbi
diuerſa, quod diſcutit idem Caſſa. io d. loco. fol.
40. poſt Sãdæum in c. de monialibus, de ſeoten.
excommunicatioo.

Vndecimò adductis pro alia parte reſponde
tur, quòd illa lex, & ſi æqua videatur, facta etiã
faoore domioi, non ideo debet extendi ad per-
ſonam non compreheoſam in lege: videretur
magis iniquitas alium opprimere ſine eius cul-
pa: ſi mater dotem dat, voluntariè hoc facit, pa
ter autem ex neceſſitate: ooo eſt eadem ratio
ſubueniendi ei, qui ſe ipſum ponit in laqueum,
ſicut ei, qui neceſſitate venit in paupertatem.

Duodecimò pro reſponſione conſiderandum
eſt, quòd mater dans dotem pro filia, ooo agit li
berare filium ſucceſſurum, aut feudum ab ali-
qoo paragij ooere, ſed maritum & dotẽ aſſigna-
re hoc priocipaliter inteodit, hoc inſpiciendum
eſt l. ſi quis nec cauſam, ſi cer. peta. gerit matris
voluntatem & non exercet officium fratris, nul
lo modo poſſet ſubueotiooem petere ex perſona
filij: ooo quia oo'o eſt dominus eo tempore, quo
dotem dat mater vt illius miniſter: noo quia nõ
exprimit ſe pro illo tradere, neque eſt certum
fratrem mortua matre futurum eſſe ſuperſtitem
hæredem, & feudum io hęreditate remanſorum
cum poſſit alienare io vita cum aſſeoſu Regis:
noo debent interim grauari vaſalli de eo quod
incertum eſt, ao ſuperfuturum ſit: interim non
ceſſit, oeque venit dies, non agit aote diem l. ce-
dere diem. de ver. ſigni. plus eſt in re ratione
temporis. §. plus aotem. ioſtitu. de actio. not. in l.
51 viaum. ſi cert. peta, ſpeciale † eſt in fiſco: vt
cogat debitorem ante diem detracto compẽdio
medij temporis. l. 1. C. de condictio. ex lege. In
muliere non reperitur hoc ius ſcriptum, præſer-
tim quòd dubium eſt, an vaſalli futuri ſint debi
tores, debemus hęrere regulæ ſicut Bononien-
ſes caroccio, ſecuodùm glo. in l. omois diffi-
52 nitio. ff. de reg. iu. neque † iſtud ius ſubuentio-
nis petendæ poſt mortem matris competeret fi-
lio ex perſona matris: cum illi oon dabatur l.
hæreditas. de regu. ior. ex perſona ſua non, quia
ipſe oon dedit dotem, neque ſuum patrimoniũ
eſt io aliquo diminutum. inſpicitur tempus, quo
dos datur, aut promittitur, qualitas verbo iũcta
regulatur ſecundùm tempus verbi, l. Titius. de
milita. teſta. l. in delictis §. ſi detracta de noxal.

Cætera obiecta honeſtatem quandam ſapiunt
noo cootioent nexum vaſallorum, coouenien
tia enim ſunt non neceſſaria, lex in aliquibus.
& lex Comitibus. loquuntur in caſibus expreſ-
ſis, & intelligenda ſunt iuxta tempus, quo de-
53 termioant, non aote † ſi pater maritaret filiam
ante ætatem nubilem, non haberet ſubuentio-
nem à vaſallis, quia noo eſt matrimoniom. §. 1.
inſtitu. de nupti: dos ſine matrimooio eſſe non
poteſt l. dotis appellatio. de iur. dot. verba legis
quamplurima. ſunt conditionalia pro mari-
tanda filia, ideſt, ſi maritabitur eo tempore, qoo
poteſt habere virum, non ante l. Titio centum §.
Titio generp. & ibi Bar. colum. 3. de coodit. &
demon. datur ſubuentio io ſubſidium dotis, oõ
poteſt dici verè dos, vbi matrimonium propter
ętatem perfici non poteſt l. ſtipulatione. de iur.
dot. dixi ſupra in hac parte auctoritatis, quod
plenius poſuit idem Caſſa. in dicto loco, in tit.
de iuſtitia, & idem Aymo in tit. de talleis, in glo.
in verſ. quando in primis, in fin. minimè etiam
deberetur matri. quando ſolueret pro filio ſuo
futuro hęrede, lex præſcripſit metam tempori
& perſonę, nõ poteſt ante tempus petere, quod
videtur conſtitutum quantum ad hoc fauore va
ſallorum, ne ante tempus aſtringantur ſoluere,
alteri per alterum, eo inuito, deterior conditio
fieri non poteſt, ex regula iuris. limitata cauſa li
mitatum producit effectum l. io agris, de acq. do
mi. poſſet cauſa reduci ad non cauſam, vt nihil
debeatur l. 1. & 2. de condi. ſin. ca. not. in c. 1. An
mutus, cęcus, vel ſurdus &c.

Illi, qui teneot dominæ vaſallorum maritan-
ti ſe ipſam non deberi adiutorium, inter alias eã
aſſigoaot ratiooem, quamuis pater eius, ſi mari-
taſſet, fuiſſet habiturus: quia pater non perijt,
dum viueret, iuxta illorum conſuetudinem, &
cauſa erat limitata & limitatum tempus, de qua
quæſtione ego oonnulla ſcribam infra, quando
pater donat in vita feudum, vel legitimam dat
præueniendo, non facit tertio præiudicium, cũ
noo iocidat in obligationem, & eodem modo
poſſet reſpooderi adductis in 13. argumento cõ
trario, tum propter diuerſitatem ratioois, tum
etiam quia tuoc circuitus vitandus eſt, quando
eſt inutilis quæſtio, in hoc caſu ambigi poteſt, tũ
etiam quia obligatio eſt certa, circulus autem
eſt faciẽdus pro effectu exequotionis eorũ, quæ
ſunt io obligatione deducta, at modo omoia
ſtãt in dubio, & nooeſt certum actionem omni
no competituram: vt in l. ſi Titius. de verb. ob-
ligatio. ſiue lex loqoens io patre habeat etiam
locum in fratre, ſiue non, quãdo excludit ipſam
à ſucceſſione booorum patris, erat tunc delata
hæreditas patri, quando petebat frater ſubuen-
tionem, & erat excluſio certa & extinguebatur
onos certum feudo impoſitom pro dote, aut pa
ragio, eorum opinio ſuſtineri poſſet, ſecus in ca-
ſu ooſtro, in quo etiam dubium eſt, an debea-
tur, & ex cuius perſona debeatur, debet fieri in
terpretatio ſecundùm ius commune. l. 2. C. de
noxa. & ad illud reduci in quantum poſſibile
eſt, ne minus lędat, capitulo cum dilectus. de con
ſuetu. eſſet addere grauamen grauamini & affli-
54 ctionẽ afflicto. l. diuus. de offic. pręſi. lex † nun
quàm duplex onus ſuſtioet in homine, niſi vbi
certus eſt ſeoſus, argum. l. fin. §. qui in vita. de
legat. 2.

Hoc etiam modo tollitur 13. argomentum l.
fratribus: vt in ſuis terminis intelligatur, qoan-
do frater ſucceſſerat patri in feudo, & erat ei
feudum delatum cum onere impoſito à lege Re
gni. erat certum & iodubitatum, erat etiam ta-
xatum & onus & emolumentum, per quod re-
leuatur dominus ab impenſa, & remaoet feodũ
liberom, fauor Regis verſatur, vt domious feu
di ſit ditior, ne veniat in paupertatem propter
debita

debita legalia: intereſt domini habere ſubditos locupletes: vt dicit glo. inſti. de bon. poſſeſſio. in principio.

Decimoquintò, conſiderationes adductæ per Caſſa. & Aymo. non bene applicari poſſunt ſecundùm terminos l. Quamplurium: ſiue de proprietario vel vſufructuario loquamur, vt ſupra diximus, procedunt iuxta conſuetudinem galli cam, quæ in hoc eſt difformis à lege Regni.

Decimoſextò minimè obſtaret argumentum ſubrogationis: quia ex forma legis non eſt in omnibus ſubrogatus ſexus fœmineus loco deficientis maſculi: in hoc ceſſant cauſæ & rationes nihil debetur ſeudo, neque aliquid patitur ſeudum: expreſſum facit ceſſare tacitū. l. precibus. C. de impu. & alijs ſubſt. not. And. in c. 1. §. huius autem generis. col. 2. ex quib. cau. feud. amit. vel onus ad præſens non reſpicit feudum: quia ma ter hoc voluntariè facit: onus non fert, qui munus tradit tempore, quo dotem aſſignat, nō eſt fauor domini, aut feudi. Et ex hac ratione tol litur, quod dictum eſt in arg.

Decimoſeptimò, quia fauor eſt filiæ præſtati à vaſallis ſubuentionem: vt citius nubat eo caſu, quo orta, & nata eſt conditio ex lege ad releuamen illius, qui ductus neceſſitate dat dotem. fa uore dotis permittuntur plurima, in quibus ipſa dos, & mulier ſingulari iure fulcita eſt: in alijs ſtabit ſub iure priuati, ſecundùm Saly. in l. fi. C. de pac. conuen. hic fauor non principaliter reſpicit mulierem, ſed patrem aut fratrem ſol uen tem dotem, venit in conſequentiam, quę à ſuo principali vires ſumit. ceſſante principali acceſſorium corruit, ex communi regula: clarum eſt eam legem conditam fuiſſe in fauorem Baronū, Comitum, & militum, qui ex dominio vaſallorum nobiles ſunt: vt per feudiſtas in prçludijs feudum contrahit paradogium ſecundùm And. in capitulo filij nati. ſi de feud. fue. contro. & in capitulo 1. de feud. marchię, propter homines, quibus præeſt & dominatur: vt in §. nos igitur in authentic. de defenſo. ciuita. Andr. in capitulo ſimiliter, de capit. qui cur. vend. nobilitatis

55 † præmium eſt habere ſubditos: vt in auth. vt Iudi. ſine quo. ſuffra. §. nolumus: nobiles vt patribus nubant, conſueuerunt dare ampliores dotes, & donare iocalia vxoribus tranſmiſſa ſecundùm Bal. in capitulo inrauit, de proba. & propter largas impenſas, quas faciunt, quando vxores ducunt, vel ipſarum filias, aut ſorores maritant: vt quotidie oculo cernimus, & ipſa experientia comprobatur, ideo voluit Rex ſubueni re: vt Carolus Illuſtr. Dux Calabrię Roberti primogenitus explicat in ſuo capitulo pro domino Nicolao Freccia meo anteceſſore Viceprothonotario, ac collaterali Conſiliario maritante ſuam ex filio neptem, mulieres non ſic ſolent, neque tantum audent: ſolet eſſe ipſarum genus miſerum & auarum, grandiloquas & illuſtres excipio quàmplures, & alias liberalitatem exercentes, plurima ſcribit Neuiza. in nupti. ſylua, & And. de legibus connubial. iſtis non cogitault Rex ſuccurrere, neque fauere, cum paruam dotem ſoleant aſſignare, & modicas expenſas pro corredo nuptiarum, & paucis diebus ſe expediant in tripudijs, & feſtiuitatibus, ſecus eſt in patre, qui etiam propter viri nobilitatem maiorem, & ampliorem dat dotem, l. cum poſt, §. gener. de iur. dot. l. quæro. eod. titu. & l. filię pater de lega. 3. & propter ſplendorem nuptiarum, ac generis nobilitatem grauiores ſolent eſſe patris aut fratris expenſæ: non eſt veriſimile pari modo voluiſſe vtrique ſubuenire, ceſſat lex ceſſante ratione legis, argu. c. cum ceſſante. de appel.

56 pro † filia autem monacanda debetur pro me dietate ſubuentio, quia minor eſt dos, & non concurrunt tot expenſę: Et quia ſic legimus ſtatutū in regno, ne pręmiſſis videatur contrariari. aliæ autem conſiderationes pro contrario ad ductę facerent pro hac parte.

Vltimò non obſtarent auctoritates illorum patrum Afflicti, Caſſanei, ac Loffredi, quia ex prædictis apparet reſponſum, neque Afflic. in eodem loco ſatis ſibi conſtat, neque audet hanc partem pro matre affirmare, dum ait. Sed ego dicerē, plura profert, de quorum veritate dubitari poteſt, dum affirmat, fœminam ex pacto & prouidentia matri in feudo ſuccedere, auctoritate And. in §. & quia. & hoc feudorum iur. ſuccedit quidem ex pacto, non quòd feudum propter hoc efficiatur ex pacto, ſed habilitata perſona ſecundùm naturā feudi feudum perduret in vno alteratum, quò ad alia retinet c. 1. de feud. non haben. pro. na. feu. & not. And. in d. §. huius generis, & alibi, facit lex ſi ſtipulatus. de vſur. & idem And. §. & quia. 4. col. quod forte eſt dubitandum in Regno, an beneficio legis ſuccedat, vt in d. l. in aliquibus, & d. l. vt de ſucceſſionibus, an ex forma inueſtiturę, cum potentius ſit commune ius, quàm ſingulare, vt in l. eius militis. §. mil itia miſſus. de milı. teſta. & forma ſumat exordium ab ipſa lege, quaſi id videatur expreſſum, quod eodem modo de iure ineſſet l. nō rectè. C. de fideiuſſo. non quòd munificentia ipſius principis concedenus habeat, vel vtroque modo, prout fœminę erit vtilius feudi natura nō

57 alterata, de quo aliàs. ponit † poſtea de matre habente feudum de nouo vt non teneatur dotare ſororem, feudum nouum nō habet agnatos, ideo onera agnatorum non agnoſcit, quò ad illos non eſt feudum, neque eis forma, aut ius fauet neque commune, vel ſpeciale, vt extranei prorſus habentur, nec inter illos eſt alienatio, de illis non loquitur rex. in c. 1. de alie. feu. pater. dominus non agnouit ipſos pro fidelibus quibus beneficia non contulit, non confidit his, quos non nouit. idem ſupra diximus de fratre acquirente feudum de nouo, vt vaſalli tunc non teneantur dare adiutorium, ſi de ſuo maritat ſororem, quæ nullum habebat ius in feudo, aut dotem, aut paragium, aut ſuccedendi ſpem, ex hac ratione impugnari poteſt diſtinctio Afflic. vt vaſalli contribuere teneantur, quando mater eſſet diues, filia verò pauper, cum tūc illam dotare teneantur, nam cum tale onus non ſit impoſitum a lege feudali, eſto ꝙ actio ſit cōtra

tra matrem, nihil tamen tangit ad feudum, quod non reperitur affectum aliqua conditione, vel ex lege, aut ex moribus vaſalli contribuere teneantur: cum feudum ſemper fuit liberum ab onere, neque dominus Rex aliquod ſentiat cõmodum, ſi feudum ad ipſum deuolueretur: eodem modo poſſit frater petere ſubuentionem à vaſallis de nouo per ipſum acquiſitis, quãdo maritaret ſororem inopem, & ex vtroque parente natam; cum lex aſtringit ipſum, & ſupra fuit contrarium affirmatum. lex feudi in Regno in filia, & ſorore ex communi parente loquitur, in patern hoc affirmat: in nouo prohibere cenſetur. ex l. cum prætor. de iud. quaſi feudatarius habeat patrimonia paganicum, & caſtrenſe, burgenſaticum, & feudale, argumento l. eum qui certarum. de milit. teſta. & diſtinguantur illorũ onera ex dictis in l. cum quæritur. §. poteſt. de peculio; & agnatus vel dominus non teneantur ad onera, vel debita, quæ ex ipſo feudo non deſcendunt, not. And. in c. 1. prima col. an agnatus, & ibi dixi: teneatur aut non: mater filiam inopem maritare: hoc non tangit feudum, corpus feudi, portionem ipſius, aut valorem, ſi feudum Regi aperiretur, antequàm maritaret filiã, vel ſororem, nulla actione Rex teneretur, neque condictione ex lege in defectum bonorum, iuxta tradita in l. in aliquibus: ex quo non tenetur frater in feudo nouo ex lege feudi ſuper feudo aliquid pro dote præſtare ſorori, neque mater filiæ non videtur conueniens, vaſallos ad contribuendum aſtringere: de vaſallis ſeu ſubditis dixit illius domini, à quo obuenit feudum, & qui

58 ſi viueret ex lege feudi ad hoc teneretur † quãdo mater aut frater teneretur inopem filiam, aut ſororem maritare, fieret exequtio in ſubſidium ſuper fructibus feudi prout in actione perſonali, quando autem ex lege Regni daretur dos aut paragiũ filię aut ſorori, fieri exequtio ſuper corpore feudi, aut valore ipſius: ſi feudum reperiretur alienatum cum aſſenſu Regis, antequàm ſoror vel filia maritaretur, nõ daretur cõdictio ex lege ſuper ipſo feudo, aut fructibus: cũ nulla lege Regni, aut feudali onus tale ſit impoſitum feudo: licet perſona poſſet teneri. Illud ergo quærendum eſſet pro ratione, an lex Gulielmi præſtet ſubuentionem matri: an non, nam ſi lex illa de matre non loquitur, neque nos loqui debemus, & ſi illi non ſubuenit, quam legem allegabit mater contra vaſallos, erubeſcet petere ſine lege: cum aliquam prauam conſuetudinem pro eadem nunquàm poterit comprobare, non ideo quia frater vel mater tenetur, vaſalli contribuent, cum non aſtringuntur ſoluere debita domini d. c. licet. & d. l. 3. de ſtat. & imagi. multo minus dominus, vt in c. 1. §. quid ergo. de inueſtitu. de re alie. facta, & per ſummiſtas in rub. verum feud. poſſ. capi in cau. iud. neque etiam meo iudicio vera ratio dictæ legis eſt, quia Dominus faciat ex neceſſitate, illi ſuccurrit, & motus fuit ad condendum illam legem, ſed vt tolleret vaſallorum grauamina, & rapinas Dominorum opprimentium ſubditos, totus enim mundus (ait Gregorius) apponenti manus ad iniquitates eſt obuius, vt perſtringeret auaritiam & duritię dominorum, limitauit eos caſus in illa lege expreſſos, non enim caſu & ex inopinato cauſabatur neceſſitas, abuſu quodam & temeritate domidandi veniebat, ſicut prætor libertis ſubuenit coarctando libertaos impoſitis à dominis, quæ quotidie excreſcebant l. 2. de oper. libet. duriſſima erat exactio, hanc moderari voluit lex prima de bon. liber. in hoc verſatur fauor vaſallorum, ne teneantur in infinitum nam, ſiue dominus ſit pauper, ſiue ſit diues, ſiue voluntarię agat, aut neceſſitate verſetur, non eſt concludens ratio, vt ſubditi teneantur, hę ſubuentiones, quæ taxatæ ſunt per d. l. Gulielmi, debentur Domino, ſiue ſit pauper, ſiue ſit diues, aut diciſſimus, quo iure ſine diſcrimine exiguntur, lex non diſtinguit inter diuitem & pauperem, indefinitè loquitur, generaliter intelligenda eſt, & habet locum illa lex ſiue ex neceſſitate, vel voluntarię agat, prout eſt, quando emit terram non propinquam alteri terræ, ex qua commodum vaſallorum non reſultat, iuxta interpretationem viſitatam, neque ſtatus Domini augetur, & ſi precium ſumat ſub intereſſe, & emat annuos ducatos duos aut plus de reditu pro centenario ducatorum, & vendat ad decem vel nouem per centum, ſi neceſſitas eſſet cauſa finalis pręſtandæ ſubuentionis, non deberetur patri, quando dotat filiam, cum ipſe locuples eſt, neque etiam dominæ, quę emit aliam terram. Caſſanei enim & Loffredi auctoritas non eſt tam amplectenda & ſequenda quàm ratio aſſignata ab eis, ſola relatione Afflicti mouentur, nec aliam rationem adducunt, probabilis eſt & grauis in tam difficili articulo eorum dignitas, omnes pendent ab ore viri, qui quantum dixerit & explicauerit iam ſuperius deduximus.

Hæc quæſtio mihi videtur multùm difficilis & quia noua eſt & in Regno nondum pertractata propter rationes quas pro vtraque parte reportaui, & alias quas peritior legum & feudalis cenſuræ candidatus deducere poterit, non audeo certum dare reſponſum, nolo indocti & rudis ingenij fieri magiſter. Illuſtres dominæ ſcire magnopere exoptant veritatẽ à me. Domina Duciſſa Grauinę, & domina principiſſa Sulmonis, domina Iſabella Columnæ, ſi hæc ſecunda pars eſſet amplectenda, nunquàm feminę dominę daretur ſubuentio à vaſallis, cum lex loquatur de maſculo & non de femina, & de domino & non de domina, & ſi non daretur, quia filiam maritat pauperem, vel quę aliunde dotari poſſet, minimè deberetur pro militia filij, pro emenda terra, vel pro corredo domini tranſeũtis cum exercitu per terram ſuam, cuius contrarium ſcimus obſeruari. Lex illa in omnibus illis caſibus taxatis ſubuenit, aut in nullo, aut in omnibus intelligenda eſt. Conſideranda eſt cauſa & perſona & temporum diſcrimen, & ſi alius ex illa dote conſequeretur liberationem & lucrum donandi animo vel illius negotium perficiendo, cogitandum tamen relinquo 20. Iulij. 1562.

Neap.

59 Neap. Robertus videtur hoc decidiſſe, 1335. 20. Iunij. cum mater non dat dotem ex neceſſitate, conſidera ibi: quia ex poſt legi. tenẽt etiam multi, matrem diuitem non cogi ad dotandum filiam pauperem. Angel. in l. à filio. ad trebel. & in l. fi. de dot. promiſ. Alex. in l. 1. ſolu. matri. May. & alij in auth. res quæ. 3. col. C. commun. de lega. quando mater ipſa non ſolueret totam dotem, ſed præſtaret pro filia partem dotis non haberet ſubuentionẽ: quia lex loquitur qñ pro maritanda filia vel ſorore det dotem, non antẽ partem dotis, ſumendo in potiori ſignificatu, argu. l. 1. §. qui in perpetuum. ſi ager vectigalis vel emphy. peta. Aliud eſt totum, aliud pars, not. And. in c. Imperialem 6. col. de proh. feud. alie. per Fede. verba legis capienda ſunt ſimpliciter, & non ſecundùm quid l. hoc legatum, de lega. 3. intelligenda ſunt per prius & non per poſterius l. qui hæredi. de condi. & demon. & ibi Soci. l. ſi quis ita. de aur. & arg. lega. & in l. quintus. de annu. lega. qui dat partem dotis in ſui ſignificatione non dicitur maritare, ſed præſtare adiutoriũ ad maritandum: hæc longè diſſimilia ſunt, niſi ſit pars quotatiuè & legaliter † vt in fratribus habentibus feudum in communi & viuentibus iure Longobardo: quorum quilibet pro rata teneretur: hæc rata quò ad fratrem totum dici poteſt lex ſcindit ſine hominis miniſterio, ſicut de feudo diuiſo quælibet pars feudũ dici poteſt, ex no. per Andr. in c. 1. in ver. & olim. de ſucceſ. feud. ar. l. quod in rerum §. fi. de lega. primo, haberet partem. vel ratam ſubuentionis, pro qua vt frater dotem dat. In eo conueniunt verba legis: emolumento diſtributo in communi etiam ſi feudum eſſet indiuiduum ſecundùm Bald. in l. ſi ſeruus communis. per illum textum, de ſtipu. ſeruor. Taurinen. in trac de roydis. fin. col. verſi. quæro etiam ſi ſunt tres domini: & Aymo dicto loco articulo 11. not. docto. in c. 1. §. præterea ducatus. de prohib. feud. alien. per Federi. vel, ſi pro honore matrimonij augeret maiorem ſummam, ex quo facit filiam Marchioniſſam, Comitiſſam, vel Duciſſam: titulus eſt cęteris honorificentior propter dignitatem & pręeminentias ampliorem expectat dotem: ſi doceret maritus filiam alicuius priuati nobilis aut Baronis, qui non traheret genus ex familia titulari. hodie talia ſunt in precio propter ambitum, quem ſupra vires emunt: ſpectandæ ſunt facultates in dote conſtituenda d. l. filia. & in d. §. cum plures: pares contrahunt nuptias & patrimonium non euertent, niſi magna ex cauſa boni viri arbitratu excedatur, reprehenſibile eſſet. affectata dignitas prodeſſe non ſolet in perniciem tertij: vt per Taurineoſem in ſeudali inueſt. in ver. qui quidem inueſtiri præſtiterunt iuramentum fidelitatis. 20. col. & Sande. in ver. Gregorius: idem in capitulo quæ in eccleſiarum, col. 20. & in c. ſi qui teſtium. colum. penul. de teſtibus. & iſta addenda ſunt ſuperioribus, quando de duobus dominis ſcripſi.

SVMMARIVM.

1 *Subuentio an debeatur patri maritanti filiam ob ſuam pulchritudinem cum eius conſenſu.*
2 *Dos minor requiritur in pulchra, quàm in deformi.*
3 *Subuentio vt competat pro filia maritanda, ſorore vel nepte plura requiruntur.*
4 *Mulier indigno nubens, indignam ſe reddit dote iure Romano.*
5 *Matrimonia non debent hoſtili more contrahi.*

QVÆSTIO SECVNDA

1 FVI etiam pridie interrogatus, quid † de patre, qui maritat filiam propter ſuam pulchritudinem cum conſenſo ſuæ filiæ, an habeat ſubuentionem? Pulchritudo pro dote eſt, ſi virum filiæ dedit pro dotata habenda eſt: quia non petet dotem ſibi cõſtitui. Bar. in l. obligamur. §. 1. de actio. & obli. Alexan. conſi. 7. 4. col. viſis & diligenter animaduerſis, 2. lib. & ſi tenenda eſt contraria opinio, quòd non ſufficiat maritare, niſi etiam det dotem: vt Bal. firmat in c. ioranit. col. 2. de proba. & in l. fi. C. de ſenten. quę ſin. cer. quan. profe. & in auth. res quæ. vbi Pau. & alij C. commu. de lega. glo. eſt ſingularis in d. §. 1. cum filię ſuperſit actio contra patrem ad conſtituendam dotem: hoc reſpectu videretur vaſallos teneri, hanc partem tenebat quidam doctor facundus verborum, quem honoris gratia non nomino.

Contrarium teneo, quòd patri non competat ſubuentio, ex quo dotem pro filia non conſtituit, non ſatisfit verbis illius l. maritando, niſi etiã dotet filiam rationes poſſunt propoſitę hac parte accõmodari. pater ex ſolis nuptijs filiæ nõ conſtituit ſe in neceſſitate, nec patrimonium ſuũ diminuit, feudum non obligauit pro dote. non eſt deterior conditio ſua, quia filiam nuptui tradidit ſed quia pecuniam ſoluit, vel ſoluere cogitur: hæ cauſæ allegatæ ſunt pro veritate illius legis quamplurium, rarò hoc euenit, quòd pulchra mulier ſine dote nubat, nec à marito clara habetur depreſſa pulchritudine, ſolent ſperni, & iurgia inſurgũt, ſicut experti talia repetunt, ideo grauauit ſubditos ad ſubueniendum, vt pater det dotem filiæ & ampliorem, hic eſt fauor mulieris, non debet pater facere lucrum de eo, qđ alterius gratia eſt inductũ, nec ſuis debet vſibus applicare, quod ad alienos erogare tenetur. verè maritata dici non poteſt, cui nulla dos eſt aſ-
2 ſignata. minor † dos requiritur in pulchra, quã in deformi, & libentius ducuntur iuuenes propter formam, de quo plenius per auctorem nuptialis ſyluæ. illa lex quampluriom, apertè hoc non explicat, tex. autem cap. Caroli Illuſtris clarius demonſtrat ibi dum dicit, conſtito prius vobis præſciptam Iſabellam neptem ſuam fuiſſe per eum nuptui traditam & dotatam, & licet ille tex. loquatur in auo, idem eſt in patre, per illã literã.
3 hæc queſtio eſt determinata, quòd † tria requiruntur pro habenda ſubuentione a vaſallis, primò, q

mo,ꝙ filia ſoror, vel neptis ſit maritata & à patre,
auo, vel fratre,ſecũdò,ꝙ ſit dotata: tertiò, ꝙ ſit do-
tata ab eo,qui petit ſubuentionem,ſecus ergo ſi ab
alio vel inter viuos vel in vltima voluntate, quar-
tò,ꝙ ſit traducta ad domũ viri, vel ab eo carnaliter
cognita,quintò,ꝙ petens à Rege habuerit literas aſ
ſecurationis,præſtiterit iuramẽtũ fidelitatis & ſol-
uerit releuium,vt ſtatuit idẽ Rober.20.Iunij 1335.

Quid autem ſi non eſt maritata a patre vel auo,
ſed ſeipſam maritauit,iſte caſus non videtur expſ
ſus in dicta l. quamplurium,ſi forte exceſſit ętatẽ
nubilem,& pater aut auus, vel frater fuit in mora
maritandi,ipſa nubit impune ſcd̃m Bal.in l.penul.
C.de ſponſa.& not. doc.in auth. ſed ſi poſt.C. de
inoff.teſta honeſtè faciat,an non ſcd̃m canonicum
vel ciuile ius non refert,præſertim ſi marito certũ
promittat, vel quãtum ſibi pro dote, aut paragio
debeatur,habent mulieres hoc pro dote conſiliũ,
qđ vidimus ſæpe in facto & pro illis pronuntiari,
liquidari bona,redditus & ſtatus dominorum, qñ
ſe maritant eorum nam rarò pares contrahũt nu-
ptias:pauperem neſcio quẽ virũ ſuperinducere ſo-
lens genere,ætate aut animi iudicio conſiderabilẽ,
4 niſi † penitus indigno nubat, indignã ſe redderet
dote,exhęredari poſſet legibus Romanorũ l.3.§.ſi
emancipatus filius.de contra tab.& ibi Bar. qđ an,
pontificio iure procedat ambiguũ eſt. Alex.& Mo
der.in d.l.1.prudẽtes mulieres, & honeſtatẽ ſequẽ
tes ſemper veneror & excipio: & ſi quædam libe-
rius agunt,maieſtatẽ matronarum non lædũt:nbo
norabiliores nuptiæ ſunt,quæ conſenſu parentũ,&
conſanguineorũ cõtrahuntur, in quibus naturale
ius & pudor inſpiciẽdus eſt,l.adoptiuus §.1.& in
l.ſemp.ff.de rit.nup.diſſidia & periculoſos exitus
5 pariunt c.cum locum.de ſponſa. nec † debent ma-
trimonia hoſtili more contrahi.l.1. §. ſed nec ſit
neceſſitas.C.de rap.virg.diuus Guliel.ſubuenit pa
tri pp decus matrimonij qđ ſpõdet pro filia , filia
autem ſpreto patris conſenſu, vel conſanguineorũ
conuentu denigrat nuptias:limitauit in patre vel
fratre vt patris reuerentia accedat,idẽ ſtatuit Impe
in l.Sancimus, vt palam matrimonia contrahan-
tur,& ſolẽnitates eccleſiaſticæ adhibeantur, fiant-
que dotalia inſtrumenta in honorẽ matrimonij &
ſobolis procreandę,validũ eſt mr̃imoniũ taliter nu
bentibus ſine pęna: laudabile non eſt hinc odia pa
rantur,rixæ proueniunt,litẽs,cędes,& omnia ma-
la:tarò aut nunquàm concordia ſperanda eſt . tex.
Caroli dicit,maritata per eũ, reſtringit, vel condi-
tionaliter prouidit.idem in c. Roberti Secundi ꝑ
parte vniuerſitatis Vici. non decet mulieres arbi-
tras eſſe temporum,vt moras allegẽt,& ętatis exceſ
ſum.plurima ſunt conſideranda pro ęqualitate ma
trimonij,nec celeriter feſtinandũ eſt , vidi multas
matronas honeſtiſſimas,ſuſtinuiſſe ſupra ætatẽ an-
norũ 25.triginta.& vltra,vt parẽ inuenirẽt virum,
poſſet tñ dici,ꝙ Gulielmus de patre loquitur, qa fre
quentius ipſe maritũ filię dat,q̃ filia ipſa ex ſe du-
cat,tex.Caroli denotat ibi cõtingentiã facti,nõ tm
ponit neceſſitatem,neq; reſtringit legẽ,ęquius vi-
deretur ſuccurri auo,pr̃i. vel filio,ſi pp tales nuptias
cõdẽnãtur ad ſoluẽdã dotẽ aut paragiũ, ſufficit nu
ptias iudicis auctoritate approbari,cũ in his pp de
corẽ honeſtatis non ſolet fieri ſcrupuloſa indaga-
tio & noſtris pſertim tp̃ibus,cõdẽnetus tenore ſen
tentię,quæ trahit ſecum executionẽ,habetur pro

ſoluente,cum poſſit illico ab eo pecunia extorque-
ri,tutius eſſet ſoluere,vel promittere dotẽ ſoluere
viro,vel mulieri,quò ad hoc paria sũt.l.ſi ad leg.fal.

Antiqui regni auctores hoc ſequuti ſunt, vt pſte
tur ſubuentio,vbi dos ſoluitur ab eo & non aliter.

S V M M A R I V M.

1 *Subuentio an debeatur pro maritanda filia ſpuria, vel naturali.*
2 *Filia ſpuria, vel naturalis debet alimentari à patre.*
3 *Subuentio pro monacanda filia pręſtatur pro medietate tantùm.*
4 *Argumentum de alimentis ad dotem an ſemper procedat.*
5 *Offi: ium iudicis quod pro alimentis vel pro dote com petit contra patrem tantùm datur,non eius hæredem.*

QVÆSTIO TERTIA.

QVÆRVNT pitiores Regni,an †
1 dẽatur ſubuẽtio ꝑ maritanda filia
ſpuria, vel naturali? Et tenẽt ꝙ ſic,
& dicũt ita fuiſſe cõſultum p ſolẽ-
nes docto. Marianũ Socinũ,& Mar
2 tinũ de Laude:cum † ꝑ teneat ali
mentare filiã ſpuriã de iure canonico c.cũ hęret.de
eo q duxit in mat.eã quã polluit p adul.& dos ſuc-
cedat loco alimẽtorũ,in quo ꝑualet ius canonicũ,
hęc dñs de Gallo in trac.ionis adhoc & releuij ſup
eadẽ l.q̃ p.uiũ 3.col. Hãc q̃ſtionẽ latius pertractauit
D.Nicolaus Boe.q.127.multos auctores allegat.&
incertũ habeo quã ſñiã teneat,eã poſuit Tantinẽſis
in ſua inueſt.feudali, car.27.& tenẽt, vaſallos obli-
gari ad ſubuentionẽ,cũ pr̃ aſtringatur alere & dota
re naturalẽ, viget rõ illius legis,cũ de ſuo pr̃ eroget
& patrimoniũ diminuat,& q̃uis non teneatur aſſi
gnare tantã dotẽ ſicut legitimæ, vt not.Bal.in l.ſi,
C.de his quib.vt indi.& Lupus Hiſpanus & anti-
quiſſimus doctor in c.per veſtras.fol 88. de don.
int. vir.& vxo.erogat tantum de ſuo & ſoluit pro
filia, tantominus de ſubuentione percipiet.

Pro quo facit ratio,ſeu prouiſio Roberti in c.in
3 cip.ꝑ parte vniuerſitatis Vici, vbi † ꝑ filia monacã
da iubet ſubuentionem præſtari,cũ eſt conſecrata,
& in Regno ſoluitur medietas,videlicet grana 25.
ꝑ quolibet foculari , pari modo ſolui debet ꝑ filia
naturali maritanda, quę non peccauit, ne ſequa-
tur maternum delictum, & vt euitet meretricium,
taxa in hoc non reperitur impoſita à legibus Re-
gni,relinquetur arbitrio iudicis l.1.de tut.del. in
§.ſi.conſiderabit patris pſonã an nobilis ſit, vel p-
ſona illuſtris & quãtũ conſuetũ ſit pro viribus di-
gnitatis vel facultatis alij ſoluere, ſi aliquo tpe fue
rint & eadẽ ſint tpa,conditionem puellę, an fuerit
domi educatæ & mores, & expectationẽ, genuſque
maternum vile ſit,an valde ignobile, vel honeſtũ.ſi
habuit principũ ſpãle ẽ, vt donet à parẽtibus & dotẽ
tur,ſcd̃m Bal.cõſ.132.3.lib.quẽ allegauit Boe.id.q.
127.id.n.nõ dicit ibidẽ,& an nubat viro legitimo,
& naturali,p tale matrimoniũ efficitur legitima, vt
tenet Ang.in §.quod verò.in fi.in auth.qb. mod.
natu.eff.ſui,quod nõnulli tractantes & repetẽtes
impugnant:hoc etiã diſcutit Martinus de Laude i
c.1.an apud iudicẽ vel cur.dñm quæſt.feud ter.de
bet.idẽ firmat auctoritate Bar.in l. ſi. de his qub.

vt indig.& Bal.in aut.ex cõplexu C.de inceſ. nup. quẽ refert dñs Petrus Ractus in conſue.Pictonũ,in ti.de diſtin.iuriſdõnis.in gl.in vet. hũc caſũ refutãt feudorũ ĩterp̃tes.car.100.eandẽ ſñiã tenuit Caſſa.ĩ p̃dicta conſu.in gl.in ver.marite de vne fille,& eundẽ refert Aymo Publicius in conſ.Aluerniæ.in tit. de talleis,in gl.in ver.qñ in primis nuptijs filiã tradit. Alij in hoc articulo diſtingunt inter filiam naturalẽ, ſpuriam, vel inceſtuoſam,vt primo, & ſecundo caſu teneatur,in tertio verò caſu non.

Mihi autem ſemper contraria opinio viſa eſt iuſtior,ꝙ vaſalli nullatenus teneantur.

Primò,quia nulla lex antiqua, vel regni hoc exprimis.

Secũdò quia in tanta varietate opinionũ nõ apparet aliqua cõſuetudo in Regno,q̃ hanc dubitationẽ abſolueret,cũ cõſuetudo ſit optima legũ interp̃s.

Tertiò, quia hæc lex cũ ſit dura & contra regulas humani & diuini iuris extendi non debet de vno caſu ad alium, vt ſuperius dixi.

Quartò,quicquid eſt omiſſum in lege noua recipit declarationem ab antiqua.

Quintò.qđ lex non dicit,nec nos dicere dẽmus.

Sextò, ſi diuus Gulielmus idẽ voluiſſet in filia naturali, aut ſpuria,idem expreſſiſſet,ſed omiſit: illa lex recipit interp̃tationẽ ab alijs legibus Regni,vbi ſtatuit in nepte ex filio primogenito & in filia maritanda,vbi taxauit minorem ſubuentionem, potuiſſet vno verbo rẽ expedire notando filiam legitimã vel naturalẽ, nemo ſani capitis arbitrari debet in re odioſa adinuenta ex dãnata conſuetudine legibus inimica id voluiſſe,qđ nõ expreſſit verbo,nõ eſt credendũ illud habuiſſe in mente.l. Labeo. de ſuppel.leg.non eſt putãdum ſanctiſſimos Reges ſtatuiſſe iniquũ ius c.erit aũt lex 4.diſt.lex non debet eſſe nutritiua peccati,& alios inuitare ad libidines & meretriciũ:tolerauit grauamina in paucis vt grauiora extingueret, quid fuiſſet turpius adiuuare dominum in luxu,& animę ſalutem perdere.

Pro parte tenentium contrarium recta, honeſta
4 que ratio aſſignari non poteſt.argumentũ † de alimentis ad dotẽ non ſemper procedit, ſed tñ vbi, eſt eadẽ ratio: Alimẽta annua ſunt & p̃ſonalia,dos aũt p̃petua,illa ſoluunť paulatim, dos eodẽ tp̃e & integra & ad hẽdẽ tranſit.non viget idẽ fauor vaſallorũ,qñ naturalis maritať, capit virũ degñem aut vilem,ſolet ab illis contemni,gloriantur de genero nobili,præſtant illi ſequelam & reuerẽter vt dominũ excipiũt:gener loco filij eſt.l.2.de ĩ ius voca.

Septimò verba legis in ſuo potiori ſignificatu ſumenda ſunt l. 1. §. in p̃petuum.ſi ager vecti.vel emph.peta. expreſſit de filia vt de legitima tantùm intelligeret, filij dicuntur, qui ex legitimis nuptijs orti ſunt l.filium diffinimus. de his qui ſunt ſui, vel alie.iur.§ 1.inſtitu.de nup.

Octauò,odioſi non veniũt in gñali bñficio.l. Lucius Tit.§.Lucius.Tit.de leg.2.ſpurij aũt & naturales odioſi hẽntur:cũ ex coitu improbato naſcũtur, nec de familia ſunt, neque inſignia deferunt; vt per moderniores in eorum tractatibus.

Nonò poſſent adduci,quæ in q̃ſtione de matre plenius tetigimus.onus hoc aut p̃ſtandi alimenta,
5 aut dandi dotẽ p̃ſem tñ reſpicit. officiũ † iudicis contra patrẽ tñ daretur non contra hæredẽ patris ſcđm Abba.conſ.50.& plenius cõſ.115.2.vol.æſtimatio fit iuxta regulã l.hæreditatũ.ad leg.fal. neq; in bonis feudalibus,aut allodialibus,aut eorũ fructibus datť à lege actio vel condictio,non põt cõtra vaſallos agi,cum nõ ſit aliqđ onus in feudo, & ſemper feudum fuit liberũ tã in vita q̃ in morte.ſoluat pater pęnas delictorũ ſuarũ,ſuũ hẽt auctorẽ l. ſancimus C.de pęn.non cogitauit lex ſuccurrere his,qui ex delicto veniunt in paupertatẽ, May.in auth. res quæ C.comu.de leg.& Alex.ĩ.l.quàmuis,ſol.matri. ſubtrahi debet occaſio deliquendi.l.in funda.de rei vend.genitæ tamen culpa non eſt, viuit aũs infelix ex morbo alieno.

Decimò,ſi dãda eſſet ſubuentio pro maritanda ſpuria aut naturali,deberet etiã dari patri, cũ ſpuriũ,aut naturalẽ filium militem facit,eadẽ eſt lex,q̃ vtroq; caſu ſubuentionem dat,diuerſitatis rõ non aſſignatur niſi in ſubuentionis taxa aut in vtroque aut in nullo dãda eſſet,iretur p̃pterea ad ĩfinitũ,& grauamina grauaminibus adhiberẽtur, qđ eſt contra caſum dictæ legis quamplurium,& de iſtis non poteſt illa lex intelligi,nec ego ſcio practicatũ eſſe, non veniunt enim in generali appellatione filiarũ qui naturales ſunt, etiam in fauorabilibus, ſcđm Bal.in l.generaliter §.cũ autem C.de inſti.& ſubſti. non debet ampliari lex rigoroſa, ſuis tantùm caſibus arctari debet.

Ex prędictis iã apparet reſponſum doctoribus tenentibus partem contrariam & eorum rationibus & iſta pars mihi verior videtur de iure contra dominum de Gello,pro qua ſic iudicarem.hanc eandem partem & contra Caſſaneum ſequitur Aymo Publicius & Petrus Ractus in locis ſuperius allegatis,ſed non afferunt tot & tantas rationes.

SVMMARIVM

1 *Subuentio an debeatur pro filia ſpuria,vel naturali legitimata.*

2 *Filia,quæ beneficio Regis legitimatur, non æquiparatur in omnibus ei,quæ naturaliter legitima naſcitur.*

QVÆSTIO QVARTA.

QVID antẽ † ſi filia ſpuria aut natu-
1 ralis eſſet legitimata a Rege? Præfatus doctor in dicto tractatu tenuit ꝙ ſic,& vaſalli poſſent cogi ad præſtãdum adiutorium,ac ſi fuiſſet verè legitima ad totale ſubuentionẽ ſi poſt dotationem legitimatur,allegat Martinũ in dicto conſ.qđ ipſe poſuit in dicto c.1.in hoc articulo.

Pro diſcuſſione ipſius oporteret euertere, q̃ diffuſiſſimo ſermone tradunt doctores ſcribendo, cõſulendo & in eorum tractatibus,an legitimatus ſit verè legitimus, an in gñali diſpoſitione veniat, & alia q̃ conſultò omitto,ne ſim longior & prolixior mihi videtur contraria opinio tenenda, tum ex rationibus ſupra conſideratis, tum quia in hoc vertitur p̃iudicium tertij, non cogitauit Rex illũ opprimere l.2.§.meritò. ne quid in loco pub. tum quia
2 † illa lex eſt intelligenda de filiabus, q̃ naturaliter legitimè naſcuntur,non autẽ ciuiliter bñficio Regis l.fi.C.de his qui ven.ęta.impetra. not. in c.naturales,ſi de feu.fue.contro.Rex in legitimationibus ſolet eſſe facilis & bñuolus,cum hoies reſtituat primęuo iuri naturæ,ſcđm quã omnes ingenui & legitimi naſcebantur,neminem lędit,cũ famam,honores & bona reſtituit, quibus illicita procreatio abſtulit,parata eſſet extenſio de caſu ad caſum, & de perſona ad perſonam, euerteret impudicus homo fauoribus ſuis, quod Rex ſua lege taxauit,

iſta

iſtâ quidem fictio eſt & non veritas, q̃ in ſtatutis, irrationalibus attendenda eſt, qđ limitare, niſi Rex ſuo diplomate filiam legitimaret, aut filium ad ſuc ceſſionẽ feudorum, ceſſarent multa contraria, & iſto modo ſaluari p oſſet, qđ ſcribit p̃fatus doctor i p̃dicto loco, dicat ergo Rex ſi vult, & ſubditi non audeant contradicere.

SVMMARIVM.

1 *Subuentio an debeatur patri habenti plures filias pro omnibus maritandis, aut pro prima tantum.*

QVÆSTIO QVINTA

1 SI † pr̃ haberet plures filias, an ꝓ oĩbus, an ꝓ prima tm̃ vaſalli contribuant? idẽ doctor multa hinc, in de deducit, & concludit ꝓ oĩbus, & bis fuiſſe iudicatũ p ſacrũ Conſiliũ, cuius ſñia cognitionaliter ꝓ lata facit ius in Regno. l. fi. C. de legi. hác qõnem pleniſſimè examinat Afflic. in d. l. q̃ pluriũ, in 2. dubita. & habet ipſam pro dubia. Guid. Papæ deciſ. 57. putat verã deciſionẽ eſſe ꝓ dño, eundem refert And. de iure primogenitorũ. q. 70. Sergius dñi Vrſonis de Neap. in dicta l. Ego etiam idem ſequor ꝓ oĩbus dño eſſe. ſubueniendũ non tã ex tex. dictę l. q̃ plurium, q̃ & ex alijs legibus Regni, q̃ pro hac parte ponderantur, & cum in re ancipiti hæc interpretatio fuerit tradita per ſapientes Regni minimè mutanda ſunt, q̃ diutius obſeruata fuerunt, & mea memoria fuit iudicatũ p hac parte. ꝑfecto ni ſi fuiſſent alię interpretationes conſideratæ p alias leges Regni, dicendum fuiſſet contrarium: & remitto me his, q̃ tractant Gallici ſcriptores & Neoterici in eorum libellis ſupra allegatis, in Regno hodie hoc habetur pro indubitato apud omnes.

SVMMARIVM.

1 *Subuẽtio an debeatur patri pro remaritanda filia, ſi ea ſu prima dos fuerit perdita.*

2 *Legatum pro dotandis mulieribus eſt fauorabile, non autem pro uidnis remaritandis.*

3 *Vnus poteſt ſuſtinere vicem duorum.*

4 *Ratio eſt, quæ diſpoſitionem ampliat & extendit.*

5 *Subuentio non debetur, etiam quod maritus conſumpſerit dotes pro ſeruitio domini.*

QVÆSTIO SEXTA.

1 AN ſi pater maritauit filiã, ꝓ qua vaſalli contribuerãt, & ipſa caſu do tem ꝑdidit, vel qa heredes mariti non ſint ſoluẽdo, & pr̃ iterum maritauit filiam, & dotẽ dedit vaſalli iterum contribuere tenean̄t? Idem doctor nu. 72. tenuit q ſic quia p primã dotationem non eſt ſatisfactum legi, & reſpondet l. boue §. hoc ſermone. de ver. ſign. allegat notata p Maynum in l. diuortio §. qđ in anno ſol. matri. & in §. fuerat. de actio. vbi reprehẽdit Bal. in l. fi. 2. col. C. de dot. promiſ. videretur hic pr̃ ab initio non liberari, ar. l. ſi defenſor §. 1. de interro. actio. l. 2. §. hęc verba. ex qui. ca. in poſſ. eat. & in l. q. res §. areã de ſol. Hic caſus non videtur, neq; eſt expſſus in dicta l. q̃ plurium, quia non dicit, vaſallus ſępius ꝓ eadẽ filia teneri contribuere. ſatis eſt in primis nuptijs dediſſe adiutorium. conſumatus eſt effectus oblõnis. quò ad ſubditos, videtur obſtare regula. d. §. hoc ſermone, cum oblõ patris ad dotandum de nouo non oritur ex prędicta l. q̃ plurium, ſed ex lege antiqua ſcdm̃ aliquos, licet non ſit ſatisfactũ quò ad patrem, vt ſemper eodem iudicis officio teneatur filiam redotare, eſt tñ ſatisfactum legi quò ad ipſos vaſallos, qui ſine eorum conſenſu iterum teneri non debent, qa lex non ſic fauet ſecundis nuptijs ſicut primis, toto titu. C. de ſecund. nup. Iſto modo eſſet trahere ad infinitũ, qđ non licet l. ſi quis §. fi. de peri. & commo. rei ven. l. ſi bona, §. ſi quis, de damno infec. l. fratris C. de tranſa. & vaſalli duplicarentur oneribus, vel pro eadem, vel pro alyſ remaritãdis, non eſt credendum proceſſiſſe ex mente conditoris illius legis. ar. l. Titia §. qui in vita, 2 de leg. 2. fauorabile eſt legatum † cum teſtator iuſſit bona diſtribui ꝓ dotandis mulieribus, non bñ intelligetur pro viduis remaritandis ſcdm̃ Bal. in proœ. decre. 4. col. quẽ ſequit̃ Car. Alex. in rub. de ſponſa. & idẽ Maynus reputat mirabile in l. in duo bus §. 1. de iureiu. & Io. Gatonius in rub. C. de ſecun dis. nupt. ꝓ hoc Fulg. ponderat tex. in l. ſi ſocius ꝓ ſocio. vt pactum inter ſocios initum ꝓ dote filiarum ex communibus bonis exoluendis, intelligitur vt vna tm̃ ſemel dotetur p illum tex. qnem dicit eſſe ſingularẽ, & May. in d. §. 1. & in l. inter ſtipulantẽ §. ſacrã. col. 6. de ver. obli. & in d. §. qđ ſi in anno: Luc. de Penna ad illum tex. in l. ſi quis decurio 2. col. C. de decurio. lib. 10. idẽ ſcribit Manſuetus in practica ſub tit. de talleis. in §. item quatuor, q dñs cogit vaſallos pro dote filiæ maritandæ prima tm̃ vice: Idem Caſſa. in d. loco §. 4. And. in tract. primo geniorũ, 70. q. & in d. §. hoc ſermone, tenet etiã Aymo Publicius in dicto loco ex cõmuni regula: licet diuerſa ſint verba conſuetudinis illius: ꝑfecta fuit abſolutio vaſallorũ p contributionẽ illi, ſi iã facta, non poterit iterum de eadẽ re obligatio induci, l. cũ pater §. pater certã, de leg. 1. l. matrimonij. ff. qui & à quib. & in l. dotis promiſ. de iur. dot. & l. inter locerum, §. vlti. de pac. dota. Si matrimoniũ primũ non conſtitiſſet, vel contributio non habuiſſet effectum, poſſet habere locum, quod tradit præfatus doctor ex auctoritatibus per eum allegatis, omnia de plano ꝓcedunt: vt primus actus ſortiatur ſuum effectum, non autem q iterum multiplicetur, cum vertitur in preiuditium tertij.

Contraria forte ꝓcedetẽt, qñ lex eſſet vniuerſalis, & non particularis; vt ẽ lex Gulielmi in Regno noſtro contra regulas gñales, & odioſa, imponens onus & grauamẽ pſonis introductũ ex auaritia & tyrãnide dñorũ non debet cogi, cũ nulla æquitas hoc ſuadeat, vt declarat Saly. in l. dotis promiſ. de iur. doti. Idẽ Rap. Comẽſis in l. ſi cum dotẽ §. 1. poſt mediũ, ſol. matrimo. tex. in l. hæc conditio filiæ. de cond. & demonſt. id oſtendit ibi. benignẽ tñ dicẽdum eſt, i. ſcdm̃ æquitatẽ, ſcdm̃ gl. Bar. & alios ibidẽ, ideo tenetur pater iterũ filiã dotare, q̃ nullo dolo, aut culpa dotẽ amiſit, quia ius omnib; cõmune hoc dictat de patre, frater dotat ſororẽ inopem ſpeciali quodam beneficio ſorori conceſſo ſcdm̃ Bal. in auth. qđ locum C. de colla. & ibi Roma. iterum non dotabit, ſi ſoror quouis modo dotem amittat. conciliat opiniones, idem And. in tract. primogeniorum q. 62. & in d. §. hoc ſermo. 14. limitatione.

Hoc ꝓ vaſallis adduci põt, cũ ſubueniãt dño pro dote filiæ, ſpeciali quodã bñficio filię ex quadã æquitate, aut pietate iterũ aſtringi nõ poſſẽt: qa non oium cõi lege aſtringunt̃, & ſatis eſt ſemel ꝓſtitiſſe adiutoriũ, de illo repetẽdo i pſonã eiuſdẽ, nulla lex Regni hoc aperit, facilius amittitur, qđ ſpãli quo-

dã iure conceſſũ eſt l. miles §. militia miſſus. de teſta. milit. pater tenetur aũt nõ, & pſertim in feudalibus eſt difficillimũ; non iõ vaſalli contribuere teneantur, qđ ad id munus offitio iudicis cõpellator & quãuis hoc fauorabilẽ videat. id nõ in oĩbus fauorabilibus locũ obtinet, vt per Alcia. in d. §. hoc ſermone, & Deci. cõſ. 5 t 2. 1. & 2. col. in d. l. hæc cõditio. in fi. erat fauor nuptiarũ & vltimę voluntatis, at ſecus in hoc caſu, & ſcđm Pau. de caſ. & Soc. ibi primę nuptię de iure nõ ſubſiſtebant. lex vel ſtatutũ loques de aliquo actu, intelligi đẽt de valido, & nõ de inualido in diſpõne legis, vel hoĩs, in hoc caſu concurreret non duplex fauor ſed duplex odiũ, conſumato matrimonio de iure & ſemel ſubuentione præſtita iterũ pro eadẽ cõtribuere, q̃ bigamiã facit, primæ. n. nuptię (vt ſupra dixi) digniores ſunt & laudabiliores ſcđm Paul. ad Hebreos c. 13. & alibi, inter eaſdem non eſt tanta affinitas.

Pro opinione aũt præfati authoris poſſent multa ex his, quæ ſupra deduximus cumulari. Itẽ interpretatio prudentũ Regni, vt pro pluribus filiabus pſtetur adiutoriũ, iuuat hanc partẽ veluti hæc filia habeatur pro pluribus, & illi præſtandũ ſit, qđ pro

3 † ſacrum Conſilium cuidam caſtro Aprutii hominibus carenti, & in vno ſolo remanenti dedit beneficium in caſtro tanquàm vniuerſitati, & illi ſoli repræſentanti totam vniuerſitatem:& fuit cum eo proceſſum,non vt cum ſolo & particulari,ſed totum populum gerentem ferè,acſi eſſet in eo frequens hominum habitatio & ipſe vt vniuerſitas obtinuit in cauſa,habita eſt vice minoris & loco ciuitatis, iuxta nota. per Bar.Bal.& alios in l.reſpu.C.ex quib.cau.maio. ſpeciale eſt in certis caſibus:vt vnus non poſſit, quæ vniuerſitas poterat.vt no.per Abba.& alios in c.1.de electio.& in d. conſi.15.& in capit. ex iniuncto.& per Bar.in l.quod in rerum.§.fin.de lega.1.de facili beneficium dictæ legis poſſet eludi.ſi fuit terra à principio populoſa & per plures regebatur attenta amplitudine populi,licet diminutus ſit populus.l.item veniunt.§.ſed cũ prædiximus,de peti. hæredi. Cyn.in l.fi.C.eo.titu.ab eo non appellari, ſicut nec ab illis contra Ange.& Imol.in l.1.a quib.appell.non licet.Decius in c.meminimus.de appella.in fi.qui remanſit,idem eſt populus.l.proponebatur.de iudi: ſicut a principio ſi fuiſſet paruus,& poſtea auctus idem populus:in puero nato,& demum per ætatem effecto ſene:idem tamen eſt homo,& de parua arbore, quæ poſtea radices emiſit & ramos: eadem tamen eſt arbor:qualitas autem creuit ppſeniũ: de fluminib.& ſimilib.ex parua re magnaq; pe ſubcreſcit immenſitas, & oppidula ac vici ad maximas vrbes,quarũ exempla non refero: quò ad iura vniuerſitatis terrę,& quò ad regimen:idẽ eſt effectus in paucioribus ſicut in pluribus: vt not. in d. §.in decurionibus,& in dicto c. 1. de capitulo cum canonicis:de Senatore vrbis, qui remanſit ſolus ex centum,de patronis:& de cœtu dominorum Cardinalium & alijs non repetam: vt breuitati finem imponam, verè terra deſerta dici non poteſt,cum habeat habitatores, nec cũ de facto,aut ſuperioris nutu in cinerem redacta eſt: poteſt tamen de hoc caſo dubitari.

Primò quia diuus Gulielmus conſiderauit terram emendam ſecundùm communem vſum loquendi l. Labeo.de ſuppel.lega.ſed terra,cuius habitatio conſiſtit in tam paucioribus, communiter & generaliter habetur pro deſerta, cum nõ ſit in ea commercium hominum ſalum ruſticorum, arg.l.1.de nundinis, quæ eſt notabilis etiã ſingularis lex Caliſtrati.

Secundò,quia verba legis debent intelligi in ſuo potiori ſignificatu l.a.ſi ager vectigal.vel emphy.pet.

Tertiò, quia de minimis prętor non curat l. Seio.de reſti.in integr.l. item ſi ſeruum. de ædil. edic.& propter minima non debemus ampliare legem rigoroſam exorbitãtem a reg. iuris:ut no. in l.res bonafide.de contrahen.empti.Imo.in c. maioribus,de præben.& in c. de appellationib. vbi Moderni de appel.per Bal.in c.cum ædes.de reſcrip.& alij in l.ſi proprietarius.de dam.infec. nec debemus propter minima recedere ab vniuerſali iuris regula.d.l.Seio.l. ſi oleum. §. finali. de dolo.

Quartò: quia Baro tractat de lucro captando: ſubditi autem de damno:& pro re tam modica, non debet in magno grauari.emat terram populoſam,ſi vult adiutorium a vaſallis.

Quintò, quia debent verba legis intelligi per prius & non per poſterius.l.ſiquis ita.de auro & arg.lega.l.quintus. de quo non cogitauit legis conditor:ſed habuit in mente terram,quæ ſit populoſa,& habilitata ex no.in c. 1.de tranſla.epiſcopi,& in cap.cum in pluribus.de ver.ſigni.iſto modo debet capi,ut prius fuerat,non ut ex calamitate remanſit.

Sextò,in tam paucioribus numerò non poteſt comprobari ſignificatio ſub ethymologia vocabuli,

4 terra † dicta eſt a terrendo eos, qui ibidem delinquunt.d.l.pupillus.§. territorium:ſi ibidẽ non ſunt homines & uaſalli,in quo comprobabitur & demonſtrabitur iuriſdictio domini,debent nomina eſſe conſona rebus. §.1. inſtitu. de dona domini tribunal.l.fi.de iuriſ.om. iudi. l. 1. de iudi.quod & variè ab auctoribus tractatum

eſt:

eſt: terram (vt Varro ait libro 4. de lingua latina) a terendo dictam, ab eoque colonis communem locum, qui prope oppidum relinquitur territorium dictum, quod maximè teratur: & Flaccus Siculus in libr. de conditionibus agrorum ſcribit, ab his populis, qui ſedes in aliqua regione conſtituerant, eorumque agros occupauerant præmenſum, quod vniuerſis ſuffectorum videbatur ſolum: territis, fugatiſque inde ciuibus territoria dixere. bellis enim geſtis victores populi terras omnes, ex quibus victores eiecerunt, publicè atque vniuerſaliter territorium dixere: intra quos fines iuriſdicendi eſſet: hæc ex Bernardo & alijs Gallicis peritiſſimis.

Septimò, quando dominus emit feudum, in quo ſunt vaſalli in magno numero: tunc efficitur nobilis, & contrahit paradoxium, vt not. Andreas in c. 1. ſi de feu. fue. contro. & in c. 1. §. fin. de capit. qui cur. vendi: quem ſequitur Caſſan. in cathalogo 8. parte conſuet. propter homines qui ſunt digniſſimi creaturarum. l. iuſtiſſime de ædil. edic. honor domini conſiſtit in lata gente, ſecundùm gl. in auth. conſtitutio quæ de dignitatibus. §. generaliter. §. volumus, in auth. vt iudices ſin. quo. ſuffra. quando verò ſunt pauci vaſalli, non efficeretur nobilis ſecundùm Andr. in titul. quib. mod. feud. amit. & Luc. de Pen. in l. mulieres. de dignita. lib. 12. ideo Rex dat illi ſubuentionem: quia verſatur decor & honor domini, vt habeat ſecum vaſallum nobilem, qui pluribus dominetur, & qui poſſit a pluribus adiuuari,
5 quæ ratio ceſſat † quando dominus habet pauciſſimos vaſallos: nõ ſolet haberi ho norificentior, ſicut habentur alij domini habentes plurimos vaſallos: hoc intereſt Regis, Baronis, & vaſallorum.

Octauò, rationes ſæpe conſideratæ in ſuperioribus adiuuant hanc partem, quare datur ſubuentio pro emenda terra: quia alij vaſalli releuantur propter nouos vaſallos in oneribus, quæ imponuntur a dominis, adiuuantur ab illis, ſi ſubditus caſus emerſerit: cũ præſto ſint pro ſalute ipſorum: ſit fortior virtus vnita & aliæ cauſæ ſupra expreſſæ, ceſſet hoc, quando dominus emit terram cum paucis vaſallis, qui rarò, aut nunquam ſolent ad numerum adaugeri, præſertim vbi aer eſt paludoſus, peſtilens, aquoſus, aut in ſupremis montibus, in quibus elementa vitæ nõ habentur, aptitudo operari neque ſolet, neque poteſt. in quo fallacia eſt ſecundùm glo. in dicta l. vendicatio. in his oppidis non eſt populus: cũ non ſint gentes vſque ad decem, ut not. Inno. in c. 1. de electio. Bal. in l. etiam, 3. col. C. de execut. rei iudi. nec eſt parrochia. c. voio. 13. q. 1. gens, vel familia, aut cœtus, de quo per Abba. in dicto capitulo 1. Bal. in l. 1. in fi. de iuſti. & iur. & in l. iubemus. §. ſin autem. C. ad Trebell. Bart. in l. prætor. vt bon. rapto. & in l. 1. de proba. verba legis debent intelligi cum effectu. l. 1. quod quiſq; iuris. terra ſit cum habitatione populi, in qua conſiſtat parrochia, non ea quæ nudata ſit fœmellis, hominibus, atque clericis, ſeu parrochiano, q ſacramenta miniſtrat, tunc debet eccleſie eſſe cu- ſata, cum non habet populum. Petrus Rebuffi in practica beneficiorum.

Nonò, verba legis conſideranda ſunt naturaliter & non ciuiliter. l. fi. C. de his, qui ven. æta. impetra. & naturalia habent aliũ effectũ, quam ciuilia. & ciuilia non eundem ſicut naturalia: vt not. in ſimili in l. ex ea parte. §. 1. de ver. ſig. Bartol. Aret. & alij in l. cum pater. §. hæreditatem. de lega. 2. non dicitur verè impleri, licet habuerit eundem effectũ, ut d. l. ex ea. §. inſulã. & in l. 3. §. in bello de capti. & poſtli. reuer. terræ appellatio in d. l. quam plurium. non ponitur ut genus quæ ſub ſe habeat ſpecies vt populoſa, & quando iuris miniſterio in uno cõſiſtat: aũt paucioribus decem, arg. ff. qui libertatis, in prin. de euictio. & in l. ſi ſeruitus. de ſeruitu. vrba. præd. ſed ex rationibus legis, pro ipſa terra in ſpecie conſiderata, quæ habeat populum & habitatores plurimos ipſe ſpecies attendi debet: quia de genere non fuit cogitatum, arg. l. quicquid aſtringende: terra ſine populo & habitatoribus multis eſt quædam chimera & figura; & non poteſt tangi, aut conſpici ad corpora: de quibus idem Rex fuit motus in ſua lege: ſiue teratur terra cultoribus, ſiue gladio conteratur, ſiue reſtringatur ad eos, ſiue ab hoſtibus arceatur: homines reſpexit, quorum gratia terra, ſiue territorium addictum eſt: & Yſidori ſententia territorium appellatũ eſt, quaſi tauri torium, ideſt tritum bobus, & aratro: ab eo quod antiqui ſulco ducto & poſſeſſionum & territorium limites deſignabant, prudentes Regni eam legem interpretati ſunt, quando dominus emerit ampliſſimum tenimentum, ſiue territorium, & aduenas duceret ad colendũ: quia Dominus eſt induſtrioſus, paſcit greges, armenta, boues, & alia animalia, ſtruem faceret, ſeu caſellas pro porcis non deberi ſubuentionem: quia in ſui ſignificatione propria hoc eſt territorium ſitum & poſitum ſub iuriſdictione alterius terræ & alterius domini non eſt terra de per ſe: qđ eſt notandum, ſi venderent aliqua villæ ſeu caſale ſubditum ſub aliqua terra, an efficiatur terra de per ſe poſtquam ſegregatur ab illa terra habens deſtrictum ſiue tenimentum aliquod: iſta ſiunt deſtinatione domini Regis, qui eſt dominus totius Regni. l. quod in rerum §. fin. de lega. 1. pro conſtanti nunc non affirmo: ſi deſtructa aliqua terra remanſiſſet de illa aliquod caſale; habens copiam 4. hominum; non habeo difficultatem: & propter reliquias terræ deſtructæ, quæ non poteſt videri extincta: & quia viget ratio illius legis, cum ſint homines facientes populum, & illud caſale forte aſſumet nomen terræ, prout contingit in pluribus ciuitatibus & oppidis Regni, & ex emporio & ſuburbano conſtituta eſt ſedes metropolis putheolis deſtructis Cumis: Nola etruſtis pompeis: & Salernum deleta Picentia vrbe & alijs, omnia mutantur ex tempore, vt omnia aucta decreſcunt, & ex paruis maxima fiunt.

Decim. & vltim. cũ hæc ſignificatio terræ ſit ambigua, qa põt in gñre & in ſpecie accipi, & hẽt difficultatẽ tã a noie qu: ab effectu, & intẽtione legislatoris, capiẽda eſt ea interpretatio, quæ faciet libertati, vt in regula iuris. & tenendo hanc

partem vti æquiorem. Ex prædictis poſſet dari reſponſio deductis pro parte contra.

S V M M A R I V M.

1 *Subuentio an debeatur pro emptione terræ deſertæ quæ poſt emptionem fuit effecta populoſa.*

2 *Subuentio debetur inſpecto tempore emptionis, nõ eius, quod ex poſt facto ſuperuenit.*

QVÆSTIO DECIMATERTIA.

SED. quid † ſi terra præſcripta reducta eſſet ad habitandum effecta populoſa poſt emptionem an ſubuentio debeatur? Poſſet diſtingui, ſi noui homines vt vaſalli veniſſent ad habitandum, vel propter amorem Domini. aut propter fertilitatem agrorum, aut ex ſucceſſione illorum teni mentorum, vt uideatur noua terra, & ſubuentio non videatur, an verò aliqui ex veteribus vaſallis redierunt ad habitandum, & cenſeatur eadem terra, argumen. tex. l. inter ſtipulantem. §. ſacram. de verborum obligationibus, & in l. ſi nimis. de rei vendi. l. proponebatur. de iudi. & in l. ſi grege de lega. primo, cum alijs quæ his locis tractantur, niſi forte veterem patriam dereliquiſſent, & nouum domicilium alibi conſtituiſſent; ex noua voluntate noua videatur ſedes, ex antiquo tamen amore, ac videretur non deberi, cum tẽpore emptionis non debebatur, initium enim contractus ſpectandum eſt l. ſi procuratorem in prin. ip. mandati, illud inſpiciendum eſt, an proſit. vel noceat, argument. l. iniuriarum, actio. de iniur. & l. in teſtimonium. de teſtibus, nota. Pileus. q. 13. eo tempore purificatur conditio ex lege contra vaſallos, cum dominus emit
2 terram † eo tunc tempore incipiunt obligari, aut non teneri, quod ex poſt facto ſuperuenit, non mutat conditionem rei, neque perſonæ in perſonam tertij, ex regula iuris, hæc obligatio vaſallorum non ſtat in ſuſpenſo, aut in pendenti ex natura actus, neque ex forma legis, ut tollantur contraria, quæ fieri poſſent. potuit etiã Rex condendo legem hoc conſiderare, & omiſit: ſtamus regulæ iuris antiqui. l. ſi extraneus. de con di. ob cau. potuiſſet etiam dominus aduertere qualitatem terræ & aptitudinem ipſius, etiam in hoc fallacia eſt, ſecundùm gloſſ. in d. l. vendicatio. ſatis eſt augmentum ſibi obueniſſe, per quod terra plus modo valet in precio propter nouam habitationem vaſallorum, nec illud vertere debet ad triſtitiam & calamitatem vaſallorum.

S V M M A R I V M.

1 *Subuentio an debeatur pro terra empta, cuius aſſenſus non erat impetratus, nec poſſeſſio tradita et precium exolutum.*

2 *Legatum pro filia maritanda non eſt conditionale ſed purum, & ſtatim peti poteſt, ſi filia eſt ætatis nubilis.*

3 *Emptio feudi ante impetrationem aſſenſus perfecta non dicitur.*

4 *Dominus feudi non fit ex ſolo titulo emptionis.*

5 *Adiutorium, quod debetur pro militia fratris, intelligitur poſt actum perfectum.*

6 *Dictio. pro, aliquando conditionaliter, aliquando modaliter ſumitur.*

QVAESTIO DECIMAQVARTA.

1 QVIDAM † nobilis mouerat litem contra vaſallos ſuos: petẽs ſubuentionem pro terra, quam conuenerat emere certo pretio neque emptio firmata erat Regio aſſenſu, neque poſſeſſio tradita, dicebat enim, velle ſubuentionem debitã, & deponere precium penes fidum bancum pro emptione terræ: an in cauſa poſſit obtinere? Poſſet dici q ſic: quia verba literę ibi, pro emenda terra, non ſtant conditionaliter: ex not. per Bart. in l. Titio. §. Titio genero. circa ſio. de condi. &
2 demonſt. quod † legatum pro filia maritanda nõ eſt conditionale ſed purum, & ſtatim peti poteſt præſtita cautione de nubendo, quando talis filia erit ætatis nubilis, & Bar. ibi ſequitur Pau. de Caſtro, & nonnulli ſic intelligunt Bar. de qua quæſtione & alijs per Bal. in l. generaliter. C. de epiſ. & cler. & in l. ſi pater. C. de inſtitu. & ſubſtitu. & ibi Alex. & alij & per Alber. in tracta. ſtatuti excludentis fœminas, Imo. in c. per veſtras. de donat. inter vir. & vxo. in gl. fin. hęc præpoſitio pro facit modum. quando eſt aliquid explicandum de futuro ſecundùm Bar. in l. quibus. diebus. §. Termilius, 2. col. de condi. & demonſtra. allegat l. ſiquis pro redemptione. C. de dona. Idem Bar. in l. ſi pro dote. de lega. præſtan. cum l. praced. Ruy. conſi. 60. pri. col. 2. lib. idem Bar. in l. 2. §. Titio, de dona. poteſt denotare cauſam efficientem, impulſiuam, & remotam, not. in l. eos. de cõdi. & demonſtra. & in l. 1. C. ſi aduer. vendi. ſecundùm Archid. in c. ordinationes. 1. q. 1. & etiã cauſam finalem l. dominus ſticho. de pecu. lega. Bal. in l. 1. C. per quas perſo. nob. acqui. penul. col. in eadem. l. hoc expreſſum legitur, dum dicit pro emenda terra, cauſa eſt expreſſa & declarata a lege, non erit pro conditione aſſumenda ſecundũ Bar. in l. pen. § fi. de adim. leg. & in l. Lucius. §. ante. de lega. 2. ſi conditio non eſt in cauſa: quouis modo capiatur per viã modi, aut cãæ vel impulſiuę, aut finalis, aut efficientis præſtita cautione de cõuertẽdo in emptionẽ terræ, ſubuẽtio eẽt pſtãda: pręſertim ſi eam vult habere paratã, ac prõptã in ſolutionẽ pretij deponendã per bancum, & minimè liberãdã, niſi cauſa pfectè cõpleta: idẽ tenuit Bal. in d. §. Titio genero, in relicto facto Sẽpronio pro paſſagio terrę ſanctę: vt ſtatim petat legatũ ab hærede: cautione præſtita de eũdo, quã primũ fiet tranſitus ꝑ terra ſancta: de qua qõne p Bar. in l. Lucius. §. a te. de lega. 2. Imo. in d. §. Termilius. & in conſ. a 13. in pen. col. & Franciſc. de Marc. q. 84 1. pro hoc vrget ratio literæ ibi, pro neceſſitatibus ſuis, ſubuentio præſtatur ad releuandum dominum, ne ſit in maiori iactura ſortuarum ſuarum. Rex releuat ipſum, vt vaſalli præſtent adiutorium: amplius in damno verteretur dominus quęrens pecuniam poſt rẽ opino

per-

perfectam, quàm ſi ante, melius eſt ante tempus occurrere l. ſecunda. C. quò licet vnicuique ſine ſodi. ſe vindi. illis non nocet, & domino prodeſt: denegari non debet, quando res eſt in tractu & in fieri, tunc dominus in neceſſitate verſatur vt habeat pecuniam ſolutioni paratam: hoc ex eadem lege videtur prouiſum: dum ſtatuit ꝓ terra emenda, antequam emptio perfecta ſit: dū exprimit futurum tempus, non dicit præſens aut præteritum, l. verbum erit, & ibi not. de verb. ſi gnifi. ſicut qui præſens exprimit futurum non complectitur. l. cum ſtipulamur. l. ſi a colono, de verb. oblig. l. ſi ita ſcripſiſſet. de lega. 2. cauſa eſt in conſideratione Regis futura, emptio terræ, quę ſit pro ſtatu Domini in augmentum dignitatis, vel pro ſalute ipſius, com emit terram pro ſua ſalute neceſſariam: verba literæ uidentur clara, interpretatione non egent. l. continuus. §. cum ita. de verborum obligationibus, omnia videtur Rex habuiſſe in mente, per quæ baro emit terram, argument. l. ad rem mobilem, l. ad legatum. de procu. l. oratio. de ſponſa. idem pro militia filij, to quā requiritur magna impenſa: vel pro redimenda perſona Domini capti ab hoſtibus pro ſeruitio Regis, dum militia quæritur, aut Domini redemptio, aut terræ emptio, vel matrimonium pro filia, vel ſorore domini, pecunia neceſſaria eſt ante opus cęptum & tempore medio, & poſt impenſa occurrunt pro qualitate & neceſſitate facti, dum iſta ſunt in fieri, cedit dies obligationis ex conſuetudine: & quia poteſt eſſe dubium, an ſequatur effectus obligationis, pignus. idem plus eſt quàm cautio, quę in ſimilibus præſtatur pro modo implendo dum eademmet pecunia deponitur vt ſpecies, vel generaliter tempore a iudice limitato, infra quod emptio perficiatur cum Regio aſſenſu & rei traditione.

Poſſet de iure contrarium teneri: primò: quia Rex præſtat ſubuentionem propter onus: vt ſæpius dixi, ante perfectam emptionem cum Re6 gio aſſenſu non habet aliquod onus † aut quia non eſt completa emptio, aut quia Rex ſuum aſſenſum non præſtitit, nullus eſt contractus ex lege imperiali: & licitum eſt contrahentibus iure proprio Regis reuocare, ex canone imperiali constitutionem diuæ memoriæ non poteſt ad precium aſtringi: ergo nec interim poterit ſubuentionem petere: hæc ſunt correlatiua: & a quo ſubmouetur onus: commodum eidem non debetur: vt per Robertum Regem in edicto expedito pro parte vniuerſitatis Vici 1335. 20. Ianij.

Secundò verba legis debent cum effectu capi. l. 3. §. hæc verba. quod quiſque iur. non conſiderauit Rex, ꝙ ideo debeatur ſubuentio: nō ꝗa Baro tractat facere emptionem, ſed quia validam emptionem fecit: cum multa tractantur, quæ non perficiuntur, not. in l. ſi ita quis. §. fin. de verborum obligationibus. & in l. pacta nouiſſima C. de pactis. ex hoc poſſet oriri confuſio ſoluere & repetere. & in faciendo pecuniam damno vexari: dum venalia expouit vniuerſitas bona quæ minori pretio tunc vendi ſolent, teneretur Baro ad illud intereſſe, per l. ſingularem. Lucius Titius. de actio. empti, poſſes ideo illos facultatibus labi, vel oumulariam foro cedere.

Tertiò non legitur viſitatum in Regno, quòd Baroni præſtetur ſubuentio ante emptionem perfectam, ſed tantùm quando emptio fuit completa cum licentia Regis, & poſſeſſio fuit verè 4 tradita: † ex ſolo titulo emptionis non fit dominus l. ſi ager. de rei vendi. & in l. traditionibus. C. de pac. & forte non ſufficeret traditio per conſtitutum: cum verſetur præiudicium tertij, & actus ſit tradendi fictus, & Rex habuit in mẽte merum factum, quòd terra veniat in manu domini propter rationes ſæpe narratas: non debet immutari quod tam longeuo ſeculo obſeruatum eſt. l. minimè. de legibus, neque debet ampliari dicta lex: vt procedat tam poſt perfectam emptionem quàm ante, hæc interpretatio reijcienda eſt: cum non legatur vſu recepta: & illa lex interpretationem habuerit emptione perfecta: odioſa eſt, reſtringi debet l. odia. de regulis iur.

Quartò: illa lex declaratur per poſteriorem legem Federici Comitibus: ibi dum dicit, pro militia fratris: cum Comes, vel Baro, aut miles ſuis expenſis militem fecerit ab hominibus ſuis 5 adiutorium exigere: † requirit ibi actum perfectum & ſua impenſa, nondum ceſſit dies obligationis legalis: idem dicendum videtur in hac controuerſia.

Quintò idem ſtatutum legitur, quando ſubuentio petitur pro filia, ſorore, nepte, aut alia deſcendente, vt ſit maritata, & dos ſoluta, aut promiſſa & de ſuo erogăda: vt ſupra diximus, & Robertus conſuluit ex ſua ratione eodem loco, & Carolus filius eius vicarius, omnes Regni peritiores dum de ſubuentione loquuntur, emptionẽ pfectā affirmant filiā maritari, & dotatā: ponunt militiam obtentam: nemo ſpeciem allegat, antequam ſit res in fieri, ſed tantùm vbi per fectum eſt opus: Honorius ſecundus dum Federici ſecundi Romanorum Imperatoris Siculis grauaminia illata & illicitas oppreſſiones execratur: & claræ memorię Carolum Regem ex perniciosis dictarum afflictionum participem excuſat: dum de ſubuentione Regi præſtanda legem conderet, in quatuor expreſſis caſibus verba hæc interſerit videlicet. Quartus eſt pro maritanda ſorore ſimili coniunctione coniuncta ſibi, vel alia qua ex filiabus aut nepotibus ſuis, ſeu qualibet alia de genere ſuo ab eo per rectam lineam deſcendentem, quam & quando ipſe eam dotabit: & alia vt in tex. ſi Regi, & quando dotabit tunc pro ſumma ibi expreſſa ſubuentio datur: ergo nec Baronum pro terra emenda, nec in alijs caſibus pręſtanda eſt, antequàm euenerit perfectè caſus: & ipſe ſenſerit verè onus, pro quo petit adiuuari: idem probat text. dictæ conſtitutionis, ibi dum dicit, pro ſeruitio exercitus noſtri, ſi quidem in exercitu noſtro fuerint, de pręlatis loquitur, quibus ſubuenit in expreſſis caſibus: & ibi, vel ſi vocemus eos, vel miſerimus eos ꝓ ſeruitijs noſtris, vel corredo nr̃o, cū in terris eorū nos hoſpitari, vel corredū ab eis recipere.

contingerit; ſemper habuit oculos Rex ad onus impoſitum & erogatum: tunc ſubuenit; vt reſarciatur pro ea parte, & non ante, vel dum iſta ratiocinantur, vel tractantur: tex. dicit, quando ipſe eam dotabit, exponitur conditionaliter ſi dotabit l. cum uir. de condi. & demonſtra. & in l. ſi pupillo, quando dies lega. cedit: poſſet eſſe difficultas ſecundùm Albe. in hoc loco, an conditionaliter, an temporaliter accipiatur ex multis rubricis titulorum: ſubiecta tamen materia, & proferentis mens declarabit. l. ſi quando. de lega. primo, & in l. ſi quando. C. vnde vi. conditionalis eſt ſui natura, nihil interim ponit in eſſe res in ſuſpenſo eſt, pendet adhuc: aliquem effectum de iure non habet.

Sextò pro hac parte faciunt ea, quæ diximus in ſuperioribus pro alijs quæſtionibus pro maritagio filiæ domini, aut nepotis: ne dos ſoluta ſit vel promiſſa vel compenſata, & antea non debeatur: fingi enim poſſunt matrimonia, & legis diſpoſitio fraudari, argument. l. cum hi. §. ſi agi. de tranſactio. auarus videtur dominus, qui ſatagit habere præmaturè pecuniam ſubſidiorum ex tam præcipiti tempora: nec vaſallus bis dat, quia cito dat: ſed bis ſibi ab eo inuito aufertur: Roffre. in titulo, de ſacramēto cuiuslibet vaſalli, dicit ideo domino conferri, quando maritat filiam, quia ſit pauperior: ſecus quando maritat filium: quia tunc accipit dotem & fit ditior.

6 Nec obſtat, quòd † dictio, pro, ſtat modaliter, quia ex prædictis apparet in ea lege poni conditionaliter, & ſecundùm ſubiectam materiam verba legis ſumuntur l. ſi vno. locati: nec legatum dotis eſt modale, ſed conditionale, quando ſit ab extraneo ſecundùm Bart. in dicto §. Titio genero, & omnes eum ſequuntur. & in dicta l. ſi pater C. de inſtitu. & ſubſtitu. ſecus quando a patre infra ſummam dotis aut paragij porum eſt ab initio, quoniam lex eijcit omne onus, & omnem cōditionem repellit. l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. teſta. & ſecundùm hanc concluſionem ſæpe determinauit ſacrum Conſilium & mea etiam memoria: onus nuptiale, aut conditionis imponitur non ſuper re propria legantis, ſed ſuper re affecta libertate legali, non poteſt facto hominis minui, argument. l. ſi arrogator. de adoptio: neque enim obſtat, quod dixi ſupra pro contrario de legato facto pro acceſſu ad terram ſanctam. nam diſſimile eſt his, quæ ſupra poſui, & ex præſumpta mente non ante debetur, quàm quando fiet vniuerſalis tranſitus peregrinorum ad viſitandum ſanctum ſepulchrū, argument. l. nec ſemel. §. ſi in habitatione. quando dies legat. ced. & ibi glo. ponit exemplum, quando legatur pro magiſtro, & mercede diſciplinarum, vel pro habitatione ex conſectutata mente morientis debeatur, cum incipiat egere, argument. l. ſed ſi ſuſcipiatur. §. 1. de iudi. & in l. titulo. §. ſi. quando dies lega. ced. de quo text. Bal. conſilio. 192. in 5. lib.

Verba literæ, pro emenda terra, duplici modo exponuntur, primò quòd pro terris emptis ante illam conſtitutionem non debeatur ſubuentio, quia cum expreſſit futurum excluſit præteritum, argument. l. maritus. C. de procur. ſecundò ut futurum ponatur pro præterito, ut in l. ſi condicetur, de condi. furti. pro emenda terra, id eſt cum terra ipſa empta fuerit, & unum tempus ponatur pro alio. l. prima. §. primo, & ibi Alberic. quod quiſque iur. & in hoc ver. Barto. in l. prima, C. de legi. not. Abb. in capitulo. nam concupiſcentiam. in fin. de conſtitu. & in capitulo, ad noſtram. in ver. contendimus de conſue. ſic exponitur in l. prima, ſi quis in ius voca. non ier. & præteritum pro futuro l. omne eſ. pro ſocio, & ibi docto. & in l. ſi Poſſidonium. C. ex quibus cau. infa. irro. & in l. ex ea parte, de verborum obligationib. ſubiecta materia hoc patitur, naturalis ratio ſuadet, & mens conditoris colligitur ex dictis in eadem lege, quæ eſt poſterior pars legis: & in l. ſequen. l. ſi tertius plurium §. ſi. de lega. 1.

Vltimò, facit pro hac parte vniuerſalis ratio, quòd in re dubia debemus fauere reo; quia nihil promiſit, in nihilo contraxit neque uel interpretatiuè; & ſeueritate quadam legis aſtringitur pro tolerandam duritiem domini, & iuxta hanc ſententiam iudicatum fuit.

S V M M A R I V M.

1 *Subuentio à vaſallis debita, an poſſit eis remitti ſine aſſenſu.*
2 *Beneuentum à Carolo Magno Romanæ eccleſiæ fuit donatum & eſt intra regnum.*
3 *Subuentiones licet extraordinarij ſint reditus, faciunt feudum maioris pretij.*

QVAESTIO DECIMAQVINTA.

1 SED † an dominus poſſit ſine Regio aſſenſu remittere vaſallis ſuis præſtationem ſubuentionum expreſſam in d. l. quamplurium? Doctores neoterici de Regno in ſpecie non poſuerunt eam in eorum operibus: eam tetigit dominus Roffredus Beneuentanus in titulo, ſacramentum cuiuslibet vaſalli. pagi. 364. Et dicit, vaſallos ad ſex teneri Domino: duo debita ſunt fauore Regis: & illa remittere non poteſt, duo ſeruit pro exercitu imperiali, confert ſecundùm qualitatem & quantitatē feudi, quod vocatur ad iuuamentum: quia aliquando multi adiuuant ſe & conferunt. Secundò pro corredo Imperiali: quando dominus Imperator tranſit per locum dantur ſibi expenſæ: iſtis duobus caſibus ſeruit pro curia, & in ipſis non poteſt dominus liberare vaſallum ſuum; quia ſunt ſtatuti pro vtilitate domini Imperatoris, in alijs autem quatuor poteſt liberare vaſallum, ex quo tangunt principaliter dominum, & non Imperatorem: videlicet ſi maritat filiā pro ſe, vel pro filio milite faciendo: pro ſe redimendo ab hoſtib. vel pro emenda aliqua terra: ex his videtur dubiū, an Roffre. loquatur ſecundùm ius Romanū, an

ſecun-

ſecundùm conſuetudinem Lombardiæ: an iuxta iura feudorum, vel conſtitutiones Regni, quarum ipſe habebat notitiam: cum eſſet Beneuen-
2 tanus † quæ ciuitas ex donatione Caroli Magni ſemper fuit in dominio ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ: & poſita eſt intra Regnum in Regione Aprutij. An verò dicat dominum quo ad ſe, donec ipſe viuit poſſit liberare vaſallum ab hoc onere ſubuentionis: cum fructus ſint feudi de quibus ipſe diſponit pro arbitrio voluntatis: nec in illis locum habet ius feudorum Longobardorum, aut lex Regni, vt dixi in primo libro; ſuper limitationibus legis conſtitutionem diuæ memoriæ. Aliud eſt feudum, & aliud fructus feudi: qui poſtquàm ſunt a ſolo ſeparati cenſentur vt res allodialis & libera: hoc ipſe ſentire videtur, dum ait: quòd tangunt principaliter dominum: Hę ſubuentiones, non habentur vt fructus ordinarij de feudo, nec vt reditus baronalis, cum de eis non præſtetur aliquid pro adohamento, neque pro releuio, nec veniant in appretio, quando venditur aliqua terra a ratione duorum, aut trium ducatorũ annuorum pro quolibet cẽtenario, veniunt quodam caſu, & euentu raro contingente: nec ſingulis annis renaſcuntur. ſed videretur ex dictis ſuis in omnibus caſibus Baronem poſſe remittere ad damnum ſuum pecuniam debitam pro ſubuentione: & vaſalli vtroque caſu domino Regi contribuant: & ipſi poſtea exigant a domino: ex no ta. per gloſſ. & docto. in l. inter debitorem, de pac. l. fin. C. ſine cenſu vel rel. ſicut illa alia quatuor remittit. quia ad ipſum ſpectant & intrant in burſam ſuam: pariter & illa duo: vt de ſuo reſarc at ſubditis: dominus Rex habet ſuum ſeruitium, neque in aliquo retardatur, neque in hoc aliqua datur affinitas cum charitatiuo ſubſidio: Illud enim neceſſitate ſuggerente præſtatur prælato pro eccleſiæ beneficio, vel vtilitate, vt reſpondit Oldr. Io. Papæ 22. ſecundùm Alberic. in rubr. C. ſine cenſu, vel reliquis, & in l. fin. 4. columna, C de iuriſdi. omn. iudi. Petrus Bellnca in Specul. principum car. 118. ſubuentio in Regno datur ex lege Regni: ut rapacitati finem imponat: & hæc primordialis ratio, ſiue diues, ſiue pauper ſit dominus: ſiue voluntariè contrahat, dum terram emit, habere eam: quia ſic cautum eſt a lege municipali. illa poſſunt remitti cũ ex ſua pecunia poſſit ſupplere: ſed verius eſt, ne poſſit: cum fiat feudi deterios conditio, & minuatur ius feudale ex lege conſtitutionem diuæ memoriæ. & in capitulo primo, §. quid ergo. de inueſtitu. de alie. fac. remittere donare eſt, ſecundùm Andr. ibi per l. quærebatur. ad leg. fal. l. ſi fundum. §. Titio. de lega. primo. l. tertia. §. ſi ſtipulãt. de donatio. inter virum & vxorem l. promittenda. §. primo, l. licet. de iur. dot. glo. in l. ſi inter. in ver. donantur. C. de ſolu. Alex. in l. ſi mulier, de condi. ob cau. & in l. ſi creditor. C de pact. gloſſ. Abba. & Moderni in capitulo veniens. de teſtib. ſic † ſubuentiones licet extraordinarij ſint reditus, faciunt feudum in maiore pretio: ſicuti ſi fundo ſeruitus debeatur, & aliqualis conſideratio habetur in te

dubia pro taxa: minimum non poteſt dimitti Rege inconſulto, quia nexum impoſitum a lege homo non dimittit: eius eſt deſtruere, cuius fuit imponere ſeruitutem conditionales homines cenſeri poſſunt, quòd aſtringuntur ad talia onera, eorum conditio inſcio Rege immutari non poteſt, ipſe eſt perſonarum dominus, quæ omnia probari poſſunt ex pluribus conſtitutionibus & legibus imperialibus de agricolis, & cenſit. & per dominum Rofredum ſub hoc titulo. hęc quò ad remiſſionem iuris perpetuò debiti. ſi autem remitteret, aut cęderet perceptionem ſubuentionum, quoad ipſe Baro viueret, dubitari poteſt, quia hæc alienatio non eſt, nec iuris remiſſio, aut ſeruitutis liberatio, ſed fructuũ donatio, de quibus diſponit, donec uiuit, & feudum poſſidet pro voluntatis arbitrio, & faciunt quę ſcripſi ſuper limitationibus illius legis, ponderanda eſt remiſſionis gratia. ſi id, quod poterat, inutiliter conceſſit, cum ipſe tunc iure perpetuo Regis ſibi deſtributo ſpecialiter reuocat. Ancio iudicatum pro domino.

SVMMARIVM.

1 *Subuentio an debeatur domino pro faciendo militem fratrem ſuum, naturalem, vel ſpurium.*
2 *Militia eſt honor vel ſtatus perſonæ ad exaltandum hominem, vel ad alium coadiuuandum.*

QVAESTIO SEXTADECIMA.

1 AN † ſi dominus faciat militem ſua impenſa fratrem ſuum naturalem, vel ſpurium habeat ſubuentionem a vaſallis? Videtur quòd non, ex not. in pręcedentibus quęſtionibus, quaſi hoc ex voluntate ſua faciat, non autem ex neceſſita-
2 te legis, item † militia eſt quidam honor ſeu ſtatus perſonę ad exaltandum hominem, vel ad alium coadiuuandum, ut per Luc. in rub. C. qui milit. non poſſ. hoc non conſtat in victu, & alimonia, item quia naturales non aſſumuntur ad honores. tenen contrarium, quia text. Guillelmi pro vtroque dat ſubuentionem domino, ſiue pro vita ſuſtinenda: ſiue pro militia acquirenda, nec diſtinguit, an ſumat militiam frater naturalis, an verò legitimus, nec nos diſtinguere debemus l. de precio de publici. in hoc etiam non tam fratris quàm domini Regis fauor verſatur, ideo Guilelmus de militia expreſſit, vt habeat ex ea proſapia uirum ſtrenuum militem, qui in
5 bello pro repub. inſeruiat quod eſſet valde notandum, ut in his, in quibus publicus fauor verſatur, non ſit curandum de veritate natalium, & hęc ſubuentio præſtatur etiam intuitu domini Regis, ſi cognoſcit naturalem, aut ſpurium idoneum ad pugnã, & militiã fortẽ viribus corporis & ingenio ac ſibi fidelẽ ſecũ diſpenſet, & tollat

du‑itiam iuris: nemo in hoc læditur etſi poteſt natalibus reſtituere toto titu.de nata. reſtitu. & ad feuda etiam nobilia habilitare: ut in cap. naturales.ſi de feod.fue.contro.quare non ad militiam deberet eo magis domino feudi ſubuentio, cum ſubeat duplex onus expenſarum, & pro diſpoſitione habenda, pro impenſis & apparatu militiæ, domini Siculi in trac. de nit. & milit. hoc tenent ſed non allegant aliquas rationes, vel auctoritates.

S V M M A R I V M.

1 *Subuentio, quæ debetur prælatis eccleſiarum in certis caſibus, an differat ab ea, quæ debetur Baroni ex lege quamplurium.*
2 *Prælati, qui dicantur in materia l. quamplurium.*
3 *Epiſcopus electus ante conſecrationem an dicatur prelatus, & habeat iuriſdictionalia.*

QVAESTIO DECIMASEPTIMA

1 TEXTVS in d.l. † quamplurium, dat ſubuentionem prælatis eccleſiarum in certis caſibus ibidem expreſſis, qui uidentur concordes cum iure pontificio in multis: differt autem hæc ſubuentio ab ea, quæ debetur Baroni temporali: quia hæc preſtatio videtur deberi ſolo fauore domini Regis, & cum prælatus eſt in neceſſitate conſtitutus, illa autem debetur etiã domino diuiti & exercenti actum voluntarium, prout eſt terram emere ſecundùm interpretationem Modernorum, quando non eſt vicina aut neceſſaria domino pro ſalute vaſallorum, de quibus prælatis loquatur hæc litera, & an ſolum intelli-
2 gatur de epiſcopis, qui conſecrantur a Papa † & qui ſint prælati in materia huius textus, nemo aperit, poſſet dubitari ſolo epiſcopo deberi, quia per ſequentia uidetur Rex de eo intellexiſſe, qui conſecratur, arg. l. ſi ſeruus plurium. §. fi. de lega. 1. Epi conſecratio habet formam traditam a canone, & requirit ſolemnitatem, de qua in cerimoniali Romanę eccleſię, & per docto. in c. conquerente. de offi. ordi. multa pompa eſt in ea, & expenſarum erogatio, bullarum ſolutio & annuá præſtatio, illa conſecratio eſt neceſſaria, ut prelatus dicatur epiſcopus c. tua. de his quę fiunt a prælato, & in c. noſce, de electio. & dicam infra cui non conueniunt uerba legis diſpoſitio non refertur ad eum, dixi ſępe in ſuperiorib. expreſſit de prælato conſecrando in ſtricta ſui ſignificatione, non in larga pro omni eo quod habet curam animarum, ut in c. tua. de clerico ęgrotante, nec habente maiorem prærogatiuam ſiue adminiſtrationé. c ſi in plebibus. 63. diſtin. decano archipresbitero, & ſimilibus. c. Romana. §. nec etiam. de for. comp. lib. 6. Archy. in c. ornimarum. de conſtitu. & in c. decernimus. de iud. ubi plenè, Abbates prælati dicuntur, vt ibi, & in c. 1. de ęta. & quali. c. ut apoſtolicæ, in prin de priuil. in ſexto, & capitulo præſenti. de offic. ordi. eodem libro. in Regno multi ſunt, qui habent iuriſdictionem ordinariam in uaſallos, domini ſunt terrarum & oppidorum eccleſiæ nomine, et vocantur ad parlamentum & dant vocem, vt dixi in primo libro in 3. q. iæſt. ipſi dicuntur habere dignitatem. c. ſiquis deinceps. 16. q. 7. c. in demnitatibus. §. verum. de electio. in 6. non, in cle. 2. de reſcrip. epiſcopus prælatus dicitur ante conſecrationem not. Abba. in c. tam literis. de teſtibus, & Sandeus in c. eam te. 3. col. de reſcrip.
3 dicitur † tamen epiſcopus electus ſecundum glo. in rub. 6. in ver. epiſcopus: & per glo. in c'em. 1. de reli. domi. Cardin. in c. memſuimus. in fin. de de accuſa. glo. in clemen. dignum. de celebra. miſſa. alij dicunt, quòd ante conſecrationem non dicitur quis promotus in epiſcopum, per tex. in d. c. eam te. & ibi no. Abb. & in d. c. tam literis: electus & confirmatus, uel ubi à Papa pronuntiatur epiſcopus: fingitur tamen epiſcopus quoad iuriſdictionalia: ſecundùm Cardi. poſt Zenzelinum in clem. 1. vndecima q. de pęnis, per text. in c. 2. de transla. præla. in abbate ſecus eſt, vt ante benedictioné Abbas dicatur, not. Oldra. conſ. 14 per text. in c. 1. de ſopple. negli. prela. & in c. quoniam, 69. diſtinct. & de ratione differentiæ, dic vt ibi. in pluribus conſtitutionibus & capitulis Regni fit mentio [illegible] prælatis eccleſiarum: & in illis, quæ ab Honorio ſunt ordinatæ: ratio illius legis refertur ad omnes, ſiue ſint epiſcopi, qui conſecrantur, ſiue Abbates, qui benedicuntur: ſiue eccleſiarum præpoſiti, dum tamen habeant dominium in vaſallos, & ſint illorum ſubditi, habebit locum illa lex in omnibus prælatis, & illi qui conſecrátur, non habebunt ſubuentioné a vaſallis eccleſiæ: qa ceſſat in illis cã oneris, qa non côſecrant: cã eſt in medio, pp quã dat ſubuẽtio: ceſſante cã ceſſat diſpoſitio legis: ĩ alijs caſibus expreſſis in eadé lege dabitur ſubuentio: quia in illis viget diſpoſitio legis: quia prælati & vaſalli ſubditi ſunt, & ſupereſt cauſa oneris, propter quod datur ſubuentio fauore domini Regis: ex illa lege datur ſubuentio prælatis, in quinque tantùm caſibus. præſertim quando prælatus recipit conſecrationem: hoc etiam caſu exigit charitatiuum ſubſidium a clericis: ut not. in capitulo conquerente. de offi. ordi. & in capitulo cum apoſtolus. §. prohibemus. de cenſib. & ibidem per Abba. & alios: & hoc caſu epiſcopus & archiepiſcopus non conſecrati habebunt a clericis: cum illa exactio ſit iuriſdictionis & non ordinis: vt in dicto capitulo conquerente. in fine. & in capitulo tranſmiſſam, de electio. expediant tamen primò bullas eorum, ne ipſi incurrant in pęnam extrauagantis Bonifacij Octaui, quæ incip. iniunctę.

S V M M A R I V M.

1 *Subuentio a vaſallis an debeatur domino tenenti feudum cum pacto de retrouendendo, durante termino redimendi.*
2 *Onera qui ſuſtinet, emolumentum conſequi debet.*
3 *Pactum de retrouendendo non operatur, quin emptor efficiatur verè dominus, & pura dicitur venditio cum tali pacto facta.*

4 Ius

4 *Ius congrui locum habet etiam in venditione facta cum pacto.*

5 *Inſtrumentum. quod nunc eſt purum ſeu liquidum, licet ex poſtfacto reſoluendum habet exequutionem a ſtatuto.*

6 *Bona empta cum pacto de retrouendendo pendente termino redimendi inter quæ bona connumeranda ſunt, inter mobilia reſpectu pretij reddendi, an ſtabilia reſpectu ipſius rei ſtabilis.*

7 *Laudemium. quod debetur de venditione facta cum pacto de retrouendendo, an debeatur etiam in retrouenditione facienda.*

8 *Subuentio debetur mulieri de feudo cum vaſallis ſibi pro dotario conſignato. quia mulier in dotario eſt pluſquam uſufructuaria.*

9 *Mulier pro feudo, quod habuit in dotarium tenetur præſtare ſeruitia.*

10 *Subuentiones. quæ percipiuntur a vaſallis, dicuntur fructus feudi, & ideo debentur domino, qui eſt dominus tempore, quo percipiuntur.*

11 *Subuentio, quæ debetur a vaſallis domino pro emenda terra, intelligitur deberi, etiam ſi emptio ipſius terræ fieret cum pacto de retrouendendo.*

12 *Aſſenſus præſtitus in venditione feudi inducit inueſtituram in perſonam emptoris & præſumptam donationem.*

HIC quæro de noua quæſtione,
quam à vetuſtioribus Regni do
1 ctoribus tactam non legi. Sit † vẽ
ditur ab aliquo domino Terra
cum pacto de retrouendendo,
an emptor pendente termino
redimendi habeat ſubuentionem a vaſallis iuxta
terminos conſti. prædictæ quamplurium? Fuit
de facto in Regia Camera Summariæ inter Do-
minum Felicem de Ianuario, & Vniuerſitatem
Rochæ Monfinæ, quam emerat ab Illuſtriſſ. Du-
ce Sueſſæ, cum pacto redimendi. & petierat ſub-
uentionem ſibi præſtari pro maritanda filia. vlti
mo die Octob. 1552. declarauit ſubuentionem
debere fieri a vaſallis: cum ipſe tempore, quo ſub
uentionem petit, Dominus ſit vaſallorum &
hac ratione Cameram decidiſſe, dixit mihi do-
minus Locumtenens. & dum verteretur lis in ſa
cro Cõſilio inter dominum Bartholomeum Ca-
rafam, qui ſimiliter emerat Caſale Griſinſani a
domina Victoria Caracciola cum pacto de retro
uendendo, & petijt à vaſallis ſubuentionem pro
emenda terra. die 14. Iulij. 1553. pronunciauit,
ſubuentionem eſſe præſtandam a vaſallis terræ
prędictæ. & illos per ſententiam diffinitiuam ad
ipſius præſtationem condemnauit. In hac cauſa
non interfui, cum Domini de alia aula doctiſſi-
mi, ac acutiſſimi illam determinauerunt. nec re-
peritur aliàs prouiſum ſuper hac quęſtione a ma
ioribus noſtris, in archiuo Regum non legi, nec
audiui ab alijs, qui peruigiles fuerunt in legen-
dis antiquorum libris. Volui hic inſerere quic-
quid mihi in hoc articulo pro vtraque parte di-
cendum occurrit.

2 Pro Domino facit † regula iuris, ſecundùm
naturam, de regulis iuris in 6. quòd cum ipſe ſol
uat ſeruitium Regi, & adoamenta, quę a Rege
imponuntur, & alia onera ex feudi lege debita,
conſequens eſt, vt etiam habeat obuentiones &
fructus, qui ex lege & conſuetudine feudali de-
bentur.

Secundò, ſi hic Dominus ex hac uita decede-
ret filio, vel alio hærede relicto, curia Regis rele-
uium cõſequeretur ab hęrede filio, uel alio. cum
feudi inueſtituram reuocandam petit: quia ex a-
lienatione facta cum aſſenſu Regis, licet cum
pacto retrouendendo, iam nouum fuit factum
feudum in perſona emptoris, & primus iam de
finit eſſe Dominus, niſi ipſe redimat. hæc præſta-
tio relevij debetur Domino ex conſuetudine, vt
not. Andreas in capitulo primo, §. ſed & res, in
fin. col. per quos fiat inueſti. ergo debetur huic
Domino vel eius hæredi id; quod pro ſubuen-
tione ex lege Regni ſancitum eſt pręſtari, cum ip
ſe vt poſſeſſor omnia ſuſtineat onera, e conuer-
ſo omnia debet poſſe emolumenta conſequi, vt
contrariorum eadem ſit diſciplina.

3 Tertiò, † qui emit terram vel Caſtrum cum pa
cto redimendi, verè iam eſt Dominus vaſallorũ,
vt in l. 2. C. de pactis inter emptorem: cum pri-
mus per alienationem & traditionem non ſit
amplius Dominus. duo eiuſdem rei inſolidum
non poſſunt eſſe Domini: vt in l. ſi vt certo. §.
ſi duobus vehiculum, cõmoda. ſi huic empto-
ri non pręſtaretur ſubuentio a uaſallis, priori ẽt
Domino minimè deberetur, cum ipſe nõ ſit mo
do Dominus, nec poſſeſſor vaſallorum. ex hac
venditione vaſalli liberationem a legali onere
conſequerentur, & neutri ſoluerent, quod non
eſſet ferendum.

Quartò, venditio quę fit cum pacto redimen
di dicitur pura, vt notat. in d. l. ſecunda. C. de pa
ctis inter emptorem & venditorem, licet ſub qua
dam facultate reſoluenda, ſicut pactum addictio
nis in diem, vt in l. ſecunda, de in diem addictio
ne, & de ea dici debet interim, prout de pura vẽ
4 ditione. Per hanc rationem † Neapo. in conſue-
tu. prima, de iure congrui, in glo. in verbo emit
in ſecunda colu. concludit, vicino competere
ius congrui, ſi prędium vicinum alienatur cum
pacto redimendi. & Neap. ibi ſequuntur Moder.
in tracta. de iure proto. in §. licet. in ſexta colu.
& ideo ſi non redimit, currit tempus, ut dicit Io.
Montel. in verbo redimere. quem ſequitur Tira
quellus in tracta. retract. fol. 359. & Moder. Gal
li in conſuetu. Paris. in §. 1. & §. 13. in 5. gloſ. nu.
22. & Caſſa. in conſueto. Burg. fol. 340. Iſta etiam
5 ratione † arguit Socinus in conſilio 61. col ſecũ
da, uolumine quarto, quod inſtrumentum pu-
rum interim, licet ex poſt facto reſoluendum,
habet executionem a ſtatuto, allegat Bartol. in l.
Iulia. in fi. de condi. indebi. ſequitur Decius in l.
is damnum, de regulis iuris. & in conſilio. 279.
ſecundo volumine, & in conſilio 308. notant do
cto. in l. ſi pecunia, ſi certum petatur. & hęc deci
ſio formatur authoritate gloſſ. in dicta lege ſe-
cunda, & in l. tertia. & ibi Alberic. de contra-
henda emptione.

6 Ex hoc † etiam deciditur alia quęſtio, quòd
ſi emitur res ſtabilis cum pacto redimendi & in
re mobili ſuccederet vnus de vna linea, & in re
ſtabili.

ſtabili alius de aliena, ſi tempore mortis non eſt redempta, ſed remanſit in hæreditate, nō ſuccedent in illa re illi, qui ſi redimeretur, eſſent in prætio vt in re mobili ſucceſſuri, conſiderata tēpore & ſtatu præſenti, ar. l. ſufficit. de conditione indebi. & ibi per Maynum, & per Cagnolū in l. ſecunda. C. de reſcin. ven. & per Tiraquellum in tractatu de retractu, fol. 310. cum multa accidere poſſent, per quę res non redimatur, vt in l. naturalem. §. primo, de acq. poſſ.

7 De hac venditione † quæ fit cum pacto redimendi, re tradita debetur laudemium, quod præſtari conſueuit, cùm poſſeſſione tradita, ſtatim ſit ius quęſitum domino, vt dicit G. de Cuneo. & poſt eum Albertc. de Roſat. in l. ab emptione, in ſecunda col. de pactis, & ſi poſtea retradatur, aliud deberetur, cum cenſeatur alia venditio. quæ rei traditione perficitur, arg. l. ſi duobus, de diuerſis & temp. præſcrip. & in l. ſecunda §. ſi ſub conditione, pro emptore. de qua quæſtione, cum articulus ſit difficilis, remitto me ad nota. per Docto. in dicta l. ab emptione. & per Dominum Hieronymum Cagnolum in dicta l. ſecunda. & ad Gall. in conſue. paris. §. 1. columna vigeſima, pleniſſimè Tiraquellus in dicto tractatu Burgun. ſol. 340. cum ergo emptor veluti nouus Dominus habeat omnia emolumenta, & obuentiones, quæ de conſuetudine præſtari ſolent, debet etiam poſſe conſequi eas ſubuentiones, quę domino dantur ex prouidentia conſtitutionis Regni. ex quo diuerſa ratio minimè aſſignari poteſt. Id etiam fuit, quòd nouo Domino præſtatur aſſecuratio à vaſallis, iuratur fidelitas, quare autē ſubuentiones debeant denegari, non videtur rationabile, quia ſi ipſi vaſalli delinquerent, & ipſos ad cōpoſitionē admitteret, ſui eſſent prouentus licet dominus ſit reuocabilis, vt not. Docto. in l. ſi. de iuriſdictione omnium iudicum. & in l. ſecunda, de pactis inter emptorem & venditorem. pęnæ, mulctę. & bonorū publicationes ſunt fructus iuriſdictionis, vt dicit Azo in ſumma. C. de pęnis, Bar. in d. l. ſi. & Bal. in l. prima, tertia col. C. de fructibus & litium expen. & plenè And. in capitulo primo. §. hęreditatem, de pace ten.

8 Quarto † ſubuentio à vaſallis debetur mulieri, cui fuit conſignatum feudum pro dotario cum vaſallis, vt firmat poſt multa Andr. in dicta conſtitutione: quia mulier in dotario eſt pluſquam vſufructuaria, vt dixit in conſtitutione, mulier quę dotarium. & dicit dominus Bartholomæus de Capua in conſti. licentiam, quòd † mulier pro feudo, quod habuit in dotarium præſtat ſeruitium Regi, debet ipſa habere ſubuentionē à vaſallis, ar. l. quæro. & l. hactenus, cum l. ſequēti, de vſufructu. ex hac ratione firmat And. in dicta conſtit. quòd creditor, qui poſſidet iure creditoris, ſi præſtat ſeruitium ratione naturalis poſſeſſionis, petet ſubuentionem à vaſallis, quia ſi habet onus, debet habere emolumentū: vt in capitulo cum ſecundum, extra de prębendis.

Quintò, quod lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus, vt in l. prima §. generaliter, de lega. præſtan. conſtitutio, quę prouidet dari ſubuentionem à vaſallis in ſex caſibus ibidem expreſſis, generaliter loquitur de domino, vt domino pręſtetur. an autem ſit dominus temporaliter, vel non: non diſtinguit: ſufficit tempore, quo debetur, ipſum eſſe dominum. Gulielmus in ea lege domino mandat ſubuentri. ſufficit eo tempore hanc qualitatem eſſe veram, ar. l. in delictis. §. ſi detracta. de noxalibus. Ratio illius legis fuit prouidere, ne dum vaſalli vt ad alios caſus minimè teneantur, ſed etiam dominorum neceſſitatibus, & oneribus pro Regia ſeruitio, vel Regio exercitu, vt dicit Andreas ibi,

10 cum declarat textum. hęc verba. Alij † exponunt dominu, idest domināti. & ſic includunt etiam creditorem, quia hæc ſubuentio fructus eſt, & ſi eos lucri faciat ex pacto, vel ex lege, ſuum erit. apertè videtur Andreas ibi decidere hunc articulum, quòd cum ſubuentio ſit fructus, debetur illi, qui eſt dominus, eo ſcilicet tempore, quo percipiuntur, vt notat. in dicta l. ſecunda, de pactis inter emptorem & venditorem, & in l. Iulianus §. ſi fructibus, de actio. empti, & eſt bonus tex. in l. Herennius, de vſuris. aliàs videretur iniquum, eum qui eſt dominus non lucrari fructus, pręſertim quando venditor omnia tranſtulit in emptorem, nec aliquid ſibi retinuit, vt communiter fieri ſolet. & cum hic fructus debeantur ratione rei, idest ratione ipſorum vaſallorum, ad quem ergo ſpectant vaſalli, ipſe debet poſſe percipere fructus vaſallorum, ſicut contra ſi ratione alicuius oneris teneretur, vt in l. ſi. C.

11 ſine cenſu, vel reliquis. Ex hac ratione † infertur, quòd nedum debeatur ſubuentio domino à vaſallis, qui illos poſſidet cum pacto redimendi, quando maritat filiam, amitam, ſororem, vel neptem, & quando pro vna vice terram emeret liberè, & ſine pacto, adhuc deberetur hæc ſubuentio à prædictis vaſallis, cum verum ſit, illos eſſe vaſallos, ac ipſum terram emere: nec tex. dicat, quando emit terram, vt ſine pacto illo emat: cum poſſit eſſe perpetua priore domino non redimente, hæc lex fauet dominis, & fauet etiam domino Regi: cuius intereſt Barones plurimos habere ſubiectos. nec grauantur in hoc vaſalli, quòd dominus emat, & ex pacti neceſſitate reuendat vel reſtituat, cum poſſit ipſe etiam terrā ſuam antiquam liberè in alium alienare & transferre pro arbitrio voluntatis ſuæ. vt in l. dudum C. de contrahen. emptio & in l. nec emere, de iure delib. vaſallorum in hoc non ſit conditio deterior, ex quo pendet à futuro euentu illi, aut alteri domino ſubuenire, poſtquàm à lege Regni ad hoc aſtringuntur. nec refert futurus dominus quis ſit. grauis, potens, diues, vel pauper. incertum eſt. vaſalli conqueri non poſſunt, arg. l. ſi pater puellę. C. de inoffi. teſtamen. & in l. de ſideicommiſſo. C. de tranſactio.

* Ex pacto de reuendendo interim non impeditur dominus vendere: cum ſit actio in perſonam: vt per Alex. conſil. 103. lib. & Curtium conſil. 12. eſt ipſe dominus, etiam quòd ipſe nō poſſet alienare l. peto §. fratre l. cum ita §. in fideicommiſſo. de lega. 2. Et ſi poſt mortem teneretur reſtituere, & ſuum ius extingueretur, dominus

minus dicitur l.non ideo.de rei vend.l.fi.C.cōmun.de lega.arg.l.fi.de vſufruct.ear.rer.quę vſu conſum.& l.ſpecies, de aur. & arg. leg. ✶

Pro parte autem contraria videtur poſſe dici, vaſallos ad hanc ſubuentionem non teneri. Primò; quia ab annis centum & vltra, & à tanto tēpore, quo hominum memoria non exiſtit in cōtrarium, hæc ſubuentio non reperitur exhibita vel præſtita domino, qui terram habet cum pacto de retinendo.& ab his temporibus continuatim in Regno factæ fuere venditiones terrarum,& caſtrorum cum hoc pacto :& nunquam à dominis hæc ſubuentio fuit poſtulata.ex tacito quodam conſenſu interpretatum eſt ex Regni lege non deberi:cum ſi debita fuiſſet,ſi exacta,nedum petita fuiſſet,ar. litere dictę conſtitutionis;dum prouidet, ne domini petant, & in alijs caſibus, quàm ibi expreſſis adiutoria extorqueant.ibi,Rex dominorum auaritiam compeſcens,declarat iam illos illicita adiutoria extorquere conſueuiſſe & facit in ar.l. cum de indebito,de probationibus.veriſimile non eſt tanto tempore tacuiſſe,ſi hæc ſubuentio debita extitiſſet. & ex non petitione etiam inducitur conſuetudo,quæ non intelligeretur excluſa per conſtitutionem Regni: vt dicit glo.in procem. earundem. Fateor & teſtor ego, dum hic caſus mihi bis euenilſet in facto, hanc ſubuentionē à meis vaſallis non petijſſe,ac ſi mihi de iure non deberetur.nam cum emiſſem ab Illoſtriſſ. Principe Salerni,ſeu eius ceſſionario terram Caſtri Abbatis in Prouincia Principatus, cum pacto de retrouendendo:& pendente adhuc termino emiſſem ab illuſtriſſ. Marchione Piſcariæ Ciuitatē Literæ, quæ ex ruinis Stabiæ in vrbem redacta Romanorum ſedes fuit, nobilibus familijs, & militaribus habitata, vti nunc vetuſtiſſima exhibent monomēta, ac olim ex materna linea meorum fuerat progenitorum,Vniuerſitatem,& homines terræ prædictę ad præſtandum adiutorium minimè compuli. & dum Regia curia deuoluto ſtatu Principis ob culpam ipſius, de facto à me poſſeſſionem terræ prędictæ auocaſſet. 12.Martij.1552.prætēdens pactum prędictum non eſſe finitum : & quoddam depoſitum licet non integrum cum fructibus mihi intimari feciſſet, eadem terra venalis expoſita per Regiam Cameram ſub haſta candela accenſa remãſit mihi,veluti vltimo licitatori & meliorem curię cōditionem afferenti:ſubuētionem à vaſallis meis Ciuitatis prædictæ non experij. & cum in hoc Regno quamplurimi ſint domini proceres, & magnates,qui ſecum habent doctiſſimos iuriſperitos, & in hac omnium vrbium Principe Neapolitana acutiſſimos cauſarum patronos,& vigiles ſint in eorum negocijs, credendum eſt ab ipſis conſultos fuiſſe,& reſponſum illis de iure non deberi,quicquid tamen ſit hęc longæua, & inueterata taciturnitas, non dicam donationem iuris debiti induxit,ſed legis nouæ interpretationem fecit, vt habeat locum in illis dominis,qui perpetui ſunt,& à quibus terra euelli non poteſt ipſis nolentibus.

Secundò, quamuis Emptor cum pacto de retrouendendo verè ſit dominus,& percipiat omnes fructus & obuentiones, quę domino pręſtari ſolent, tamen in Regno non habentur apud Regiam curiam pro dominis in omnibus: nam pendente termino redimendi Regia Camera, Summarię non facit taxam, neque cedulariom pro adoamento, neque quicquam immutat.& ſecus faceret, ſi eſſet dominus irreuocabiliter. item domino quãdo habet vnam, vel plures terras, vnam relaxat pro hoſpitio ipſius : neque grauantur à curia vaſalli ipſius terræ, pro diſtributione armigerorum,aut contributione ipſorum ,& illos habet vt exemptos propter hoſpitium domini, eius curiæ,& familię.aliàs duplici onere opprimerentur.& ſic ex libero domini dominio releuantur vaſalli ab angarijs recipiendi vnum,duos,vel plures milites, quos curia diſtribuit per Ciuitates & terras Regni , dum hoſpitium redimunt ad rationem ducatorum triū & plus pro quolibet menſe. modò duplici onere aſtringerentur, & dominum ſufferre in terra cum familia:qua de re vt plurimum ſentiunt ipſi incommoda, & quandoque tormenta diuerſa,pro qualitate dominorum:& etiam hoſpitari milites Regios.& hac ratione diuus Catholicus Rex immortalis memoriæ in hoc Regno ſanciuit,vt terra, quæ habet ſuum dominum perpetuum,non ſoluat pro hoſpitio.non eſt credendum authorem illius conſtitutionis , quam edidit ad releuamen ſubditorum , quando de hoc fuiſſet interrogatus, huic domino ſubuentionē dari iuſſiſſe.debet hoc haberi pro expreſſo, arg. eorum,quæ dicit glo.ſingularis in l.tale pactum §.fin.de pactis. neque lęditur authoritas domini,qui hanc ſubuentionem non habet, cum fuerit in ſua facultate non ſic emere; & vt plurimū hi domini non ſoleant à vaſallis omni amore & corde reuereri,& ſpectent priorem dominum, quem credunt eos redempturum, vel ſaltem ſperent. & interim duos dominos ſuſtinent . & vtrique contribuunt,munera aſportant , ſeruitia faciunt , huic quem pręſentem conſpiciunt propter iuriſdictionem & coertionem , priori,ne ſi redimeret,deſpexiſſe videantur, & dum ad illius poteſtatem redierint. ex antecedēti domino odium in eos vertat , vel ſaltem ipſi iuſtè terrentur.Scimus aliquos, qui de hoc ſunt magnoperè conqueſti , & publicam ſarcinam humeris ipſorum ſuſtinuiſſe . Rex qui eſt dominus perſonarum non debet hoc pati.ar.tex.in l. Lucius Titius.§.qui in vita,de lega.ſecundo.notat Andreas in titulo quę ſint Regalia, in verbo & plauſtrorum. Hæ venditiones generaliter habentur,vt pignorationes, & homines ita arbitrantur, vt dominus Zaſius in ſuis conſilijs aduertit.& Andreas dicit multos haberi pro dominis,qui non ſunt domini, vt in l.hęreditas, de acquir.rerum dominio . & præſertim quando aliquis Princeps, aut Dux propter neceſſitatem habendi pecuniam,modico prætio ſub hoc pacto diſtrahit vnam Ciuitatem vel Terram magni valoris . vel quando vna terra eſt poſita in medio terrarum ſui ſtatus , qui ſic eſt connexus, vt neque limitibus & aqua ſeparati queat

quomodo

quomodo poterit practicari illa lex Regni quã plurium contra vaſallos: durum forte videtur legem nouam poſitam contra ius commune, & opprimentem auaritiam dominorum aliter interpretari, quàm in ſuo caſu. poſtquàm hoc expreſsè non dicit, debet recipere interpretationem à lege antiqua, vt dicit glo. in authen. offeratur. C. de litis conteſta. & in l. ſciendum, qui ſatiſdare cogantur. & vt minus lædat ius commune, quàm poſſet, vt not. in l. ſecunda. C. de noxalibus. & vt ſe concordet cum iure diuino, & humano prauo ſublato abuſu. Sunt benè hæc aduertenda pro iſta parte. quid etiam ſi nouus dominus ignorat terram, quę ſit in longinquo: & prior dominus iam propè eſt in ianua: quomodo illi petenti obſtabũt, cum ſe ex nouo dño tuerẽtur? vel ſi fecit affictũ illius terræ apud eundem priorem dominum, & ipſe in poſſeſſione remanſit. in aliquibus terris & prouincijs ſunt vaſalli obſequioſi, timidi, & reuerentes, & ignorant leges: & vnus forte notarius, vel caporalis ſagax ruſticus illos vendit in foro ſine pręcio, & ipſi veluti agni ducuntur ad victimam. debet Dominus Rex tueri ſuam proprietatem, ne excorientur, arg. tex. in l. ſi ita §. dominus, de vſu & habita. pium eſt ſubuenire miſeris & oppreſſis, non autem illis, qui ſitiunt ſanguinem pauperum: cum ipſi tractent de lucro, illi autem de damno, & ferè de ordinario, & perpetuo nexu. non ſemel hoc euenit. ſæpe ſæpius etiam ſimulatur. Sunt quoque inter dominos plurimi miſericordes, qui ſolent pauperum vaſallorum paupertatis commiſereri, tueri orphanos, & egentibus ſubuenire. hoc pertarò eſt: & his iura non adaptantur. ſed ad ea duntaxat, quæ frequenter, & non raptim fieri ſolent.

Tertiò, volui conſiderare omnes leges illius tertij libri conſtitutionum præcedentes titulum de adiutorijs exigendis ab hominibus, & nonnullos ſequentes: & rectè aduertenti, ex his quę in textu narrantur, loquitur de his Dominis, qui perpetui ſunt, dum de ſucceſſionibus, de vita & militia, de faciendo fratre milite, de dotanda ſorore, de dotario conſtituendo, & alijs, quę ſalua recta ratione ad alios Dominos, Barones, & milites referri non debent, quàm ad perpetuos, & ex ſucceſſione terras & vaſallos habentes. licet cauilloſus aliter intelligere poſſit. ſic etiam in quibuſdam capitulis Regni, & Papę Honorij. veriſimile eſt illam ſequentem legem quamplurium. de illis ſtatuiſſe, de quibus ſupra expreſſit, arg. tex. in l. prima, de rebus dub. vbi vna pars ſcripturæ ab alia declaratur. & in l. vtrum, eod. tit. hoc apparet ex tex. eiuſdem conſtitutionis, quando & quomodo ſubueniatur prælatis à vaſallis eccleſiæ. eccleſia enim nunquam moritur: neque mutat dominium, licet prælati & rectores, vel cedant, vel decedant, vt in capitulo ſi gratioſè, de reſcriptis in 6. quando mandat ſubueniri dominis, de proprietarijs intellexit, vt in l. ſecunda. §. in locis, de religio. ſump. funerum. domini autem amouibiles ex pacto de retrouendendo habentur loco vſufructuarij, de quo non loquitur illa lex quamplurium, & vt tales habentur in Regno à vaſallis per ipſos poſſeſſis, qui perſæpe ſolent ſe propria pecunia redimere, vt redeant ad priorem Dominum. ſcimus & nouimus plurimos, qui vel amore prioris domini, vel odio moderni poſſeſſoris eorum pecunia extinguunt pactum de retrouendendo. eſſet reperire modum, quo quiſpiam ditari poſſit: hodie emere terram cum pacto, cras filiam maritare, ſequenti anno emere aliam terram, & habere ſubuentiones, poſtea retrouendere, & in ſimilibus venditionibus verſari, ridiculum videretur huic dare ſubuentiones. & tamen ſi lex Regni hunc caſum decideret, nullum fieret ſeruitiũ Regi aut ſuo exercitui: ſcilicet fauere illi, qui quodammodo pro merce hoc quęſitaret. ideo prouidit ſubueniri domino: quia dominus fit magis potens, & facilius Regi inſeruiet, & cum maiore pompa, ac ampliore numero militum & equorum. emere, & reuendere priuatorum eſt, non Dominorum, aut Baronum. illa lex eſt fauorabilis Regi, & Dominis. Ratio colligitur ex tex. dictæ conſtitutionis, & argumentum eſt validum à ratione ceſſante, vt in capitulo cum ceſſante, de appellatio.

Vltimò, iſta pars comprobatur ex verbis dictæ conſtitutionis, dum dicit, ſtatuimus Dominos non niſi in ſubſcriptis caſibus tantùm ab hominibus eorum: & ibi dum dicit, de prælatis autem eccleſiarum ſtatuimus, vt in his tantùm caſibus ab hominibus ſuis adiutorium petant, videlicet ibi, & eorum, & ibi, hominibus ſuis, quòd illud dicitur ſuum, quod à nemine auferri poteſt, vt in l. omnes. §. primo, de regulis iuris, & in l. ſolum. §. meum, de rei vendi. glo. in §. cum in ſuo, de rerum diuiſio.

* Capitulo grandi. de ſupplen. negli. prçla. in 6. facit lex ſeruum Titij, manda. licet quandoq; capiatur largè. l. 1. in princip. & in §. ait prętor. ff. naut. capo. & ſtabũ & ratione rei vel perſonę interpretetur, vt per Petr. Rebuff. in tracta. de alie. rer. eccleſias. in ver. eccleſię ſuæ. *

De his ſuis vaſallis tex. hoc intellexit, qui perfectè verè ſui ſunt, & à nemine de iure vendicari poſſunt. hoc pronomen ſui natura dominiũ importat & plenam proprietatem, glo. in l. ſecunda, de conditio. inſti. & Bar. in l. ſerui electione. §. primo, de legatis primo, dicit meum non eſſe, niſi ex toto ſit meum, ideo ſuos tex. expreſſit, quaſi ſui ipſiuſmet viſcera, corpora, membra & poteſtas, ac intra domini viſcera genita: prout etiam de filio ſuo dicimus hęrede, quod Angelus Politianus vir doctiſſimus gręcę & latinę vocis Bartholomeo Socino acutiſſimo iureconſulto interroganti explanare nequiuit, ſecundùm Coraſium libro miſcellan. cap. 26. numero 6. colum. 407. declarando tex. in l. in ſuis, de liberis & poſthumis. & in §. ſui autem, de hære. & quali. & differ. & habetur. C. de ſuis & legitimis. filios ſuos, id eſt proprios, & ſui ipſius quodammodo hęredes. vaſalli, qui pecunia ex pacto euelli poſſunt à domino, verè ſui non poſſunt appellari. & dum dixit à vaſallis eorum, perfectum, & irreuocabile dominiũ expreſſit. Caſſaneus in conſuetu. Burgun. in titulo de iuſtitia,

fol.31. arguit Io. Licier, in libello primogenituræ, libro ſecundo, quarta quæſtione, ad tex. legis ſalicæ aſſignantem principalem manſionem, primogenito, pro ſuo iure primogenituræ. quomodo capiatur ibi ius ſuum. & ſi pater poſſit filio auferre, vide eum. Si hæc lex eſt oneroſa, & contra ius commune, debet intelligi in ſuo potiori ſignificatu, & ſtrictè. & non ſub larga ſignificatione tanquam tractu peccabilis, ſed ſecundum communem vſum loquendi, per l. Labeo. de ſupel. legata. ac iuxta propriam ſignificationem in hac ſtricta materia. l. non aliter, de legatis tertio. & l. prima. §. is qui nauem, de exerci.

Et tenendo hanc partem, ex verbis literę, & ratione literę, & ex ipſius mente contraria, breuiter tolli poſſent, vt procedant ſecundùm ius commune, & non ſecundùm hoc ſingulare ius regni.

Secundò reſponderi poſſet, quòd cum non conueniant verba legis huic domino, ad eum legis diſpoſitio referri non poteſt, vt in l. quarta. §. toties. de damno infecto. de perpetuo dixit, de temporali non apparet dixiſſe, ar. l. ait prętor. §. non dixit prætor, de religioſ. & quòd de perpetuo voluerit, & de alio non, patet: quia ſupra in titulo de aſſecuratione dominorum a vaſallis, ſtatuit, dominos à ſuis vaſallis aſſecurari debere de vita, membris, captione corporis ſui, & alijs in tex. expreſſis, ſed domino, qui habet terram cum hoc pacto, non pręſtatur hoc iuramentum, neq; pręſtitum fuiſſe legitur in quinternionibus Camerę, aut in regiſtris Regum: & vſu cernimus continuo, fateor, quòd emptori præſtatur iuramentum à vaſallis: vt Andreas dicit in capitulo ſi minoribus, ſi de feudo fuerit controuerſia. ipſe tamen non iurat Regi: neq; infra annum & diem inueſtituram petit: cum nos fuerit in hęrede introductus, & non in em-
12 ptore. † & Rex præſtando aſſenſum in venditione feudi cenſetur iam ipſum de feudo inueſtijſſe per præſumptam donationem, quę inſurgit ex aſſenſu, per l. lege obuenire, de verborum ſignificatio. Andreas in capitulo ſciendum, quibus modis feudum conſtitui poteſt. & io §. prętere a, ſi quis infeudatus. & in dicto capitulo, ſi minoribus, vbi ſe remittit ad dicta, in §. ſed & tes. ſi ipſe non aſſecuratur à vaſallis pro ſua poſſeſſione conſeruanda, non debet habere ſubuentionem ab ipſis: quia neque hæredi daretur, quando ipſe non ſoluit releuium, nec fidelitatem fecit, aut literas aſſecurationis obtinuit: vt dicitur in capitulo Roberti Regis incip. pro parte vniuerſitatis Vici. & notant Modern. in dicta conſtitutione, in nona dubitatione. 7. col. vaſalli etiam quomodo dicent dominum ſuum, cui non iurant, neque quem aſſecurant, & credunt, prout in multis experientia docuit, eſſe temporaneum, neutri igitur verba legis conueniunt, nec domino, nec vaſallis. ergo nec ille petet, nec ipſi tenentur. & niſi ex tex. nonnullorum capitulorum Regni clarius prouideretur, ſatis foret dubitabile, ſi omni domino terram cum vaſallis poſſidenti, debeat præſtari ſubuentio à vaſallis. cum & ſi tex. dictæ conſtitutionis in ſui determinatione ſtatuat dominis ſubueniri, tamen in principio legis de prelatis eccleſiarum, Comitibus, Baronibus, & Militibus inquitur exordium. diſpoſitio de dominis ſequens debet intelligi de his, qui ſunt Comites, & Barones, cũ præcedentia magis influant ad declarationem ſubſequentium, quàm contra. vt in l. ſeruus plurium. §. primo, de legatis primo. & cum hæc lex noua ſit, contra rationem & æquitatem alium pręgrauare pro debito alterius, & magis ſit odioſa re vera. quàm fauorabilis, vt aud in aliquos tenere, diſpoſitio debet reſtringi ad eos dominos terrarum, qui ſunt Comites, vel Barones tantùm quia eos tantùm expreſſit, ex nota. per Ioannẽ Andream & Geminianum in capitulo quoniã, de immunita. eccleſ. in 6. quē ſequitur dominus Capicius in capitulo imperialem. ſumitur tamẽ conіectura, quòd de his ſenſit, qui vel ex ſucceſſione parentum terras obtinent, vel perpetuum dominium habent.

Nec obſtat, quòd mulieri tenenti terram in dotarium pręſtatur ſubuentio, & tamen eſt potius vſufructuaria, & habet dominium renocabile, & vaſalli ſui non ſunt, vt ponderauit dominus Bartholomæus de Capua in dicta conſtitutione licentiam, allegando tex. in l. ſeruos, de legatis tertio, ex ratione annexi oneris pro ſeruitio prętando per mulierem habentem dotariũ, arg. l. pediculis. §. Labeo, de auro & agen. lega. & melius in l. Publius. in §. circa, de condition. & demonſtratio. quia idem Bar. non firmat ibi deberi ſubuentionem iuxta caſus in illa conſtitutione expreſſos, imò dicit totum contrarium, ſcilicet vt debeatur proprietario, quod eſt prouiſum per Capitulum Caroli Secundi directum Comiti Marſici, incipiens ſuper duobus dubijs in eo tantùm caſu, quando præſtat ſeruitium. & ita etiam firmat Andreas in dicta conſtitutione ex ea ratione, quia ſentit onus ſeruitij militatis, in eo ſibi ſuccurretur à vaſallis. hoc etiam tenuit dominus Petrus de Monte Forte ibidem in apoſtilla dictę conſtitutionis, quæ non reperitur in impreſſione aliorum.

Nec obſtat, quòd ſi non præſtaretur huic domino venditori, minimè deberetur, quia ipſe non poſſidet terram, & vaſalli ex hac venditione conſequerentur immunitatem contra intentionem contrahentium, quia non haberent immunitatem, ſed res exiſteret in ſuſpenſo ab euẽtu futuro, vt ſi non redimat venditor in tempore, emptori debeatur, & eo redimente, habeatur ac ſi nunquam terra fuiſſet vendita, iuxta ea quę plenius attingit dominus Andreas Tiraquellus in tra. de retro. tex. fol. 310. bon. tex. in l. ſi is qui pro emptore. §. primo. ibi, in pendenti eſſe, de vſucapio. & in l. penul. §. vltimo, de caſtrenſi peculio. & in l. proponebatur eod. titul. ibi, nec eſt nouum. & in l. ſeruus. §. primo, de acquiren. rerum dominio, ibi, in pendenti eſt, cui propietatem acquiſiuerit. ſicut etiam dicimus de domino, qui eſt bannitus à Rege. vel excommunicatus, vaſalli interim non ſunt liberati à fidelitate, ipſius. res in ſuſpenſo eſt: vt poſt multa firmat Camaleus in capitulo primo, hic finitur lex, &

ibi Doctores poſt Andream. Venditate redimẽ te terram alienatam, cedit ad ſuam primæuam cauſam, iuxta nota. per Bar. in l. in diem, de aqua pluuia. arcenda. & dominus Hieronymus Cagnolus in l. ſecunda. C. de pactis inter emptoẽ, & venditorem, & ibi ad plures quæſtiones: & ſi non deberetur ea ſubuentio ex perſona emptoris, quia perſonalis, nec veniret in reſtitutione, cum ipſe hoc ius non habeat, ad alium transferre non poteſt. forte tenebitur ad illam, quæ hoc tempore contigit ipſi venditori, ſi forte dotauit filiam, vel emit terram. & ſic nullo modo liberantur vaſalli ex euentu vtriuſque fortunę.

Magna eſt authoritas iudicantium, & ſacri Conſilij, cuius eſt proprium cauſa cognita leges condere, vt in l. finali. C. de legibus: Omnes intuentur id, quod aliàs iudicatum eſt in ſimilibus. Verior propterea cenſetur opinio, quę à pluribus approbatur, vt in lege prima, de officio Præſidis. & cum ſit bis iudicatum, & in Conſilio Regio, & in Regia Camera, inducta eſt conſuetudo, vt notat in l. ſecunda. C. de epiſcop. audien. Veneror ego dignitatem Dominorum, & maieſtatem vtriuſque Senatus, cui me ſemper ſubmitto. relinquo tamen cogitãdum. Die Mar. vltimo Aprilis 1554. ad laudem & gloriam omnipotentis Dei, & glorioſiſſimæ virginis Marię, ac Sanctorum omnium. Marinus Freccia Pro preſid. Sacri Conſilij.

SVMMARIVM.

1 *Releuium ſoluitur per ſubfeudatariũ Baroni à quo feudum tenet immediatè & in capite per mortem prædeceſſoris.*

2 *Releuium ſoluitur in Regno de conſuetudine Regni, non de iure feudorum. & numero. 16.*

3 *Releuium pręſtatur in ſignum deuotionis, & conſuetę reuerentię, & pro inueſtitura habenda, & à releuando dictum.*

4 *Releuij præſtatio perſonalis eſt, & feudum non ſequitur; ſed feudatarium, licet tamen de facto ſeruetur contrarium, & numero. 16.*

5 *Releuium eſt medietas fructuum illius anni, quo moritur feudatarius, ſi non apparet de certa quantitate conuẽtum tẽpore conceſſionis. & vide nu. 28.*

6 *Releuium an debeatur duplicatum, ſi eodem anno moritur pater, & filius.*

7 *Inueſtitura ſi non petitur infra annum & diem à morte feudatarij an perdatur feudum, an verò ſoluatur duplex releuium & vide numero. 37. vbi pęna caducitatis remittitur ex beneficio Regis Roberti.*

8 *Inueſtituram petendi terminus, ſcilicet infra annũ & diem à quo tempore incipit currere, a die mortis patris, an à die adita hæreditatis, an à die recuperatæ poſſeſſionis fondi, cum fuiſſet penes alium.*

9 *Inueſtitura ſi non fuerit petita infra annum & diẽ, & dominus receperit ſeruitium à feudatario, an videatur remiſiſſe culpam.*

10 *Inueſtituræ renouatio debet peti à poſſeſſore feudi.*

11 *Inueſtitura renouatio ſi fuerit conceſſa, cui feudum non competebat, ignorante domino, non nocet domino & poteſt reuocari.*

12 *Inueſtitura non tribuit ius de nouo, ſed vetus confirmat.*

13 *Inueſtitura quando petitur renouari per nouum ſucceſſorem, an neceſſe ſit oſtendere primam conceſſionem.*

14 *Releuium an teneatur ſoluere hæres redimens feudum alienatum per defunctum cum pacto de retro uendendo.*

15 *Releuium an debeatur de feudo duobus inſolidum conceſſo, quòd vno præmorienti alter ſuccedat.*

17 *Releuium an debeatur per mortem vſufructuarij, dum vſusfructus conſolidatur proprietati.*

18 *Releuium an debeatur de feudo donato cum aſſenſu cauſa mortis, poſtquam in feudum deuenitur ex contractu non ex ſucceſſione, licet donatio cauſa mortis æquipolleat vltima voluntati.*

19 *Releuiũ an teneatur ſoluere pater ſuccedens filio in feudo ſibi refutato, poſtquam videtur habere potius iure reuerſionis, quàm ſucceſſionis.*

20 *Releuium, quod tenetur ſoluere hæres ſuccedens in feudo, quomodo intelligitur debitum vt ab hęrede vniuerſali, an particulari reſpectu ipſius feudi tantùm.*

21 *Intellectus Andreę in capitulo primo §. ſed & reus Imperator Lotharius: ibi, in ſuccedente hærede tantùm ſolutionem releuij mos introduxit.*

22 *Releuium an teneatur ſoluere ſuccedens in feudo nõ per veram mortem feudatarij, ſed fictam, vt quia feudatarius ingreſſus eſt religionem, in qua fecit profeſſionem, vel quia effectus eſt foriudicatus.*

23 *Ingrediens religionem ex quo bellica arma deponit perdit feudum.*

24 *Monaſterium non ſuccedit in feudo ex perſona ingreſſi religionẽ, quia non eſt verus hæres, ſed fictus*

25 *Monacus ſi ex diſpenſatione efficeatur ſecularis; an recuperet feudum, quod amiſit per ingreſſum monaſterij, & profeſſionem factam quaſi iure poſtliminij remiſſiue.*

26 *Releuium an debeatur ſi vno eodemque anno, quo moritur feudatarius fuerit impoſitum adoha, & præſtitum ſeruitium.*

27 *Releuium in quatuor alijs caſibus non eſt ſoluendum. item non ſoluitur à prælato, nec ab vniuerſitate. nec à muliere pro eius dotario. nu. 39. 40. 41*

28 *Releuium, quod eſt medietas fructuum, cuius anni intelligitur, illius anni quo moritur feudatarius, an verò vnius anni ad electionem curiæ, maximè ſi in anno mortis nulli vel pauci percipiãtur fructus*

19 *Releuium quando ſoluitur, an debeat fieri deductio expenſarum, & de quibus expenſis ſit facienda deductio.*

30 *Fructus quomodo liquidantur per Regiam Cameram ſummariè.*

31 *Pretium rerum quomodo liquidari debeat.*

32 *Liquidatio pretij quomodo ſit facienda, cum teſtes diuerſimodè deponunt.*

33 *Appretium bonorum ſtabilium quomodo terminetur, ſi ſit diuerſitas inter æſtimatores deputatos, vel inter tabularium & primarium.*

34 *Releuium duobus caſibus debetur ex refutatione feudi facta in vita feudatarij in agnatum ſuum.*

35 *Releuium an teneatur ſoluere feudatarius de rata fructuum ſubfeudi conceſſi per ſuum prædeceſſorem alteri ſine aſſenſu, & quid ſi cum aſſenſu.*

36 *Releuium ſi non ſoluitur ex integris fructibus. vt quia doloſè feudatarius non dedit integram liſtam introituum, an perdat introitus quos non patefecit.*

38 *Culpa patris in non petendo renouationem inueſtituræ infra annum & diem, an & quando noceat filio.*

39 *Prælatus non tenetur ſoluere releuium.*

40 *Vniuerſitas non tenetur ſoluere releuium.*

41 *Mulier pro eius dotarianon tenetur ad ſolutionem releuij.*

42 *Releuium an debeatur de prouentibus iuriſdictionis criminalis conceſſæ alicui in feudum.*

43 *Prouentus, qui percipiuntur ex induſtria officialis exercentis iuriſdictionem, licet ſint fructus, compenſantur cum laboribus ipſius, non abſtante exceſſu.*

1 TERTIA anthoritas eſt, quia † Baro exigit à ſuo ſubfeudatario releuium pro feudo, quod ab eo tenet immediate, & in capite, gloſ. Marini in conſtitutione poſt mortem. & illud non præſtabitur curiæ Regis, vt habetur in ca-
2 pitulo Regni apud Fogiam. Solutio † releuij eſt de more in hoc Regno Siciliç, & non de iure: vt Andreas dicit in capitulo primo. §. ſed & res, columna quarta, per quos fiat inueſtitura. & ibidem dicit, non eſſe onus feudi, cum ſit quædam prçſtatio ex conſuetudine, introducta. & extra regulas feudi, idem Bald. in capitulo quç in accleſiarum, de conſtitutionibus. prçſtationem eſſe conſuetudine introductam, & odioſam. ſequitur Albertus Brunus conſilio 44. quarta columna, idem Bald. in l. prima, ſecunda columna, de rerum diuiſione, dixit quòd
3 † releuium prçſtatur in ſignum deuotionis, & cenſus, ac reuerentiæ. Albertus Brunus conſilio. 61. & Socinus conſilio. 66. columna octaua, volumine tertio. & ideo præſtatur: quia ipſe facit inueſtituram feudi nouo ſucceſſori in feudo, qui ſucceſſit defuncto, vt ſcribit Taurinenſis in ſua inueſtitura feudali, in verbo, qui quidem inueſtiti, ſolio 24. numero 78. Andreas etiam ex improbo more ſucceſſiſſe releuia dixit in capitulo primo. §. in oſtendirijs, de cap. Corradi. forte ex vſu Gallorum tunc in Regno viuentium, ſecundum Moder. Gall. in cõſuetu. Paris. §. 23. folio 233. numaro tertio, dictum à releuando eum, cui præſtatur, ſecundùm Andream ibi, & Gallos in dicto loco. §. vigeſimoſecundo, folio 224. quaſi ſit releuamentum à releuando ſeu liberãdo, prout Iureconſultus poſuit in l. vbi fideiuſſor, de ſolutio. Oldradus conſilio 24. conſiderat releuium eſſe legali obligatione obnoxium. forte de alio releuio intellexit, quàm de eo, quod datur cum mortuo feudatario, hæres eius in poſſeſſionem immittitur. de iure enim non debetur, ſiue moriatur dominus, ſecundùm Bald. in dicto capitulo quæ in eccleſiarum, ſiue moriatur vaſallus, ſecundùm Tauri. in dicto verſiculo, qui quidem inueſtiti, & tenemus certum eſſe, hoc fuiſſe à conſuetudine introductum. ideo Andreas in dicto. § ſed & res, in fine, dixit, releuium non ineſſe in feudo, ſed eſſe præſtationem quandam extrinſecam à feudo per morem inductam
4 in ſucceſſore & hærede. Ex † hoc ſequitur, quòd cum prçſtatio releuij ſit perſonalis debita a ſucceſſore feudi, & non à feudo, quòd ſi nouus ſucceſſor vel hæres in feudo alienaret feudum in alium cum aſſenſu domini, non poſſet poſſeſſor a Regia curia moleſtari ſuper feudo pro ſolutione releuij: quia hçc prçſtatio non ineſt feudo, ſed perſonæ, & actio perſonalis nõ ſequitur fundũ, l. fin. §. primo, de contrahen. emptione. & in l. prima. §. ſi hæres, ad trebellianum. hodie tamen de facto videmus ſeruari contrarium: cum pro releuio fiat executio contra quemcunque poſſeſſorem tenentem tam ex titulo lucratiuo, quàm oneroſo. curia ſuper feudo ratione releuij non poteſt prçtendere actionem realem, neque aliquam condictionem ex moribus in rem ſcriptam ſuper ipſo feudo: quia necubi legitur hoc feudo ineſſe, ſed ex conſuetudine contra perſonam, quæ petit renouationem inueſtituræ: & ſi forte ipſe ſucceſſor non petijt, ſed feudum poſſidet vt dominus ex inueſtitura primi, vt habetur in capitulo primo, de feudo marchiæ. imputet ſibi curia, quando conſentit alienationi feudi, quare hoc non petijt. poterat dicerç, ſoluas primo releuium, quod teneris præſtare pro noua inueſtitura. eſſet in damno emptor, qui aſtringitur veluti poſſeſſor feudi ad releuium, ſi eius venditor non eſſet ſoluendo, & reperiretur in longinquis partibus, & quandoque pro pluribus releuijs curia apponit manus de facto. dant ipſi rationem, qr ex inueſtitura cõſeruatur ius poſſeſſoris, cum declaretur ſucceſſor dominus feudi. ex hoc ipſe habet commodum, debet etiam ſentire incommodum in eadem re. quaſi impenſa quædam ſit neceſſaria pro conſeruatione rei. arg. l. interdum, qui potio. in pigno. habean. Necubi tamen legitur ex hoc more exigendi releuium eſſe præſtationem ſcriptam in rem ipſam: ſed tantummodo mos ipſe introduxit ſucceſſorem in feudo pro obtinenda renouatione inueſtituræ releuium ſoluere. feudo onus non impoſuit, ſed perſonam aſtrinxit eo tempore, quo habilis eſt ad ſeruiendum, vt in capitulo ſi minoribus, & in capitulo ſiquis deceſſerit, ſi de feudo fuerit controuerſia. durum eſt hodie obtinere propter obſeruantiam Camerç, & propter conſuetudinem exigendi de facto.

Forte id procedit: cum incipiat eſſe debitor fiſci ex quaſi contractu, vel ex ipſo contractu renouationis, vel perſonalis actio in realem veniat, & in eo qui erat debitor pupilli: cum ſit illius tutor. l. prima, §. cum eo, de eo qui pro tutore, & in l. Lucius. §. Paulus. de adminiſtra. tutor. vel fauore fiſci transfundatur in obligationem priuilegiatam cum bonorum nexu. l. fiſcus. de iur. fiſ.

5 Quantum autem ſit prçſtandum † pro releuio, quando vaſallus petit a domino renouationem inueſtituræ, ſtandum eſſet conuentioni factæ tempore conceſſionis feudi, ſi appareret;

quia. contractus ex conuentione legem accipiunt. l. prima. §. ſi conueniat, depoſiti. & not. in c. 1. §. ſimiliter, & ibi glo. de cap. qui cur. vendidit. ſed vbi nõ appareret conuentũ à principio, tunc ſoluetur medietas fructus illius anni, quo defunctus moritur, vt Andreas dicit in c. 1. §. firmiter, de prohi. feud. alie. per Fede. & in c. 1. §. ſimiliter. de cap. Corradi. & in conſtitut. poſt mortem, in quodam autem capitulo Regni, quod habeo à penna, tex. dicit, vnius anni, & non illius quo deceſſit feudatarius. ita quòd ſi anno præcedente mortem fuiſſet fertilitas, & in anno mortis fuiſſet ſterilitas, curia poſſet capere ſecundùm illam literam medietatem fructuũ anni præcedentis, & contra, ſi præcedente anno fuiſſet ſterilitas, & in anno mortis fuiſſet vbertas, curia perciperet ſecundùm tempus mortis, poſtquàm vnius anni habet medietatem pro releuio, latè diſcutit dominus Loffredus in dicto capitulo. firmiter. Regia Camera ſeruat præſtari medietatem. & iuxta declarationem Roberti Regis, quæ incipit ſicut nouis hæredibus, ſi feudum conſiſtit in annua præſtatione ſeu prouiſione pro releuio, ſoluitur tantùm quarta pars. hodie autem pro omni feudo præſtatur medietas fructuum, ſiue conſiſtat in vaſallis, ſiue in poſſeſſionibus, territorijs, vineis, querquetis, aut in annua perceptione gabellæ, quę determinata eſt, & non recipit augumentum, neque diminutionem, & eadem eſt determinatio & regula, ſiue releuium debeatur Regię curiæ, ſiue Baroni. licet ego legerim in quodam capitulo Caroli Primi, minus præſtari de feudo plano, quàm de quaternato, & aliam fieri taxam quando ſoluitur Regi. ad intelligentiam conſtitutionis Regni poſt mortem, habeo illud capitulum pro apocrypho, cum de eo doctores Regni non faciant mentionem, neque habeatur in capitulis Regni. neque ſit in archiuo inſertum. hodie eſt eadem taxa, & regula, & non fit ſecundùm determinationem adoamenti, quod præſtatur Regi vel Baroni: & hoc iure vtimur. quando in feudo vnus eſt proprietarius, & alius eſt vſufructuarius, cui debeat præſtari releuium, Oldradus conſilio. vigeſimoquarto incipien. quod Domine, dixit vſufructuario eſſe præſtandum, & incrementum eſſe intrinſecum, vt per Dominum Iacobinum. in l. ſi proprietati, de iure dotium, & ibi ponit plures quæſtiones. Caſſaneus conſilio. 61. Albertus Brunus conſilio. 61. & in tractatu ſuo in verbo laudemium. folio 158. & per Puteũ in tracta. de reintegra. feudorum, folio mihi à penna. 74. 78. 107. & 113. & aliquid per Bertrandum. conſilio 45. primo volumine. & per dominum Cagnolum in l. ſecunda. C. de pactis inter emptorem & venditorem. ponit etiam idem Caſſaneus in conſuetudine Burgun. folio 343. cum ſequen.

6 Ponit vnam quæſtionem † dominus Iacobus de Gello in ſuo tractatu: ſi eodem anno moriatur pater & poſtea filius, ſi debeatur duplex releuium. ipſe diſtinguit, quòd ſi pater petijt inueſtituram & obtinuit, ſi filius petat ſuam, debetur vtrunque releuium, quia cum duæ ſint inueſtituræ completæ, vna in perſona patris, alia in perſona filij, non inconuenit duplex releuium ſolui. nihil ipſe allegat, niſi prædictam rationem. poteſt probari ex dictis per Andream in capitulo ſancimus, el primo, prima columna quo tempore miles. cum hęres debeat petere inueſtituram ſuam, non defuncti, qui debebat in feudo ſuccedere: vt notat idem Andreas in capitulo primo. §. ſed & res, per quos fiat inueſti. & in capitulo primo, §. ſimiliter. 2. col. de cap. Corradi. pro ſua, iuxta morem conſuetudinis, debet releuium ſoluere, licet pro inueſtitura defuncti fuerit ſolutum. & eodem anno illa ſolutio non releuat hęredem; quia illud onus reſpiciebat defunctum, & no. in c. Regni incip. apud Fogiam. ſed videtur durum eodem anno in feudo dari duplex onus, licet diuerſę ſint perſonę: ex quo feudum non debet eſſe inutile feudatario, vt in capitulo primo. §. quia etiam, Epiſcopum vel Abbatem. contrariorum eadem debet eſſe regula; cum eodemmet anno Baro à vaſallis ſuis non debeat habere duplex ſubſidium: vt habetur in capitulo Caroli Regis Secundi, incipien. Ricardus de Aquila. & ſi habuit ſubuentionem, eodem anno non petit à vaſallis partem dotæ. habetur in capitulo Honorij Papæ. ita videbatur, quòd ſi in eodem anno moriatur pater & filius, & pater habuiſſet inueſtituram, non debet ſolui à nouo ſucceſſore: cum feudum illo anno ſibi remaneret inutile. & conſuetudo non conſiderauit hunc caſum, ex quo videretur ſatis irrationabile pro illo anno grauare feudatarium duplici onere. Videtur tamen ex hoc probari releuium non eſſe onus feudi, neque feudo ineſſe, ac extra onus feudo annexum, ſed à perſona ſuccedente deberi, pro honore domini, qui iubet feudatarium in poſſeſſionẽ feudi immitti, aut in veteri conſeruari. qui petit inueſtituram, ſoluit. conditio purificatur contra petentem. nec refert eodem anno plures ſint qui petunt: rarò hoc euenit. eo ipſo quòd petit ſe inueſtiri quò ad curiam quæſitum eſt ius releuij, vt habeatur pro perfecta inueſtitura. nonnꝰ ſucceſſor ſuam petet, cum defuncti pro completa habeatur. debetur vtrunque, cum verum ſit vtrunque fuiſſe in feudo reinueſtitum, ſiue pro labore inueſtiturę, vel pro honore, aut pro rigore conſuetudinis, perſona ſuccedens aſtringitur, licet pro medietate fructuum. ſed an fiat deductio fructuum pro medietate debitorum curiæ, ita quòd ſit quarta pars, & non medietas. fiſcales non admittunt, ſed exigunt totum, & integrum releuium.

7 Si infra annum & diem † vaſallus non petit inueſtituram, de iure feudorum perdit feudum, vt habetur in dicto capitulo primo. & in capitulo primo, de capitul. Corradi. hodie autem in Regno, quamuis ſit elapſum tempus, non amittit feudum, vt dicit Andr. in d. capitulo ſancimus, cum non ex contemptu hoc fiat. Rex munificus nõ debet anguſtare vaſallos iuris ignaros, & illos laqueo, ac pœna afficere. ſit ta-

men compoſitio cum curia: quia ſoluitur du-
plicatum releuium. hoc tamen limitabat domi
nus Gulielmus de Perno in nota. feudorum
quando non longo poſt tempore, ſed ſpōte poſt
ueniſſe feudatarius ad curiam, & petijſſet inue-
ſtiri, offerens ea quæ debentur ex more. ſecus ſi
curia præueniſſet. rigor conſuetudinis ſeruari
deberet: cum curia attingit feudatarium, ex illa
ratione, cum tacendo ex longo tempore, neq;
adeundo curiam Regis, uideatur Regē ſpernere
atq; ipſum contemnere: quod non procederet,
quando aliqua cauſa probabilis eum excuſaret,
& defunctus obijſſet in longis partibus. ſimplex
præſtatur releuiū, & non duplicatum. non dici-
tur, dominum cōtemnere, qui ea probabili cau-
ſa ſe defendit. obtinui in Regia Camera defūcto
domino Marino Scatarettico apud Inſubres. De
lia uxor mea primogenita ea eo, & dña Beatri-
ce de ſancto Magno de Salerno, filia Baronis
Pannerani, admiſſa fuit poſt annum & forte
trienniū ad ſucceſſionem feudorum ſui patris,
ſoluto releuio ſimplici, quamuis fiſcus duplica-
tum peteret. curia punit contemptum & dolum
non autē ignorantiā facti: quia feudatarius erat
mortuus, hæres autem eius ignorans excuſatur:
ut per Bal. conſilio. 361. tertio uolumine. & ſi tē
pus petendæ renouationis non erat idoneum,
utpote quia erat peſtis, uel hoſtilitas, omne id
interuallum deducitur. per Zabarellam conſilio
128. in ſecunda col. & per Signorolum cōſilio.
132. Maynus conſilio. 64. tertio libro, plura
congerit requiſita pro amiſſione feudi, quando
petita non eſt infra annum & diem renouatio in
ueſtituræ.

8 Hoc autem tempus † anni & diei petendæ in
ueſtituræ à domino non currit immediate feuda
tario à die mortis, ſed tantùm à die hæreditatis
aditæ, ſecundùm Bal. in capitulo. 1. de capitulis
Corradi. Card. in capitulo primo, quæ ſit pri-
ma cauſa bene. ami. Guido Papæ deciſione. 165.
Albertus Brunus conſilio. 38. col. ſecunda. &
per Bal. conſilio 361. dicit tex. in tertio libro. &
tunc incipit currere, quando feudum poſt mor-
tem defuncti fuiſſet repertum in hæreditate, &
ipſe nouus ſucceſſor poſſideret feudum. Andre
as ſentit in capitulo primo. §. inſuper, de prohi.
feud. ali. per Fedetricum. ſi autem poſſeſſio feudi
eſſet penes alium, & ipſe non eſſet in poſſeſſione
feudi, non priuatur feudo, ſi non petat renoua-
tionem feudi, & releuium ſoluat: quia tunc nō
uidetur eſſe in dolo, ſecundùm Bal. in. l. ſolenni
bus, & ibi Salycetus. C. de rei uendi. Socinus
conſilio. 66. col. 8. tertio uolu. idem Bal. conſilio
429. primo uolu. & in conſilio. 466. Andreas
feudatarius, eodem libro. & Bertran. conſilio.
104. ſecundo uolumi. notat Auchara. conſilio.
74. de uaſallo non præſtante ſeruitium, quia nō
poſſidet feudúm, ubi abeſt dolus, non priuatur
feudo feudatarius, ſecundùm Bal. in dicta. l. &
Curtium in tractatu feudi in titulo ex quibus
cauſis feudum amit. ei qui non poſſidet feudū,
non poteſt imputari dolus: quia ipſe non perci
pit fructus feudi, neq; uidetur dominum ſperne
re, cum non teneat id, per quod aſtringitur ad
onera feudi nō uidetur feudatarius quò ad hoc
qui nō poſſidet feudum. Limitat hanc regulam
dominus Bartholomæus Cepolla conſilio 25.
tertia col. in nouis. num. 12 niſi huic nouo ſuc
ceſſori poſſet imputari culpa in recuperando
feudo, quod ab alio poſſidetur. hæc mora non
debet obeſſe domino: ſed illi, qui poteſt feudū
recuperare. ſua culpa ſibi & nō alteri erit nocua
ex regula iuris, quod quomodo procedat bonus
Iudex arbitrabitur ea qualitate cauſæ, temporū
& perſonarum, & ex iure, ſi eſſet apertum uel
intricatum, uel ſi eſſet contentio cum magno
domino. an autem hoc tempus currat minori
abſq; beneficio reſtitutionis in integrum, ponit
Capicius in capitulo imperialem. §. præterea.
col. 6. de cuius dicto dubito. & quid ſi poſt annū
9 & diem † dominus recipiat ſeruitium à ſuo feu
datario. ſi hæc culpa uideatur remiſſa, Aleſan.
conſilio. 60. ſecunda col. tertio uolumine. &
vltima colum. ſecundo libro. & conſilio 13.
fin. columna. 6. uolumine, ubi plenius loqui-
tur. & per Socinum conſilio. 167. ſecundo uolu
mine. & ſi cum proteſtatione, per dominū Iaco
bum de Ardizono in ſumma feudali, charta.
13. Maynus in l. ſecunda. C. de iure emphy col.
72. & ſi ignorát eſſe feudum, ignorans non delin
quit. l. fi. de lega primo. & in. l. ex maleficijs, de
actio. & obliga.

10 Quando feudatarius non cœpit hæreditatē
defuncti, † & feudum eſt hæreditarium, reno-
uatio inueſtituræ debet peti à poſſeſſore hæredi
tatis, ſecundùm Dominum Iacobum de Ardizo
no in ſumma, verſiculo quid ſi duo, char. 15.
col. quarta, quia antequàm adeat hęreditatem,
non dicitur verè feudatarius, neque dominus
feudi, ſi poteſt adire, ex quo non eſt purifica-
ta qualitas adiecta in conceſſione feudi pro ſe
& hæredibus. non adita hæreditate, ſibi non
defertur feudum, cum deſit qualitas adiecta
conceſſioni feudi. & ſicut repellitur à feudo,
ſic ab his, quæ à feudo dependent, & ex feudo
obueniunt. appendices ſunt pars rei. argum. l.
talem. §. primo, de hære. inſtitu. acceſſorium re
gulatur à ſuo principali. & hæc eſt vna ex limi-
tationibus inter feudum hęreditarium, & feu-
dum ex pacto & prouidentia.

11 Si Dominus concedit renouationem † in-
ueſtituræ alicui, cui de iure non competebat
hóc tacito, & domino ignorante, non nocet
domino. & poteſt reuocari ab eo, ea not. per
Andr. in capitulo primo, in ſecunda columna,
an mutus vel alius imperfectus, ibi quando do
12 minus dedit ſcienter. hæc † confirmatio do-
mini non firmat, quod eſt inualidum. vt dicit
Bar. in l. priuilegia. C. de ſacroſan. eccleſ. & ha
betur in capitulo inter dilectos, de fide Inſtru.
non intelligitur aliquod ius de nouo per inue
ſtituram conferre, ſed tantùm quod habet con
firmare, vt not. in dicto capitulo primo, per
quos fiat inueſtitu. & Oldradus conſilio. 237.
perlectis, in fine, Andreas ibi in prima col. di-
ait, quòd eſt iuſtum confirmari, & non quod
eſt iniuſtum, ar. tex. in capitulo primo, de iure-
iuran. in 6. ideo dicitur ibi, quod minor maiorum

inueſtituram confirmat, cum non alienat per confirmationem.& glo.ibi, & communiter ſcriben & in Regno idem Dominus reuocat, ſi eſſet aliqua per confirmationem: ſed vt ex certa re procedens domino non obeſt, quod puto bene notandum, qui patitur aliũ de feudo reinueſtiri, vt ſibi aut tertio noceat, debet ex certa ſcientia hoc facere: vt notat. in capitulo præterea, quibus modis feudum amit. & Mayn. conſilio. 7 tertio libro, & in conſilio. 107. in quarto volumine, quando errat, non conſentit, ſed habetur pro diſſentiente, per Albertum Brunum conſilio 86. Alexan. conſilio. 87. fin. col. 6. vol. & per Socin. in materia, conſilio 10. tertio libro facit pro fratre, qui accepiauit mandatum à ſuo fratre pro habenda inueſtitura à domino pro eo feudo, in quo ipſe in totum vel pro parte debebat ſuccedere, plenè per dominum Ioan. Antonium Rubeum conſilio. 132.

13 Quando petitur † renouatio inueſtituræ, debet primu conſtare de conceſſione, quàm fiat renouatio, not. And. in capitulo ſi minoribus. ſi de feudo fuerit controuerſia. Albericus de Roſa. in authen. ſi quis in aliquo docu. C. de edendo. Albertus Brunus conſilio. 86. quarta col. & in conſilio primo. Oldrad. conſi. 121. thema tale eſt. Barbatia conſilio 57. quarto volumine. Aliter videtur tenere Ioan. Andr. in addi. Specula. in titulo de feudis. §. porrò, circa principium, quod vaſallus non tenetur oſtendere primam inueſtituram pro obtinenda inueſtitura à Rege, vel à domino, qui ſuccedit in Regno vel in feudo. ſequitur Maynus in prælud. feudorum. col. 16. Paul. de Caſtr. conſilio. 176. circa finem, primo volumine. Oldradus d. cõſilio. 121. niſi para aſſerat illam habere originalem, ex not. per Inno. in capitulo inter dilect. de fide inſt. nmen & Roman. conſilio. 336. circa propoſitam conſultationem, ad dicta per glo. in c. ſi Romanorum. 19. diſtin. graue & durum videretur exhibere primam conceſſionem, ſi exceſſit metam temporis vetuſti, cuius non conſueuit haberi vera notitia propter vetuſtatem. ſi exhibet paternam aut etiam auitam inueſtituram, hoc modo dicitur exhibere dationem feudi. præſumitur ex tempore ante inueſtituram recognitam fuiſſe à prędeceſſoribus. & il ius eſſe regulæ naturæ. aut conceſſionis, qualis eſt patris ſui aut aui. & ſub illis qualitatibus, quę erãt in prima, cenſetur repetitio in ſequentibus. dicit Bal. in conſilio 331. in quinto libro. Alexan. cõſilio. 18 & in conſilio. 29. 6. col. quinto libro, Car. in capitulo primo, de gradibus, & per Curtium ſeniorem conſilio 50. colum 26 poſſidente feudatario pręſumitur pattem fuiſſe inueſtitum, vt feudum magis cenſeatur antiquum, quàm nouum, capitulo primo, de gradibus. poſſeſſio patris & ſui filij ſucceſſoris tranfert onus probandi contrarium, notat. in capitulo primo, ſi de feudo fuerit controuerſia. forte teneretur nominare primum concedentem, & primum conceſſionarium, per tex. in cap. primo, §. primo, de notis feudorum, vt poſſit dominus, vel curia Regis informare ſe ex ea nominatione tam primi concedentis, quàm primi conceſſionarij ſed non in omnibus puto procedere cauſa tamen cognita iudex poterit arbitrari, ſi poteſt hoc veriſimiliter aſſerere talem dominum conceſſiſſe, aut talem fuiſſe primum de feudo inueſtitum, vt cognoſci poſſit, ſi nouus ſucceſſor veniat ad feudum ex linea primi acquirentis, vel ex linea collaterali ex pacto vel ex prouidentia agnati alterius. debilius eſt, quod retinetur ex priuilegio, quàm quod iure cõmuni ſuſcipitur. l. eius militis. §. primo, de militari teſtamen. & quæ veniunt ad poſteros ex regula ſunt fauorabilia, quæ verò præter regulas defluũt ad agnatos, facilius decidunt, vt colligitur ex not. in dicto capitulo primo, de gradibus. non aſſumunt ab initio naturam antiqui feudi, aſſumptam non ſic fortiter ſuſtinent.

14 Si defunctus feudatarius † alienaſſet feudum in vita cum pacto de retrouendendo, & poſtea hæres redimit feudum, an teneatur ad ſoluendum releuium? Pro iure competente ad feudũ releuium non ſoluitur, ſed tantùm pro renouatione inueſtituræ. cum vaſallus tenet & poſſidet feudum, vt ſupra diximus, conſuetudo de hoc iure non loquitur: cum tẽpore mortis feudatarius verè non poſſideat feudum, licet actionem habeat ad feudum per l. qui actionẽ habet de regulis iuris. ſi ex iure cõpetẽte defuncto feudũ recuperat, ex tunc annus currit & releuium ſoluet, quia fingitur feudũ in hęreditate defuncti ſuperextitiſſe & ne detur materia fraudis ſuper hoc releuio. & curia tam Regis quàm Baronis hoc caſu non eſt in aliquo damno, ratione etiã dubij euentus. nam licet non habeat ab hoc hęrede venditoris forte habebit ab hęrede emptoris, qui interim decederet. & poſſet euenire, venditorem ſuperuiuere & emptorem mori: ſed quando hæres redimit ſua pecunia ſeu ſuum, etiam quod eſſet hæreditaria, non debet ſoluere releuium, quia pecunia hoc caſu facit feudum reuerti ad ipſum, quæ non eſt feudalis, & ipſe hęres poſſet pati labi terminum redimendi. conſuetudo ſoluendi releuium non porrigit vires in hoc, quia omiſſum eſt ab ea, & ſtrictè intelligenda eſt: cum ſit contra regulas iuris communis. & quamuis redimat ex iure competente defuncto ſuper feudo, illud ius eſt ex contractu particulari, non ex iure ſucceſſorio vniuerſali. forte illud ius eſſet inutile, niſi adeſſet illa pecunia pro redemptione. pecunia igitur facit feudum, licet reemptũ ſecundùm aliquos reuertatur in cauſam antiquam, & feudum non ſit nouum. Alexan. conſilio. 28. prima col. quinto vol. ſecundùm alios ſecus. per tex. in l. ſiue à me, ad l. falcidiam. notat Socin. in l. ſerui electione. §. cum fundus, de lega. primo, de quo per Cagnolum in l. ſecunda, C. de pactis inter emptorem & venditorem. ſed cum fiat ex neceſſitate pacti initi cum defuncto, puto feudum non cenſeri nouum, ex not. per Bar. in l. in diem, de aqua pluuia arcenda. Decius conſilio. 238. tertia colum. ſecundo libro. Caſſan. in conſue. Burg. fol. 202. col. tertia. tex. videtur hoc probare in l. ſequitur. §. idẽ

Labeo,

l. labeo, de vſucap. Decius conſilio. 38. & conſilio. 53 primo vol. poſſet hæres pati labi terminũ reemendi, & curia non poſſet dicere fuiſſe factum in fraudem, neque etiam cogere ad reemẽdum, cum nullo iure cautum reperiatur. hęres habet feudum ex contractu emptionis per ipſum factæ, & emptor non ſoluit releuium, ſecundùm Andream in capitulo primo. §. ſed & res. 6 col. per quos fiat inueſtitura neque etiam ſoluit ſucceſſor ſingularis, puta legatarius, ſecundùm Dominos noſtræ Rotæ Neapol. deciſio. 248. & largo modo legatarius hęres dicitur, ſecundùm Andreã in conſtitutione Regni poſt mortem. licet ex iure defuncto competente redimat hæres, reuera ipſe emptor eſt, & ex ſuo contractu habet, ac mediante pecunia. Contra pręd\ictа videtur res. in l. in ratione, & in l. Paulus, ad l. falcidiam. vt redimendo hæres videatur fuiſſe in hæreditate tempore mortis. & quod ſcribit Cagnol. in l. ſecunda. C. de pactis inter emptor. & uendito. vt ſit communis omnium hæredum, ac ſi ab hæreditate non fuiſſet diſtracta. Videtur tamen curia aliquo damno affici, cum feudum reemptum, quò ad ſolutionem releuij ſit nouum. & quò ad præſtationem ſeruitij, & ſucceſſionis remaneat antiquum. eadem res non deberet iure diuerſo cenſeri. l. eum qui ædes, de vſucap. ſed de vtroque datur ratio diuerſa: quia ius, quod eſt in hęreditate quò ad ipſos hæredes eſt hęreditarium defuncto competens, & non ex perſona ipſius hęredis ſine aliquo facto vel contractu ipſius hæredis, habens originem ab ipſo defuncto. & illud inficiari non poteſt, & ad oculum demonſtratur. in releuio non eſt eadem ratio, tum quia non debetur ex iure particulari, tum quia requiritur nouum factum hæredis, & cum ſuo onere habendi pecuniam. forte oportet illam capere ſub vſuris, & eſſet irrationabile grauare hęredem redimentem ad releuium, & ad intereſſe pretij, quod ſoluit alteri pro redemptione feudi. conſuetudo omiſit hunc caſum, reſtringi debet, vbi hæres poſſidet feudum, vel ex iure ſucceſſionis competente defuncto feudum venit ad hęredem ſine alio onere, etiam ſi tranſigat aliquo dato. Audio fuiſſe alias determinatum in Camera pro hac parte: ſed non legi rationem decidendi. fuit de facto cum Illuſtriſſimo Principe Salerni tempore. & de iunioribus præſidentibus Magnianus eruditus dixit mihi, pridie Cameram in alio caſu determinaſſe.

Fuit etiam in eadem Camera ardua queſtio
13 † de qua idem author meminit in ſuo tractatulo, ſi duobus conceditur caſtrum in feudum inſolidum, quòd vni pręmorienti alter ſuccedat, ſi releuium debeatur, ipſe dicit, nihil fuiſſe determinatum, dum fuiſſet de facto cum Illuſtriſſi. Duce Adrię, & Comitiſſa Caſertæ, quibus per Sereniſſimum Catholicum Regem, ſecundùm formam priuilegij fuit ſtatus Comitatus Caſertę, ſanctæ Agathę, & terrę Eboli inſolidum conceſſus eorum vita durante & quòd vno moriente pars alterius accreſcat alteri, & alter alteri ſuccedat. mea etiam memoria fuit alias in facto. & non fuit deciſum. feudum ex forma conceſſionis non dicitur obuenire ad alterum ex regula iuris, ſed ex pacto vel ex contractu, quo caſu conſuetudo non loquitur. ſed quando iure ſucceſſorio regulari aliquis admittitur ad feudum, ex nota. per Andream in capitulo primo §. ſed & res, per quos fiat inueſtitura, quarta columna, & in capitulo primo. §. ſimiliter, octaua columna, de capi. Corradi patet ibi in eo exemplo de prelato qui ſuccedit in feudo, vt non teneatur ſoluere releuium, ex quo conſuetudo non habet locum in his ſucceſſoribus, qui non acquirunt poſt mortem alterius dominium in feudo. dominium feudi remanet penes eccleſiam, quæ nunquam moritur capitulo ſi gratioſè, de reſcriptis in 6. licet in ea quò ad adminiſtrationem, & perceptionem fructuũ mutentur ſucceſſores: eccleſia tamen ſemper eſt eadem & domina: ſucceſſores tamen ſint diuerſi, nihil hoc ad conſuetudinem refert quę in ſuo caſu viget conſuetudo, quę de vno prouidet, non habet locum in alio caſu, vt dixit Curtius conſilio primo, primo volumine, & in tracta. feudi prima parte 6. queſtione, vt ſupra diximus. de iure communi non pręſtatur releuium pro obtinenda feudi inueſtitura, neque lex aliqua feudalis, aut extrauagans impoſuit hoc onus. ſtricte debet intelligi conſuetudo, quæ introduxit ſolutionem releuij, argumen. l. quicquid aſtringendę, de verbo. obligatio. erit omiſſum, poſtquàm non reperitur prouiſum. & ideo pręſtari non debet. Nec obſtat, quòd dictat inueſtitura, vnum alteri poſt mortem ſuccedere: nam illa non eſt vera ſucceſſio, quia nõ defertur ex regula feudi, ſed ex prouidentia pacti. erit impropria illa ſucceſſio, & magis in loco & in perſona, quàm in re ipſa. vt dicimus de officiali, qui ſubrogatur in officio, & ſucceſſit in loco illius officialis glo. in l. ſi hæreditas. §. ſi filium, de teſta. tutela in verbo ſucceſſiſſe, exponit, id eſt in locum patris deueniſſe, & in l. meminiſſe, de offic. proconſul. & legati. & hanc allegationem gloſarum dominus Mattheus de Afflicto inducebat in hoc articulo, prout legi in quadam ſua allegatione, nec alia ponit. fit verborum impropriatio quandoque & ſecundùm ſubiectam materiam, per l. inſulam, de præſcriptis verbis, & in l. ſi olei. C. locati. Andreas in capitulo primo, §. donare, ſexta columna, qualiter olim poterat feudum alienari. ſimiliter in feudo ab vniuerſitate poſſeſſo releuium non ſoluitur, quia ipſa ſemper viuit, licet populus augeatur, vel diminuatur, eadem eſt vniuerſitas. l. proponebatur, de iudicijs. ſindici, & gubernatores, licet ipſi mutentur, & regimen innouetur per adminiſtratores, non ideo debet pręſtari releuium, quia vnus officialis, ſindicus vel adminiſtrator ſubrogatur alteri in adminiſtratione feudi. eſt inter ipſos ſucceſſio & ſubrogatio, & tamen conſuetudo non trahetur ad hęc feuda, in quibus vnus adminiſtrator ſubrogatur in feudo loco alterius. ipſi enim adminiſtratores ex eorum

adminiſtratione, ſubrogatione, aut ſubſtitutione non acquirunt, neque obtinent aliquod dominiū in feudo, prout in hærede ſuccedente in feudo, per l. cum hæredes, de acquir. poſſeſſio. ipſe ex ſucceſſione acquirit de nouo dominiū in feudo, ſeu vetus, quod erat in defuncto per ſucceſſionem retransfertur ad ipſum, pro quo renouatur ſibi inueſtitura, & domini iuſſus ſeu licentia feudi concedit habenas. hęc inter ſe valde diſſimilia ſunt, & ex vno non debet inferri ad aliud, quod non eſt expreſſum, neque dictū, aut cogitatum ſaltem in genere. ideo non fit alienatio feudi in poſſe vniuerſitatis: quia ſemper viuit, & perraro moritur. & non eſſet feudum ad dominum de facili recaſurum in Regno ſingulis quindecim annis, quando concederetur feudum vniuerſitati, pręſtatur releuium. hęc eſt forma cancellariæ, quando præſtatur aſſenſus. fuit certa taxa ex indictione antiqua, ſeu quoddam ſuperindictum. l. prima. C. de ſuperindicto, libro 10. ſeu magis conuentio partium à principio dationis feudi. l. prima §. ſi conueniat depoſiti. non poteſt dari de hoc ratio vera, neque arbitrari ex regula l. hęreditatum, ad l. falcidiam. ſingula ſingulis adaptantur caſibus, & ſeparatorum ſeparata eſt iuris cenſura l. fi. de calūniator. b. is. idem Afflictus dixit in capitulo primo, ſecunda col. qui ſucce. tenea. quid vbi conceditur feudum à Rege Titij viuentis, qui eſſet ſine hærede deceſſurus, & Bal. in capitulo imperialem, de prohibita feudi alien. per Fede. ſi de feudo fuerit controuerſia; nuncupat feudum ob caducitaté ſucceſſoris eo caſu: quia decedit Titius ſine hærede, non ſoluitur releuium: quia non dicitur verè deferri per ſucceſſionem, ſed ex contractu inito in vita. idem Afflictus in conſti. poſt mortem. in quinto nota. ſentit Andreas in capitulo primo, de duobus fratribus de nouo beneficio inueſtitis, per tex. ibi, quando duo fratres ſunt de nouo beneficio inueſtiti ſimul ex pacto, quòd vnus ſuccedat alteri. hæc inueſtitura dicit ipſe tunc eſt ſucceſſio, & impropriè dicitur inueſtitura adueniente caſu mortis. idem Andreas in capitulo primo. §. & quia. de his q feud. dat. poſ. qñ feudū eſt datū fratribus eo pacto q vnus alteri ſuccedat, altero per felloniam culpante, feudum non debet pertinere ad dominum, ſed ad fratrem: quia delictum vnius non debet nocere alteri, qui ex pacto & prouidentia venit magis, quàm ſucceſſione, accipiendo verbum ſucceſſionis in propria ſignificatione. quia eſſe aliàs vi poteſtatis delinquēdo excludere fratrem: & in capitulo primo, ſi vaſal. feudo priuetur, & ibi gl. & in capit. primo, in glo. magna. de ſucceſſio feudi. attendit ibi Andreas ius competens poſt mortem deberi ex pacto, & non ex vera ſucceſſione, de qua erat dictum in inueſtitura. mors tamen eſt cauſa, quæ recapit feudum, & non ipſa regularis ſucceſſio in feudo. attendi debet rei natura, ex qua oritur actio, quæ ſi ex pacto alteratur, & contra regulam ſuam, in aliam ſpeciem transfunditur, arg. l. vbi ita donatur. de donatione cauſa mortis, de qua per Maynum conſilio 6. & conſilio 60. tertio volumine. quando aliquod validum reſultat ſecus ſi nullum eſſet, ſecundùm Paul. de caſt. ad illam legem conſilio. 75, ſecundo libro. Andreas Tiraquellus in conſuetu. Pictonum folio. 20. num. 34. & Caſſaneus ſuper conſuetudine. Burgun. folio 342. & Carolus Ruinus conſilio. 51. numero 14. primo volumine. frater, qui ſuccedit ex pacto, verè non dicitur ſucceſſor illius, ſecundùm Bald. in prælud. feudorum, & ibidem Afflictus notat folio 14. ideo non debet ſoluere releuium: quia verè non ſuccedit in feudo, veluti ex hæreditate morientis, ſed ex contractu inter viuos, cuius effectus fuit poſt mortem collatus, quo caſu ceſſat conſuetudo, & attenditur ius commune, ex quo non legitur aliquod onus releuij, laudemij, aut oſtendicium præſtari debere. idem tamen Andreas in dicto capitulo primo, in verbo ſucceſſione, videtur ſentire contrarium. ſed puto priorem partem eſſe veriorem. ne releuium debeatur: cum non ſit clarum illud deberi, pronsiores debemus eſſe ad abſoluendum. per l. Arrianus. de action. & obligatio. debemus libertati fauere, & iudicare ſecundùm regulas feudales, quando certam non habemus conſuetudinem. leges à cōſuetudine interpretationem recipiunt. l. ſi de interpretatione, de legibus. modo conſuetudo à lege interpretatus, quæ eſt, vt prouiſio facta à conſuetudine in vno caſu non habeat locum in eo, qui eſt ſibi ſimilis: cum odioſum ſit, non debet ſuppleri ad perniciem alterius. ſatis erit in eo caſu omnino eſſe conſolatum, per l. ſi tutori. C. de nego. geſtis, quam Andreas allegat in capitulo primo, in fine, de duobus fratribus, & in capitulo primo. §. ſcribe verò, de prohibitio.

16 feudi alienatio. per Federicum. Ex † prædictis concluditur, præſtationem releuij non eſſe ex natura feudi, neque ex lege feudali, quæ idem eſt, vt in capitulo primo, de natura feudi, ſed extra naturam feudi, & de rigoroſa conſuetudine. ideo pro exactione releuij non poſſet agi contra tertium poſſeſſorem: cum non ſit onus in rem ſcriptum, ſed perſonæ impoſitum, quæ vult ad ſucceſſionē admitti, & in feudo ſuccedere. primò debet ſoluere releuium, & curia non debet habere fidem in præiuditium tertij, qui vidit feudatarium admiſſum ad ſucceſſionem feudi, & ex eo fructus percipere. hodie tamen quaſi inueſt. & ſub eadem lege admittitur, vel quia ipſe releuium ſoluit, vt perſępe legimus, in monumentis priuilegiorum, dum aſſeritur, releuium ſolutum eſſe in poſſe theſaurarij, vel ſignificatum eſſe perceptoribus pro exactione ipſius; tunc res plana eſſet, & abſque difficultate. non videtur habuiſſe fidem, qui ſic admittit ad ſuccedendum ſupereſſet alia actio, & cautariuè poſſet teneri poſſeſſor, niſi ipſe feudum dimitteret, & releuium ſolueret.

17 Ex Prædictis etiam deciditur † alia quæſtio, quòd ſi donatur feudum alteri cum aſſenſu, referuato vſufructu donanti, non debetur releuium morte ſequuta, cum feudatarius veniat ad feudum ex contractu, & non ex ſucceſſione, & ipſe habeat dominium feudi

in

in vita, licet alius ſibi retinuerit vſumfructum: tunc videtur tradere, per l. quiſquis. C. de donatio. quæ habet locum in feudis, nedum in allodijs, quando in contractu adeſt domini conſenſus, ex nota. per Andream in capitulo primo, qui ſucceſſor, tenean. lo ſecundo. & ſupra diximus. contractus eſt perfectus in vita donantis, licet ſit dilata executio poſt mortem. per l. & ſi cum notar. de condictio. indebiti. Alex. conſilio 80. in ſecundo volumine. Decius conſilio. 247. in ſecundo libro. & in l. contractus. de regulis iuris. Dominus Ripa libro ſecundo reſponſorum, capitulo vltimo. plenè dominus Andreas Tiraquellus in ſuo egregio tractatu de conſtitutionibus. & hoc procedit, nedum ſi ſit facta retentio vſusfructus, verum etiam ſi in vita donans ſibi retinuerit vſumfructum & dominium, quia tum cum ipſe moriens deſinat eſſe dominus, & alius occupet feudum ex contractu, non habet locum conſuetudo, quæ loquitur in eo, qui ſuccedit morienti, vt in bonis & feudo illius tunc quæſitis, capit feudi dominium, vt ex tunc quando donatio facta fuit, non vt ex nunc quando defunctus interijt, cum eo moriente ius ſuum finiatur, per l. vxor patrui, C. de legatis. non dicitur ſucceſſor aliquid acquirere, cum nihil in hæreditate reperiat, non debet in aliquo grauari, ex quo per mortem in aliquo non honoratur: non percipit emolumentum, honeſtum eſt, ipſum aliquod onus non habere, per reg. iuris à contrario ſenſu. idem author in ſuo tractatu dicit fuiſſe in facto in Regia Camera, quando domina Catharina de Ratta Comitiſſa Caſertæ donauit Caſtrum quoddam domino Franciſco Gambacortæ. Domini Præſidentes habuerunt pro dubio, & inclinabãt ad compoſitionem faciendam pro medietate. ipſe autem nihil allegat, neque decidit. dum agerem cauſas anno Domini 1525. pro quodam nobili Terræ Hydruntinæ, cui ab eius amita fuerat donatum quoddam Caſale retenta ſibi adminiſtratione Caſalis & vſufructu, ac exercitio, iuriſdictione vaſallorum, nõ fuit ſolutum releuium, ſed nec legi decretum fuiſſe in cauſa propter exemplum & pro euitandis fraudibus: quia idem videretur dicendum, quando pater refutat filio feudum, qui eſſet ei ſucceſſurus immediate, ex dictis per Andream in dicto capitulo primo, §. ſed & res niſi eſſet refutatio vniuerſalis, quo caſu haberetur pro hærede & in fraudem facta, arg. tex. in l. omnes. §. Lucius, de his quæ in fraudem creditorum: quia filius non dicitur habere feudum vt hæres patris, cum habeat ex refutatione facta in vita titulo accedente, iuxta nota. per eundem Andream in capitulo primo. §. & ſi libellus, ſecunda columna, de alienatione feudi paterni, non vendicat ſibi locũ ibi ſeu conſuetudo. hodie autem a Regia Curia nõ admittitur refutatio feudi retento vſufructu & vtili dominio feudi, & curia ipſa reſeruat ſibi releuium adueniente caſu mortis propter tollendas fraudes & dubitationes iuriſperitorum.

Ex hac ratione deciditur alia quæſtio, quòd
18. † ſi donatur feudum alicui cauſa mortis cum aſſenſu, licet illa donatio vltimæ voluntati æquipolleat. l. illud generaliter. de donatione cauſa mortis. & videatur ſucceſſor habere ex vltima voluntate, minimè etiam debet releuium ſolui, ex quo ius habendi feudum poſt mortem radicatur ex contractu. & poſt mortem donatarius eſt habiturus feudum donante inuito, & non ex ſucceſſione defuncti, qui tempore mortis ſuæ deſinit habere dominium feudi, & in eo non habet hæredem, neque ſucceſſorem. etiam in hoc caſu ceſſat cõſuetudo ſoluendi releuium, nec inſpicitur natura contractus, quæ reuocabilis eſt, vt in l. prima, de donatione cauſa mortis. ſed an aliquod ius ex contractu oriatur, ſi ſit conditionale: vt in §. ex conditionali. inſti. de inutil. ſtipula. quia non ſit facta reuocatio vel a lege, vel ab homine, perinde eſt, ac ſi a principio contractus donationis fuiſſet irreuocabilis, purus, & perfectus, quò ad Regem, & curiam Regis, ſeu Baronia parum prodeſt conſiderare effectum cõtractus, ſit purus, an conditionalis, an ex cauſa mortis, vel inter viuos. iſta reſpiciunt partes, & commoditates ipſarum, & quò ad releuium non attenduntur, quò ad alios effectus remanent reliqui contractus & ipſius natura in hoc nihil remanet immutatum. & rationes decidendi quò ad releuium tantùm procedunt: alia in ſuo naturali conſiſtunt.

* Prædicta etiam ſatis conferunt in cauſa vertente inter Regium fiſcum & Illuſt. Principem Melphiæ petentẽ releuium ab eo cũ Illuſt. Andrea d'Oria Principe ex poteſtate ſibi a Diuo Carolo tributa contemplatione matrimonij contrahendi per ipſum modernum Principem cum Illuſt. Antonio de Leua, nominauerit hæredem in ipſo principatu reſeruato ſibi uſufructu & dominio in vita, quem vſumfructum poſtea cum Reg. aſſenſu donauit, & remiſit eidem: nam dicit fiſcus, quòd prædictũ principatum donatarius habet vt hæres p̃dicti principis, ſic verba ſonãt. itẽ ꝙ donatio erat vniuerſalis & ex lege cẽſet hæres, & donatio cenſeatur in fraudẽ, ex deductis vſ nõ te neri: cũ idẽ Princeps habeat ex contractu oneroſo, l. ſin. §. fin. de his quæ in fraud. cred. item quia per nominationem in vita videbatur habere a Rege. l. vnum ex familia. §. primo. de lega. 2. l. itẽ eorum. §. fin. quod cuiuſque vni. no. bonus tex. in l. ſi pater. de manum. vindic. ibi, ſolam electionem filio commiſerit. cæterùm, ipſe manumiſit, hic non erat filius vel ſucceſſurus ex regula iuris, ſed ex pacto & contractu, & illud verbum hæredem impropriabitur. l. inſulam, de præſcrip. ver. & erat reuocabile ex natura actus. proot iam reuocatus videtur donando poſtea in vita: & non erat hæreditatis, ĩ qua alius fuit inueſtitus: fraus etiam nullo modo conſiderari poteſt ex qualitate perſonarum & negotij & ex forma capitulorum, ego pro Principe ſum, pendet adhuc 1563 die 27. Nouembris. Sabb. per Regiam cameram, & colla. Conſilium fuit pronunciatum contra fiſcum, & quòd Princeps non moleſtetur. *

19 Similiter poteſt dubitari, an † eo caſu, quo pater filio in feudo ei a patre refutato, iuxta no. in capitulo prim. de vaſallo decrepitæ ætatis per Andream: & in capitulo primo. §. & ſi libellus.

ſecunda columna, de aliena. feudi paterni, teneatur ipſi ſoluere releuium: ex quo magis videtur habere feudum iure reuerſionis: vt idem Andreas dicit in d. §. ſed & res. tertia columna, & in capitulo primo, quarta columna. Imperator Lotha. vel ſi frater fratri donet feudum eo caſu, quo ipſe tunc non habet filios. Andreas in dicto §. ſed & res, arguit ad partes, & concludit, quòd non idem poſt multa argumenta firmat Afflic. ibi, quia conſuetudo ſoluendi releuium non proſpexit hunc caſum, quando pater filio, vel frater fratri feudum refutat, vendendo, vel donando. rarò hoc euenire ſolet. & conſuetudo prouidit ad ea, quæ frequentius accidunt. non dixit in ſpecie. nec venit in genere. & eſt contra rationẽ. ideo non debet tunc præſtari releuium. quamuis enim poſſeſſor feudi ſit in rem ſucceſſor, non tamen eſt vniuerſalis ſucceſſor, ſed eſt particularis ex contractu, ex verbis, & mente Andreę ibidem. etiam ſi eſſet vniuerſalis minimè teneretur quando certum eſſet, refutationem non eſſe factam in fraudem: quia debet ſucceſſor habere vt hæres, & titulo hæreditario: cum de hærede loquatur conſuetudo. licet non habeatur in ſcriptis. quod eſt notabile verbum, & reſtringit totam materiam releuij. Primo caſu in patre ſuccedente filio: quia iure quodam primæuo dicitur ad patrem feudum reuerti, & præter votum & regulam feudalem non debet ipſe ſoluere: cum ipſe ſit aſcendens, & non deſcendens, aut collateralis, procedens ex primo deſcendente. & de aſcendente ſuccedente rarò mos, & conſuetudo non loquitur: quia hoc perrarò eſt. & quamuis eadẽ eſſet ratio, non attenditur: quia iſta ſolutio prę ter rationem procedit. ſicut dicitur de plauſtro vini, vt debeat ſolui. & tamen non ſoluetur de plauſtro olei. glo. in l. prima. C. quæ ſit longa conſuetudo. iſte ſoluit releuium, qui nunquam poſſidet feudum vt dominus, ſed de nouo admittitur in feudo, & ſit ſibi inueſtitura veluti de nouo feudum tenenti: habetur ex dictis per Andream in conſtitutione Regni Comites, vel Barones. Hęc confirmatio in Regno vocatur aſſecuratio vaſallorum, & fit tenenti, & poſſidenti feudum, & ipſe dixit in capitulo finali, de feudi cognitione, quòd propter iuramentum aſſecurationis tutius & ſecurius tenebit. & in capitulo primo, quo tempore miles. In fratre etiã ſuccedente non debet ſolui, propter memoriam veteris domini, quòd ipſe habuit in feudo, ante donationem, vel refutationem factam fratri: & quia conſuetudo non loquitur de his ſuccedẽtibus in feudo, qui prius fuerint domini, licet eſſe deſierint: cum rarò eueniat hoc fratrem fratri feudum refutare. non cogitauit hunc caſum: ad ipſum non debet trahi, arg. l. qui cum tutoribus, de tranſactio. redit feudum ad fratrem iure veteri, vt in c. 1. de eo qui finem fecit agnat. not. Andr. in c. 1. de vaſ. decrepitæ ætatis. & in d. §. & ſi liuellus. & in d. c. 1. Imperator Lotha. † quid.

20 Quid ſi frater moriens non haberet fratrem? non deberet ſoluere releuium: cum conſuetudo loquatur de eo, qui ſuccedit in feudo poſt mortem titulo vniuerſali, ac etiam hęreditario, ſecundum Andr. in tertia col. ibi, quia in ſuccedente hærede tantùm ſolutionem releuij mos introduxit: cum minus ſit rationabile, quod non fuit impoſitum, nec promiſſum.

21 † Ex verbis Andr. in dicto §. ſed & res. colu. tertia. poteſt dubitari, quomodo intelligatur ibi, quod ipſe ſcripſit in ſuccedente hęrede tantùm: an habeat locum in omni eo qui eſt ſuccedens hęres nedum in feudalibus, ſed etiam in allodialibus, an etiam in eo, qui non ſuccedit in hęreditate morientis, ſed tantùm in ipſo feudo ex forma inueſtituræ, quæ dictat pro Titio & hęredibus, ut tunc intelligatur hęres in ipſo feudo. vt idem Andreas ſcripſit ſingulariter in capitulo primo. §. quid ergo. in finalibus verbis. de inueſtitu. de re aliena facta, nemo hoc declarat. pone fratrem hęredem inſtituiſſe extraneũ, qui non poteſt in feudo ipſo ſuccedere, cum nõ ſit de hæredibus primi acquirentis ex corpore: frater autẽ ei ſuccedet in feudo: quia proximior, & deſcendit a communi parente: vel in Regno eſt datum feudum fratri, & hæredibus: ſuccedit frater ex interpretatione prudentum in feudo quaternato, & nobili: frater etiam non hęres admittitur alio inſtituto hærede: quia per ipſum non ſtat hæreditatem adire: nec poteſt ipſam adire alio ex teſtamento ſuccedente, no. Bald. & alij in capitulo primo, an agnatus. & dominus Guilielmus de Perno in no. feudorum. ipſe dicit, non teneor ſoluere releuium. quia ego non ſum hæres fratris mei, ſed alius ab eo inſtitutus: ad feudum ego admittor, vel ex inueſtitura primi, vel ex prouidentia conſtitutionis, vt de ſucceſſionibus, quę fuit condita per Federicum Imperatorem. dicit Dominus, releuium mihi debetur: quia ego te admitto ad feudum, & poſſeſſionem feudi confirmo: cum iſta ſolutio releuij ſit pro inſtratura feudi, vt not. glo. in conſtitu. poſt mortem. in verb. recepto. lex appellat introitum. in his verbis. §. ſi de lega. tertio, & illum tex. d. Bartho. de Capua, And. & alij Regnicolæ ſemper adducunt ad hoc. ſiue ſuccedas in hęreditate fratris tui, ſiue non: quia ego te in feudi poſſeſſione confirmo, debeo habere releuium, per quod ego releuer a te, & recipiam aliquem honorem pro inueſtitura renouata. aperta eſſet fraus excludendi dominum a releuio: vt quia alius hæres inſtituatur obijt frater, ego non ſum hęres fratris mei, tibi non teneor ſoluere releuium, quia non fuit tibi promiſſum, neque venit ex aliquo onere in feudo impoſito. conſuetudo cogit me ad ſoluendum vt hęredem: quando non ſum hęres, non loquitur conſuetudo. Si conſideramus verba Andr. ibi poſita, tenetur hic ſoluere releuium: quia licet non ſit hęres hęreditatis, eſt tamen hęres feudi ex ipſa forma, quę facit ipſum hęredem in feudo, eo ipſo quod ſic conceditur. idem in c. 1. §. donare 4. columna qualiter olim poterat feudum alienari. ibi dum dicit. ſi ergo eſſet feudum hęreditarium, & filius in eo eſſet

22 hæres habet feudum. & alibi hoc ſenſit. ipſe arguit ex forma conceſſionis Regni facta per eccleſiam Romanam Carolo Regi Sicilię dixi aliqua ſuper differentijs feudorum: ibi me remitto. Sol-

uit

nit releuium heres feudi, qui petit renouationẽ
inueſtituræ. quo ad feudum ſucceſſor eſt feudi,
& heres in ipſo feudo, poſſent tamen multa di-
ci ex ipſo limitato more, vt requirat vtriuſque
concurſum, & quòd ſit ſucceſſor vniuerſalis, &
quòd titulo hæreditario habeat feudum.
22 Sed quæro de noua quæſtione, frater † habens
feudum ingreditur religionem, & ibi fecit pro-
23 feſſionem, † ipſe quidem perdit feudum: quia
bellica arma depoſuit, capitulo primo, de cleri-
co, qui ar.depo.& in capitulo primo, de cleri-
co qui inueſti.fe. & in capitulo, qui clericus, ſi
24 de feudo fuerit controuerſia. Monaſterium † nõ
ſuccedit in feudo: quia eſt fictus hæres vel filius,
vt concludunt Moderni, poſt Sandæum in capi
tulo in præſentia, de probe, de quo per Alexan.
conſilio 86.6.vol. Barbatia in tract.de præſtan.
Card.fol.15.& plene per Curtium in tracta.feu-
di, in prima parte, & Paridem in ſi. ſui tracta.
frater venit ad feudi ſucceſſionem, vel filius, an
debeat ſoluere releuium & inueſtituram a domi
no peteret, mos petendi renouationem inueſtitu
ræ loquitur, vbi feudatarius moritur, capitulo
primo. quo tempore miles.& in capitulo primo
de capi. Corradi. omnes doctores loquuntur in
eorum exemplis. quando dominus eſt verè mor
tuus, forma Regia, ſecundùm Andr. in capitulo
ſancimus.4.col. eſt infra annum mortem patris
denunciare.& in capitulo ſi minoribus, ſi de feu
do fuerit controuerſia.& in conſtitu.poſt mor-
tem. fit tunc per curiam inquiſitio, ſi viuitur iu-
re Longobardo, ſi eſt fidelis, & de valore terræ
propter releuium, ſi iure Francorum, & de alijs
ex more Regni Siciliæ, iſte mos ceſſat, vbi quis
religionem ingreditur. nec reperitur practica in
archiuo Regio alio modo, quàm vbi feudatarius
eſt verè mortuus, licet enim propter ingreſſum
religionis ſequuta profeſſione habeatur pro
mortuo, vt not.in authen.ingreſſi.C. de ſacroſ.
eccle.& ipſe perdat feudum: quia domino ſer-
uire non poteſt, tamen verè non poteſt dici mor
tuus, & quò ad quædam viuens habetur, iſte mos
ſoluendi releuium debet intelligi in eo, qui pro
pter veram mortem admittitur ad feudum: non
autem in eo, qui fictè habetur pro mortuo. l. 3.
§.hæc verba, quod quiſque iuris. & in l. fin.C.
de his qui veniam ætatis impetra. mos eſt irratio
nabilis. debet propriè intelligi. odia reſtringi de-
bent, & non ampliari, viuens verè non habet
hæredem, nec ſucceſſorem. viuentis non eſt hæ-
reditas l. 2.§.1.de vulga. & pupilla.ſubſti. quã-
uis profeſſus aperiat locum fratri, vel agnato,
hoc non poteſt dici eſſe per mortem, quia feudũ
retinere non poteſt, magis debet haberi pro re-
nunciante feudum agnatis, quàm pro mortente
ipſe enim per ingreſſum religionis omnia a ſe ab
dicat, & transfert in monaſterium; quia in ip-
ſius poteſtatem ſe reponit. ex lege fit alienatio,
text. ſingular.in l. ſi adoptauero, de adoptioni-
bus. monaſterium habet ex voluntate profeſſi,
& ex regula, quæ prohibet ipſum poſſe retinere
bona propria, nõ dicitur capere ea morte ipſius
profeſſi: cum poſſit etiam alia bona quærere ipſi
monaſterio. bona autem feudalia non applican
tur monaſterio, ex quo repugnat forma inueſti-
turæ, & lex feudi, ſicut monaſterio non intelli-
guntur bona obuenire ex morte ipſius profiten-
tis, ſed a lege, ſic & alia bona feudalia quæ debẽ
tur agnatis, habetur pro mortuo profeſſus, quia
non poteſt retinere feudum. lex feudi, ac proui
dentia domini vocat alium in locum ſuum. ſi p-
feſſus omnia transfert in monaſterium quæcun
que habet, mobilia & ſtabilia, frater, vel agnatus
non eſt illi hæres: cum ipſe nihil habeat eo tem-
pore, quo ſibi locus, vel gradus apertus eſt in feu
do, lex alij dedit eo etiam inuito, cum ſit alienа-
tio neceſſaria. ceſſat ratio poſita in præcedenti
quæſtione, verba legis ſeu conſuetudinis non cõ
feruntur ad hunc caſum. lex ſeu conſuetudo ceſ-
ſat l. quarta, §. toties, de damno infecto, capi. in
demnitati, de electio. in 6. non legitur aliàs fuiſ-
ſe ſolutum releuium, & multes euenit in facto
fuiſſe profeſſos feudatarios. in hoc caſu videtur
conſuetudo inducta non ſoluendi. poteſt etiam
fieri, quòd profeſſus habilitetur ad feudum. &
pro eodem feudo bis releuium ſoluatur. vel po-
25 ne quòd † monacus ex diſpenſatione efficiatur
Comes, iure quodam poſtliminij prætendet re-
cuperare feudum. Bal.conſi.275. quod pro regu
la, tertia columna, ſecundo volumine, alium ca-
ſum tetigit Bal.conſi.292. eodem volumine. Bar
ba. in tracta. de præſta. Car. char.15 Maynus con
ſilio 117. quarto libro. & Cepolla conſilio 22.
ingreſſus religionis & profeſſio eſt mors ciuilis,
quò ad quædam non quò ad omnia. non debet
perinde haberi, ac ſi verè eſſet ſequuta mors na-
turalis, vt not. per docto. in l. ex ea parte. §. inſu-
lam de verb. oblig. & per Neap. in conſuetu. pri-
ma in glo. moriatur, de ſucceſſionibus ab inte-
ſtato, hoc extendere eſſet odioſum, eſſet irratio-
nabile. de hoc caſu non prouidit mos ſeu con-
ſuetudo ſoluendi, nõ iudicantur ad paria mors
ciuilis & naturalis, niſi in caſibus expreſſis, ut no
tat Archid. in capitulo ſuſceptum. §. ſi. de reſcri-
ptis in 6. mortis appellatio, ſiue fiat a lege, ſiue
ab homine, ſiue a contrahente ſemper intelligi
debet de naturali, & non de ficta. l. prima, de te-
ſtamen. l. Gallus, de liber. & poſth. & in dicta l.
ex ea parte. §. inſulam. ubi plenè ſcribentes, Fede
ricus, in l. poſt mortem, de morte Baronis nun-
cianda Baroni. de morte naturali expreſſit, ibi
dum dicit, defuncti mortem per Comitem vel
Baronem, à quo prædicta tenuerit, excellentiæ
noſtræ volumus nunciari, & in capitulis Hono
rij Papæ, Robertus in ſuo capitulo Regni, quid
fiet mortuo Barone. & cæteri Regni peritiores
ita vulgo admittunt, ingrediens religionem cũ
profeſſione inde ſequuta non habet hæredem,
non dicitur poſt relinquere verum ſucceſſorem,
neque expreſſo, neque tacito iudicio ſuo, cum
non habeat velle nec nolle. non eſt verè mor-
tuus, poteſt etiam ipſe beneficio ſummi Ponti-
ficis habilitari ad feuda, & ut agnatis ſuccedat
in feudis profeſſione & regula non obſtante ex
aliqua cauſa, & cum diſpenſatione domini Re-
gis ideo videtur non teneri fratrem, agnatum,
vel filium ſuccedentem ad ſolutionem releuij:
quia hic caſus non eſt prouiſus a more & con-
ſuetu-

ſuetudine, cum non ſit verè mortuus. idem puto eſſe dicendum, ſi aliquis feudatarius ex aliquo delicto foriudicaretur, & feudum curiæ Regis, aut Baronis non applicaretur, agnatus non ſoluit releuium: quia foriudicatus non habet hęredem, & ſi mortuus naturaliter, & conſuetudo debet verificari non in morte ficta ſed vera, per tex. in dicto §. Inſulam. poteſt etiam remitti à Rege pœna foriudicationis, ac ſi nunquam deliquiſſet, & recuperare feudum a poſſeſſore, qui tenet illud ex delicto a lege, & non ab homine ex contractu, vt per Andream in capitulo primo, de vaſall. decrepitæ ætatis. & in capitulo primo, de lege Corradi. notant plur. Moderni in l. Gallus. §. & quid ſi tantùm. de liberis & poſthumis. non cogitauit conſuetudo hunc triſtem euentum, quando agnatus ex delicto ſuccedit agnato; ſed vbi ex mente vera & titulo vniuerſali ac hæreditario forte conſuetudo hæc ſoluendi fuit introducta ante legem Federici, pęnam eorum, cum de hoc releuio idem Federicus meminerit in d. l. poſt mortem, ibi, recepto aliquo releuio prout eſt moris. erat mos ſoluendi releuium ante Federicum, qui in ea. l. limitauit taxam, ne decem excederet vncias. non debet extendi conſuetudo a caſu mortis naturalis ad ciuilem, cum ſit contra rationem, plura congerit. dom. And. Tiraquel. in l. ſi unquam, in ver. liber. C. de reuo. dona. & in ſuo notabili tracta. de vtroque retractu ſuper conſue. Pictonum. fo. 57. col. 4. nu. 38. & in præcedentibus quæſtionibus ſæpe dixi. ſatis erit conſuetudinem in ſuo caſu exequi, qui per omnia vniuerſalis eſt. vbi accedit mors naturalis feudatarii, & ſucceſſor capit feudum vt hæres illius, arg. l. tutori. C. de nego. geſt. ſi in omnibus caſibus mortis, tam naturalis quàm ciuilis voluiſſet releuium ſolui, iam dixiſſet, expreſſiſſet vtique de vtroque, vt in l. prima. §. ſin autem ad deficientis. C. de caducis tollendis. capitulo inter corporalia poſt medium, de tranſlatione prælatorum. & in capitulo ad audientiam, de decimis. debet ſeruari ius commune. l. ſi verò. §. de viro, ſoluto matrimonio. Foriudicatus habetur pro mortuo: qui eſt hoſtis reipublicæ, Regni, & rebellis Regis, non eſt verè mortuus. inter vnum & aliud multum differt. cum aliud ſit, quem eſſe talem, & haberi pro tali: ſecundùm glo. in l. mercis appellatione, de verborum ſignificatione. & in odioſis vnum non continetur ſub alio notat Bar. in l. ſi maritus. §. 1. de adulteriis, in l. ſi is qui pro emptore, vbi Moderni. tex. in ar. do l. interdum. §. qui tutelam, de furtis. & in l. prima. C. de his qui ſub mo. & in l. rei iudicat. ſolu. matrimo. Credo ego à Doctoribus Regni ſuper his quęſtionibus, quas ſupra propoſui, nihil ſcriptú fuiſſe. declaraſſent abſque difficultate apud eos fuiſſe, aut eorum temporibus non emerſiſſe. Quod autem dixi, releuium præſtationem eſſe extrinſecam & odioſam a conſuetudine procedentem, intelligo quando feudum a Rege vel a Barone ſimpliciter alicui conceditur pro ſe & hęredibus & ſucceſſoribus, hæres ſucceſſor ſoluit releuium, quia moris eſt in Regno a ſucceſſore hęrede præſtari releuium. & Rex vel Baro intelligitur conceſſiſſe ſecundùm conſuetudinem arg. l. excepto. C. locati. & in l. quod ſi nolit. §. quia aſſidua. de ędilitio edicto, conceſſio declaratur a conſuetudine, ar. l. certi condictio. §. quoniam, ſi certum petatur. & in l. ſi prius. §. recte placuit, de aqua pluuia arcẽda. ſæpe Andreas allegat tex. in l. qui ſemiſſes, de vſuris. & in l. vel vniuerſorum, de pigno. actione, conſuetudo ſupplet contractui, & hoc odioſum videtur, cum non legatur oculo corporis in conceſſione feudi, & ſit oneroſum vaſallo recipienti. ſecus autẽ eſſet, quando Rex vel Baro concederet feudum, ita quòd feudatarius, & eius hæredes teneren tur ad pręſtationem ſeruitij & releuii, tunc non eſſet onus extrinſecum & odioſum. conſuetudo extrinſecus non ſupplet omiſſum a partibus. eſſet ex pacto conuentionali pars ipſius contractus. l. pacta conuenta, de contra. emptio. & haberem pro onere intrinſeco, quia eſt conuentum & expreſſum, & non pro odioſo, ſed fauorabili, cum procedat ex expreſſa partium voluntate & dominus forte non fuiſſet aliter conceſſurus. ex pacto receſſum eſt a rigore illius conſuetudinis, quia conſenſus expreſſus aliud operatur ex regula iuris, quam ponit Andreas in capitulo primo. §. huius autem generis, ſecunda col. ex quibus cauſis feudum amit. hoc voluit ſentire Andreas in dicto §. ſed & tes, tertia col. poſſet tunc agi contra tertium ex pacto non ſeruato, vt caduceret conceſſio, quamuis mos ſoluendi fuerit rigidus & oneroſus, ſi deductum eſt in contractu, & de pacto agitur ex pacto, & non ex canone conſuetudinis. contractus ex illa conuentione legem accepit. de aliquo contriſtari non poteſt. an autem à principio poſſit paciſci. quòd non teneatur renouationem petere & releuium ſoluere, vide text. & ibi Bartol. in l. fundi. C. de fundis patrimonia. li. 11. Barbatia in capitulo potuit. quarta col. locati. Curtius in tractatu feudorum, ſecunda parte. 17. quæſtione. & aliquid per Brunum conſilio 45 & per Modernos in capitulo primo, quo tempore miles. Baro autem nõ poſſet: cum ſit conſuetum pręſtari, quia eſſet in diminutionem feudi, quod eſt ſibi prohibitum: & videretur tunc alienare, & authoritate legis reuocaret, quod eſt nullum beneficio Federici in Regno Siciliç. plura ponit Paris in ſuo tractatu de reintegra. feudorum, folio a penna. 78. cum ſequen. de ſolutione tertiariç, & quarteriç, de quibus ſolet haberi ratio tam in taxa adhoę, quã releuij, non poſſet liberare vaſallum ſuum ab onere legali, aut conſuetudinario: & tanto fortius ſi eſſet cum alijs in hoc feudo conuentum. ſequor in his, quod conſuetum eſt obſeruari, per l. minimè de il.

26 Sed pone eo anno † quo decedit feudatarius fuit in Regno impoſita adhoa, & ipſe ſeruitium pręſtitit, an debeat ſolui releuium, cum vno eodemque anno ex lege Regni non poſſit duplex imponi aut exigi onus, ne feudum inutile remaneat feudatario. Regia Camera prętendit vtrunque debitum, uno tamen anno exigere ſeruitiũ, alio ſequenti releuium, ne feudum eo anno ſit penitus inutile feudatario. uide capitulum Re-

gni

gni, quod incipit, Ricardus. Andreas in repetit. conſti. Comitibus. Moderni ponunt in conſti. ſi quando, ſecunda col. Lucas de Penna in l. fi. C. de exacto. tributorum. lib. 11. & ibi ad plures quæſtiones, & per Calderinum conſilio 7. in titulo de feudis. & hoc procedit, quando vtrunque onus debetur a lege, aut ex cōſuetudine feudi, de quo uide per Dominum Loffredum in capitulo primo, hic finitur lex. ſi autem vnum onus eſſet impoſitum a lege, & aliud ab homine, voluntariè tamen, magna eſſet difficultas, vtpote eo anno quo mortuus eſt feudatarius, Proceres & Magnates Regni, aut etiam totum Regnū faciunt aliquod donatiuum domino Regi, ita q; vnum onus eſt impoſitum a lege, & debetur ex neceſſitate, aliud autem ex voluntate: quia fuerunt cōcordes in donando. Camera intendebat vtrunque exigere, cum releuium debeatur ex cōſuetudine, & donatiuum fuerit voluntarium, ex pīe ex diuerſis cauſis, quę adinuicem compatiūtur, & ceſſat lex Regni, quæ eodem anno non imponit vtrunque donatiuum non videatur datum animo compenſandi, arg. eorum quæ habentur in l. ſi conſtante. §. ſi pater. ſoluto matrimonio, & in l. creditorem, de legatis ſecundo. bonæ memorię genitor meus obtinuit in eadem Camera declarari contrarium pro Illuſtr. Principe Biſiniani, vt vnum tantùm debeatur ex ratione ſupra allegata: quia verum eſt eodem anno in feudo duo ineſſe onera, & eadem eſt ratio in vtroq; ſiue vtrunque ſit debitum a lege, vel ab homine, & in dubio debet teneri ea pars, quæ excludit onus, vt dicit Petrus de Antibolo in tracta. de mun. & hono. quarta parte, verſic. ſed iuxta prædicta, & quamuis donatiuum pendeat ex voluntate, hoc nomine tantùm procedit. nemo præſumitur donare. l. cum de indebito, de probatio. Rex per intermediam perſonam, ſeu curia eius quærit à Baronibus, & antepoint neceſſitatem Regis, & pericula in Regno occurrentia, vt illos regat, pro ſubuentione beneuola, quam deuoti ſubditi erga Regem ſolent exhibere, nemo cum veritate ex cauſis mouentibus conſueuit reſiſtere. ſaltim offert pro poſſe, quæ poteſt offerre, vt ſubueniat Regi, & illi obiicit in oblatione omnes ſuas neceſſitates, & calamitates ad excolpationem deuotiſſimi animi ſui. hæc quo que vis eſt.

Rogare maiorum, ſpecies eſt violenta iubendi.

Glo. in l. prima, quod iuſſu Andreas in capitulo ſi quis miles, de feudo ſine culpa non amittendo, no. Bal. in l. ſi mandator. C. quod cum eo, donatiua in Regno non conſueuerunt fieri ſponte, niſi ex magna cauſa. & ad rogitum curię non debet eſſe auara in deductione oneris, quod inde contingit: quia ſi de eo fuiſſet cogitatum, iam fuiſſet exceptum, prout excipi ſolet in donatiuis & ſubuentionibus. & ego eo tempore quo Baronum agebam cauſas & Regni, in ea impoſitione deducebam expreſſe. Curia non debet eſſe onetoſa, arg. l. ſeruos hęreditarios, de pign. actione. elegit tamen, quod eſt plus, & minus compeſcat cum maiore onere. Credo id hodie ſeruari in Camera & ratione & æquitate fundante: id mihi videtur tenendum. quòd ſi donatiuum eſſet ſoluendum, non eodem anno integrū, ſed in pluribus annis. ſi tempus impoſitionis inſpicitur, totum eſſet compenſandum cum releuio. ſi tempus ſolutionis attenditur, pro rata tātùm, cum eodem anno non eſſent duo onera, cū a diuerſis perſonis deberentur, & deberet conſiderari tempus ſolutionis, & illud inſpici. idem author dixit, tempus impoſitionis attendi, & nihil allegat. & hoc modo dicit fuiſſe determinatum in Camera, quòd ſi per duos anni nouum mēſem ante quis habuit feudum, licet deſinat habere, quia infra tempus ſtatutum alteri vendiderit tenetur ad integrum adhuc inſpecto tempore impoſitionis, & non ſolutionis. pro hoc uide text. & ibi Bar. poſt glo. in l. incola. ff. ad municipales. & quod notat Petrus de Antibol. in tractatu de munet. & hono. in tertia parte.

27 In quatuor alijs caſibus † puto releuium non eſſe ſoluendum.

Primò, quando eſſet vetuſta conſuetudo illud non ſoluendi, nam hæc pręſtatio cū ſit a cōſuetudine introducta, eadem conſuetudine contraria poteſt aboleri, per regulam iuris: & quia fit reductio ad ius commune, arg. l. iuriſgen. §. pactus ne peteret. de pactis.

Secundò, quando feudum eſſet datum ea lege, ne ſucceſſores in feudo teneantur ſoluere releuium: hoc non eſt contra ſubſtantiam feodi, & poteſt remitti a principio, vt in capitulo primo §. nulla, per quos fiat inueſtitu. notat Andr. in §. ſed nec eſt alia inſtitut, vbi feudum poteſt dari, ne teneatur ad ſeruitium, quod aliqui feudiſtę in præludijs & diuiſionibus feudorum illud appellant francum. magis eſt tollere conſuetudinē ſuper hoc releuio introductam, quàm aliquid derogare naturæ, aut regulæ feudali.

Tertiò, quando eſſet feudum, pro quo ſingulis annis certum quid domino ſoluitur, aliud onus non eſſet præſtandum, ex not. per glo. in capitulo primo. §. ſimiliter, de capi. qui curiam vendidit. poteſt ſic a principio concedi, ut dicit dominus Iacobus de Ardizono in ſumma, char. 19. Doctores in capitulo primo. §. firmiter, de prohi. feudi alien. per Federicum. & in dicto capitulo ſimiliter. eo impoſito aliud non deberetur: vt diſcurrit dominus Albertus Brunus conſilio 32. contractus dedit certam legem in feudo, quę eſt regula ipſius feudi. quò ad hoc non ſubijcitur regulis iuris communis, cum illis cenſeatur eſſe derogatum, & ſpecies derogat generi.

Quartò, ſi poſt mortem feudatarij, & debito curiæ releuio, illud feudum peruenit ad Regem vel ad Baronem, antequàm exactum fuerit releuium: Rex vel Baro cum aſſenſu Regis illud alteri vēdiderit, poſſeſſor nō tenebitur ad releuiū: quia cum feudum peruenit ad Regem, vel ad Baronem, illud onus releuij vel ſeruitij fuit extinctum: vt notat Andr. in cap. primo. §. huius autem generis, tertia columna, ex quibus cauſis feudum amit. & in capitulo primo. fi. col. de contr. feudi apud pares termin. liberum intelligitur venire ad nouum feudatarium, etiam quòd ſeruitium vel releuium eſſet ſoluendum in pluribus

annis:

annis: quia inſpecto tempore impoſitionis ſeu
datarius non erat poſſeſſor, ſed alius Baro, cui
Curia ſucceſſit, & eo tempore quo deberetur exi
gi feudum reperiatur liberum ex mutatione per
ſonę, in qua onus a lege extinctum fuit. l. ſecun-
da. C. de fundis rei priuatę, & in l. 1. C. de præ-
diis & omnibus rebus naui. quæ iura ad hoc al-
legat dominus Rebuffus in l. ſi C. de fide inſtru.
& iur. haſt. fiſcalis, ex cauſa antiqua habet, non ex
voluntate feudatarii, ar. l. lex vectigali, de pigno
ribus. l. ſi fundus, de condi. & demonſtra. & in l.
locatio. §. fiſcus, de publicanis. notat Petrus de
Anóbolo in dicto tractatu, ſecunda parte, verſi.
in diem, fol. 19. ſecus ſi ex noua cauſa, vt in l. di-
uus, de iure fiſci.

28 Cuius autem anni † debeatur medietas fru-
ctuum pro releuio, plenè pertractat dominus Lof
fredus in §. ſed & res. Andreas in l. poſt mortem
in fine dixit, eſſe medietatem fructuum illius an
ni, quo defunctus moritur. ex quo ſequitur, quod
ſi illo anno nihil percipitur, nihil debetur. in
tex. Roberti cuiuſdam capituli habeo a penna,
dicitur vnius anni, & audio fuiſſe determina-
tum in Camera 1506. cum domino Comite Pa
lenę, vnius anni deberi releuium, & non attendi
tempus mortis. & curia eligit vnum annum ex
tribus mortem feudatarii præcedentibus. Loffre
dus in eodem loco arguit ad partes, & non deci
dit. Paris in ſuo tractatu de reintegr. feudorum,
folio 183. dixit illius anni eſſe medietatē, quo
moritur defunctus, & idem dominus Afflictus,
ſequutus Andream in dicta conſtitutione poſt
mortem. & noſtri Regnicolæ magis communi-
ter hoc ſequuntur, & præfatus author in ſuo tra
ctatu num. 70. ſiue illud præſtandum ſit Regi, ſi
ne Baroni: cum in hoc non ſit differentia per ca
pitulum Caroli Secundi, quod ita declarat Co-
miti Marſici. dominus Antonius genitor meus
conabatur concordare opiniones Doctorū, quod
aut eo anno, quo decedit feudatarius, ex feudo
aliqui fructus obueniunt, & debeatur pro rele
uio medietas illorum: quia verum eſt tempore
mortis fructus ex feudo ſuperexiſtere, ex quibus
pro more & conſuetudine poteſt ſolui releuium
nec ſit conſiderandum, quòd eo anno modici
colliguntur fructus, cum emergat ab euentu, &
non ſit facta certa taxa a conſuetudine, niſi in me
dietate ipſorum, prout percipiuntur a feudo, ſi-
cut contra, ſi illo anno fuiſſet magna vbertas, &
præcedentibus annis fuiſſet ſterilitas. a caſu hoc
procedit. neuter grauatur ratione dubii euentus.
arg. l. ſi pater puellę. C. de inoffi. teſtamen. ſi ve
rò eo anno mortis nulli colliguntur fructus, &
debeatur releuium vnius anni. & hoc modo in-
telliguntur & concordantur opiniones ſcriben-
tium: quia cum certū ſit deberi releuium, & eo
anno nulli percipiantur fructus, non propterea
erit liberatus feudatarius, qui tenetur ad certum
quid in genere, pro quota fructuum, ex quibus
Dominus releuatur. aut ex præcedentibus, aut
ex ſequentibus debet taxari hæc medietas, ne Do
minus ſit in damno. vno tantum caſu, & taxa fa-
cta eſt a lege, quando Baroni præſtatur, ne exce-
da vncias decem, ſecundùm legem Federici, in
d. l. poſt mortem, quę hodie per legem Caroli Se
cūdi immutata eſt. a qua videtur hæc diſtinctio,
ſed non probatur aliqua lege Regni, neque vi-
deo illam recipi in Palatio. domini de Camera
ſeruant hodie illius anni releuiū ſolui, quo mor
tuus eſt feudatarius, ſi eo anno aliqui fructus p-
cipiuntur ex feudo, vnius autem, quando nulli
colliguntur.

29 An autem quando † ſoluitur releuium ab hæ
rede debeat fieri deductio expenſarum, poſuit i-
dem Afflictus in d. §. ſed & res. in fi. col. idem ta
men author dixit non deduci expenſas pro cuſto
dia Caſtri, nec ærariorū exigentium introitus, ſe
cundùm ſtylum Regiæ Cameræ, ſed ſolùm expē
ſas in cultiuando poſſeſſiones, & recollectione
fructuum, & in molendinis, expēſæ ſcilicet quæ
fiunt in molis, & in aptatione palatarum, habi-
ta ratione ad tempus, quo durare poſſunt. idem
Paris in materia expenſarum. ſi pro cuſtodia &
caſtellano, & recuperatione feudi, & recollectio
ne fructuum: fol. 9. cum ſequen. fol. 102. & folio
175. & fol. 176. cum aliis ſequentibus. & ego ple
nè tetigi in capitulo primo. §. ſi vaſallus. hic fi-
nitur lex. & obſeruantiam Camerę Summariæ,
fructus æſtimantur, prout valent tempore meſ
ſium, & in area, & ideo illæ expenſę non dedu
cuntur. quia compenſantur cum augmento pre
30 tii, quod fit ex tempore. eadem † Regia Camera
quando vult facere liquidationem fructuum, ca
pit tres annos pręcedentes, & informat ſe, quo-
modo valuerunt fructus in area ſeu tēpore meſ
31 ſis, vel vindemiæ. vel † ſi vult liquidare pretium
olei quanti valuit eo tempore, quo premitur
oleum in tapetis. & facit coacernationem pretii
dictorum annorum, ex qua poſtea ſumat tertiā
partem, & illa tertia pars liquidatur pro pretio
& valore fructuum. & hæc procedit, quando in
illis annis non fuit peſtis, vel bellum. eo tempo-
re non habet locum regula, quæ dicit, tanti
valet res, quanti vendi poteſt, vt not. Alex. in l.
pretia rerum, ad l. falcidiam, glo. in l. ſi ſeruus. §.
1. de condict. furtiua. Moderni de Crema in l. 2.
C. de reſcin. venditio. hoc eſt ex obſeruantia Ca-
meræ, propter tollendas fraudes, & quia faci-
lius veritas valoris detegitur. illi autem Domi-
ni non dant rationem huius dicti, ſed dicunt eſ-
ſe ſic obſeruatum ab antiquo, allegabam eis tex.
ad hoc in l. ita vt oēs ff. mandati, ibi, ita ut om-
nes ſummas maiores & minores coaceruet, quā
Bal. ibi dixit non eſſe alibi. & Saly. in l. hac edi-
ctali. §. his illud. C. de ſecundis nuptiis dixit illā
32 legem eſſe ſingulariſſimam, quando † eſt diuerſi
tas in appretio, quia vnus appreciat decem, alius
viginti, alius triginta. omnia appretia in vnum
coaceruantur, & ex tota ſumma capitur tertia
pars, per tex. ibi, tertiam partem annis quibuſcū
que. & illum tex. pro mirabili refert Petrus Gi-
rardus ſingulari. 25. licet ipſe dicat eſſe dubitabi
le, per tex. in l. inter pares, de re iud. & in l. in diē
proferre. §. ſi plures, de arbitris, & Caſſaneus ſu-
per conſuetu. Burgundiæ, folio. 71. numero 41
quarta colu. eo ſolo relato nihil decidit. Sandæ-
us tamen in capitulo cum cauſam. in fi. de teſti-
bus, id tenet, quod Bald. Saly. & alii, per illum
tex.

text. licet articulus ſecundùm aliquos eſſet diſputabilis, ex nota. per Docto. in l. prima. §. ſi ſtipulanti, de verborum obligationib. ex ratione tamen illius legis ſumpta eſt practica & approbata eſt in Regno ſecundùm obſeruantiam Cameræ, vt ex tribus annis præcedentibus fiat liquidatio fructuum pro tertia parte totius ſum-
33 mæ. & † quando fit appretium bonorum ſtabilium, & eſt diuerſitas in appretio inter æſtimatores deputatos, ſacrum Conſilium ea tribus ſumit tertium, & ſic decernit, ſi forte inter tabularium & primarium non eſt concordia in appretio, & vndique inter eos ſunt rationes, quando videtur adhibere medium temperamentum, & procedere iuxta prædictam taxam, ſcribit. G. Bu ſgua in l. fin. de ſenato. prope finem. vbi datur diuerſitas peritiæ & iudiciorum, nec de facili poteſt diſcerni, vtrum illorum verius ſit, tenenda eſt media via, & de duabus tertiam eligere. & hoc vbi non habemus certum.

34 Duobus caſibus dicit Andreas in dicto. §. ſed & res, tertia columna, ex refutatione feudi facta in agnatum deberi releuium, & quaſi ex contractu.

PRIMO, quando agnatus in vita renunciaſſet feudum, vel donando, vel vendendo ceſſiſſet in fraudem, debet tunc ſoluere releuium, vel in pœnam fraudis, vel vt habeatur pro ſucceſſore poſt mortem, quo tempore conſuetudo introduxit releuium: probatur hoc ex l. filiæ meæ ægræ, ſoluto matrimonio, vbi videtur caſus, ex qua lege fuit editus canon, ca. 2. de renunciatio. in 6. & illa lex ad multa eſt ſingularis, ſecundùm Bald. in capitulo primo. §. porrò, qualiter olim poterat feudum aliena. Rota in antiquis. numero 361. non præſumitur, in titulo de præſumptio. & Petrus de Aocha. conſilio 430. fuiſſet.

Secundò, quando eſſet dictum in Inueſtitura, quòd quandocunque in alium transferretur, releuium ſolui deberet, per text. in l. prima. C. de operis libertorum. voluit tunc prouidere in alium caſum, quàm in eum qui fuit introductus à conſuetudine, vt illud pactum appoſitum fauore domini aliquid operetur: aliàs ſi intelligeretur de ſolutione releuij in caſu mortis, nihil prodeſſet. quod dictum habeo pro notabili, ſed non per illam legem, quę hoc non probat, ſicut per conſuetudinem poteſt induci pręſtatio in caſu mortis, ſic & in vita ex pacto. Feuda ipſa ex cõſuetudine reguntur, & ex pactis diſtinguuntur. ſicuti eſt in pręſtatione laudemij ſeu tertiarię, quãdo dominus præbet aſſenſum in alienatione rei feudalis, de quo per Andr. in capitulo primo. §. illud, de prohi. feud. alien. per Federicum, & ibi per domin. Ioan. Rainaldum. ex hoc infertur, quòd ſi venderetur, vel legaretur in teſtamento, debet ſolui laudemium ſeu releuium: quia ex pacto inueſtiturę receſſum eſt a conſuetudine reſtringente ſolutionem releuij: & adauctum eſt etiam in vita, & vbi ex contractu in aliũ transfertur, etiã in titulo ſingulari.

SI ALIQVIS Dux vel Comes Regni daret alteri Caſtrum in feudum, & in hac conceſſione in feudum non accederet aſſenſus Regis, & ſuo ſubfeudatario aſſignaret poſſeſſionem Caſtri cum omnibus fructibus, decederet ex poſt, hæres eius ſuccedens in Ducatu vel Comitatu tenetur Regiæ curiæ ſoluere releuium pro fructibus illius Caſtri in ſubfeudum conceſſi, etiam quòd ipſe non percipiat fructus Caſtri: quia à principio conceſſio illa fuit nulla ſine Regis aſſenſu, & dominium feudi nunquam receſſit ab ipſo concedente, & ab eo venit ad hæredem ſuum. Nec obſtat, ipſum non poſſidere feudum, & fructus feudi, & releuium ſoluitur à poſſeſſore, vt ſupra diximus: quia hic altero de duobus modis pro poſſeſſore habetur: aut propter ſuperioritatem, quã habet in ſuum ſubfeudatarium: aut quia ſuo facto cecidit à poſſeſſione, dum fecit actum illegitimum concedendo ſine aſſenſu. lex Regni hoc improbat & irritum ac nullum decernit. culpa ſua, aut in tradenda poſſeſſione feudi, aut in ea recuperanda non debet obeſſe Regi, vt ſupra diximus. non dicitur traditum: ex quo poteſt ab eo repeti, & actionem habet ex ſuo facto. ſcire debebat ipſum poſſe à curia aſtringi ad onera feudi, quæ debentur à re, vel à perſona. iuxta morem & conſuetudinem Regni non poteſt feudum dimittere citra conſenſum domini, capitulo primo, de vaſallo qui contra conſti. Lotha. feudum alienauit. Andreas in capitulo primo. §. ſimiliter, de capitu. qui curiam vendidit. 6. column. & in capitulo omnes filij, ſi de feudo fuerit controuerſia. & in capitolo primo. §. notandum, de his qui feudum dare poſſunt. eſſet aliàs in facultate vaſalli fraudare Regem, & illius iura ſubuertere, & citra eius conſenſum facere in feudo commertium, vt dicitur in l. imperialis. §. primo.

Quid ſi in ea conceſſione Rex præſtitit aſſenſum, ita quòd Dux vel Comes infeudando de licentia domini non facit actum nullum, & poſſeſſionem feudi transfert de voluntate Regis, an tunc ipſe debeat releuium ſoluere? Videbatur quòd non: cum ipſe Rex videatur alienare, quãdo alienanti aſſenſum præſtitit, ſecundùm Archidiaconem in ſumma, & in rubrica, vtrum aſſenſus operetur, ſi ne præcedat, argumen. l. in ędibus, de donatio. & in l. ſi pater. de his quæ in fraudem creditorum. Sępe Andreas allegat text. in l. lege obuenire, de uerbor. ſignific. ſed quando vaſallus alienat de licentia domini, ipſe non remanet vaſallus: quia alius loco ſui ſubrogatur vaſallus: vt dicit Bald. in capitulo cæterùm, de iudicijs. & habetur per Andream in ſimili, in capitulo primo. de aliena. feudi: & in capitulo omnes filij, ſi de feudo fuerit controuerſia. ſi diuidunt inter ſe fratres. pro rata alios tangente non eſt vaſallus. ea eſt alienatio legis, & liberat ipſum, ne teneatur ad onera partis aliũ fratrem contingentis: notat Maynus in eo articulo, ſi poſſit diuidi emphyteuſis, de iure emphy. eſſet concedens in damno, ſi ſolueret releuiũ pro feudo quod ipſe non poſſidet, ſed in alium tranſtulit de licentia domini. tunc curia exigat, quã ſubfeudatarius moritur vel in illud tẽpus à duce exactio

retardetur. & neuter erit in damno. curia poruit iſtum caſum præuidere. ſibi imputari poteſt, argument. l. habitatores. §. fi. ff. loc. idem au thor in dicto tractatu num. 94. & 95. dicit fuiſſe de facto in Camera cum illuſtre Principe Salerni: & determinatum fuiſſe, exigi ab eodem Principe releuium pro Caſtro per eum alteri in ſubfeudum conceſſo, & ipſe Princeps à ſuo ſubfeudatario, quando morietur percipiat: dat rationem: quia Rex præſtitit aſſenſum iuribus curiæ, & alienis ſemper ſaluis. hoc ipſe videtur excepiſſe, ne ius ſuum remiſiſſe videatur: nota. per Andream in capitulo primo. §. ſed nec eſt alia iuſtior, quę ſit prima cauſa ben. amit. tertia colu. & in capitulo primo. quarta colu. qui ſucce. tenea. & in capitulo primo, de vaſallo decrepitæ ætatis: quia ipſe Rex retinuit iura ſibi competentia, non poteſt dici per aſſenſum dimiſiſſe illum habere in vaſallum. iſta determinatio fuit facta in Camera 12. Iulij. 1510. & Bernardinus Cioffus fuit rationalis, poterit perquiri in regiſtro eius.

Prima fronte videbatur dicendum contrariũ, & ego ipſam ſequor: licet idem doctor non comprobet illam, neque contraria in medium afferat. dico verum eſſe, quòd per alienationem deſinit eſſe vaſallus: quia alius loco ipſius ſubrogatur, quando ex toto in alium transfert, donat, vel vendit. ita Bal. in dicto capitulo cæterùm, & ibi Decius. ſecus quando ipſe infeudat alteri, remanet ipſe vaſallus Regis: quia non ex toto in alium dedit, quod ipſe habebat a Rege. retinuit quodammodo vtile ſuum dominium: licet commoditatem ipſius alteri conceſſerit. iam remanet Regi ſubditus, & vaſallus. hoc modo contrarium ceſſat. item quando Rex aſſenſit, licentiam conceſſit ſecundùm naturam illius contractus, argumen. l. ſi. C. de pactis. ea reſeruatio porrigit vires ad ſeruitia, ad releuium, & alia, quæ pro illo feudo debentur. non intelligitur illa remiſiſſe, quæ virtualiter ex natura contractus includuntur. non habet locum, quod Andreas dixit in capitulo primo, tertia co. qui ſucce. tenea. vt quo ad alia operetur, non circa principaliter diſpoſitum, ne videatur adinuicem contrariari quia procedit, quando certa eſt diſpoſitio, & determinata. & ſalua ratione recti ſermonis ad idẽ referri non poteſt. at quando infeudationi præbet aſſenſum cum illa clauſula, iuribus curię ſẽper ſaluis, non liberat infeudantem ab onere feudali: ſed ipſum retinet obnoxium. facit illi gratiam, vt pro feudo ſubfeudatarium acquirat, qui ſibi ſit aſtrictus ad ea, quæ pro feudo debentur. eſt illi ſuperior, eſt illi dominus immediatus, & ab ea, quæ ex regula feudi debentur. non dicitur Regem aſſenſiſſe alienationi, ex qua ipſe ſit liberatus. Rex habebit vtrunque obligatum pro oneribus feudi, quò ad alia non. non directo, & principaliter: ſed in ſubſidium, & cauſatiuè: cum in eo vtili dominio Baro Regi præferatur: vt Andreas dixit in capitulo primo, de capitulis Corradi. per infeudationem factam cum aſſenſu hominis non quærit ſubfeudatarius ius rãtùm ex perſona infeudantis: quo finito extinctum eſſet ius ſuum: vt not. in capitulo finali, quibus modis feudum amit. & per Aluarotum in dicto capitulo primo. & Lauden. in tracta. de confœderatio. Principum, numero 6. ſed habet a Rege etiã propter aſſenſum ab eo preſtitum, vt not. in capitulo primo, de aliena. feudi. hoc operatur Regis aſſenſus: vt ſi feudatarius ſine hęrede decedat vel culpam contra Regem committat, ipſe habeat feudum, donec ipſe viuit, & ſui hæredes ex corpore. alterata eſt natura infeudationis propter aſſenſum Regis. fœcundior eſt aſſenſus hominis, quàm legis. lex dat, quod eſt feudatarij, non quod eſt alterius, ſcilicet ſuperioris: quia Rex aſſenſit. ius obtinet vtriuſque: ex omni capite ſecurus eſt. illa clauſula non reſtringit conſenſum Regis in his caſibus: quia iam expreſſum aſſenſum præbuit infeudationi: & eſt receſſum a diſpoſitione feudali. non ergo habetur pro alienante, qui ſic infeudanit propter ſuperioritatẽ, quam retinuit in feudo conceſſo in feudum, ex qua debet haberi vt poſſeſſor, & ſoluere Regiæ curiæ releuiũ, & adoa, quando contingit imponi. & ipſe exigere a ſuo ſubfeudatario tam adoa, & ſeruitium. quàm releuium, cum ſuus ſubfeudatarius morietur.

36 An ſi mortuo † feudatario, vel ſubfeudatario hæres ſucceſſor, qui tenetur ſoluere medietatem fructuum pro releuio, det liſtam introituum defectiuam, vt minus ſoluat pro releuio, perdat illos redditus, quos noluit dare in introitu ad fraudandum Regem, vel Baronẽ? Andreas ponit in dicto capitulo ſancimus, dum dixit, in Regno propter non renouationem inueſtituræ non eſſe pœnam priuationis feudi, ſed fieri compoſitionem ſuper hoc, vt ſoluatur duplicatum releuium. Dominus Loffredus in capitulo primo, quid ſit inueſtitura, dixit in Camera fuiſſe ponderatam doctrinam Andreæ contra quendam Baronem, qui dederat liſtam defectiuam, & poſtea fuit compertum, alia bona & membra feudalia ſupereſſe, & nihil affirmat fuiſſe deciſum. meo tamen oculo Andreas ibi in meo codice, & in antiquo de hoc nihil ſentit. vide text. & ibi nota. in capitulo vaſallus, el primo, ſi de feudo fuerit controuerſia: vbi vaſallus priuatur feudo, quando negat feudum. & ſi negat totum: perdit totum. & quando negat partem, perdit partem: vt pęna ſit delicto proportionabilis. licet Dominus Ioannes Blancus in ſumma, in titulo ex quibus cauſis feudum amit. charta decimaoctaua, dicat in Regno Sicilię ratione partis amitti totum propter domini contemptum, & id etiam procedit in negante qualitatem feudi ſeu conditionem ipſius, ſi cum iuramento hoc ipſe affirmauerit, ſecundùm dominum Iacobum de Beluiſio ibidem. ideo in Regia Camera quando datur liſta, cum iuramento admittitur, & per Guidonem Pap. deciſione ducenteſimatrigeſimaſexta in fine. ſi de mendacio conuincitur, deberet eſſe pęna amiſſionis, vt per Taurinenſem in verbo dictique inueſtiti promiſerunt non committere feloniam 9. gol. ppter pęnã negantis & periurij, & contumaciæ

in

in perſiſtendo in ipſa negatione. parcitur pœnitenti, & deſiſtenti: ſed obſtinaci pęna non remittitur, vbi ſciens fuit, ſecundùm Decium in capitu. cæterùm: eo ipſo quòd negat, vacare dicitur poſſeſſio feudi propter mendatium, ſecundùm dominum Taurinenſem in rubrica de rei vendi. 5. columna, in iudicio interrogatus videtur dominum negare, dominum contemnere, mentiri iudicem, periurium incurrere, & cau-
37 ſam ingratitudinis committere. in † Regno Robertus Rex inclytus videtur pęnas caducitaris remiſiſſe, vbi ſeruitium non præſtatur, aut diminutè ſoluitur, alienatur ſine aſſenſu, homagium ſucceſſionis tempore non fit, neque releuiũ præſtatur. habentur inter capitula ipſius duo nuper impreſſa, quæ penes me extabant in pergameno forte hic caſus non includitur, & vbi emerſerit, cautus iudex aduertet, ſi dolo, aut fraude feudatarius verſetur, ac conuictus ipſe ſine iuſta cauſa moratur, fraudem tegere, & fraudem fraude conſerere.

38 Ex hac declaratione † Roberti Regis deciditur in Regno illa quæſtio, ſi culpa patris non petentis renouationem inueſtituræ infra annum & diem, noceat filio. de qua per Andream in capitulo primo, ſecunda col. ſi vaſallus feudo priuetur. & in capitulo primo, de capitulis Corradi per Socinum conſilio quarto, finali colum. tertio volumine. & in conſilio 38. quarto libro, & per Curtium conſilio 47. & conſilio 48. in antiquis hodie non perdit per legem Roberti. & ea culpa non nocet filio, quia pater non erat in pœna amiſſionis feudi. ſit compoſitio cum curia, vt ſupra dixi: niſi præueniens a curia paſſus ſit litẽ conteſtari forte durius agitur cum eo, argu. eorum, quæ dicit Andreas in dicto capitulo primo de vaſal. qui contra conſti. Lotha. feudum alienauit.

39 † Prælatus in Regno non ſoluit releuium, ſecundùm Andream in dicto capitulo primo, & in dicto §. ſed & res, quia de prælato non introduxit conſuetudo, neque fuit cum eo viſitatum. item quia prælatus, licet ſit ſucceſſor, non tamẽ eſt dominus, ſed adminiſtrator: & culpa eius nõ nocet eccleſiæ, & in capitulo finali, eodem titulo. Bald. in capitulo primo, tertia col. de aliena. feudi. & per Lucam de Penna in l. ſecunda. C. de fundis patri. libro 11. Prælatus non ſuccedit in feudo iure hæreditario, vt not. in capitulo primo, qui ſucce. teneantur, & de hoc ſucceſſore cõſuetudo non grauauit releuium ſoluere, niſi aliud actum ſit tempore dationis feudi, vel curia eſſet in quaſi poſſeſſione illud exigendi, exiget tunc ſaluo iure proprietatis: ſecundùm Abbatem conſilio 23. ſecundo volumine, & Roma-
40 nus conſilio 32. in fine. Vniuerſitas † etiam releuium non ſoluet ex eadem ratione: ipſa nunquã moritur, ſicut eccleſia, quamuis mutentur admi-
41 niſtratores. Neque † etiam mulier pro dotario, ſecundùm Andream in dicta l. poſt mortem, ipſa non eſt domina, ſed magis vſufructuaria, de qua conſuetudo nihil introduxit, neque ab ea conſuetum eſt exigi. & hoc releuium ſoluitur, vbi inueſtituræ renouatio petitur, & non antè infra annum & diem: quia releuium datur pro ipſa inueſtitura. per Andream in dicto capitu. ſi minoribus, & alibi. ſi non petitur, non poteſt aſtringi, quia habet dilationem ab ipſa lege ſoluendi infra annum & diem.

42 Si Rex † concederet alicui domino iuriſdictionem criminalem in feudum pro ſe hæred. & ſucceſſor. an hæres eius ſuccedens in hac iuriſdictione criminali teneatur ſoluere releuium de prouentibus huius iuriſdictionis? Prima fronte videretur quòd ſic: quia Rex concedendo iuriſdictionem criminalem in feudum, videtur conceſſiſſe ſecundùm conſuetudinem Regni vt not. Odofredus Beneuentanus in ſumma feodali ſua, in prima charta, allegat l. ſi fundus, de euictionibus, & in l. ſemper in ſtipulationibus, de regulis iuris: ſed in Regno ſucceſſores in feudo ſoluunt releuium. ita & in conceſſione iuriſdictionis criminalis, cum tacitè actum videatur de eo ſoluendo: cum ſolitum ſit in Regno præſtari, argument. l. ſi prius. §. rectè placuit, de aqua pluuia arcenda, & in l. finali. C. de fideiuſſoribus. item releuium præſtatur, ex quo renouatur inueſtitura per dominum, not. Andreas in capitulo primo. §. primo, quo tempore miles. eadem ratio militat in ſucceſſore iuriſdictionis criminalis, cum pro illa iuriſdictione Dominus Rex faciat inueſtituram ſuccedenti in iuriſdictione criminali, eo ipſo quòd Baro, vel alius recipit iuriſdictionem in feudum, videtur ſe ſubmittere ad omnia onera. quæ ex regulis, vel ex conſuetudine feudi debentur. in tali autem releuio exoluendo deductis oneribus pro exercenda iuriſdictione, quod ſupereſt, eſſet in obligatione pro medietate, ſoluta prouiſione officiali pro ſuo ſalario. illa eſt neceſſaria impenſa, omnino debet deduci, cum ſine officiali criminalis iuriſdictio exerceri non poſſit. contrarium credo de iure verum, quia licet illa iuriſdictio ſit conceſſa in feudum, & ex natura feudi ſit vtile dominium in feudatarium tranſlatum, vt not. in capitulo primo, de capi. Corra. & in capitulo beneficium, ex quibus cauſis feudum amittatur: tamen certum eſt in ea terra, in qua alius habet iuriſdictionem ciuilem dominum non eſſe, illa iuriſdictio criminalis magis videtur cohærere officio, quàm feudo: licet ipſa detur in feudum, erit feudalis quò ad alia capita feudalia, & ſub regulis feudalibus. præterquàm quò ad hoc. idem quia habens iuriſdictionem criminalem, non habet ſubuentionem à vaſallis: cum ipſe non ſit dominus vaſallorum neque etiam ſibi præſtatur ſacramentum aſſecurationis, non habet emolumenta feudalia, non debet ipſe ſentire onera feudalia, quæ non procedunt ab ipſo feudo. ſed a conſuetudine. item quia nunquam fuit conſuetum ab iſtis pręſtari releuium, quod fuit introductum ex vſu & conſuetudine, & conſuetudo optima eſt interpres eorum, quæ in facto occurrunt. Nec ob-
43 ſtat † ꝙ ipſe percipiat prouentus, qui dicuntur eſſe in fructu, vt no. in l. ſi. per Bar. ſoluto matrimonio, & per alios ſcribentes: nam re vera ipſi non ſunt fructus: cum non naſcantur

neque renaſcantur. procedunt tamen ex ipſa iuriſdictione, facto tamen hominis, ex delicto, & ex contumacia, ac compoſitione officialis. hoc eſt quid extrinſecum ab ipſo corpore. prouentus nomen largius eſt, quàm fructus: vt diſcutit Paris de Puteo ſub hoc verbo. plenè Caſſaneus ſuper conſuetudine Burgund. fol. 184. dependerà labore, & induſtria officialis, qui illam iuriſdictionem exercet. ea induſtria facit prouentum. labor eſt in fructu principaliter pecunia, quæ procedit, pro labore compenſatur. l. Seio, de annuis legatis. & ſi plus percipiatur ex prouentibus quandoque, iſtud eſt ex accidenti, a caſu dependet. incertum eſt, an fiant prouentus: cum nulla occurrant delicta, neque contumaciam contrahi. & de ſuo dominus iuriſdictionis cogeretur exoluere. ideo in ſolutione releuij non habetur ratio prouentuum: quia cedunt lucro officialis, qui iuriſdictionem exercet. Cameræ Summariæ non computat cum introitibus terræ ex ratione prædicta. Alia in materia releuij curioſus perquirat, & colligat. M. Freccia.

SVMMARIVM.

1 *Baro exigit a ſuis vaſallis iuramentum aſſecurationis.*

2 *Iuramentum fidelitatis & aſſecurationis quod præſtatur a vaſallis, quid continere debeat, & ſub qua forma fiat. & num. 15.*

3 *Vaſallus vaſalli non dicitur vaſallus ſuperioris domini.*

4 *Rex eſt dominus perſonarum, & ſuper omnibus feudis habet directum dominium.*

5 *Iuramentum fidelitatis non exigitur, quando præſtatur annuus cenſus, quia tunc præſumitur contractus emphyteuticus, non feudalis.*

6 *Contractus emphyteuticus & contractus feudalis qualiter dignoſcatur.*

7 *Iuramentum fidelitatis duplex quandoque peti poteſt a vaſallis, alterum ratione feudi, alterum ratione originis, quando vaſallus ex duplici cauſa eſt ſubiectus.*

8 *Iuramentum fidelitatis omitti poteſt ex pacto in conceſſione feudi, ſed non quod præſtatur Regi ratione Regni numero ſequenti.*

10 *Iuramenti præſtatio an inducat quaſi poſſeſſionem iuriſdictionis.*

11 *Iuramentum fidelitatis requirit ſcripturam, & præſtatur per principalem non per procuratorem, & præſumitur præſtitus eo ipſo quòd quis eſt vaſallus*

12 *Iuramentum fidelitatis ſi fuerit præſtitum alteri, quàm domino, qua pœna puniatur uaſallus, qui præſtitit.*

13 *Feudum in multis caſibus non perditur etiam delinquendo contra dominum.*

14 *Iuramentum fidelitatis an ſit præſtandum domino habenti iuriſdictionem criminalem.*

QVARTA AVTHORITAS eſt: quia Baro † a ſuis ſubfeudatariis exigit iuramentum aſſecurationis, iuxta no. per And. in capitulo primo, qualiter vaſallus iurare debeat dño fidelitatem, ꝑ duob. capl. illius literæ, ſicut tenētes ſub iuriſdõne illius, & ĩ
1 cõſti. Regni dñis à uaſallis. Vaſalli † aũt burgenſes
Baronis iurabãt ei ſecundùm formam traditam
in. d. l. edita per diuum Guil. quæ ſe habet in
2 pluſtur in ea legitur, licet illud iuramentum
non poſſit recipere à ſuis uaſallis ſine licentia
domini Regis, aliàs eſſet in pœna priuationis
feudi, & publicationis bonorum ſtatuit Fede.
in. l. Comite, uel Barone. & no. And. in. c. ſi de
minoribus, ſi de feud. fuo. contro. de iure feudorum
Baroni, & non Regi, quo ipſe tenet, debet
hoc iuramentum præſtari ſecundùm Bal. in tit.
de pace Conſtantiæ, in uerbo inueſtituram recipiens:
quia uaſallus uaſalli non dicitur uaſallus
ſuperioris domini, ſecundùm eundem Bal. in.
l. i. 4. col. C. cõia de leg. quem ſequitur Cardi.
3 in præludijs feudorum, col. 19. in Regno ſecuta
eſt, ut not. in d. l. domini à uaſallis. ex quo illud
iuramentum præſtatur ſaluo per oĩa mandato,
fidelitate, & ordinatione Regia. & primùm præſtatur
Regi, quàm Baroni. etiã à ſubfeudatarijs
Baronum: quia ſunt uaſalli Regis ratione feudi
quod ipſi tenent, & ratione eei, quæ ſpectat ad
ipſum Regem. & primò tenentur parere Regi,
4 quàm ipſi, † cum Rex ipſe ſit dominus omnium
perſonarum, ut ipſe dixit in l. quia frequenter.
& quia ſuper omnibus feudis Regni
directum habet dominium, ut ſupra diximus.
quòd cũ certo certius ſit, allegatione & authoritate
5 non indiget. Tũc † autem Baro exiget hoc
ſacramentum a uaſallo ſuo, quando ratione
feudi habet ipſum obnoxiũ ad perſonale ſeruitium,
ſecundùm Modernos in conſtitutione diuæ
memoriæ, col. 63. & refert idem Collector
deciſione. 129. quando præſtatur annuus canon,
ſeu cenſus, uel redditus. non aſtringitur ad hoc
ſacramentum: quia magis præſumitur tunc contractus
emphyteuticus, quàm feudalis, ſecundũ
Bal. in. l. liberti, libertæque. C. de operis libertorum.
& Moder. in præludijs feudorum. & ſentit
glo. in conſti. Regni, conſtitutionẽ diuæ memo-
6 riæ. quòd † ego intelligo, quando feudum concederetur
pro ſimplici canone, uel redditu, nõ in
feudum: ſed daretur ſimpliciter, ut magis induceretur
tunc emphytheuſis, uel cenſualis de ipſo
feudo, quàm feudum. Secus autem quando concederetur
in feudum, regulabitur ſub regula
feudali, præter canonem conuentum: ut firmat
Alex. conſilio nono, quinto uolumine, & in cõſilio
74. ſecunda col. primo uolumine. Socinus
conſilio 265. in fine, ſecundo uolumine. Albertus
Brunus conſilio 41. & Bologni. conſilio 61
Bal. autem tenuit in conſilio 161. quod ſit contractus
emphyteuticus, licet dicatur dari in feudum,
ſub pactis tamen feudalibus. Cepolla in
ciuilibus conſilio uigeſimoſecundo. Afflictus
in capitulo primo. §. ſed nec eſt alia inſtitor, in
fi. col. quę ſit prima cauſa benef. amit. aliter ſentit,
quòd ubi præſtatur iuramentum fidelitatis.
cum annuo cenſu ſeu canone, cenſus cenſetur
cauſa impulſiua. Bal. in conſil. 16. in primo uolumine,
& in capitulo primo de noua formæ fidelitatis,
quòd præſtatio iuramẽti fidelitatis nõ

habet

habet locum, niſi in magnis feudis. Romanus ſingular. 118. tu qui. & Bal. in capitulo primo, eſt & alia, quæ ſit prima cauſa bene. amit. ſtarem in hoc conſuetudini, ſi fuit aliàs præſtitum iuramentum, arg. l. ſi fundus, de euictio. & vbi non eſſet coniunctum pro paruo feudo, ſeu tenimento, vel attenaſia, non crederem teneri vaſallum ad præſtationem iuramenti, a ratione ceſſante, ſit fidelis: vt ſeruet domino honorem, ac ſeruet pacta, & alia impoſita in conceſſione feudi, ſecus ſi ab alio teneret caſtrum, cum vaſallis, vel ſi haberet feudum quaternatum, iſta regulantur in Regno ſub natura feudi: & de iſtis ſenſit Andreas in dicta l. domini a vaſallis. & in dicto capitulo primo, & in capitulo de contro. feud. apud pares termi.

7 Si Baro haberet aliquem vaſallum † ratione feudi, qui eſſet ei ſubditus, & vaſallus ratione originis, vt ſuus burgenſis, poteſt ab eo petere duplex iuramentum: vnum ratione feudi, quod de iure communi appellatur ſacramentum fidelitatis, aliud ratione vaſalli originis, ſecundùm Bal. in titulo de pace Conſtantiæ, in verbo vaſalli. & Andr. in capitulo primo, qualiter vaſallus iurare debeat domino fidelita. fortius tamen obligat iuramentum, quod præſtatur ab eo, vt burgenſe. not. Bal. in conſilio 270. pridie enim conſului. tertio vol.

8 Ab initio poteſt concedi feudum, quod † pro eo non præſtetur ſacramentum fidelitatis. c. 1. §. nulla, per quos fiat inueſtitura. & ibi plenè no. Doctores: quia illud ſacramentum, licet ſit de forma, non tamen eſt de ſubſtantia feudi, & ſecũdùm Andr. ibi in fi. verbis. in omnibus alijs habebit naturam feudi, prçterquàm in exceptato. idem not. Andr. in capitulo primo, de feudo non habente propriam naturam feudi, & in §. huius autem generis. ex quibus cau. feud. amit. Alex. conſilio 3. primo vol. Car. in prælud. feu. 14. q. & Cardius conſi. 50. col. 50. debetur tamẽ ius reuerentiale domino, licet ſit remiſſum iuramentum: quia non per hoc deſinit eſſe vaſallus. l. ſi. C. de bonis libertorum, idem Cardi. in prælud. & Taurinẽ. in tract. de roydis, in vltima charta. & ſi decedit Baro relicta ſua vxore prçgnante debet hoc ſacramentum præſtari ventri, ſecundùm Laudenſem in tract. de confœderat. Principum, num. 31.

9 Dicit Lucas de Penna in l. tertia, de his qui nu. libe. ſe excuſa. libro 11. quòd iuramentum, quod præſtatur Regi, dicitur præſtari gratia Regni, al legat Archidiaconum in capitulo authoritatem 15. quçſtione tertia. ideo ipſe non poſſet illud remittere ſine conſenſu maioris partis Procerum. not. Innoc. in capitulo quanto, de iureiurando. Cardi. in conſilio 127. redemptoris Domini, qui eſt Rex Regum.

10 An ex prçſtatione iuramenti † quæratur quaſi poſſeſſio iuriſdictionis, vide Bar. in l. quod meo, de acquirenda poſſeſſione. Aret. in l. ſi quis a filio. §. fin. de legatis primo. Alexan. in l. quamuis. §. ſi conductor, de acquirenda poſſeſſione, & in conſilio 44. primo volumine. Bald. in l. ſecunda. C. de ſerui. & aqua, & in l. liberti. liberteque. C. de operis libertorum. Egidius deciſione 139. & Luc. in l. quicunque. C. de apo. publicis, libro 12. vbi præceſſit ſuperioris licentia: aliàs ſecus. Moderni in conſtitu. quia frequenter, & in conſtitutione ſi dubitatio, in fine. & per Baldum in capitulo cçterùm, de iudicijs. & vide Anchara. in regula ſine poſſeſſione, ſi ex obedientia vaſallorum quæratur poſſeſſio. & per Barbatiã conſilio 11. ſecundo volumine. & Egidius bella. deciſione 425. & omninò Anchara. conſilio 310. & per Nicolaum Boerium in tractatu de cuſtodia clauium ciuitatis. char. 15. de acclamationibus populorum, viuat talis dominus: vt fit in Apulia, quæſita ſit quaſi poſſeſſio vaſallorum.

11 Nota tria ſingularia † in hoc iuramento fidelitatis. Primum, quòd requiritur ſcriptura ad probandum illud fuiſſe præſtitum. & teſtes non admitterentur, ſecundùm Lucam de Pen. in l. prima. C. qui militare non poſſunt. allegat Archidiaconum in capitulo Arraldus. 8. quçſtione tertia, glo. not. poſuit in capitulo primo, de cenſibus, in 6. & in l. contrahitur, de pignoribus. forte procedit ratione formæ. Secundò, quòd vaſallus præſumitur prçſtitiſſe domino ſuo hoc iuramentum eo ipſo, quòd eſt vaſallus, ſecundũ Bal. ſingulariter in l. libertas, de ſtatu hominum ideo dominus non grauatur onere probandi vaſallum ſuum ſibi præſtitiſſe hoc iuramentum: quia ad hoc aſtringitur ex regula iuris. & erit magna limitatio ad regulam, quç dicit, non prçſumi ſolemnitatem extrinſecam. vt in l. quæcunque. §. ſi. de publicia. Socinus conſuluit conſilio 43. in tertio volumine. non prçſumi delationem iuramenti: intelligo in actu conuentionali, etiã quòd ſolitum ſit ſçpe præſtari, ad l. quod ſi nolit §. quia aſſidua, de ædilitio edicto. quando aſtringitur ex regula feudi, prçſumam eſſe delatum, ne vaſallus in aliquod delictum incurriſſe videatur: ſed domino ſuo fidelis eſſe ob memoriam iuramenti ab eo prçſtiti. Tertiò, quòd procurator non admittitur ad præſtandum iuramentum fidelitatis, quando dominus reluctat, & contradicit: quia vult intueri faciem vaſalli, Andreas, & alij in capitulo primo, §. ſancimus, el primo, ſecunda columna, quo tempore miles. Taurinenſis in verbo qui quidem inueſtiti præſtiterunt in ra. fideli. quarta columna, aliud eſt iuramentum principalis vaſalli, & aliud procuratoris ab eo conſtituti, ſecundùm Bald. in §. nulla, per quos fiat inueſtitu. & Cardinal. in §. ſed verum, eodem titulo. & per eundem Bal. in l. prima. §. ne autem. C. de caducis tollendis. & ibi quid de iuramento ſyndici. & ſi ex eo ligantur omnes de oppido, vel ciuitate, idem Bald. in titulo de pace Conſtan. in verbo vaſalli, & Lucas de Penna in rubrica. C. de decurio. libro 10. & ſi eſſent alterius factionis, vel voluntatis expreſſç, vel de alia ſequela, Bartol. in l. ſi à filioſa. §. ſi patre, de legatis primo. Sandçus in capitulo cum omnes, col. 10. de conſti.

12 QVANDO vaſallus † alteri, quàm ſuo domino præſtat hoc iuramentum, incurrit

pœnam, de qua per Lucam de Penna.in l.deuotum.C.de metatis, libro 10.quia quò ad ſe,eo ipſo quòd iurat alteri iuramentum, deſinit eſſe vaſallus primi,ſecundùm Abbatem in capitulo venerabilem,de electio. & in conſilio 3. in ſecundo volumine. Videtur dominum contemnere,alienare etiam feudum,& negare ipſum eſſe dominum ſuum,ſecundùm Abba. in capitulo cum olin.quod intelligo, quando ſponte hoc facit, ac nulla neceſſitate cogente,ac ex ſui quadam animi feſtinatione, vel dcuntinne gentis. ex animo videtur deliquiſſe conſultò, ac perniciosè. ſecus
13 † eſſet,ſi ex metu hoc faceret, forte territus ob cœtum armatorum,cui reſiſti non poteſt, vel vt euitaret crudelitatem tyranni , non erit periurus,ſecundùm Bar.in tractatu de tyrannide.6. q,Fe. conſi.34.viſis & ponderatis.Calcaneus cõſilio 70.in cauſa quæ vertitur. Socinus conſilio 39.in quæſtione,quæ vertitur,tertio volumine. Abbas conſilio tertio,ſecundo lib. poſu itin ſua ſyluã nuptiali Ioannes de Neuzanis,fol.38.Corſetus in tractatu de poteſtate Regia. q. centeſ.ſi forte eſſet in diſcrimine vitæ, non altringitur periclitari vitam,ſecundùm glo.in capitulo primo. §.primo,quibus modis feudum amit. & in capitulo primo,de aliens. feudi paterni, & in capitulo ſicut,de verbo.ſignificatione,in 6. & Spe. in titulo de feudis.§. quoniam,verſi. 17. dicit Andreas in capitulo primo,§.ſed & qui delator, prima col.quę ſit.prima cauſa ben. amit. quòd ſi vaſallus coactus a iudice deponit contra dominum in cauſa capitali,non perdit feudum. & in capitulo primo.§.ſimiliter , de conſuetu.recti . feudi.idem ſi fuit aduocatus contra dominum, & Cardinal.poſt Ardizonem in §.eſt & alia. eodem titulo,ſi vaſallus dereliquit dominũ in bello propter crudelitatem tyranni,non perdit feudum,arg.tex.in l. Fulcinius,§.quid ſit latitare,ex quibus cauſis in poſſe.eatur.ibi,latitare non dicitur, qui cauſa hoſtium latitat.& Andreas in dicto §.ſed nec eſt alia iuſtior, dixit vaſallum non priuari feudo, quia non præſtitit ſeruitium,quia non potuit. & in capitulo primo,quibus modis feudum amit.& Ioãnes Raynaldi in capitulo imperialem.§. habito.char. 19. quòd ſi vaſallus coactus a iudice vendit, & tradit feudum, excuſatur: quia dolo caret. & multa allegat, idem Bal. in dicto capitulo primo. & Lucas de Penna in l.cum procuratores.C.de metatis.& in l.ſecunda. C.de nox.quòd receptans bannitum per metum, non incidit in pœnam. ſequitur Marſilius in l. prima.§. præterea.de quęſtio. tertia colo.plenè Barba.in c. cęterùm.2.n.colum.de iudicijs. quicquid tempore neceſſitatis ſit, bono animo geſtũ eſſe pręſumitur, ſecundùm Lucam de Penna in l.prima.C.de commeatu,libro 12.arbitrium erit iudicantis,ex gente,ex animo.& ex tempore aduertere,an bono animo, vel malo a domino receſſerit, & ſi hoc ipſe vaſallus affectauerit, ſecundùm Andream in dicto §. ſed & qui delator,per l.data opera , ex quibus cauſis maior. & ſi cauſa metus ceſſante ad dominum ſuum ipſe redierit , ſi potuit , ex nota. per Innocen. in capitulo ſignificante, de pignoribus.tex.eſt in capitulo apud. 32. quæſtione prima, nota. in capitulo pe.de offic.delega.ex perſeuerantia malus arguitur animus.l. capitalium. §. ſolent , de pœnis. ſi rediji ad dominum, quamprimum potuit,abſq; graui diſcrimine,non dicitur deliquiſſe: vt dicitur in capitulo poſtquam. §.primo , in gloſſ. de electione,in 6.no. in §. ſuperuacuum. ſicut qui poſſeſſionem recuperauit illicò,quòd amiſit , vt dicitur in l. prima. C. vnde vi, qui ſtatim redit, non dicitur diuertere.l. plerique,de ritu nuptiarum.§.his autem,inſti.de rerum diuiſione. & in l. diuortium,de diuortiis. Superueniens obediẽtia purgat culpam pręcedentem. gloſſ.in capitulo mutationes.7.quæſtione prima.no. in capitulo ſecundo,de noui operis nunciatio. & in l. ſi concubina.§.res amotas, rerum amotarum. regula gloſſ. in l. ſi ventri. §. in bonis, de priuilegiis credit.procedit in omnibus arguere voluntatem , & delictum ex breuitate temporis , vbi non datur alia vehemens coniectura.bonum erit beneuolum habere animum iudicantis: né declinet in acriorem partem, vbi eſt diuerſitas factorum. & ab initio nouit eſſe delictum : quidam ſolent eſſe adeo timidi, vt ex omni leui conterantur,& cruciẽtur quidam adeò ſtolidi, vt minimè reducantur,& cogitent culpam non eſſe, vbi ingens eſt pœna, periculoſum eſt decernere , cũ vndique ſunt argumenta,licet prõptiores debeamus eſſe in abſoluendo, vbi dolus abeſt, & nulla eſt animi machinatio.

14 An autem habenti † iuriſdictionem criminalem præſtetur iuramentum , diuus Guilielmus in l.domini a vaſallis, prouidet dominis aſſecurationem dari , qui habet iuriſdictionem criminalem, non dicitur dominus hominum, nec vaſallorum, neque eſt dominus territorij , vt ſupra diximus, habet tantùm cognitionem cauſarum criminalium, & dicitur dominus cum adiectione qualitatis,non ſimpliciter , ſed ſecundùm qd. ideſt in materia cauſarum criminalium, tex. in capitulo primo, qualiter vaſallus iurare debeat domino fidelitatem, videbatur in contrarium. Rationes tamen Andreæ in dicta l. repugnant, cum non ſit ęquum, vaſallos duos recognoſcere dominos, quamuis diuerſis reſpectibus hoc ſit: et poſſet ſuſtineri. arcentur tamen vaſalli, vt timidi & ob timorem quandoque illaqueantur a factoribus, & caſtaldis dominorum. dominus Antonius de Alex.in eadem lege ſcribit,fuiſſe de facto in perſona oratoris Regis Caſtellæ, nec alibi legiſſe, neque in regiſtris fuiſſe repertam formam huiuſmodi aſſecurationis. Sed aliàs fuit de facto in perſona Ducis Termolarum , & ſibi fuit expedita aſſecuratio. duę aliæ reperiuntur in regiſtro, quæ non habentur in volumine, ideo hic volui eas inſerere, quia perpauci illas viderunt.

15 Regia Camera his † non concedit hodie literas aſſecurationis à vaſallis ſub regula conſtitutionis Regni : neque ſub aliqua forma iuris feudor. In iſtis ſpectatur conſuetudo loci , ſecundùm Andream in capitulo primo , in verbo omnem vtilitatem , de noua forma fideli.per l. ſi publicanus. §. fina. de publicanis . & quando de ea non apparet, inſpicitur conſuetu-

do

do concedentis, ſecundùm Bal. in l. ſi certis annis. C. de pactis, & Alexander conſilio. 124. in quinto volumine, & vide Odofredum in ſumma feudali, in prima charta operis. Non ſcribo, quæ tangunt materiam huius aſſecurationis & iuramenti, cum de ea plenè habeatur in ſuis locis communibus. ibi videri poterunt. ea tantùm mihi viſum eſt ſcribere, quę non facilè in vnum conferuntur, & in facto fuiſſe legimus.

SVMMARIVM.

1 *Baro habet ius exigendi ſeruitia ratione feudi à ſuis vaſallis ſeu ſubfeudatarijs.*
2 *Seruitia, quæ debent præſtari à ſubfeudatarijs ratione feudi debentur domino, ſi feuda ſint quaternata: ſin autem Baroni.*
3 *Subfeudatarius regulariter pro feudis quaternatis præſtat ſeruitium Regi & non Baroni. Sed in Regno apud multos Illuſtres Dominos ſeruatur contrarium.*
4 *Feuda quaternata an & quando veniant in generali conceſſione feudorum.*
5 *Rex ſuccedens in feudo ob delictum Baronis dicitur ſuccedere in iure Baronis, prout Baro tenebat & poſſidebat.*
6 *Feuda deuoluta Regi ob delictum Baronis retinent eandem regulam, & cenſuram penes Regem, prout erant penes Baronem.*
7 *Feuda omnia, quæ à Rege conceduntur, dicuntur nobilia.*
8 *Seruitium, quod præſtari debet à ſubfeudatarijs, intelligitur, prout fuit conuentum, & taxatum tempore conceſſionis: & ſi non fuit taxatum, debentur de ſingulis viginti vncijs decem. & quid ſi feudum conſiſtat in territorio, gabella, perceptione, & ſimilibus.*
9 *Seruitia qualiter ſint præſtanda, & in quo conſiſtant, ſi feuda non ſint quaternata ſed plana, & de tabula ſeu actenaſia.*
10 *Collecta an debeantur de prouiſione data militi in allodium.*
11 *Dona Regum plurima habent præcipua, remiſſiuè*
12 *Onus præſtandi ſeruitia ſpectat ad eum, qui erat dominus feudi tempore impoſitionis ſeruitij, licet ex poſtfacto deſinat eſſe dominus.*
13 *Seruitium impoſitum exigitur a poſſeſſore feudi, licet poſſeſſor habeat regreſſum contra alienantem.*
14 *Seruitia quando & in quibus ſint præſtanda domino à vaſallis in Regno.*
15 *Seruitia debita Baroni à ſubfeudatarijs in caſibus à iure vel de conſuetudine permiſſis, an poſſint peti ſine literis Regijs.*
16 *Expenſarum deductio an fieri debeat à præſtatione ſeruitij.*
17 *Seruitia an tenetur præſtare vaſallus ſeu ſubfeudatarius, ſi ſuper feudo fuerit ſibi mota quæſtio.*
18 *Seruitia ſemel taxata vel conuenta inter Baronem & vaſallum, an poſſint in totum vel in partem remitti per Baronem ſine licentia.*
19 *Seruitium qualiter præſtetur pro feudo nouo, & qualiter pro antiquo.*
20 *Pacti de retrouendendo, & redemptionis, qui ſint effectus.*
21 *Seruitia an debeant diminui, ſi propter guerram, vel peſtem fructus diminuatur.*

1 QVINTA authoritas eſt: quia Baroni † præſtabitur ſeruitiū, quod pro feudo debetur. vt notat Andreas in capitulo primo, de controuerſia feudi apud pares terminana. quarta col. & in capitulo primo de vaſallis, qui contra conſtit. Lotha. feudum alien. & in capitulo primo. §. ſancimus, quo tempore miles. & in lege Regni, ſi vaſallus. & ideo poteſt illi mandare, quod præſtet ſibi ſeruitium ſub pœna priuationis feudi. Inno. in capitulo cæterùm. extra de iudicijs, in fine. Ioannes Blancus in ſumma, in titulo quibus modis feudum amit. char. 18. & Taurinenſis in verbo, dictique vaſalli promiſerunt recognoſcere, quarta col. quia iſta pœna in non præſtante ſeruitium eſt impoſita de iure communi: vt in capitulo primo. §. ſed nec eſt alia iuſtior. ipſe in ſuo edicto, vel precepto poteſt concurrere cum diſpoſitione legali, ſecundùm Andream in capitulo primo. ſecunda col. de vaſallo qui contra conſtitu. Lotha. feudum alien. & ibidem Afflictus numero. 44. idem in epiſcopo, qui ſic poteſt præcipere ſuo clerico, ſecundùm Sandęum in capitulo licet Heli. quarta columna, de ſimonia. Loffredus conſilio. 45. illi pręcipit ſub pœna ſanctę obedientię, ſecundùm Imolam in clemen. paſtoralis. quarta col. de re iudica. per tex. in capitulo ex tenore, de foro competenti, Baroni decreuit Carolus Secundus præſtari ſeruitium pro feudo, & non Regi: vt ipſe ſtatuit in capitulo Regni incipiente Comitibus & Baro-
2 nibus. Hęc † concluſio procedit in Regno, quando feudum eſſet planum, & de tabula ſiue actenaſia: tunc domino immediato, qui eſt ipſe Baro, pręſtaretur ſeruitium pro ipſo feudo. ſecus autem, quando feudum eſſet quaternatum: tunc Regi pręſtaretur ſeruitium, & non Baroni, ſecūdùm Andream in capitulo primo. §. ſimiliter, de capi. Corradi, & in conſtitu. domini à vaſallis niſi ipſe Rex illud feudum contulerit tenendum à Barone immediate & in capite, ſecundùm eūdem Andream in l. Regni poſt mortem, & Modernos in capitulo primo. §. fi. de capitulis Corradi. & per eundem Andream in capitulo primo, tertia col. de controuerſia feudi apud pares termin. vbi declarat ea verba, quæ in priuilegijs apponi ſolita ſunt, videlicet. Concedimus Aurelio terram talem cum iuribus, & pertinentijs ſuis. quæ de demanio in demanium, ideſt habeas vt feudatarius, & teneas, & in demanium poſſideas, & de ſeruitio in ſeruitium, ideſt vt alij feudatarij non tenentes feuda quaternata ſeruiant Baroni. & in capitulo primo, qualiter vaſallus iurare debeat domino fidelitatem. feuda quaternata à conceſſione feudi ſolent generaliter excipi. ideo pro illis non præſtatur Baroni ſeruitium, ſed quando cum Baronia conceſſa ſunt feuda quaternata, debetur ſeruitium Baroni, & non Regi. ſolus Rex ea confert, licet à Barone teneantur. ſecundùm Andream vbi in

tertia

tertia col.ſi collata ſunt à Rege tenenda ſub Ba-
3 rone.illi ſeruitium debetur.& in Regno † ſunt
plures domini Magnates, qui prò feudis qua-
ternatis exigunt ſeruitia à ſuis ſubfendatarijs:vt
in domino Principe Biſiniani pro Caſtro Thea
næ,& pro Caſtro Culipizati. & in domino Prin
cipe Salerni, & alijs dominis, qui conceſſerunt
feuda tenenda ab eis immediate, & in capite.
idem tamen Andreas in dicto capitulo primo,
4 tertia columna, videtur tenere, quòd † tunc
feudum quaternatum non venit in generali cõ
ceſſione feudorum,quando illud à tertio poſſi-
detur. ſecus, quando Rex concedens illud te-
net, & ſibi præſtatur ſeruitium: vt tunc conce-
dendo omnia feuda,ea etiam quaternata veniãt
primo caſu non intelligitur derogaſſe tertio,per
l.ſecundam.§.ſiquis à Principe. ſecus in ſecun-
do caſu:quia non tractatur de præiudicio tertij,
ſed ipſius tantùm concedentis, & conceſſio in
feudum non ſit priuilegium, ſed beneficium,
quod plenius debet interpretari,per l.fi.de con
ſtitu.Principum. & hæc erat opinio aliquorum
peritorum Regni. Sed puto Andream in dicto
capitulo,in verbo excipiuntur, non ita intelli-
gendum.neque in hoc firmare pedes:quia quan
do feudum quaternatum tenetur ſub alio, ideo
non venit,ex quo Rex concedendo non præſu-
mitur conceſſiſſe,quod eſt alterius: vt no. in l.
nec auus.neque etiam hoc poſſet ſine volunta-
te illius,arg.l.fi.C. de pactis, quando verò feu-
dum quaternatum tenetur ſub Rege, ideo non
venit: quia de generali forma conceſſionũ Re-
gni ſemper ſolent ab ipſa donatione excipi.Rex
non conſueuit illa donare infeudando alteri, ni
ſi quando ipſe vult: ex quo exprimit. Sunt in
Regno feuda quaternata alterius naturæ,quàm
alia feuda plana,vt diximus in earum differen-
tijs. niſi Rex dicat concedere cum feudis qua-
ternatis, non veniunt. conſuetudo infeudandi
in Regno declarat conceſſionem ſuam. noluit
ipſe alium in Regno poſſidere Caſtrum cum va
ſallis,niſi perſona prius fuerit ab eo approbata,
& recognita. vt not.in dicta l.poſt mortem,ne-
que etiam alium intrommitti in feudo nobili ſi
ne ſua voluntate.ſunt feuda quaternata nobilia,
vt ipſe dixit ibi in ſecunda col. Rex dum conce-
dit, videtur nobilitare:à perſona concedente ve
nit nobilitas,& dignitas in recipientem, vt ipſe
not.in §.huius autem generis,in fine.quare au-
tem appellari poſſint nobilia: quia ſcripta ſunt
de per ſe in quaternionibus, aliqua ſuper hoc
diximus in ſecunda charta differentiarum. pe-
nes Regem omnia feuda ſunt nobilia, & ſunt
quaternata, quando Regem vt Regem reco-
5 gnoſcunt. Secus † ſi Regi vt Baroni, vel Comi
ti, qui habet ex ſucceſſione vel Baroniam, vel
Comitatum, vel ſibi deuoluta eſt Baronia ex de
licto Baronis; feudatarij, qui erant ſub Barone
6 † ſub eadem regula, & cenſura erunt penes,
Regem quò ad hoc, vt per Bal. in titulo de pa-
ce Conſtantiæ,in verbo inueſtituram recipietis.
Moderni in præludijs conſtitutionum Regni.
a 5.quæſtione. aliquid per Andream in capitu-
lo primo, qualiter vaſallus iurare debeat domi-
no fideli. & in conſtitutione, domini à vaſallis
niſi ipſe aliter decernat ex poſt.gerit in hoc Rex
vicem perſonæ illius feudi, & habetur vt orga-
num feudi illius, ſecundũ glo.in conſtitu.con
ſuetudinem,quæ ex ſua ratione militat etiam in
7 Reg.ideo † regulariter omnia feuda à Rege cõ
ceſſa ſunt nobilia,ſiue præſtent redditum in gal
lina,vel ſpalla porci, aut ſeruitium in pecunia,
vel alium redditum. quia à Rege defluit nobili
tas,vt ipſe dixi tibi, per l. prim.C.de metropo-
li Berito libro 10.& in capitulo primo, de feu-
do marchiæ,& in capitulo filij nati, ſi de feudo
fuerit controuerſia, penes Regem feudum non
poteſt eſſe ruſticum,quod alius ab eo tenet. ne-
que etiam poteſt dici feudum planum & de ta-
bula ſub Rege,quod in Regno non eſt niſi ſub
Barone, vt ex dictis glo. & Andr. colligitur. De
ridebam quendam, qui pridie contrarium tene
bat ex ignorantia regularum.benè tamen poteſt
Rex eſſe feudatarius alterius Regis,vt idem no-
tat in capitulo ſiquis deceſſerit, ſi de feudo fue-
rit controuerſia, vel etiam ſi ab alio domino te
neat,vt no.Bar.in l.ſi quando.C.de appellatio.
& in l.prima.§.ſiquis,eodem titulo. & Lucas de
Penna in l.patrimonialis.C.de fundis patrimo-
nial.libro.10.dicit,quòd poteſt Rex habere Co
mitatum,vel etiam feudum patrimoniale. & in
l.quæcũque.C.de omni agro deſerto; quod ego
intelligo,non vt Rex ex ſua Regni Corona, ve
feuda & Comitatum habeat, ſed vt à Regno ſe-
paratum, & patrimoniale. aliam gerit perſo-
nam,& nõ habetur vt Rex, de quo alibi ſcripſi.
Sentiunt aliqui ex verbis Andr.in dicto capitu-
lo primo, ſecunda col. quòd tunc non veniunt
feuda quaternata in generali conceſſione,quan
do ea ſita ſunt in terra alterius Baronis. poteſt
enim Baro habere bona ſuæ Baroniæ in terris di
uerſorum: vt Andre. dixit in capitulo primo,
prima col. qualiter vaſallus iurare debeat domi
no fideli. tex.eſt in l.Regni, ſi dubitatio, & in l.
ſtatuimus.Domini noſtri Rotæ idẽ tenent.in de
ciſio.267 & in deciſione.334.quod Paris ſequi
tur in rubrica.quæ dicantur feuda plana, & de
tabula.iſta non veniunt: quia ſub alterius ter-
ra ſita ſunt. ſecus vbi eadem feuda quaternata
poſita & ſita ſunt ſub eadem Baronia & veniũt
tunc,etiam ſi in ſpecie non ſit dictum cum feu-
dis quaternatis. Ego horum ſententiam non
ſequor: cum non ea ratione excipiantur: quia
ſub alterius Baronis terra ſita ſunt, & ideò ve-
niunt: quia ſub eadem Baronia poſita ſunt.ſed
ideo excipiuntur: quia ſunt quaternata, & ab
ipſo Rege tenentur. Rex noluit alios in his feu-
dis introduci, niſi ſciat ipſe, videat perſonas,
& familiam. ideo excipit, quando in alterius
terra ſunt poſita. voluit Andreas intelligere, vt
ſupra declaraui: quia ab illo Barone tenen-
tur. ſed ſiue tenentur ab alio, ſiue à Rege, non
veniunt, niſi nominatim dictum ſit. & illius feu
da conferre poſſet. hoc eſt ex conſuetudine in-
feudationum Regni, quæ ſic concipi & forma-
ri ſolitæ erant. Vidimus in archiuo tempore
Caroli Primi, & Caroli Secundi, & Roberti Re
gum Regni plurima volumina & nobiſcum

etiam Dominus Cola Franciſcus Cõſtantius inter doctiores iuuenes iureconſultus doctiſſimus, genere nobiliſſimus, ex vetuſta Conſtantio cum familia.

8 Iſtud ſeruitium Baro † exigit à ſuo ſubfeudatario, prout eſt conuentum inter ipſum Baronem, & ſubfeudatarium in tempore dati feudi: vt dicunt ſcribentes in preludijs feudorum & in capitulo primo. §. ſimiliter, vbi bona gloſſa, de capitaneo qui curiam vendidit. Sed quando ſeruitium non eſt taxatum tempore conceſſionis feudi, exigũtur in Regno de ſingulis viginti vncijs decem cum dimidia, quando feudum conſiſtit in vaſallis, ex quo ſic in Regno eſt conſuetum exigi. & pro conſueto ſeruitio intelligitur conceſſiſſe, ſecundùm Loffredum conſilio primo, num. 118. & conſuetum ſeruitium, non accipietur, prout fuit ſolutum à prędeceſſore, ſed ſecundùm generalem conſuetudinem Regni, ſecundùm Afflictum in dicto capitulo ſimiliter, num. 90. cui addo Lucam de Penna in l. prima. C. de venditione rerum fiſcalium, libro 10. & in hac pręſtatione ſeruitij, quod in Regno vulgariter nuncupant, *lo adoa*, fit ſubuentio à vaſallis. Si autem feudum conſiſtit in territorio, de ſingulis viginti vncijs auri præſtabit ſex: ex quo tunc non fit ſibi aliqua ſubuentio, quando autem feudum conſiſtit in certo annuo reddito pecuniæ ſuper aliqua doana vel gabella, fit ſolutio adoamenti pro quarta parte redditus: quia tunc non ſperat de feudo vltra poſſe percipere: ſicut quando conſiſtit feudum in poſſeſſionibus, oliuetis, aut territorijs, cuius fructus quandoque creſcunt, & decreſcunt. Andreas in capitulo primo, in fine, quis dicatur Dux. & in capitulo primo. §. firmiter. de prohi. feudi. alien. per Federicum. & in capitulo primo. §. ſimiliter ſecunda columna de capitaneo, qui curiam vendidit. non tamen cogitur ſoluere pecuniam, quando vult perſonaliter ſeruire ſuis expenſis per tres menſes, vt dicit Andreas in dicto §. firmiter. & in capitulo primo, tertia columna, de controuerſia feudi apud pares termin. & in capitulo primo, de controuerſia inter maſculum, & fœminam, colum. tertia. & in verbo, & plauſtrorum, colum. tertia, in titulo quæ ſint Regalia, & tu ſi ſit vaſallus à domino. & hoc procedit, quando pro feudo præſtatur integrum ſeruitiũ, quod eſt in Regno ex more Regni vnciarũ prędictarum, ſecundùm taxam prædictam, quando verò non aſcendit ad ratam prædictam, ſed eſſet infra, fit exactio in pecunia, ſecundum Andreã in capitulo omnes filij, ſi de feudo fuerit controuerſia: & Afflictum in capitulo fin. pen. colum. de pace iura. firma. & in capitulo ex hoc, ſecunda columna de beneficio fœminæ: & hæc vera ſunt in vaſallis Regis. vel vbi feudum eſt qua-
9 ternatum: ſed † quando feudum eſt planũ, & de tabula, ſeruiet vaſallus per dies quadraginta expenſis, & equis domini Baronis, niſi aliter ſit in inueſtitura conuentum, per capitulum Caroli Secundi, quod incipit, habuit ſubfeudatariorum, quod habeo à penna. & illud refert Afflictus in capitulo primo. §. ſed non eſt alia. inſtior, quarta col. quę ſit prima cauſa benefi. ami. Quando autem in feudum conceduntur functiones fiſcales, vel redditus dohanę, ſi dantur cum caſtro habente vaſallos, ſoluitur medietas pro ſeruitio, ex quo veniunt acceſſoriè ad caſtrũ & vt fructus caſtri continentis in ſe vaſallos. ſi verò conceduntur ſeparatim à caſtro, tunc ſoluitur quarta pars, iuxta ordinationem Caroli, ſeu Roberti Regis, & ita obſeruatur in Camera. & ſi daretur aliqua prouiſio annua in feudum, idem eſſet, vt de ea præſtetur adoa, ſeu ſeruitium, ſecundùm taxam prædictam: ſecus ſi ſimpliciter à Rege concederetur alicui, & non exprimeret in feudum, non ponetur in taxa: quia non apparet in feudum conceſſa. & in dubio intelligitur concedere in allodium: quia non expreſſit in feudũ, dato in feudum, Andreas dixit, quòd eſt facti, in §. huius autem generis: ideſt, quòd debet probari à Rege fuiſſe conceſſum in feudum, eſto quòd fuerit feudum, tex. eſt in capitulo primo, de eo qui ſibi & hęredibus & ſucceſſoribus. ibi, per beneficium inueſtituram feudi accepit, & in capitulo primo, de feudo marchię. ibi, ſiquis inueſtitus fuerit per beneficium ab Imperatore. debet hoc exprimi, & dici quando datur, omiſſum non ſuppletur hoc caſu: quia non eſt conforme iuri communi. feudum eſt ſeruitus, quæ eſt naturę contraria qualitas, quæ fuiſſet præcedens, fuit extincta eo ipſo quòd ad Regem reperuenit. Bal. conſilio. 351 primo volumine, & in l. prima. C. de iure dotiũ Alexan. conſilio. 34. quinto volumine. Iauriné. in verbo inueſtiuit. penes ipſum erat allodium, res libera ſine ſeruitute, vel onere. debet ergo dici, quòd eam prouiſionem annuam, vel redditum dat, ac conceſſit in feudum: vt pro eo ſeruitium, vel adoa præſtetur. hoc etiam procedit, vbi datetur pro eo, hæredibus, & ſucceſſoribus ex corpore, nam licet feuda pro hęredibus ex corpore conceſſa intelligantur, vt in capitulo primo, de aliena. feudi: & in capitulo finali, ſi de feudo fuerit controuerſia: & ex hoc poſſit argui in feudum eſſe conceſſum: non tamen concludit neceſſariò fore datum in feudum: cum res allodiales Regię ſoleant etiam a Rege donari pro hæredibus & ſucceſſoribus ex corpore. & tamen ſunt donationes. ſeu conceſſiones liberæ abſque onere. vel qualitate feudali. vidimus nos plurima priuilegia in regeſto Regum Regni, in quo ſunt dona Regum pro hęredibus & ſucceſſoribus ex corpore. & in regeſto Regis Alfonſi Primi frequens eſt collatio donorum, pro hæredibus & ſucceſſoribus ex corpore ſub eo Rege. in dubio quando aliud non apparet, non debet iudicari feudum. Aliter Andreas videtur ſenſiſſe in capitulo primo. §. huius autem generis, in fin. verbis, ex quibus cauſis feudum amittatur. & omnia bona côſcripta in tali quinterno ſunt feudalia, ſicut eſt principium. l. ſiquis ex argentarijs. §. ſi initium, de edendo. Afflictus ſequitur in capitulo primo. §. præterea, num. 67. de prohi. feudi. aliena. per Federicum, & Bar. in l. ſecunda, de publicanis, quòd præſumitur famulus, qui ſeruit vt famulus, procedat, quando

Rex

Rex in principio quaternorum hoc exprimit,
alio nõ apparente, præſumitur feudale exordio
quaternorum. dicam de hoc in formulis inue-
ſtiturarum. dicit autem Lucas de Penna † in. l.
agros, col. ſecunda. C. de fundis limi. libro 11. ꝙ
ſi Rex donat aliquam prouiſione militi nõn in
feudum, ſed in allodium, debet pro ea contri-
bui in collectis, ſeu functionibus fiſcalibus. pri-
11 ma fronte videbatur contrarium: quia doni †
Regum habent multa præcipua, vt Andreas di-
xit in dicto. §. huius autem generis: & res ſu-
mit conditionem à perſona, vt idem Andreas
notat in capitulo primo. qualiter vaſall. iurare
debeat domino fideli. ſed quia mutatione per-
ſonæ mutatur conditio rei: vt in l. Paulus, aliter
videtur dicendum.

Notandum eſt vnum in materia præſtationis
12 † adoamenti, ſeu ſeruitij: quòd onus ſoluen-
di ſeruitium ſpectat ad illum, qui erat dominus
feudi tempore, quo fuit ſeruitium impoſitum:
licet ex poſt ipſe deſinat eſſe dominus, & alius
percipiat fructus. hoc ſępe determinauit Regia
Camera: quia quò ad hoc onus inſpicitur tem-
pus impoſitionis, & non attenditur tempus,
quo debeat ſolui ſeruitium. feudum tempore,
quo imponitur, eſt in obligatione feudali condi
ctione ex lege, non conſideratur tempus futurũ
glo. dicit in l. ſine reali, feudum conueniri poſſe
actione reali. gerit etiam vicem perſonæ. ſemel
fuit in obligatione. ſemper durat, niſi ſoluatur
id pro quo eſt obligatum ex pignoris, & obliga
tionis natura. l. ſi fundus. §. primo, de pignori-
bus. Bar. in l. prima, ad municipales, ponit quę-
ſtionem de ciue, cui eſt onus collectæ à ſua vni-
uerſitate impoſitum, & poſtea à ſua ciuitate rece
dit: tex. in ar. & ibi Paul. de caſtr. in l. mulier. ſo-
lut. matri. & per Maynum in l. cum ſeruus. §. hę
res cogitur, de lega. primo. ex hac ratione Regia
Camera ſæpe determinauit de facto, quòd ſi Ba
ro habet terram, in qua habitant Sclauoni, Grę
ci, vel Albanenſes, & eo tempore, quo imponi
tur adoa, ipſi habitant in terra Baronis, ſoluitur
adoa pro ea terra, vt habitata à vaſallis: quia eo
tempore erat habitata ab hominibus, qui donec
habitant, habentur tanquam vaſalli, licet ex-
poſt relinquant incolatum illius terrę inſpecto
tempore impoſitionis adoæ, cẽſentur vt vaſalli,
quod decreuit primò in cauſa Illuſtr. Don Fer-
randi de Aragonia pro Terra Montis Leonis, &
pro Domino Nicolao Maria Carracciolo pro
Monte Geruaſio. & in alijs caſibus, qui occur-
rerunt. & econtrario, ſi tempore, quo imponi-
tur ſeruitium, in illa terra non habitant vaſalli:
non exigit pro terra cum vaſallis habitata: ſed
pro feudo ſine vaſallis licet tempore, quo adoa
debet ſolui, ipſi redierint ad habitandum, vel
alij de nouo venerint. in eo ſtatu habentur, in
quo reperiuntur. & ſecundùm ſtylum Cameræ
Sclauoni, ſeu Græci ſoluunt in loco, in quo ha-
bitant Regiæ curię pro iuribus foculariorum
carolenos vndecim. & quando reperitur tempo
re numerationis eos non habitare, nihil ſoluũt.
hic eſt mos Cameræ, ꝗ pro lege hẽtur in Regno.
13 Si poſt ſeruitium † impoſitum vaſallus alie-
nat feudum, poteſt ſeruitium exigi à poſſeſſore
ſecundùm Andream in c. 1. §. hac edictali, de
prohi. feu. alien. per Lotha. & in c. 1. §. firmiter,
de prohi. feud. al. c. per Federi. & in c. 1. §. præ-
terea, de capi. Corradi, & in c. 1. §. ſed nec eſt alia 3
iuſtior. 4. colum. quę ſit prima can. bene. amit.
quia hoc onus reale eſt, vt ſupra dixi. non quòd
feudum obligatum ſit pro ſeruitio, ſecundùm
Andr. in d. §. ſed nec eſt alia. columna. cum in re
propria pignus non conſiſtat, ſed ſeruitium in
feudo debetur loco conditionis, ſecundùm An
dream ibi, condicet dominus à poſſeſſore, niſi ſer
uitium ſoluat, arg. l. Imperatores. de publican.
& in c. 1. §. præterea. in fi. quib. mod. feud. amit.
Luc. de Pen. in l. 2. C. de fundis rei priuatæ. ita
etiam intelligo, quod Afflict. ſcribit in l. ſi quan
do. in fi. tenebitur poſſeſſor, etiam ſi fęudum ha-
beat ex cauſa onerosa propter ſeruitium, ar. tex.
in c. tua nobis, extra de decimis, & Decius con-
ſilio. 237. 2. vol ſeu. D. Antonius de Roocino
ibi. ſcribit autem Ananias conſilio 7. 2. colum.
quòd ratione iuramenti, quod pręſtat vaſallus
pro feudo, ſicut obligata eſt perſona vaſalli pro
ſeruitio, ita etiam alia bona vaſalli, licet non feu
dalia, ar. l. ſi pater. in princip. de adoptio. allegat
Ioan. Andream in titulo de feudis & homagijs.
§. quicunque, verſiculo. 17. ar. tex. in capitulo,
quod à te. de clerico coniugato. poſſeſſor tamen
repetit ab alienante, quando aliter non apparet
conuentum. l. apud Iulianum. §. ſi hęres, de lega
tis primo, credit nouus dominus, vel emptor
feudum eſſe liberum ab oneribus præteritis,
etiam quòd ſciat ſeruitium fuiſſe impoſitum. ip
ſe ab eo eſt immunis, ſi non aſſumpſit onus il-
lud ſoluendi: culpa eſt venditoris, vel alienan-
tis, qui non exprimit qualitatem rei: quia em-
ptor fortè non emiſſet, vel eo pretio non fuiſſet
empturus, ſi certioratus de hoc fuiſſet à vendi-
tore. hoc enim ſeruitium, quod pro feudo
debetur, non reſpicit res ſingulares feudi, ſed
incumbit vniuerſitati feudi, ſecundùm glo. in le
ge Regni, quæ incipit conſuetudinem. & ad prę
dicta vide quæ ſcribit dominus Bartholomæus
Zeuzelinus in tractatu de charitatiuo ſubſidio,
quæſtione 31. & ſequen. Aretinus in dicto. §.
ſi hæres.
14 Quando autem ſeruitium † pro feudo de-
beatur in Regno, dic altero de duobus modis.
Primò, ſi tempore dati feudi fuit conuentum
ſingulis annis præſtari ſeruitium: illud veluti
conuentum præſtabitur ex ipſa partium con-
uentione. nec aliud eſt ſpectandum; quia contra
ctus ex conuentione legem accipiunt. l. prima.
§. ſi conueniat, depoſiti. Andreas, & alij in dicto
§. ſimiliter, ſed vbi non eſſet conuentum ab ini-
tio inter Regem & feudatarium vel Baronem,
& ſuum ſubfeudatarium, tunc præſtabit ſerui-
tium Regi, vel Baroni, quando eſſet guerra in
Regno non procurata, non ſimulata, neque eſ-
ſet momentanea, aut paruo tempore dura-
tura: vel ſi timeretur in Regno notabilis inuaſio,
ſecundum Andream in dicto. §. ſed nec eſt alia
iuſtior. & in dicto. §. ſimiliter. & in dicto. §. fir-
miter. & tunc vaſallus ſeruiet in Regno, extra

Regnum verò ſeruire non tenetur. vt dicit idẽ Andreas in dicto capitulo, quis dicatur Dux. & in capitulo primo, de controuerſia feudi apud pares termin. & in l. Regni, ſi vaſallus à domino obligatio pro ſeruitio à iure reſtringitur ad limites territorij, ſeu feudi, ſecundùm Oldradum conſilio. 384. factum tale eſt. Dominus de Ardizono in ſumma, char. 13. col. quarta verſiculo, quædam tamen. Taurinenſis in verbo, dictique vaſalli promiſerunt præſtare debita ſeruitia & Curtius in tractatu feudi, quarta parte, tertia quæſtione. niſi forte expediat extra territorium Regni inimicos Regis, ac hoſtes Regni aggredi, nec expectare inuaſionem, prout conſueuerunt facere Duces in bello experti, dum aggrediuntur hoſtes, illos ſatagunt conterere, ac terrere, ſecundùm eundem Andream in dicto. §. ſed nec eſt alia iuſtior. col. quarta. & in dicto. §. firmiter, & in dicto. §. ſimiliter. de capitu. Corradi. & in dicta. l. ſi vaſallus à domino. & per Aluarottum in capitulo primo, quibus modis feudum amittatur. Oldradus conſilio. 56. & plenè per Barbatiam conſilio. 11. primo volumine. In hoc ſtandum eſt peritis in arte. & quando Rex hoc decernit cum conſilio ſuorum prudentum, non licet rigidè ſcrutari arcana Regis. debet perſona domini videri ſancta, ac honeſta, ſecundùm Andream in capitulo primo, hic finitur lex. eius aſſertioni eſſet ſtandum in dubio. not. Areti. in l. prima, ſecunda columna de acquirenda poſſeſſione. & plenè conſilio. 14. quarta columna, Abba. in capitulo ſicut el tercio, de iureiurand. & ſi contra non ſubditum, Mayn. in l. ſi teſtamẽtum. C. de teſtam. & in l. fi. C. ſi contra ius. Taurinenſis in verbo & promiſerunt eidem domino, glo. & Docto. in capitulo ius gentium. 18. diſtinct. & Bar. in l. ſi quid, de captiuis. Oldradus cõſilio. 80. Maynus in l. ex hoc iure, & in l. vt vim, de iuſti. & iure. Albertus Brunus conſilio. 19. & Ioannes de Terra Rubea, in tractatu de rebellibus, char. 93. niſi Rex ipſe conſueuiſſet eſſe mendoſus, ſecundùm Andream ibi, in ſecunda colum, etiam ſi cum ſuo conſilio teſtaretur. quia Princeps mendoſus omnes miniſtros impios habet, ſecundùm eundem Andream in capitulo primo, in fine, qui ſucceſſores teneantur. In Regno Siciliæ Baro præſtat ſeruitium Regi, vel ſubfeudatarius ſuo Baroni per tres menſes, quando feudum eſt quaternatum, ſuis expenſis, equis, & armis, dominum adiuuando, & iſtud tempus, ſecundùm Andream in conſtitutione hoſtica, in fine, incipit currere à die quo fit monſtra, latinè luſtratio: ſed ſecundùm Luc. de Pen. in capi. Regni, item ſtatuimus, quòd Comites, & Barones, dicit, quòd currit à die, quo ſubmoniti ad ſeruitium à ſua domo diſcedunt, & vadunt ad locũ eis iniunctum pro ſeruitio præſtando, argu. l. qui mittuntur, ex quibus cauſis maio. & And. in d. §. ſimiliter, qui ibi videtur ſentire contrarium.

25 Hoc ſeruitium † Baro non poteſt petere à ſuis vaſallis ſine litera Regis, per capitulum Regni, pro parte vniuerſitatis Vici, licet Carolus Primus aliter ſtatuerit in eo, quod incipit Item ſtatuimus, cum illud ſit Roberti Regis & poſterius, ſecundùm Modernos in capitulo primo. §. ſimiliter, de capit. Corradi. & ita ſeruatur. & Luc. in l. generali. C. de decurio. libro. 10. Baro autem ter debet ſuum ſubfeudatarium ſubmonere pro præſtatione ſeruitij, quando nõ eſt aliter conuentum: & eo ceſſante in præſtatione ſeruitij, poterit per exguardum diffidare, vt dicitur in lege Regni, ſi vaſallus. ſi habet pares, Baro ſubmonebit ipſum per literas cum ſubſcriptione parium, per tex. in c. fin. & ibi no. Bal. & Afflict. de pace iura. firmanda. quando autem Baro tempore, quo requirit ſuum ſubfeudatarium, eſſet bannitus, vel excommunicatus, non cogeretur interim illi ſeruire, vt dicit glo. in capitulo primo, quo tempore miles. & in capitulo primo. §. fi. per quos fiat inueſtitu. & in capitulo primo, de lege Corradi, donec durat in bãno, & contumacia, ſoluitur iuramentum fidelitatis, ſecundùm glo. in capitulo primo, de noua forma fidelitatis. & Andreas in capitulo primo, de lege Corradi, in quinta columna, eatenus videtur ſibi promiſiſſe ſeruitium, & fidelitatem, quatenus ipſe non fuerit rebellis, & inobediens Regi ſuo: deficit conſenſus vaſalli, ſecundùm Bar. in tractatu ad reprimendum, in glo. magna. & not. in capitulo primo, de milite vaſallo, qui contumax eſt. & eo tempore forte poſſet offendi, ſecundùm Cepollam, conſilio. 48. columna quarta, in nouis. ſed eo redeunte ad fidem, & remiſſa contumacia, noua requiritur interpellatio, ſecundùm Bal. in l. prima. C. de his quæ pœnæ nomine, quem ſequitur Socinus conſilio. 109. ſecunda colum. primo volumine. & ad alia in materia plenè habetur per Andream, & alios in dicto capitulo primo, de lege Corradi, quando dominus eſſet in diſcrimine vitæ, & vaſallos ſcit ſuo domino magnum periculum imminere, vltrò offerre debet ſeruitiũ, & dominum ſuum adiuuare, ſi poteſt, vt in capitulo licet, & ibi Andr. ſi de feudo fuerit controuerſia. & in capitulo primo, quibus modis feudum amittatur, & in capitulo primo. §. præterea, quæ ſit prima cauſa benefi. amit. & in capitulo primo. §. fin. de alien. feudi paterni. & in capitulo primo, de feudo ſine culpa non amit. & in capitulo primo, de vaſallo, qui contra conſtitut. Lotha. feud. alien. quod declara, vt ibi per Docto. & per eundem in lege Regni, ſi vaſallus à domino. Pro ſeruitio, quod debetur Regi à Barone non exigitur directò à ſubfeudatario Baronis: quia prima fronte non habetur quò ad hoc pro vaſallo Regis, vt dicit Ioan. Raynaldi in capitulo primo. §. illud. de prohibi. feudi alienatione. Feder. Laudenſis in §. rurſus, quibus modis feudum amit. & Curtius in tracta. feudi, in quarta parte, in verbo aggredior primam, quarta columna, niſi Baro eſſet in mora ſoluendi ſeruitium: tunc Rex habet manus iniectionem ſuper fructibus ſui ſubfeudatarij, veluti onus ſit in eadem conditione eo re impoſitum, quando excipit iuribus curiæ, & alterius

ſemper

ſemper ſaluis, vt ſupra diximus. vel ſi eſſet controuerſia inter Regem, & Baronem, Regi, & nõ Baroni præſtabitur ſeruitium, vt dicit glo. in cõſtitutione Regni, domini à vaſallis, in verbo ſaluo ſemper. excipitur perſona ſupremi domini in obligatione vaſalli, per tex. in capitulo primo. §. fin. de probi. feudi alie. per Federicum, & in capitulo primo. §. fi. de noua forma fidel. & in capitulo primo, §. fin. hic finitur lex. ſic etiam excipitur perſona Papę vt per Alex. in l. fi. qui ſatiſdare cogantur. & ibi per Mayn. & per Sand. in cap. conſtitutus, de iureiuran. vbi pleniſſimè.

16 An in pręſtatione † ſeruitij fiat deductio expenſarum? In Regno firmiter tenent quòd nõ: quia debetur pro publico fauore, & eo caſu nulla fit deductio: vt dicunt ſcribentes in l. fructus ſoluto matrimonio. & an fiat deductio pro eo, quod præſtatur pro vita & militia ſecundogeniti, vel ſi ipſe ſeruiet expenſis primogeniti, plenè per Andream in repetitione legis Comitibus, & per Dominos noſtræ Rotæ Neapo. deciſio. 252. & Paridem in fine ſui tractatus. & Dominus Petrus Siculus in tracta. de paragio, vita, & mili. Quid ſi creditor eſt immiſſus in poſſeſſionem feudi, an pręſtabit ſeruitiũ pro fructibus, quos percipit? Cardi. in capitulo primo. §. quid ergo. de inueſti. tura de re aliena facta. diſtinguit, an ſit immiſſus actione reali, vel perſonali. Bal. in authentica ei qui. C. de bonis authori. iudicum poſſidendis. & per Taurinenſem in verbo Comes, in fine, ipſe autem conſequetur à ſuo debitore. ſic etiam mulier pro dotatio, quod habet ſuper feudo, præſtabit ſeruitium Baroni: vt concludunt Moderni in lege Regni, mulier, quæ dotatium, columna 7. & iſtud ſeruitium præſtabit ad ſubmonitionem Baronis, cuius eſt terra, per tex. dictæ conſtit. Si propter paupertatem, vel inopiam vaſallus non poteſt præſtare ſeruitium, an perdat feudum, plenè tangit Andreas in dicto. §. ſed nec eſt alia iuſtior, vbi Docto. & in capitulo ſecundo, de feudo ſine culpa non amit. & in capitulo primo. §. primo. de noua forma fideli. niſi ſua culpa factus eſſet inhabilis, & non poſſet, ſecundùm Andream ibi & in §. ſimiliter. cum ipſe eſſet obligatus ex contractu, debebat cogitare, ad id poſſe aſtringi. & an admittatur purgatio moræ. per Paridem in tracta. de integra. feudorum. char. 250. & quid in Regno, ſi præſtat diminutum ſeruitium, dictum eſt ſupra, per tex. in capitulo Regni, quod incipit, nolumus tuam latere, &c. An ille, qui vacat ad ſeruitia Regis, teneatur pręſtare ſeruitium. Lucas de Penna tenet quòd ſic, in l. prima. ſecunda columna, de caſtren om. palati. libro. 12. & hoc ſeruat Regia Camera, & vide per Dominum Bartholomæum Bellenzinum in tractatu de charitatiuo ſubſidio. quòd ſi eodem anno ſolutum eſt releuium, debeatur etiam & ſeruitium. dictum eſt ſupra in præcedentibus. habetur in capitulo cum nuper, de cenſibus: ſi eodem tempore concurrant duo viſitantes eccleſiam Epiſcopus, & Papa, ſi debeant habere duas procurationes. ibi per Antonium de Butrio. & per Ioan. Andream. & Dominicum in capitulo Romana de cenſibus, libro. 6. & per eundem authorem quæſtione 63.

17 Si vaſallo mouetur † quæſtio ſuper feudo, an teneatur interim præſtare ſeruitium? Bald. tenuit, quòd ſic. in capitulo primo, quid ſit inueſtitura: quia interim ipſe percipit fructus feudi, debet ipſe ſentire onus: nec ex illa lite aliquid ſibi immutatur de poſſeſſione feudi, plenè. D. Cagnol. in alia quæſtio. in l. curabit. C. de actio. empti. æquitas illius legis habet locum etiam in feudis: poſtquam vaſallus habet emolumenta feudi: quia vt plurimũ feuda ſolent eſſe pinguia, & magni redditus. & pro paruo, aut modico ſeruitio non debet detrectare ſeruitium. feudum ideo appellatur gratia: quia præbet beneficium, pluſquam onus: vt not. Bald. in prælud. col. 6. tex eſt in l. Titius puerum, de obſequijs patrono pręſtandis. ibi, etenim ille etiam ſi non gratuitum, beneficium tamen præſtitit. Barba. dicit notab. in c. nouit, nu. 181. de iudicijs. & in c. cum M. Ferrarien. nu. 68. de conſtit. Rom. conſilio. 436 quod indultum. 3. col. Speculum Principum folio 131. & folio. 169. & Socin. conſilio. 87. numero 14. 3. libro Mod. in cõſuet. Paris. folio 3. ideo Docto. concludunt in c. primo, ſi vaſallus ab aliquo, quòd pro feudo debetur euictio, ſi ſeruitia pro eo debita ſunt æquiualentia feudo. & in capitulo primo, de inueſtitura de re aliena facta, non eſt ſimplex donatio ſed ob cauſam, vbi cauſa correſpondet donationi, ſecundùm Imolam in l. Aquilius Regulus, ſecunda col. de donatio. & plenè dominus Ripa in l. ſi vnquam, & ibidem latiſſimè dominus Andreas Tiraquellus. C. de reuocandis donatio. ſecus ſi feudum eſſet magni valoris, & redditus, ſeruitium verò conſiſteret in modico. ex hac ratione ſacrum Conſilium in anno 1506. ſecundo Iunij iudicauit pro donatione facta Domino Ioanni Baptiſtę Spinello Ciuitatis Cariatæ, in qua poſtea fuit creatus Comes, curiam non teneri ad euictionem, habendo reſpectum ad ſeruitium, quod non erat correſpondens redditui quem valebat, & in conceſſione non erat promiſſio pro euictione.

18 Si ſeruitium † reperitur taxatum pro feudo, non poteſt Baro illud remittere, vel in totum, vel in partem, remiſſio eſt alienatio, ſecundùm Andream in capitulo primo §. donare. 6. columna, qualiter olim poterat feudum alienari, per l. ſi mulier, de condictione ob cauſam. & l. quærebatur. ad l. falcidiam. quodammodo videtur donare, qui remittit. quæ donatio prohibita eſt per l. Federici Imperialem, & per legem antiquam, vt in dicto. §. donare. ſeruitium pro feudo deſeruit oneribus reipublicę. ideo ſine ſpeciali Principis diſpenſatione relaxari non poteſt, neque etiam poteſt à Barone remitti redditus, qui debetur feudo pro re feudali, ſecundùm eundem Andream, in l. conſtitutionem, diuę memoriæ, propè finem: vt ſi deberetur vna gallina, piper, anſer, vel quid ſimile, ex iſtis redditibus feudum conſtituetur. fit pingue, & feudatarius onera feudi explet. feudum eſt vniuerſitas facti, ſecũdùm Andream in capitulo primo,

quid

qoid ſit inueſtitura, ſecunda columna, licerglo- dixerit eſſe ioris, qnod vtrunqueeſt verum : quatenus in corporibus conſiſtit, facti eſt, & iuris eſt: quia vendicator. ita qnòd habet ſub ſe de factn cnm adminiculo iuris, ſi permitteretur poſſe diminuere redditus, qui pro feudo debentur, de facili feudum redncereturad nihilnm. ſæpe dicebam reddentibus de mea terra, me non poſſe de redditu grani, bombicis, ceræ, aut fabarum diminnere ſine aſſenſo Domini noſtri Regis, etiam ſi ille redditus oon præſtarentnr vt feudalis, ſed vt emphyteuticns, cenſualis, aut allodialis: quia quò ad Baronem habetur vt feodum, quicquid de feudo percipit ex corporibus feudi, qnamuis reddentes tencant vt emphyteuſim vel allodium. qnod eſt not. ad declarationem eorum, quæ Andreas ſcribit in titulo, quæ ſint regalia, io verbo angaria, & Moder. in præludijs conſtitu. qnæſtinne. 24. ſi autem Baro augeret redditum, vel ſeruitinm; vt quia pro vno milite haberet duos pro ſeruitio, vel dum percipiebar decem, mndò perciperet viginti, ant vltra, ex dictis per Andream in l. Imperialam, ſexta columns, videretur, quod ſic. ibi, dum dicit. item ſecus, ſi conditionem Domini faceret meliorem, ſicut videtur innuere dicta conſtitntio in rubro, & in nigro: quæ dicit, in diminutionem feudorum alicoationem prohiberi. idem in capitnlo primo. §. ſimiliter, quarta col. de capitaneo qui curiam vendidit, & in capitulo primo de vaſallo qui cootra conſt. Loth. feudum alienauit, & in capitulo primo, de prohi. fend. aliena. per Lothatium, gloſ. dictę legis conſtitntinnem, in verbo minuendis, dixit rem de feudo demanialem poſſe ad meliorandum concedi, quam ſequitur Paris in tracta. de reintegra. feudorum, folio 12. ſub rnbrica, quæ dicãtur feuda plana, & dn tabula. idem in torore diſtrahente rem pupilli: vt in l. prima, de tutelis, & ratio. diſtrahen. & res eccleſiæ ſine ſolemnitatibus alienatur, vbi fit io augmentnm, ſecundùm Bal. in l. contra iuris, de pactis, & in l. cum hi. C. de tranſa. glo. eſt in capitulo verum. de condi. appoſitis. & ſecundùm Andream in capitulo primo, in fine, an ille, qui interfecit fratrem domini ſeudum amit. ſi venditor feudi habens filios venderet emptori non habenti filios aut ſecundùm euodem io dicto capitulo imperialem, ſi innenis vendat ſeni, ita qnòd facilius fendum eſt ad curiam reuerſurum. & in capitulo primo. §. ſed & res, tertia col. per quos fiat inueſtitura. ant ſi parum fidelis venderet vni Regi acceptiſſimo, vt quia ipſe eſt natus ex progenitoribus infidelibns, & cederet fendum vni ſtrenuo militi, qui quotidie in caſtris militat pro Rege. ipſe autem ſit Regi incognitus, nec habilis ad ſeruiendum de perſona. hoc in Regno non procederet per eandem legem Federici: cum fiat cõmutatio perſonę de vna ad aliam ſine licentia. eo ipſo fit in deterius, qnod Regi non placet, ſecundùm Andream in l. ſi dubitatio, per l. final. de vſu & habi. idem Federicus in eadem lege prohibet infeudationem, quæ nunquam fuerat prohibita à lege feudali: & ſemper permiſſa. locationem tantùm permittit. ergo & omnem perſonam, quamuis ampliorem pro ſeruitio præſtando: commntatio eſt de vna perſona ad aliam. lex generaliter prohibet, aut quia feudum alienando diminuitur, aut in aliam perſonam commotatur. ſed quia augetur, ideo permittit. lex noua non dicit, & repugnat ratio in eadem lege expreſſa, videlicet commutationis perſonæ: vbi duæ rationes aſſignantur: vna ceſſante remanet alia. §. affinitatis. inſtit. de nuptijs. de hac quæſtio. dictnm eſt ſupra in limitationibus dictæ conſtitntionis.

19 Andreas ſcribit in capitulo primo, ſecunda columna de vaſallo decrepitæ ętatis, quòd † aliter præſtatur ſeruitiũ pro feudo antiquo, quàm pro noun. pro antiqno feudatarius dat ſeruitinm, prout eſt conſuetum: ſed pro oouo erogatur, prout eſt conſuetudn in Regno. idem Andreas in dicto capitulo primo, quis dicatnr Dux. & in capitulo primo. §. ſimiliter, de capitaneo qui curiam vendidit. iden qnando feudum à Rege, vel à Barone conceditnr cum aſſenſu Regis, fit taxa de nono, non habita conſideratione ad ſeruitium, quod prius erat ſolitum præſtari; vt quia pro feudo deuolnto ad curiam, vel ob culpam, aut lineam finitam ſoluebãtur duo tareni, aut vnum par chirothecarum. modò ſoluetnr pro valore fructuum, vt ſupra diximus, quando feudum conſiſtit io vaſallis, in poſſeſſionibus, aut ſuper redditibus gabellæ, vel dohanę: qoia illud ſeruitinm eſt extinctum fendo ad curiam aperto, & quando poſtea de nouo conceditur, vt de eo feudatarius ſeruiat, non intelligitnr concedere, proot erat ſolitum pręſtari pro eo feudo: ſed ſecundùm morem, & conſuetudinem Regni: niſi dicat in ſpecie. In hoc eſt vna differentia inter fendum nouum, & antiquum, idem nntat Andreas in capitulo primo, §. firmiter, de prohibit. feud. alienatio. per Federicum. & in capitulo primo. §. huius autem generis, ex quibus cauſis feudum amittatur † pone modò, qnòd pater vendidit feudum cum Regio aſſenſu cum pacto de retrouendendo, hæres eius, vel ex eodem pacto, vel iam infra terminum prorogato reemit feudnm, an debeat ipſe ſoluere adoa, ac præſtare ſeruitium prout de feudo per ipſum empto, licat ex poteſtate cõpetente defuocto, an verò prout de feudo antiquo? Aliqui credunt feudum reemptnm, eſſe nouum; cum nouùm factum hæredis interueniat, ſcilicet pecunia, & contractus cum eo celebratus: quia feudum iam deſierat eſſe io bonis defuncti per alienationem, & traditionem factam cum aſſenſu. nec reobnenit ſine alio medio hęredis, ſed ex ſua voluntate, argum. eorum, quæ notat Bartol. in l. in diem, de aqua pluuia arccuda. item pactum de reuendendo eſt cauſa mediata: reuenditio autem eſt cauſa immediata: debet in hoc attendi, licet ipſum ius reemendi ſit hæreditarium, argum. l. ſi mulier, rerum amotarum, ſecundùm Bal. in l. ſub prætextu. C. de tranſactio. Dixi ego contrarium eſſe verius: quia cum fendum perueniat ad hæredẽ ex pacto inito cum defuncto, redit in ſuam

priorem cauſam, vt ſupra dixi in releuio. not. Decius conſilio 78. primo volumine. ſequuntur Mod. Galli ſuper conſuetudine pariſ. folio. 146. eo redimente ex pacto & tempore iam pendente, perinde eſt ac ſi feudum nunquam receſſiſſet à defuncto, & fingitur ſemper in hæreditate fuiſſe, argument. l. qui actionem habet, de regulis iur. & . vnde ſi defunctus in vita redemiſſet ex eo pacto, iam eſſet ſub ea qualitate, ſub qua ipſe tenebat feudum ex perſona hæredis. illa qualitas non alteratur: cum ſit ſubrogatus in eo iure defuncto competente. nec erit deterioris conditionis hæres, quàm defunctus: vt in l. hæredem, de regulis iuris. & illud ius non ſit irregulare, ſed conuentionale: non debet alio iure cenſeri in perſona hæredis, quàm erat cum defuncto: quia hic hæres nihil facit de ſuo, ſed tantùm exequitur, quod à defuncto recepit. vtraque perſona defuncti, & hæredis pro vna reputantur. l. final. C. de impuberum. non poteſt ex eodem facto formari cum defuncto vno modo iudicari in perſona hæredis, quàm fuiſſet in perſona defuncti. ratio diuerſa quare id poſſit eſſe, dari non poteſt. idem ius ſtatui debet, nec iſta ſunt diſſimilia, hærede, aut defuncto redimente: cum vterque verè non acquirat de nouo, ſed alienatum ex iure antiquo recuperet. iſta non eſt emptio: quia venditor voluntariè non vendit, vel ex ſua voluntate diſtrahit: ſed eſt reemptio. natura ſuæ vocis, & ſignificationis hoc exhibet. & vnum ab alio in multis differt. eſt magis quædam reintegratio, ſeu reſtitutio, quàm noua emptio, vt patet ex not. in l. ſecunda. C. de pactis inter emptorem & venditorem. & ibi Cagnol. ſit tantùm reſolutio iuris ipſius venditoris, qui reuendendo non promittit de nouo emptionem, & eo reuendente omnes obligationes per eum contractæ extinguuntur, & intercidunt: vt not. Bartol. in dicta. l. in diem. & in l. tertia. §. Marcellus, de in diem addictione. & habetur plenè in l. ab emptione, de pactis. per Bal. nouel. & per dominum Andream Tiraquellum in ſuo vtili opere de vtroque retractu. lex diui Gulielmi prouidet domino terram ementi dari ſubuentionem. de redimente nihil dixit. inſpicitur origo, & cauſa, vnde ſumit effectum ipſa reemptio. non deberetur: quia quod ſuum erat, alienatum reaccipit. & ſi alio modo vel titulo terram acquireret, quàm per emptionem, illa lex non procederet: quia rigoroſa, noua, & contra regulas iuris communis, ſi permutaret, non deberetur: quia eſſet loco rei ceſſæ per permutationem, argum. l. licet imperator. §. finali cum ſequen. de legat. ſecundo. l. ſi cum dotem. §. ſi. ſoluto matrimonio, & in l. ſi pater, de adimen. legatis. Bald. conſilio 112. primo volumine, ſi eſſet donata, minimè: quia eſſet in duplici lucro, à tertio & à vaſallis commodum ſentire, ſi reciperet terram ſub canone, & aliquid daret pro intratura ſeu laudemio, vel etiam ſi forte terram reciperet in dotem, dum pendet dotis reſtitutio, ſi pecunia eſſet in reſtitutione ſoluto matrimonio, non haberet adiutorium: quia hoc caſu lex noua non introduxit, ſed exclusit per taxationem aliorum, argum. l. cum prętor. de iudicijs. in hoc caſu potius ſpectabo cauſam proximam, quæ eſt ipſa ſucceſſio. in qua reperitur actio ex pacto cõpetens defuncto, quàm cauſam remotam, quæ eſt ipſa pactio, ſeu facultas redimendi. ſi ipſam volumus conſiderare, feudum redit ad ſuam naturam priorem, redimente hęrede, cum in habentibus ſymbolum facilis ſit tranſitus. l. ſi vnus. §. ante omnia, de pactis. Guido Papę conſilio centeſimonona geſimoſecundo, verſiculo venio ad primum. Cortius conſilio duodecimo, & in conſilio octauo. Bald. conſilio 215. ſecundo volumine, titulus eſt in vſibus feudorum, quid iuris ſit, ſi vaſallus poſt alienationem feudi id recuperet. & ibi per Andream & Doctores, & per eundem in capitulo primo, de contentione inter me & Dominum de portione feudi fratris mei. non propterea releuium ſolui deberet: quia feudum redit in cauſam antiquam: quia (vt diximus) hunc caſum mos Regni & conſuetudo ſoluendi omiſit, & ſuper eo non proſpexit. & quò ad hoc ego magis ſpectabo cauſam immediatam, quæ eſt ipſa reemptio ex contractu, quàm cauſam remotam, quæ eſt ius redimendi competens defuncto, ſecundùm Bald. in l. ex placito. prima columna C. de rerum permutatione, quem allegat idem Mod. Gallus vir acuti ingenij in dicta conſuetudine Paris. folio centeſimoquadrageſimoſexto, in eadem ferè quæſtione. pecunia, & voluntas hæredis eſt cauſa potentior rehabendi feudum: eſt magis proxima reacquiſitioni feudi: illa debet inſpici, ex quo magis cohæret, argum. l. cum tale. §. legato, de condition. & demonſtration. ſicut naturaliter videmus in arbore: vt ſi in trunco pruni inſeratur ramuſculus pyri, licet nutrimentum procedat à trunco, tamen forma ſpecifica procedit ab immediato ramuſculo pyri. vnde non naſcuntur pruna, ſed pyra: quia cauſa immediata magis imprimit, & dirigit materiam, ſecundùm Bald. quem refert Dominus Hieronymus Cagnol. in rubrica ff. de origine iuris. ſic in corpore noſtro, de vino fit ſanguis, propter proximum agens. illud ius reemendi facit rem haberi in hæreditate per quandam fictionem. re verà feudum abeſt ab hæreditate, nec mortis tempore illud hęres in hęreditate adinuenit. non poteſt de eo à domino inueſtituram habere, alio poſſidente feudum non debet releuium ſoluere: quia cum rehabet feodum, ex contractu ſuo rehabet, & ſub pecunia, quamuis eſſet hęreditaria. Vtroque igitur caſu dicam ſeruitium non immutati. prout erat ab antiquo per ipſam reemptionem, neque ſolui releuium reemptione ſequuta. Feudum autem antiquum non differt à nouo, quò ad ſolutionem releuij, non reperitur cautum contrarium à lege feudali, vel ab vſu, & conſuetudine Regni, quamuis Andreas in dicta l. poſt mortem, videatur ſentire contrarium. procedit ex errore impreſſionis, & pro illius interpretatione non vagabor: cum ſi ipſe hoc diceret, non putarem eſſe

teuen-

teneudum: quia nulla lege hoc comprobaret. &
inter ſeruitium, & relcuium hoc caſu lon-
ga ſatis ac magna differentia conſtat: qoia quan-
do ſeudum eſt nouum, mutatur dominium de
vna perſona ad aliam, priores inueſtituræ ſunt
intercilſę. & noua naſcitur lex ex noua conceſ-
ſione, ſeu inueſtitura. at ſecus, quando idem do-
minium continuatur à defuncto ad hæredem, vt
ſupra diximus.

21 An autem ſi fructus feudi † propter peſtem,
& guerram diminuuntur, debeat diminui ſerui-
tium, vel redditus feudi: & econtrario, ſi fru-
ctus augentur, debeat pro valore fructuum ao-
geri ſeruitium, vel redditus, vide Andream in
dicto capitulo ſimiliter, prima colomna, qui te-
net quòd non. idem Andreas in capitulo pri-
mo. §. ſiqnis de manſo. de contro. inueſti. in hoc
inſpicitur tempus dationis in feudum, quo
fuit limitatum ſornitium, vel adoa. l. ſi qnos. C.
de reſcin. vendi. calamitas ſuperueniens non de
bet obeſſe Baroni, aut Regi, ſicut induſtria ſe-
quens vaſalli in augendo: vt in l. ſecunda. C. de
alluuioni. & palu. idem Andr. in capitulo pri-
mo, ſecunda col. de vaſallo decrepitæ ætatis. Lu-
cas de Penna in l. prima. C. de ſuperindicto, li-
bro 10. & in l. prima. C. de venditione rerum fi-
ſcalium. idem Andreas limitat in §. nauigia, in
titulo de ſtatutis & conſueru. vbi pro Regni ne-
ceſſitate hoc faceret, vel publica adeſſet vtilitas
ſecundùm Locam ibi. Florianns in l. item fundi.
§. hinc dicimus, de vſufructu. durum hoc videre
tur in Regno. niſi aliunde ſuppleri nó poſſet ex
demanio domini Regis. & vide gloſ. not. in l. ſi
merces. §. vis maior, locati. Docto. in l. licet. C. lo
cati, & in capitulo quarto, de cenſibus. Bal. in di
cta. l. ſecunda. & Maynus in l. ſecunda, de iure
emphy. & Lucas de Penna in l. prima. C. de pa-
ſcuis publicis, libro 11. quando totum feudum
eſſet perditum, ſecus videretur, quaſi re perem-
pta, ſecundùm Andream in capitulo primo, ſe-
cunda col. ſi de feudo vaſallus ab aliquo. & in di
cto capitulo primo. §. ſiquis de manſo. quid ſi
Rex vellet ipſe ſeruitium diminuere, & an de-
beat hoc facere ex certa ſcientia, vide per An-
dream in dicto capitulo ſimiliter, columna ter
tia. & ſi debeat apponere clauſulam non obſtan
te. idem Andreas ſenſit in dicta. l. conſtitutioné.
Afflictus in conſtitutio. dignum. & dicit Ang.
in §. quia verò. in authentico de non eligend.
quòd poteſt per conſuetudinem induci, ꝙ res
ad eccleſiam reuerſa minori reddito concedat-
tur. ergo poteſt hoc fieri per Principem, ſecun-
dùm Bald. in capitulo primo, de his, qui feudú
dare poſſunt: quia non eſt minor authoritas. l.
prima. C. communia de legatis. Quid antem ſi
Rex, vel Baro dicat ſe fuiſſe grauiter læſum tem-
pore dationis feudi: quia conſideratis fructibus
ſeruitium non eſt ęquiualens, vide Andream in
dicto capitulo ſimiliter, ſecunda columna. Affli
ctum in capitulo primo, de feudo dato in vicem
legis com. Imola in c. ad noſtram, de rebus eccle.
alienan. vel non. tener, quòd non datur reme-
dium. l. ſecundæ. C. de reſcin. vendi. ſi res magni
valoris daretur in feudum pro paruo reddito;
quia iuramentum fidelitatis prætium ſupplee:
ſicut dicimus in donante, ſecundùm Bar. in di
cta. l. ſecunda. Alexand. conſilio. 79. quarta co-
lumna, primo volumine. vide Riuum Regiæ Ca
meræ, in titulo de iudicantibus. & per Albertú
Brunum conſilio 41. columna 8. alia in materia
pręſtationis ſeruitij pro feudo, & quando non
fuit à principio impoſitum ſi videatur liberè cô-
ceſſiſſe. per Andream in prædictis locis. Satis
eſt prędicta tetigiſſe.

SVMMARIVM.

1 *Baro qui habet ſub ſe feudatarios habentes feuda*
quaternata poteſt creare milites, etiam quòd ipſe
non ſit miles.
2 *Doctor & miles ſolo verbo creantur à Rege.*
3 *Miles creatus à Barone non quò ad omnia, ſed quò*
ad quid cenſetur eſſe miles.

1 SEXTA authoritas eſt: quia † Ba
ro, qui habet ſub ſe feudatarios
tenentes feuda quaternata, po-
terit creare milites, etiam quòd
ipſe non ſit miles: vt per Bar. in
l. prima. C. de dignitatibus. Car
di. in capitulo primo, ſecunda col. de his qui feu
dum dare poſſunt. Baro regulariter non eſt mi-
les, per legem Regni Comes. & ibi Affli ctus. du
bium videtur, quòd poſſit alteri concedere di-
gnitatem, quam ipſe non habet nec à lege, nec ab
homine: cum nemo plus iuris poſſit transferre,
quàm ipſe habeat. dic vt per Petrum de Antibo
lo in tracta. de muneribus, & honoribus. ſe-
cunda parte. iſta creatio poteſt fieri etiam ex-
tra territorium; cum ſit actus voluntarius. ſe-
cundùm Decium in l. fin. de iuriſdictione om-
nium iudicum. ſecundùm legem Rogerij Pri-
mi Regis Regni eo ipſo quòd quis eſt Barenſis,
cenſetur eſſe miles. & omnes Barenſes milites
ſunt, vt in conſuetudine Barenſi, primo titu-
2 lo. hodie † non eſt vſu receptum, niſi ſit à Re-
ge creatus, quamuis per conſuetudinem ſit ſo-
lemnitas inutilis immutata: & ſolo verbo Rex
creat militem, ſicut Doctorem. vt not. Ang. in l.
3 1. C. de ſententiam paſſis. poteſt † dici, quòd
miles à Barone creatus intelligatur miles ſecun
dùm quid, & non per omnia, ſed tantùm reſpe-
ctu feudi, quod ipſe feudatarius poſſidet ſub Ba
rone. & Rex videatur tacitè Baroni conceſſiſſe
facultatem creandi illum militem, eo quòd paſ-
ſus eſt feudum quaternatum ab eodem concedi,
vt ſub eo teneatur in capite.

SVMMARIVM.

1 *Subfeudatarij habentes differentias inter ſe ha-*
bent Baronem pro eorum iudice competente non
Regem.
2 *Iudex competens ſubfeudatariorum quis debet eſſe*
Rex an Baro, ſi quęſtio eſt de feudo quaternato, vel
plano & de tabula.

SEPTIMA anthoritas eſt: quia
† vbi inter duos infeudatos de
ſendo oritur controuerſia, Ba-
ro erit iudex, à quo feudum te-
netur, & non Rex, à quo feudū
procedit, ſecundùm Andream
in lege Regni, domini à vaſallis, Bal. in capitulo
cęterum, propè finem, de iudicijs. & in l. ſecun-
da. C. vnde cognati. & ibi Roma. & per Sandæū
in capitulo quæ in eccleſiarum, columna 15. ex
tra de conſtitutionibus. per Albertum Brunū
2 conſilio 48. columna tertia. † de hoc poteſt in
Regno dubitari, vt non cognoſcat Baro, ſed
Rex, vel Magiſter Iuſtitiarius, ſeu Iuſtitiarius
Prouinciæ, quando eſt quæſtio de feudo plano,
& de tabula per legem Regni, Iuſtitiarij no-
men & normam. & in conſtitutio. ſtatuimus.
& in conſtitutio. Pręſides. ex quo Rex in Re-
gno certos iudices deputauit in cognitione feu
dorum, ſcilicet Magiſtrum Iuſtitiarium, vbi eſt
quæſtio de feudo quaternato, vel quota feudi
quaternati: & Iuſtitiarios Prouincię, quando
vertitur controuerſia de feudo plano, & de ta-
bula. ab alijs iudicibus cenſetur iuriſdictionem
ademiſſe, ſecundùm Andream in capitulo pri-
mo, ſecunda columna de controuerſia feudi
apud pares termin. idem Andr. in capitulo pri-
mo §. præterea. columna 5. de prohi. feud. alie.
per Federicum, dixit quò ad hoc in Regno eſſe
correctam legem feudalem diſponentem, domi
num feudi poſſe cognoſcere de controuerſia feu
di, vbi lis controuertitur inter duos infeuda-
tos. idem Andreas in capitulo primo, an apud
iudicem in curia domini quęſtio feudi termina
ri debeat. & in conſtitutione Regni, ſi vaſal-
lus à domino. ipſe Rex declarauit cognitionem
feudorum ad curiam ſuam ſpecialiter pertine-
re, ab alijs iuriſdictione abſtulit, argumen. l.
cum pretor, de iudicijs, quando Rex ipſe con-
cedit Comitatum, vel Baroniam cum feudis,
& ſubfeudis etiam quaternatis, non intelligi-
tur conceſſiſſe facultatem cognoſcendi de ipſis
feudis, quando inter ſuos ſubfeudatarios lis ori
tur; niſi ſpecialiter ipſe in priuilegio exprimat:
& quia lex Regni excipit hanc conceſſionē. in-
telligitur ipſe Rex conceſſiſſe ſecundùm legem
Regni, vt notat Bart. in l. hæredes mei. §. cum
ita, ad trebellianum. infeudatio facta per Re
gem declaratur à iure Regni, ſecundùm An-
dream in capitulo primo, tertia columna, qui
ſucceſſo. tenentur, & in capitulo primo, ſecun
da columna, qualiter vaſallus iurare debeat do
mino fidelitatem, quia illud fingitur cogitatum,
quod ius diſponit. Andreas in §. huius autem
generis. & in capitulo primo. §. porrò, quæ ſit
prima cauſa benefi. amit. plenè Barbatius con-
ſilio. 63. quarta columna ſecundo volumine,
& in conſilio. 40. quarto volumine, bonus tex.
in l. ſi duo, de acquirenda hæreditate, notat An-
dreas in capitulo primo, quarta columna, de cō
trouerſia inter maſculum & fœminam. & Bald.
in l. pręcibus, columna decimaquinta. C. de
impuberum & alijs ſubſtitutio. niſi Rex expri-
mat in ſpecie, videtur negligere, cum omnem
requirat particularem, argumen. l. item apud
Labeonem. §. ait prætor, de iniurijs. lex Regni
in hoc non abrogatur per generalem conceſſio-
nem, quę fit à Rege: cum ſpecialis prouiſio le
gis Regni præualeat generali ſanctioni iuris
communis. l. ſanctio legum, de pœnis. ſemper
& regulariter ſpecies derogat generi, vt in regu-
la iuris, notat Andreas in lege Regni ſi damna
clandeſtina, & in rubrica quę ſint regalia, ter-
tia columna Angel. in l. cum prætor, de iudi-
cijs, dixit, quòd quando datus eſt ſpecialiter iu
dex in certis cauſis, ſi alius generaliter detur,
non cognoſcet de his, quæ ſunt alteri ſpeciali-
ter demandata, argum. illius tex. idem ſcripſit
in l. conſulta diualia. C. de teſta. plenè per May-
num, & ibi Docto. in l. quòd in rerum. §. final.
de legatis primo. Sandæus in capitulo paſtora-
lis, de officio delegati, dominus de Ripa in tra-
ctatu de peſte, char. 61. in paruo libro. Iacobi-
nus in l. ſi per errorem, de iuriſdictione omni-
um iudicum, debet dari in ſpecie, quando pri-
mus habet priuatiuè ad alios, argum. l. primę. C.
de officio præfecti pretorio. & in capitulo ſtu-
duiſti, de officio delegati. bona gloſ. in l. prima.
C. vbi & apud quos, & ibi Angel. Socin. in con-
ſilio. 45. quarto libro, & per Baldum conſilio.
253. viſis omnibus prædictis. quinto volumine.
Rex in Regno ideo excipit cognitionem feudo
rum, quaſi quòd ſint de eius proprio patrimo
nio. quod voluit regi & ſuſtineri, niſi per cer-
tas perſonas, de quibus ipſe confidit: vt nota
tur in d. conſtitutione Iuſtitiarij nomen, &
normam. hoc etiam in ſignum cuiuſdam ſupe
rioritatis, & pręeminentiæ. non eſt veriſimile
voluiſſe Baronem ſecum in eadem iuriſdictio-
ne concurrere, ex notatis per Bald. in his termi-
nis in l. prima de offi. in conſulis. Sequitur do-
minus Barbatia conſilio 56. & conſilio 59. co-
lumna tertia. & in conſilio 87. tertio libro. &
in conſilio 34. & conſilio. 40. vndecima co-
lumna, quarto volumine. dicit glo. nota. in cle-
men. prima. de iudicijs, quòd gratia generalis nō
complectitur ea, quæ concedens ſpecialiter con
cedenda eſſe declarat. Idem ſequitur Ioan. An-
dreas in capitulo primo, de reſcriptis in ſexto,
diuus Federicus in lege Regni. ea quæ ad decus,
excipit à generali prouiſione, merum Impe-
rium. non venit aliàs ſub quauis verborum ſe-
rie, niſi ſit dictum ſpecialiter de eo, argum. l.
alimenta. §. baſilicæ, de alimen. lega. voluit illud
Regale, neminem præter Regem poſſeſſorem
habeat, tanquàm ſpeciale decus ſuę celſitudinis
vt ibi dicitur. & per Andream in rub. quæ ſint
Regalia. & per Luc. de Pen. in l. prima, C. de pri
uilegijs ſcolarium, libro duodecimo, ſenior
Princeps Salerni habebat facultatem infeudan
di plana feuda, & de tabula, nobilia, militaria,
ac etiam quaternata, cum iuriſdictione etiam
cognoſcendi, & determinandi inter ipſos in-
feudatos, quoties quæſtio feudi inter ipſos tra-
ctabatur. in archiuo Regum hoc perrarò legi
conceſſum. ex hoc dignoſcitur, Baronem in Re-
gno non cognoſcere de feudis, quamuis ipſe ha
beat facultatem conferendi.

SVM-

SVMMARIVM

1 *Baro habens ſub ſe ſubfeudatarios grauantes vaſallos poteſt eis mandare ſub pęna priuationis feudi quaternati: vt grauamina vaſallis non imponat.*

2 *Officium iudicis imploratur contra homines illicita extorquentes.*

1 OCTAVA authoritas, quòd † Baro vbi videt ſuum ſubfeudatarium malè ſe gerere erga vaſallos feudi: vt quia imponit illicita, & eos enormiter grauat, poterit illi mandare ſub pœna priuationis feudi; vt vaſallis feudi grauamina non imponat. Andreas in l. Regni, ea quæ ad decus, ſecunda columna, & in conſtitut. Iuſtitiarij non per calendas. Bal: in titulo de pace tenenda, in verbo publici latrones. & ſi monitus non deſiſtit, poterit priuari feudo, & ab eodem auferri veluti ab indigno: vt dicit idem Bald. in capit. primo, ſecunda col. qualiter dominus propri. feudi priuetur. Tauri nenſis in verbo marchio, quarta col. verſiculo quæritur, arg. tex. in l. ſecunda, de his qui ſunt ſui, vel alieni iuris. Alex. in l. diuortio, ſecunda col. ſoluto matrimonio, & per Innocentium in capitulo conquerenti, de officio ordinarij. ex quo dicitur deteriorare feudũ, & malè vti ſubſtantia ipſius feudi, vt dicit idem Tauri. in authen. qui rem. C. de ſacroſan. eccleſi. & in l. prima, in fine. C. de operis libertorum. & in tracta. de roid. s. quarta charta, Guido Papæ deciſio. 42. & deciſione 62. dicitur venire contra pacta in conceſſione adiecta deteriorando feudum, arg. d. authen qui rem, Andreas in §. rurſus, quibus modis feudum amittatur. & quando extorquet à vaſallis illicita, & eos malè tractat: quia imponit angarias, dicitur facere notabilem deteriorationem, quando grauamina perſonis inferuntur, arg. l. in ſeruorum, de pœnis: cum per illa ad pauperiem deducantur, vt nec eis ſpiritus remaneat tutus. & dicit Cardinal. in dicto.

2 §. quicunque, de pace tene. quòd † poterit implorari officium iudicis contra hos dominos, qui illicita extorquent. Puteus idem ſequitur in ſuo confuſaneo tractatu ſindicatus, ſub rubrica de exceſſibus Baronum. Moder. in conſtitutione Regni. Iuſtitiarij non per calendas. & in deciſione Rotæ noſtræ. 265. Socin. conſilio. 272. non proſequendo, ſecundo volumine. Maynus in præludijs feudorum, columna. 24. Calcaneus conſilio. 24. columna ſeptima. & Cappella tholo. deciſ. 370. iſta priuatio poſſet fieri à domino immediato, quando ipſe ſubmonitus negligit reducere feudum ad priorem ſtatum, reuocando grauamina, vt firmat Curtius iunior conſilio. 174. in ſecundo volumine, quod poſſet procedere de iure communi, ſecus forte videretur de iure Regni, per ea quæ ſupra proximè diximus. tangit hoc feudum, & perſonam Regis. detinens feudum ſuum non debet ipſo feudo priuari ob culpam. ab alio, quàm ab ipſo Rege: vt dicitur in conſtitu. Regni, ſi vaſallus à domino, an autem quando vaſalli accuſant dominum pro delictis contra ipſos commiſſis, & capta eſt informatio, lite pendente debeant ei obedire, Anchar. in capitulo non debet, de teſtibus. Rota in nouis deciſio. 71. tex. in l. quod ſi forte. §. primo. de ſolut. & plenè Curtius conſilio. 173. ſecundo libro. Allegat Bal. in proœ. ff. in fine. domini caſtrorum & terrarum in multis capitibus, quæ grauamina continere videntur, in poſſeſſione defendũtur, & in ipſo litis exordio: quia certum eſt, eos eſſe in quaſi poſſeſſione exigendi & percipiendi: per tex. in capitulo primo, vt lite pen. & in capitulo cum veniſſent, de inſtitutionibus. & not. in capitulo ex parte, de appellationibus. quando proclama fecit Baro, ne alius ad molendinum accedat alterius, vel ſumat paſcua in tali territorio, non fuit reclamatum, & ipſe pœnam exigit à contrauenientibus, vt per Taurinenſem in ſua inueſtitura feudali, in verbo & cum molendinis, non debet ſua poſſeſſione deſtitui: vt in l. prima. §. finali. de aqua pluuia arcenda. & not. in capitulo licet epiſcopus, de prębendis, in ſexto, & per Paulum, Maynum, & alios in l. ſi prius. procedit tantùm tex. in capitulo cum perſonæ. de priuilegijs in ſexto. quando ius non aſſiſtit, & non conſtat, Baronem poſſidere, eſt dubium, & hoc controuertitur, non tamen eſt res omnium poſſideri prohibita: vt quia de regalibus, vel his, quæ ſigillant perſonã, Regiam, aut poteſtatem Regalem: non impeditur Baro ſuam poſſeſſionem continuare, in qua reperitur cum tituli allegatione. hoc ſæpe decreuit ſacrum Conſilium lite pendente, donec liqueat de iuribus Domini & vaſallorum, niſi exhiberet titulum nullum: ex quo conſtaret, non poſſe præſcriptionem ſequi, vt ibi dicitur. & notat Panor. in capitulo ſi diligenti, tertio nota per illum textum de præſcriptionibus, allegat Innocentium in capitulo dudum, ſuper verbo firmatio, de decimis. Andreas in capitulo primo. §. præterea, quę ſit prima cauſa beneficii amitten. per text. in l. nec ullam, de petitione hæredi. hoc quò ad poſſeſſorium, quò autem ad petitorium, vaſallorum murmuratio pro contradictione eſt, ac diſſenſu, dum non audent domino obſiſtere, & quaſi obſequiosè agunt. Andreas ſingular. in titulo quæ ſint regalia, in verbo extraordinaria collectio, finali columna, vel dum ob diſcrimen, & periculum non audent. Sandęus in capitulo, cauſam matrimonij, de officio delegati. Barbatia in ſimili in conſilio vltimo, ſecundo volumine. idem notat Bald. in l. prima, penultima columna, de bonis maternis, quòd reuerentia filij erga patrem loco eſt contradictionis. tolerandi non ſunt domini, qui vaſallos deterrent, ac eos grauiter percutiunt, diuerſa, & inſolita onera excogitantes ſub figura iuſti ſeruitij. imponi debet eis freni temperies, vt dicit Bald. in l. prima. C. de pœna iudic. qui vnà & dominus Rex, & eius miniſtri ſub clypeo Regiæ Maieſtatis tueri debent, ne opprimantur iniuſti. Rex ipſe dominus eſt perſonarum, vt dicit Federicus in l. quia frequenter.

SVMMARIVM.

1 *Baro inhibet ſuo feudatario, ne ſua vtatur iuriſdictione.*

1 NONA authoritas eſt, quia † Baro inhibet ſuo feudatario, qui ab eo feudum tenet & recognoſcit, ne ſua vtatur iuriſdictione, ſecundùm Bal. in l. prima, C. quo modo & quando iudex quem ſequitur Tantinenſis in verbo, vicariuſque per petrus. ſicut Dominus ſuo Capitaneo præcipit, vt in cauſa ſuperſedeat, & in ea non procedat, ſecundùm Albertum Brunum conſilio. 92. & cõſilio. 97. per l. iudicium ſoluitur, de iudicijs. Sed aliter tenuit idem Bal. in l. prima, de rerum diuiſione, quæſtione. 43. & in l. prima, de officio conſulis. quem ſequitur Cardi. in præludijs feudorum. col. 7. & Curtius conſilio ſecundo, prima col. quia neque Rex poſſet ſe intromittere in cauſis ſpectantibus ad ſuum Baronem. Minimè poſſet Baro de pertinentibus ad ſuum ſubfeudatarium: quia ille habet vtile, quod directo præfertur: vt diſcurrit idem Albertus conſilio. 31. col. ſecunda, & dominus Taurinenſis in dicta. l. iudicium ſoluitur. nun poſſet etiam cũ eo in ſua iuriſdictione concurrere, per not. per Sandæum in dicto capitulo paſtoralis, de officio delegati. Aretinus conſilio. 101. Spectabilis domine, docto. in l. quod in rerum, de legatis primo: quia feudatarius habet iuriſdictionem in feudum, dicitur illam habere priuatiuè quò ad Baronem: cum in ea habeat dominium: vt per Albertum Brunum conſilio. 45. & in conſilio. 47. lex iudicium ſoluitur, procedit, quando tenet in officium, quod eſt reuocabile ad nutum ſuperioris, niſi ſit ad certum tempus determinatum, teneretur ad intereſſe; vt not. Moderni. & ibi Purpu. & Cagnol. in l. diem functo, de officio aſſeſſorum.

* De hoc Io. Fab. in l. & ſi ſeuerior. in fin. C. ex quib. cau. infam. irroga. q. habens dominium vtile in iuriſdictione poteſt pœnam poſt ſententias immutare ſecus, quando habet officium. *

Sicuti Rex nõ ſe intromittit in cauſis ſpectantibus ad ſuum Baronem, nec Baro de his quæ conceſſa ſunt ſuo ſubfeudatario. eadem eſt ratio, & iuris cenſura, & hoc iure vtimur in Regno, tam ex prouidentia iuris communis, quàm pragmaticarum, vt vnuſquiſque à ſuo iudice iudicetur. neque Rex, aut alius ſuperior cognoſcit; cum alteri delata eſt iuriſdictio, niſi ex cauſa, per quam prima iuriſdictio à lege reſtringitur, ſecundùm Baldum in l. fin. de ſenatoribus.

SVMMARIVM.

1 *Baro eſt iudex ordinarius vaſalli ſui, cui poteſt præcipere, ne litiget coram non ſuo iudice.*

2 *Vaſallus an poſſit prorogare iuriſdictionẽ Baronis, ſine eius voluntate.*

1 DECIMA authoritas, quia † Baro eſt ordinarius iudex ſuorum vaſallorum: vt dicit Andreas in in capitulo primo. §. hæreditatem, de pace tenenda. & in l. Regni poſt mortem, & in conſtitutione officiorum. & ipſe quò ad eum eſt iudex immediatus. & priuatiuè exercet iuriſdictionẽ quò ad alios ſuperiores, ne ſuper eo ſe intromittant. ſi videt vaſallum ſuum, prorogantem ſine eius voluntate, & coram alio iudice litigantem, poterit illi mandare, ac iniungere ſub ſacramento fidelitatis, ne procedat coram eo iudice, cuius iuriſdictionem prorogat Cardi. Alexand. ſingular. in capitulo primo. §. præterea, columna tertia, de prohibita feudi alienatio.

2 per Federicum. Dominus † Iacobinus in l. prima, de iudicijs, Alexandr. Mayn. in l. prima. §. & poſt operis, de noui operis nunciatione, plene tractant, ſi poſſit vaſalius prorogare iuriſdictionem in alium, ſed an dominus hoc præcipiat, nemo ibi ſcribit. & ſi vaſallus non paruerit domino, incurrit indignationem ſuam, & poterit illi multa imponi, de quo dic, vt in dicto §. præterea, per Moder.

SVMMARIVM.

1 *Baro poteſt præcipere ſuo feudatario ſub comminatione, quatenus infra certum tempus expediat cauſam, aliàs ad ſe aduocabit.*

2 *Comminatio facta a iudice ſuperiore vt infra certum tempus cauſam expediat, intelligitur poſtquã cauſa eſt in limine expeditionis, vt puta quia concluſum.*

3 *Comminatio non poteſt fieri per Baronem contra ſuum ſubfeudatarium, niſi penes ſe retinuerit cauſas appellationis.*

4 *Comminatio non poteſt fieri officialibus Baronum habentium ſecundas cauſas, niſi ab ipſo Barone, qui eſt iudex appellationis.*

1 VNDECIMA authoritas, Baro † poterit ſuo ſubfeudatario mãdare, quòd expediat cauſam infra tantum tempus, aliàs ad ſe aduocabit, propter defectum retardatæ iuſtitiæ: vt not. in capitulo irrefragabili. §. exceſſus, de officio ordi. quia Baronis intereſt, vaſallos litibus non inuolui, ſecundùm Taurinen. in verbo Comes. per tex. in capitulo paſtoralis, de officio ordi. Romanus ſingular. 473. Boerius etiam ſuo ſingulari in verbo iudex. dominus Petrus Rebuffus ſuper prima parte ſui operis, folio 441. & Moderni in conſtitutio. Regni iuſticiarijs. & in Regno dicitur iuſtitia retardari, quando poſt duos menſes à ſuperiore proclamatos, & ſtabilitos cauſa non apparet expedita: vt ſtatuit Federicus in conſtitutione ſtatuimus. & in conſtitutione nomen & normam. & in conſtitutione, hac lege. & in conſtitutione, officiorum, dicitur negligens

gligens ſubſeudatarius, quando a domino re-
quiſitus obmuteſcit, ſecundùm Lambertinum
epiſcopum Liſulenſem in tracta. de iure patro.
ſolio 113. Modernos in conſtitutione iuſtitiariis.
Nec refert in conceſſione ſeudi hoc non fuiſſe
expreſſũ, quaſi hoc non liceat feudo conceſſo a-
lienam conditionem apponere: vt not. in capi-
tulo primo, de natura feudi: quia hoc eſt onus,
quod lex imponit dominio, poſſeſſione etiam
in alium translata: vt dicit Bald. ſingul. in l. pen.
de ſenatoribus. quem allegat Afflictus in capitu
lo primo, col. 40. de ſucceſſio. feudi. hoc eſt onus
ex regula iuſtitiæ, per quam poteſt modificari
priuilegium, ſecundùm Cardi. in capitulo domi
no guerram. col. quinta. hic finitur lex. Socinus
conſilio 86. pen. col. volu. quarto. plenè Alber-
tus Brunus conſilio primo. & ibidem Campe-
gius conſilio ſecundo. & in conſilio. 11. autho-
ritate legis poteſt reſtringi & modificari priuile-
gium, ſecundùm Lucam de Penna in l. diuæ. C.
de decurio. libro decimo, ſicut quando eſt ambi
guum, poteſt a ſuperiore declarari: vt per May-
num conſilio 128. quarto volumine, in quinta
columna, lex eſt illa, quæ reſtringit, aut modifi-
cat, aut interpretatur. non dicitur Baro grauare
feudatarium aliquo onere, quemadmodum re-
uocare non poteſt. minimè onus iniungere: vt
in l. perfectæ. C. de donatio. quæ ſub modo, quia
non licet in ſeudatario abuti ſeudo, in pernitiẽ
tertij. lex imponit habenas, ne re ſua malè vta-
tur, arg. l. 2. de his, qui ſunt ſui vel alieni iuris.
hoc ſatis videtur rationabile, & æquum, ne lites
proſerantur in longum. l. properandum. C. de iu
2 dicijs. Iſta † concluſio intelligitur procedere,
quando in cauſa eſſet proceſſus inſtructus, & res
eſſet in eo ſtatu, quòd poſſet expediri: tunc ſupe
rior apponit manus pro celeri expeditione, vt
in c. irrgantium, de re iudi. hoc æquitati, dicit
ſum. Pontif. ibi, conuenit, & rigori. & procedũt
iura allegata, & authoritates Doct. in locis præ-
allegatis. ſecus ſi non eſſet in eo ſtatu, vt de cele-
ri, & infra duos menſes poſſet expediri. vtimur
in ſacro conſilio cæteris Regijs officialibus ſi-
miles comminationes facere in fine cauſæ poſt,
vbi eſſet concluſum: arg. l. ſi. rem, & ibi gloſ. de
euictionibus. in principio autem litis nunquam
& conſueuimus decernere irritas proclamatio-
nes ſactas a Baronibus, vel Auditoribus Prouin
ciarum, poteſt bene a principio cauſa committi,
ut infra talem terminum expediatur, ſecundùm
Albericum de Roſat. in dicta l. properandum. §.
ſin autem alterutra. etiam ab eo qui non eſt ſu-
premus iudex: & ibi ſequitur Dominus Iacobi-
nus, quaſi quòd ipſe poſſit metam inſtantiæ in
cauſa præfigere, de quo eſſet dubitandum, ſecun
dùm Cynum ibi. quando cauſa eſt in exordio li-
tis, libellorum forma eſt, quòd amotis dilationi
bus cum omni, qua celeritate decet, parti-
3 bus auditis faciat iuſtitiam. prædicta † autem ve
ra ſunt, quando Baro cõceſſit alteri primas cau
ſas: ſecundas autem, quas habebat, retinuit. ſe-
cus ſi primas, & ſecundas cauſas alteri conceſſiſ-
ſet. tunc ipſe non poſſet has comminationes fa
cere, cum hoc ſpectaret ad eum, qui habet cauſas
appellationum. ille poterit comminari, cui ob
retardatam iuſtitiam cauſa deuolueretur: vt not.
in dicto §. exceſſus. & in capitulo paſtoralis. eſſet
tunc immittere falcem in meſſem alienam: quia
cauſa appellationis non eſſet ſua, & alterius eſ-
ſet cognitio: ſibi non licet: quia eſſet cognoſcere
de cauſa ſibi non ſpectante: vt not. in capitulo
cum contingit. de ſoro competenti, & in capitu
lo ſecundo, de exceſſibus prælatorum. gradatim
in cauſa procedendum eſt, capitulo in ſingulis,
de ſtatu regularium. & in capitulo anteriorum,
ſecunda quæſtione. 6. etiam Princeps ſupremus.
non poſſet. quando ipſe omnem iuriſdictionem
dedit in feudum, non habet locum text. in l. Im-
peratores. de appellationibus, ex quo per indire
ctum eſſet auferre feudum, & iuriſdictionem
feudi, ſi Baroni ſua iuriſdictio non ſeruatur, to
tus ordo ſubuerteretur, arg. text. in capitulo per-
4 uenit. 11. quæſtione prima. Nos † in ſacro conſi
lio pronuntiamus, nullas & irritas eſſe commi-
nationes factas officialibus Baronum, quando
& ipſi cauſas appellationum habent. ad eos pri-
mò eundum, & recurrendum eſt. ipſi ſuis debẽt
præcipere officialibus, ubi ipſi requiſiti denegãt,
vel retardant, aut clauſo, vel aperto oculo diſſi-
mulant: tunc licita eſt comminatio, cum per eam
reducatur priuilegium ad regulam inſtantiæ. &
cauſa ad Regem deuoluitur ob retardatam, aut
neglectam iuſtitiam ob culpam ſui officialis eo
diſſimulante. ſcit ipſe, non prouidet, negligit, ea
cauſa ſe facit indignum. Rex de cauſa cognoſcit
non obſtante quolibet priuilegio. reſidet penes
Principem omnis iuriſdictio, & ab eo recedere
non poteſt. capitulo dudum. §. nos igitur. de præ
ben. in ſexto. ex cauſa poteſt pro arbitrio & vo-
luntate tollere: cum ſint omnes magiſtratus de
iure ciuili, ſecundùm Bald. in l. reſcripta, in fine.
C. de precibus impera. offerre. ꝙ in authen. qua
in prouincia. C. vbi de crimine agi oportet. ma
gna eſt cauſa, negligentem ſe exhibere in iuſtitia
adminiſtranda, in qua peruigil eſſe debet. ſecun
dùm Moder. in dicto capitulo ſtatuimus, & in
conſtitutione ſalubritatem & per Lucam de Pen
ne in l. ſecunda, col. quarta. C. de naufragijs, li-
bro 11. & Caſſaneus in conſuetudi. Burg. ſolio 91
ſi potuit prouidere, & non prouidit, ac occur-
rere negligentiæ miniſtri, non caret ſcrupulo cõ
ſcientiæ, quando caſus occurrit. vix poteſt per-
ſuaderi contrarium: tunc non eſt detrahere pri-
uilegio, quo per negligentiam eſt priuatus vel a
lege, vel ab homine. cauſæ tamen cognitione ad
hibita, de qua plenè per Dominum de Puteo in
tract. de ſindicatu, in verbo negligentia.

SVMMARIVM.

1 *Baro tempore guerræ vel neceſſitatis poteſt inuito ſubfeudatario cuſtodire caſtrum ſui ſubfeudatarij.*

2 *Dominus agri tempore fructuum poteſt deſtinare famulum in agro ad cuſtodiendum, ne colonus occupet fructus.*

3 *Cuſtodia impoſita per Baronem in feudo vaſalli tempore neceſſitatis non excuſat ſubfeudatarium a cuſtodia, quam tenetur ipſe facere.*

DECI-

DECIMA SECVNDA authoritas
† tempore guerræ, vel neceſſitatis
poteſt Baro ſubfeudatario in
uito caſtrum, quod dedit in feu
dum cuſtodire, dum ſuſpicatur
in eius proprietate vtili præiu-
dicium fieri. Bal. per illum text. in capitulo pri
mo. §. quid ergo, de inueſti. de re aliena facta. qa
poteſt rem ſuam tueri proprietarius vſufructua-
rio inuito. l. ſi ita. §. dominus, de vſu & habi. &
ibi Barthol. de Capua, & poſt eum Cyn. & Bal. &
ibidem Albe. de Roſa. & in l. 1. in fi. de dam. io-
fe. Afflic. in rubr. quæ ſint regal. nu. 57. Luc. de
Pen. in l. decurionum. C. quãdo & quibus quar
ta pars. libro 10. & in l. fi. C. de locatione præ-
diorum ciuilium. idem Afflic. in l. Regni violen
tias. col. 9. & in l. in locis demanij. Paris in tract.
de reintegr. feud. fol. 98. arg. l. 1. C. de naui. non
excuſa cui addo Bal. conſilio 358. primo libr. &
conſilio 158. proponitur, tertio volumine. ex
† quo text. in d. §. dominus. notat Alex. in l. di-
2 uortio. §. vltimo, ſoluto matrimonio, quòd do
minus tempore fructuum poteſt deſtinare famu
lum in agro, ne colonus fructus fraudet, & occu
pet: allegat tex in l. ſecunda. C. quando & quib.
quarta pars debeatur, quem ſequitur Cotta in
ſuis memorabilib. in verbo fructus. fo. 69. Bal. no
tabiliter conſilio 82. primo libro. & ideo ibidẽ
poterit aſſiſtere, donec fructus colligantur. ſecun
dùm Bal. ibi, & in l. fi. & ibi Ang. C. de litigioſis.
Laudenſis in tracta. de caſtellanis, & Dominus
de Ripa in tracta. de peſte, char. 108. in paruo li-
bro. idem notat Bal. in capitulo ſi vaſallus. tertia
columna. de contén. inter dominum & vaſallũ.
quòd ſi vaſallus claudit hoſtium feudi, poteſt do
minus illud aperire, ar. l. domini horreorum, lo-
cati. ex quo habet ius ſuperioritatis in feudo, ſe
cundùm eundem Bal. in titulo. C. de nouo codi
ce compon. col. 4. & hoc poteſt facere, etiam va-
ſallo ignorante, quando forte belli neceſſitas a-
deſt: vt firmat Lucas de Penna in l. ſecunda. C.
de exactor. & diſcuſſori. libro 12. nec requiritur
citatio, ſecundùm Sandæum in capitulo cum o-
lim. columna decima, de reſtitu. ſpoliatorum. &
hæc cuſtodia poterit fieri per appoſitionem gen
tium armatarum, vt dicit Ang. in l. nullus. C. de
ſumma trinitate & fide catholica. quem ſequi-
tur Taurinenſis in verbo de caſtro rubei. colu. 4.
Albericus etiam in l. fi. de vſu & habi. Boerius
in tracta. de cuſtodia clauium por. ciui. char. deci
ma, in primo libro. & Bal. in conſilio 158. pro-
ponitur, tertio libro. Dicit tamen Cardi. in di-
cto capitulo primo. §. quid ergo. ſecunda col. ꝙ
hæc cuſtodia, quę fit neceſſitatis tempore per Ba
ronem, aut alium ſuperiorem dominum, debet
fieri ſyncerè, ſine fraude, & abſque expulſione va
ſalli. allegat Ang. in dicta l. fi. tex. in l. pen. vſufru
ctua. quemadmodum cauea. & in §. quoniam.
Capicius in l. imperialem, nihil allegat. dicit pro
cedere, quando vaſal. eſſet negligens. allegando
Bal. qui illud non dicit in loco per ipſum allega
to. Idem tenet dom. de Ripa in loco ſupra alle
gato. & Afflic. in dicta rubrica, numero 55. vter-
que cuſtodiet: quia de vtriuſque præiudicio agi-
tur. nec alius alium excludit a cuſtodia, ſed om
nia ex æquo & pari procedent ad eundem ſi-
nem, ne fiat in feudo aliqua captio, & feudi. ut
perueniat in poſſe hoſtium, a quibus vix rehabe
ri poſſet ſine grandi iactura. expenſæ autem, quę
occurrent in hac cuſtodia, & tutela feudi, debẽt
fieri per Baronem, in quibus ſubfeudatarius non
tenetur contribuere, tanquam vnus dominus
feudi, ſi ſuperior appoſuit ipſe cuſtodiam, ſed
tanquam vnus de popularibus ſui caſtri, ſecun-
dùm Bal. in l. ſi aliqua, de officio procon. & lega
ti. quem ſequitur Cepolla in tracta. de ſeruitu. vr
banis, cap. 39. idem tenet dominus Iacobinus in
l. ſi is qui. §. quod dicitur, de iure dotium. Boe-
rius in eodem loco. idem Veronenſis in titulo de
ſolo & area, in fine. Crem. ſingulari 25. Maynus
in dicta l. diuortio. §. ſi, ſoluto matrimonio. Cot
ta in verbo Rex noſter, char. 147, & in verbo ca-
ſtrum. Dominus Petrus Iacobus in ſua practi-
ca. char. 80. columna ſecunda, & ſi in feudo non
eſſent homines, ſeu populares, idem tamen ſub-
feudatarius non eſſet immunis ab ea impenſa,
quàm fuiſſet ipſe facturus, arg. l. inter. §. primo,
mandati. qualiter autem fiat contributio Baro-
ni pro refectione caſtri, an ſicut præſtatur Regi,
ponit Afflictus in titulo quę ſint Regalia, in ver
bo angarię, vbi plenè. & an Baro poſſit cogere
homines ſui feudi, vel ſubfeudatarij ad cuſtodiã
caſtri, vel turris, Ang. in l. turres. C. de operibus
publicis, dicit quòd non, per tex. illum, quem di
cit ſingularem Maynus in l. domos hæreditarias
de legatis primo, & alibi non legiſſe. tu vide Gui
donem Papam deciſio. 631. in quadam cauſa,
qui aliter tenet. & dominus de Ripa in tractatu
de peſte. fol. 108. & ibidem, ſi eccleſia poſſit ad
id compelli: quia de omnium ſalute agitur, &
quid in muliere, & aduenis. & ſi dominus facit
impenſas. idem Guido Papæ ſingulari. 430. &
qui teneantur contribuere deciſione ſua 7. Luc.
de Pen. in rubrica. C. de tyronibus. libro 12. di-
cit. quòd licet Rex, vel Baro non poſſit cogere
ſubditos feuda non tenentes ad armatam tamen
tyrones ex ciuitate vel caſtro electos & idoneos
accepto ſtipendio pro publica expeditione com
pellere poteſt. idem tenet dominus Petrus Do-
ctor Gallicus in ſua practica feudali. & dominus
de Gello in ſuo tractatu, in principio. idem An
dreas de Iſernia in §. nauigia, de ſtatutis. & con
ſuetudi. quòd Baro, vel magiſtratus non cogit
homines ad aſſociandum, vel capiendum male-
factores. id ſuo ſumptu facere debet, & non alios
cogere ad faciendum, ſecundùm eundem An-
dream in l. Regni, pœnam eorum. & in lege. iu-
ſtitiarij non per calendas. & l. ſi damna clande-
ſtina. non tenetur alius exponere ſe periculo pro
capiendo malefactore: vt idem Andreas ſcribit
in dicto titulo, in verbo ſatisfactum. & in §. re-
ceptatoribus, de pace. iura. firman. & in §. præte
rea. prima col. quæ ſit prima cauſa benefi. amit.
Mayn. in l. prima. §. ſi tibi, de condi. ob turpem
cauſam. vbi quis non tenetur indicare malefacto
rem: vt in dictis locis traditur. minime illum ca
pere, vbi maius periculum verſatur, arg. text. in l.
4. §. vltimo, de condi. ob turpem cauſam, poteſt

habere pecuniam pro aliquo capiendo, ergo nõ poſſet ad id cogi, ſecundùm Albericum in l. primo. §. ñ. de ſeruis fugitiuis. tex. in l. ſolent, de præſcriptis verbis, in Regno eſt prouiſum per capitula Honorij. multa ponit Puteus de ſindicatu, in verba, an officialis, folio 29. & in verbo brachiũ alterius ſolet ſeruari de facto, qñ neceſſitas imminet. & põt ſuccurri domino, aut miniſtris eius ſine diſcrimine, & dominus offert ſalarium, & expenſas. illi autem nolunt, & ſine cauſa iuſta recuſant pro arbitrio præmiantur, teſte domino Petro Rehuffo ſuper conſti. gall. ſecunda parte, folio. 107, Bal. dicit in capitulo primo, prima col. hic finitur lex, quòd fiſcus ſoluit impenſas pro capiendo delinquente, per tex. ſingul. in l. mulier in opus ſalinatum, de captiuis. etiam ſi fuerit captus a priuato per tex. ibi. Lucas de Penna in l. annonas C. de eroga. militaris anno, libro 12. & in l. prima. C. de ſuperindicto, libro 10. ponit plures quæſtiones. Andreas in titulo quę ſint Regalia, in verbo vectigalia. & per Bart. in l. nulla macula, C. de delatoribus. libro decimo. & vide Capellam Tholoſanam deciſio. 41. Vnum notandum eſt, ſecundùm Car. & alios in dicto §. quid ergo, quòd † ſi Baro apponit cuſtodes in feudo tempore neceſſitatis, non per hoc erit liberatus ſubfeudatarius a cuſtodia, quam ipſe debet adhibere in feudo. ſequitur dominus Capicius in l. Imperialem. col. 64. vel ſi ipſe mittat ad dominum pro cuſtodia: quia dicat, ſe non poſſe munire, & cuſtodire caſtrum, debet ipſe diligentiam adhibere, nec ex hoc erit excuſatus, cum ipſe percipiat, vel perceperit fructus, debet ſentire onus, ex regula iuris. Abbas in capitulo perſonis, de reſtitutione ſpoliatorum.

Si dominus Baro fecit expenſas pro munitione, & cuſtodia caſtri, pro qua ſubſeudatarius pro rata aliqua deberet contribuere, & ipſe Caſtrum poſſidet, an poſſit ſubfeudatario petenti reſtitutionem Caſtri opponere retentionem Caſtri, donec ſibi fuerint impenſæ ſoluta, ponit Ioan. de Anania conſilio 32. & Carolus Ruinus conſilio 10. in quarto libro. & quid ſi offeratur cautio fideiuſſoria, Antonius de Fano in tract. pignorum quarta parte. idem Ruinus conſilio 117. tertio libro, ad l. in fundo, de rei vendica. & ad ea quæ ſcribuntur in l. domos hæreditarias, de lega. 1. idem Ruinus conſi. 38 in fi. volu. primo.

S V M M A R I V M.

1 *Baro eſt iudex ordinarius ſuorum vaſallorum, & poteſt cauſas alteri delegare, & facit prouentus ſuos.*

2 *Pœna pecuniaria non ſunt de mero imperio, quando non proueniunt principaliter ex delicto ſed ex cauſa ciuili.*

3 *Baro delegans cauſam ſui vaſalli cognoſcit de grauamine ſeu appellatione a delegato, non obſtante quòd in priuilegio nõ retineat ſecundas cauſas, ſed ſecus eſt in Regno. vide nu. 5. & 8.*

4 *Appellatio a delegato fit ad delegantem.*

5 *Baro in Regno ſi non habet priuilegium ſecundarum cauſarum non cognoſcit de appellationibus,*

6 *Appellationis cauſa non venit in conceſſione iuriſdictionis.*

7 *Barones in Regno non poſſunt ipſimet cognoſcere de primis cauſis, ſed eorum capitaneus.*

9 *Iuriſdictio ciuilis cenſetur conceſſa eo ipſo quòd eſt facta aſſignatio territorij in caſtro, ſecus criminalis, quæ non venit niſi ex Principis oraculo.*

DECIMATERTIA authoritas eſt, quia † Baro dicitur vaſallorum ſuorum ordinarius iudex, vt notat Andreas in capitulo primo, quarta columna, quid ſit inueſtitura. & in capitulo primo: §. Præterea, de prohi. feud. alien. per Federicum, & in capitulo primo, §. item qui domino. & in §. ſed qui delator, quæ ſit prima cauſa benefi. amit. & in capitulo primo, qualiter vaſallus iurare debeat domino fidelitatem. & in capitulo ſancimus quo tempore miles. ex hac regula duo inferuntur.

Primò, quòd poteſt Baro cauſas alteri delegare, vt not. Abba. in capitulo cæterùm, de iudicijs. columna quinta, quem ſequitur dominus Albertus conſilio 102. & conſilio 103. Bal. in l. prima. 6. quæſtione. de offic. conſulis, & in l. fin. de offic. præfe. vigilum. idem Abbas. in cap. prudentiam, quarta & 5. col. de officio delegati.

Secundò, quòd omnes pœnæ, mulctæ, contumaciæ, & prouentus ex hac iuriſdictione obuenientes erunt Baronis, ſecundùm Andream in capitulo primo. §. hæreditatem, ſecunda columna, de pace tenenda. & in l. Regni cum ſatis. & in lege iuſticiarij nomen & normam. & in l. officiorum. Paul. de Caſtr. plenè conſilio 353. commodum, primo volumine. Maynus in l. imperium, de iuriſdictione omnium iudicum. Taurinenſis in verbo & cum mero & mixto imperio. idem Albertus Brunus conſilio 31. ſecunda columna, iſtæ pœnæ ſunt fructus iuriſdictionis ordinariæ. vt dicunt Bar. Bal. Alexand. & alij in l. finali, de iuriſdictione omnium iudicum. & dominus Iacobinus in l. ſi proprietati, de iure dotiũ. habet omnia onera feudi, ideo debet percipere omnia emolumenta ex feudo obuenientia, licet Baro nõ habeat merum imperium. † pœ- 2
nas pecuniarias ipſe conſequi debet: quia pœnæ pecuniariæ non ſunt de mero imperio, ſecundũ Bald. in dicta l. fi. de offi. præfecti vigilum. & Paulus de Caſtr. in dicta l. imperium, quando non proueniunt principaliter ex delicto, ſed ex ciuili cauſa, vel incidenter, ſecundùm eundem Bal. in l. ſi qua per calumniam. C. de epiſcopis & cleri. Alexand. in l. ſecunda de ſepulchro violato, in apoſtilla Bar. Decius & Moderni in rubrica de iudicijs. quod fecit pro dominis habentibus iuriſdictionem ſeparatam; quia vnus habet ciuilem, & alius criminalem. Rex Catholicus idem declarauit Illuſtr. Duci ſancti Petri in Galatina cum monacis hoſpitalis ſanctæ Catharinæ eiuſdem terræ, die 26. Ianuarij 1516.

3 Tertiò † infertur, quòd ſi Baro committeret cauſam alteri, & a ſententia delegati appellaretur, ad eundem Baronem eſſet appellandũ, quã-

uis

nis ipſe in ſuo priuilegio non haberet cauſas ap
4 pellationum: quia † a delegato ad delegantem
appellatur, & non ad ſuperiorem, l. prima, quis
& a quo, & ibi Bartol. Andreas in dicta l. offi-
ciorum. & Curtius in tractatu feudi 6. parte, co
lum. 1 a. dominus Iacobinus in dicta l. iudicium
ſoluitur & in l. ſoler in fine. de iuriſdictione om
nium iudicum. Bal. conſilio 449. delegatus Do-
mini Papæ, primo volumine. Romanus conſilio
371. & ſingula. 458. Sandæus in capitulo ſiquis
contra, de foro competenti, & in capitulo dile-
cti, de appellationibus. dominus Petrus Iacobus
doctor Gallus in ſua practica, in forma condi-
ctionis ex moribus, columna ſecunda, char. 70.
& per Modern. Gallos in conſuetu. Pariſ. hoc
prouenit ex authoritate iuriſdictionis eiuſdem
Baronis, quæ veluti ordinaria in ipſo reſidet, ſe-
cundùm Bartol. in l. ſi vnus, columna ſecunda,
de re iudica. & Bal. in dicta l. prima. 6. quæſtione
de officio conſulis. nec eſſet facienda vis, quo no
mine hic delegatus, vel commiſſarius procedat
in cauſa ſibi commiſſa, ſecundùm eundem Bald.
in conſilio 93. primo volumine, qualitas ſpectã
da eſt magis. quàm officij nomen. argumen. l. a.
§. pen. ad tertullianum.

5 De † hoc dicto poteſt dubitari in Regno
an procedat, primò: quia cautum eſt a Cæſare
Domino noſtro, ne Barones ſe intromittant in
appellationibus cauſarum, quæ ſpectant ad cu-
riam Regis. Magiſter Iuſticiarius eſt ordinarius
iudex omnium appellationum cauſarum Regni
6 & † quando conceditur alicui iuriſdictio in Ca
ſtro, non venit cauſa appellationum, niſi ſit di-
ctum, vt notat Ang. in l. prima. §. qui mandatã,
de officio eius cui mandata eſt iuriſdictio, quem
ſequitur Taurinenſis in verbo, & cum mero &
mixto imperio, col. tertia, & dominus Iacobi.
in d. l. iudicium ſoluitur. & in l. imperium, colu.
tertia. Oldradus conſilio 161. columna tertia,
thema tale eſt, Inno. in capitulo cæterùm. de iu-
dicijs.

Secundò: quia poſſet de facili fieri fraus per
Baronem vt viurparet ſibi per indirectum cau-
ſas appellationum, committendo & delegando
cauſas particulares ad hoc, vt ad eundem eſſet
appellandum, firmat Philippus Francus in capi-
tulo dilecti. de appellat. & ibi Bald Geminianus
in capitulo romana, columna ſecunda, & domi-
7 nus Albertus Brunus conſilio 102. in † Regno
hoc Siciliæ Barones non cognoſcunt de primis
cauſis tam ciuilibus, quàm criminalibus, ne va-
ſalli quodammodo territi videre dominum, o-
mittant iuſtitiam petere. & dum ipſi manus ap-
ponunt, & pronunciant, illi deſiſtant eorum iu-
ra tueri. non liceteis in cauſis primis ſe interpo
nere. deligere tamen debent capitaneos, qui de
omnibus cauſis cognoſcant. ipſi procedant in
cauſis, ipſi cauſas expediant, & ſententias execu-
tioni demandent. intereſt vaſallorum vnum ha-
bere iudicem, & non plures, ne ipſi per tribuna
lia plurium diſtrahantur, l. prima C. de colluſio.
deteg. ſæpe ſacrum Conſili. conſultò decreuit,
ne, & ipſi Barones in cauſis ſe intromittant, ſed
in eorum oppidis & territorijs vnum appella-
tionum iudicem conſtituant, qui ſtet ſindicatui
nec committant cauſam modò vni, modò alteri
expedit reip. Regis, & vaſallorum, ne coram plu
ribus litigare cogantur, quicquid eſſet de iure;
8 fraude ceſſante, ſi † Baro cauſam alteri delega-
ret, a delegato eius non eſſet ad eum appellan-
dum, ſed ad Regem, vel ad magnam curiam Vi-
cariæ, quę cognoſcit de appellationibus omniũ
delegatorum, etiam ſi a Rege ipſi delegati eſſent
vt in l. iuſticiarij nomen & normam. & dixi ſu-
pra in officio Magiſtri iuſticiarij. habet Baro iu-
riſdictionem ordinariam quò ad hoc, vt poſſit al
teri delegare, & committere cauſas: & quò ad
effectualem executionem ſententiarum commo
da, prouentus & alia ſimilia. ſecus quò ad cogni
tionem appellationum, quando ipſe in priuile-
gio non habet cauſas appellationum. de prima
cauſa Rex intelligit, argumen. l. boues. §. hoc ſer
mone, de verborum ſignificatio. mixti eſt im-
perij appellatio, ſecundùm Alexandr. in dicta l.
imperiũ. debet in ſpecie concedi. & eſt ius quod
dam ſuperioritatis, magis Regium. & hoc tene-
mus in Regno. aliud eſſet, ſi per viam recorſus, ſi-
ue querelæ, qui non cognoſcit de appellatione,
ex ſuo officio implorato ſuper recurſu proui-
det. & qui non poteſt appellare, poterit implo-
rare officium iudicis. l. planè & ibi Ang. de peti
tio. hæreditatis.

Quod autem dixi, iuriſdictionem Baroni com
petentem eſſe ordinariam, & ideo fauorabilem,
intellige, quando habet Baro vaſallos cum terri
torio, ſecundùm Andream in præiudijs feudorũ
columna quarta, & in capitulo primo, de capita
neo, qui curiam vendidit. Sandæus in procœmio
decreta. allegat conſilium Oldr. vniuerſitas agro
rum dat fauorem iuriſdictioni ratione ſubiecti,
cui cohæret. ſine autem territorio iuriſdictio in
perſonam anomala eſt, non eſt regularis, vt ſu-
pra dixi, illa ſine territorio dicitur hærere perſo
nis, vt not. in capitulo contingit. & potius habe
tur vt delegata. item intelligo quò ad iuriſdictio
nem ciuilem, quæ venit ex regula communi vnà
cum ipſo territorio, in quo exercetur, illa eſt fa-
uorabilis: quia per conceſſionem in feudum nul
la fit derogatio iuri communi, ſed regulatur ſecũ
dùm ius commune. eſt veluti nebula ſupra palu-
dem: vt ait Bal. in capitulo primo, de allodijs, in
ſecunda col. & eſt ab ea inſeparabilis regulariter
ex not. per Inn. in c. in literis, de iure patronatus
quatenus cõſiſtit in pati, ſecũdũ Bal in c. 1. 2. col.
de conſuetu. recti feudi, per l. nulli. §. quòd ſi in
vno. C. de epiſcopis, & clericis. & in §. ſiquis au
tem, in authentico, quibus modis naturales effi
9 ciantur iui † eo ipſo, quòd ab homine in caſtro
aſſignatur territorium actiuè, aſſignatur iuriſdi
ctio, ex not. per Inno. in capitulo cum ad ſedẽ.
de reſtitutione ſpoliatorum. iuriſdictio autem
criminalis non iudicabitur fauorabilis: cum ea
regula iuris ex ſola conceſſione & donatione nõ
veniat, niſi ex ſpeciali principis oraculo aſſigne-
tur, per legem Federici ea quæ ad decus. not. An
dreas in titulo, quæ ſint Regalia, in verbo pote-
ſtas creandorum magiſtratuum. quicquid de iu-
re communi fuerit diſpoſitum. vt per Oldradũ

con-

conſilio 251. ad quæſtionem. Alexand. in l. prima, in fine, de iuriſdictione omnium iudicum. Socinus conſilio 74. in primo libro. Sandeus in capitulo quòd ſedes, de officij ordinarij. & Doctores in capitulo fi. de capitaneo qui curiam vẽdidit. eo ipſo quòd illa conceditur cum caſtro, & territorio, Baro habet iuriſdictionem ex priuilegio, & feudum dicetur accedere iuriſdictioni, ſecundùm Afflictum in capitulo primo. §. ex eadem lege. de lege Corradi. Baldus poſuit in dicto capitulo primo, vbi idem Afflictus. & quò ad cauſas ciuiles Baro dicetur habere iuriſdictionem ordinariam. & quò ad criminales dicitur procedere ex priuilegio, ſecundùm eundem Afflictum in capitulo primo. §. ſiquis aliquem, de pace tenenda, & in capitulo primo. §. præterea, el ſecundo, de prohi. feud. alie. per Fedarr. ex hoc dicto domini Afflicti infertur, quòd Baro quò ad cognitionem cauſarum criminalium dicatur procedere vt iudex delegatus, & vt commiſſarius domini Regis in cauſis ſibi commiſſis ex forma priuilegij. poſſunt ex iſta regula notari multi effectus. ſed ego vereor, quod vtroque reſpectu Baro iudicabitur ordinarius iudex: quia ſub vna ſerie, & forma habet iuriſdictionem, tam ciuilem quàm criminalem, vtraque traditur in feudum, & in vtile dominium, licet regulariter illa non veniret in Regno, niſi ſit dictum: cum ſit peculiare decus ipſius Regis. ſi tamen conceditur in feudum alicui pro ſe & hæredibus, erit ſub regula feudi, quæ eſt fauorabilis: non tamen ſecundũ ſuam primæuam naturam. vt dicitur de vſufructu, cuius natura non eſt ad hæredes tranſitoria. ſi tamen detur alicui pro ſe & hæredibus, & in perſona hæredis poſſet iudicari nouus vſusfructus, per l. ſtipulatio iſta. §. ſed ſiquis, de verborum obligationibus: quia tamen à principio fuit ſic conceſſus, habet hæres vſumfructum ex ſtipulatione defuncti, & vt rem hæreditariam, vt no. Ioannes Faſoli in capitulo primo, de eo qui ſibi & hæredib. ſuis, per illum textum. gratia tamen iuriſdictionis criminalis erit principalior, ſecundùm Bald. in dicto capitulo primo, quia maior, & dignior alia re conceſſa, procederet dictum Domini Affinis mei, quando iuriſdictio criminalis concederetur in officium pro eo Barone, & hæredibus ſuis: vt ſunt nonnulli in Regno, qui ſunt vt Regij Capitanei in iuriſdictione criminali, ſecus quando datur in beneficium, & in feudum, prout diſtinguit Sandeus in dic. capitulo, quod ſedes. datio in feudum eſt fauorabilis eo ipſo, quod in feudum datio eſt, eſt beneuola actio: vt dicitur in §. beneficium. non eſt conſiderabile, quid in eà conceſſione veniat, ſed an ſit conceſſum in feudum, ex quâ noua oritur natura rei, & vetus occultatur, non dicam extinguitur. ceſſat ille vigor, & illa qualitas. videretur dictum ex vnica conceſſione facta alicui Baroni vnius caſtri cum territorio, ac iuriſdictione ciuili, & criminali: quo ad iuriſdictionem ciuilem habere ordinariam poteſtatem, & quò ad criminalem, vt delegatam, contra l. eum qui ędes, de vſucapio. poſtquàm vnica fuit conceſſio, & ſub eadem oratione in feudum facta. hoc limitare eſſet contra intentionem concedentis. iuriſdictio criminalis quamdiu reſidet penes Regem, eſt decus ſpeciale ipſius Regis, vt dicit Federicus in dicta l. ea quæ, & in titulo quæ ſint regalia, in verbo poteſtas creandorum magiſtratuum. & in verbo & condemnatorum. in eo reſidet, vt in gubernatore, & adminiſtratore reipublic. ſui Regni. donec ipſe alteri donet, aſſignet aut committat, eo ipſo. quòd alteri donat, non cenſetur penes recipientem eſſe ius Regale, ſub illa regula & natura quę erat, quando erat in Corona, & demanio ipſius Regis. ſed quò ad quid retinet, & quò ad quid innouatur ex mutatione perſonæ, per l. Paulus reſpondet. cuius ratio etiam in hoc militat.

Ex his patet, quę colliguntur in verbo vectigalia, vbi vectigalium impoſitio ius regale eſt, donec imponatur, ſoli Regi licet in Regno. ut toto titulo. C. noua vectigalia. text. eſt in capitulo innouamus, & ibi Abbas de cenſibus. poſt, vbi impoſitum eſt vectigal, aliam naturam aſſumit, & deſinit eſſe ius Regale, ſecũdùm Raphaelem Cumanum conſilio 361, viſa copia priuilegiorum. & habetur per Lucam de Penna in l. contra publicanos. C. de re militari, libro 12. in eo iure vectigalis formato non requiritur tempus immemorabile, ſecundùm Bar. in l. foramen, de ſeruitutibus. & in l. ſi publicanus. §. fi. de public. Bal. & Card. in d. §. vectigalia. Regium eſt, licentiam impartiri id, quod ex eo percipitur, non ſic, vt not. Firmanus in tracta. de gabellis, char. 20. 14 quęſtio. & Dominus Rauenna in ſuo alphabeto char. 138. allegat Bald. in capitulo primo, in fin. Epiſcopum vel Abbatem. retinet quò ad hoc, vt ſine Principis licentia vendi non poſſit, ſecundùm Socinum conſilio 4. volumine tertio. idem dixit Bart. in l. eorem tertio. §. qui maximos, ſecunda colomna, de publicanis. aſſenſũ Regis requiri in alienatione eius. & in l. in diem in fine, de aqua pluuia arcenda. & ibidem Pomarius in apoſtilla, dum intelligit quò ad proprietatem ipſius, & dominus Nicolaus Boerius de cuſtodia clauium, fol. 11. authoritas, & poteſtas cognoſcendi de cauſis meri imperij pendet à nutu Regis, qui ſolus habet ius gladij in Regno, ut l. imperium dicitur. & facultatem puniendi facinoroſos homines. l. congruit, de officio præſidis. text. not. in l. fi. ibi, & iuſtitia animaduerſionis; de ſeruis fugitiuis. hoc eſt ius ſacrum, & imperiale, dum ipſe decreuit & ſtatuit detineri non poſſe ſine eius oraculo ſpeciali. ſiue ergo criminalis iuriſdictio ſit principalior gratia, vel ea accedat dationi territorij. feudalis tamen effecta eſt ex voluntate eius, qui potuit rerum naturam mutare. non poteſt cenſeri delegata; cum in ea Baro habeat vtile dominium, non eſt in officiũ, vel in commiſſoriam aſſignata, ſed in feudum. Ergo erit ordinaria: vt not. Sandeus in capitulo paſtoralis. de officio ordina. & propterea fauorabilis. Vide autem de pœnis, quæ ex hac iuriſdictione procedunt, per dominum Bertrandum conſilio 276. volumine tertio, per dominum Petrum Iacobum Gallicum in ſua practica, in forma cond. ex lege. col. tertia, char. 119. & quæ notat Bal. ſi eſt facta conceſſio cum omnibus iuribus; in

con-

conſilio 419. Dominus noſter, volumine quarto, & in conſi. 306. diſtinguendũ, eodem libro. & Paul. de caſt. conſi. 353. primo volumine, & per Maynum conſilio 45. primo volumine. Et an quando habet merum imperium, poſſit Baro imponere pœnam confiſcationis omnium bonorum, per Andr. in dicto §. hæreditatem. & in capitulo primo, hic finitur lex, ad legem primã. C. ne ſine iuſſu Principis certis iudicibus liceat cõfiſcare. & ibi dominum p Rebuffum. & in l. Regni poſt mortem. Domini noſtræ Rotæ deciſio. 282. & iſta confiſcatio vniuerſalis, vel particularis quo iure, & qualiter fiat, Oldradus plenè conſilio 17. thema tale eſt. ſecunda columna, & per totum ad materiam Alber. Brun. conſilio 31 columna tertia. Si Rex in terra, quam concedit cum iuribus & iuriſdictionibus, non haberet niſi criminalem, aut appellationum cauſas, illę vaniunt, & ſi non dicatur ſpecialiter, arg. l. fundus qui locatus, de rebus dubijs. Moderni in lege Regni ea quæ ad decus. Sandæus in capitulo primo, quarta col. de reſcriptis. bona gloſ. in ſimili in capitulo ſi. de præbendis.

S V M M A R I V M.

1 *Baro eſt legitimus ſucceſſor ſubfeudatarij ſui decedentis ſine hærede, vel legitimo ſucceſſore, & non Rex. Sed quid in Regno.*

2 *Rex eſt dominus perſonarum.*

DECIMAQVARTA authoritas ẽ,
1 quia † ſi ſubfeudatarius ſine hærede vel legitimo ſucceſſore decedit, in bonis burgenſaticis Baronem habet ſucceſſorem, & nõ Regem. Bald. magiſtraliter in l. prima. C. de hæredibus decurionum, quem ſequitur Taurinenſis in verbo & cum mero & mixto imperio. Albertus Brunus conſilio 12. & cõſilio 43. in fine. dominus Bertrandus conſil. 276 tertio volumine. & in conſilio 69. ſecundo libro de hoc tamen poteſt dubitari, an procedat in re
2 gno: quia † Rex eſt dominus perſonarum, vt ſtatuit diuus Guilielmus in lege Regni, ſi quando, vbi Rex ſuccedit, & non Baro: niſi forte Baro haberet in priuilegio: vel ipſe haberet ius confiſcandi bona, vt dicunt Moderni ibi: & in capitulo primo, qualiter vaſallus iurare debeat domino fidelitatem, & in capitulo fin. per quos fiat inueſtitura: vel niſi Rex in conceſſione facta aliqua ſibi retinuerit, vel maiora conceſſerit: ex nota. per Andream in titulo quæ ſint regalia, in rubrica col. 7. & in verbo argentariæ. & in capitulo primo, ſecunda col. qui ſucceſſo. tenean. idẽ Afflictus in d. l. ſi quando. & in l. poſt mortem, cui addo Romanum conſilio 271. vis tota, Bald. tetigit conſilio 151. nonnulli feudatarij. primo volumine. & dixit, non ſuccedere infeudantem ſed ſuperiorem dominum. quando pacta non repugnant, aut ſpecialis conſuetudo: quia infeudãdo omne ius tranſtulit, ad eum amplius non reuertitur, ſed ad fontem, allegat gloſſam, quam dixit non eſſe alibi, in capitulo primo. §. ſimiliter, de lege Corradi, & Iacobum de Beluiſio in capitulo primo. §. illud. de prohi. feudi aliena. per Federicum, licet glo. ibi, in fine, aliter ſentire videatur. vide Paridem de Puteo in tractatu de re integra. feudorum, char. 176. in libro a penna. in bonis feudo redditicijs certum eſt Baronem ſuccedere. & quid de obuentis ex feudo: quia ex fructibus eſt lucratus, vel detinet boues, vel animalia pro inſtrumento feudi, Bal. in c. 1. §. ſi quis de manſo. de contro. inueſtituræ, & aliquid per Lucam de Penna in l. ſi quando. C. de bonis vacantibus, vide per Bal. in l. prima. C. de hæredibus decurionum, Andreã, & alios in titulo quę ſint regalia, in verbo bona uacantia. Ioan. de Neuiza in dicto conſi. 12. Luc. de Pen. in l. prima. C. de petition. bonorum ſublatis, libro decimo, & Martinus de Laude in tractatu de principib. numero. 505. ſi Rex diceret in priuilegio cũ hominibus, prout eſt in antiquis illorum de Normannis: quia transfert Rex dominium hominum, & uaſallorum, & ceſſat ratio legis Regni, quamuis poſſet intelligi, non de ſupremo dominio, per quod Rex ſuccedit, & ultimus hæres. ut fiſcus, & appræhendit ut bona uacantia.

S V M M A R I V M.

1 *Baro reuocat vaſallum ſuum accedentem ad habitandum in terra Baronis vel demaniali, quando eſt obligatus ad ſeruitia perſonalia.*

2 *Vaſallus volens ire ad habitandum in alia terra Baronis vel demaniali an & quando reuocetur per Baronem ſuum.*

DECIMAQINTA authoritas eſt.
1 Baro † reuocat vaſallum ſuum accedentem ad habitandum in terra Baronis, uel demaniali, quando † eſt obligatus ad ſeruitia perſonalia: notat Andreas in lege Regni, q̃ſquis burgẽ. & ibi Moder. cẽſet aſcriptus feudo, ne liceat ſibi a feudo recedere, quã Rex dat illos uaſallos & obligatos ad ſeruitia, & forte ẽt ſi cõcedit cũ hominib. & uaſallis, ſecũdũ Andream in dicta l. quiſquis, & in l. probatorum defectum, & ibi Moderni. & Puteus in tractatu ſindicatus, de exceſſibus Baronum, col. 4. neque etiam uaſallus recedendo præiudicat uero domino, qui eſt ſuus Baro, ſecũdùm Baldum in l. ſecunda. C. de operis libertorum, & in l. ne ſi cui uolens. C. de liberali cauſa. & an ſi tenetur dare camerlingum, uel ærarium, per hoc ſit aſtrictus ad perſonale ſeruitium, uide Capicium deciſione 64. cum illis de Arzano. Nos aliter determinauimus in Conſilio, ut iſti non propterea angarij cenſeantur: quia eorum uniuerſitas ſingulis annis iuſto ſalario teneatur dare unum ærarium, aut camerlingum pro ſeruitio curiæ Domini, non intelligit de iſtis Federicus, Andreas. l. quiſquis, de burgenſibus: pro qua uide Odofredum in l. prima. C. de agricolis & cenſitis, libro 11. & in ſumma ſub rubrica de burgenſibus.

S V M M A R I V M.

1 *Baro cognoſcit de grauamine illato per eius baiulũ quãuis in priuilegio nõ habeat cauſas appellationis*

Appel-

2 *Appellatio a ſententia baiuli interponitur ad baronem ut delegatum Regis non ordinarium, ſi non habet ſecundas cauſas.*

1 DECIMASEXTA authoritas eſt: cum † Baiulus propter ſententiam, vel infert aliquod grauamen ſubdito, debet haberi recurſus ad Baronem: & non poteſt appellari ad Regem, notat Andreas per illum text. in lege Regni officiorũ periculoſa. nec dicitur Baronis & Baiuli idem tribunal, ſicut dicitur de Epiſcopo, & Vicario in capitulo ſecundo, de conſuetu. in 6. ſecundũ Andream ibi. & in conſtitutione Capitaneorum, per Curtium in tractatu feudi conſilio ſecundo. Angelus in l. præcipimus. C. de appellationibus. Alexander in rubrica de officio eius 2 cui mandata eſt iuriſdictio. hoc eſt † ex lege Regni. & Baro, quando non haberet in ſpecie cauſas appellationum, dicetur in illis cauſis Baiuli procedere vt iudex delegatus per Regem: & non vt ordinarius, ex lege diui Gulielmi. licet aliter ibi Andreas ſentire videatur. vel vt ordinarius ex prouidentia illius legis, non vt dominus iuriſdictionis cauſę appellationis, quæ per priuilegium conceſſa non apparet, quare in illis cauſis Camerarij. magiſtri Camerarij, & Baiulorum ſic fuerit ſtatutum, ratio fuit modicitas cauſarum, & ſummarum, quæ tractantur & deciduntur coram eis: pro euitandis ſumptibus, & expenſis litium. vt in authen. niſi breuiores C. de ſententijs: & quia pro habendo recurſu ad Regem, vel iuſtitiarium Prouinciæ maior eſſet impenſa, quã valor cauſæ, vt in l. mediterraneæ. C. de agricolis & cenſitis, veluti quæſtio de equo in ſtabulo poſito: vt notat gloſſ. in l. tertia, de glande legenda. quod dixi, vt a Baiulo appelletur ad Baronem, procedat, etiam ſi fuerit appellatum ad Capitaneum eius, propter vitandas impenſas: & vt ſubditis facilior pateat aditus in cauſulis quinque aut decem Tarenorum Amalphitæ, aut vnius porcelli, non pulſare hoſtium domini.

SVMMARIVM.

1 *Subfeudatarius poteſt compelli a Barone, vt demonſtret ſibi fines & tenimenta feudi, quod tenet a barone.*

2 *Titulum poſſeſſionis ſuæ an & quando teneatur ſubfeudatarius oſtendere baroni petenti.*

1 DECIMASEPTIMA authoritas. Feudatarius † poteſt compelli a Barone, quem vt dominum feudi recognoſcit, vt oſtendat fines & tenimenta feudi, quod tenet a Barone, ſecundùm Manſuerũ in titulo de locato, fol. 84. idem dicit Andreas in capitulo imperialem. §. illud. col. tertia, de prohi. feudi aliena. per Federicum, Maynus in prçludijs feudorum, & in l. ſecunda, de edendo, & in l. ſecunda, de iure emphyteu. quæſtione 46. & Lucas de Penna in l. quicunque. C. de fundis limitrophis, libro vndecimo, & in leg. ſecunda C. quando & quibus quarta pars debetur, ſi autem Baro diceret, ampliores eſſe limites feudi, quam eos, quos feudatarius exhibet, tunc recurrendum eſt ad coniecturas, ſecundùm Andream in capitulo primo, columna ſecunda, & quarta, de controuerſia inter maſculum & fœminam, quem ſequitur dominus Neapolitanus in Conſuetu. prima, in verbo libellatio, in quibus rebus non habet locum quarta, & Socinus conſilio 167 ſecundo volumine, vel quia vaſallus ignorat fines feudi, pro quo præſtat ſeruitium, dominus autem Baro prætendit pro omnibus bonis, quæ circumcirca poſſidet, practicus Ferrarius in forma, qua agitur ad ficti præſtationem, in verbo & ſuper ſolutione, Curtius iunior conſilio quadrageſimoprimo: & in conſilio. 140. ſequitur dicta per Andream in dicto capitulo primo: & plenius conſilio 159. ſecundo volumine cui addo Baldum conſilio 109 ad ſciendum quę & quantę, quarto volumine, & in conſilio 225. quæſtio eſt de terra, & territorijs, primo libro: quando feudatarius prætenderet præſumptam conceſſionem, non teneretur, ſecundùm Socinum conſilio quinquageſimo, quarto libro, Barbatia conſilio quinquageſimo. quarta columna, primo volumine, & Decius conſilio 61. prima & ſecunda columna, primo libro. Moderni in lege Regni, ſi dubitatio, & in capitulo primo, de contro. inueſtituræ, & deciſio noſtrę Rotæ 265. verſiculo 17. Paris in tractatu de reintegra. feudorum dixit in Regno morem eſſe. vt in iudicio 2 vaſallus † teneatur domino oſtendere titulum ſui feudi, ſed non extra iudicium. Allegat Andream in dicto §. inſuper. & Roma. in l. hoc iure. de verborum obligationibus, ipſe dixit in verbo, an vaſalli teneantur oſtendere reintegratori, fol. 25. & in verbo an vaſallus citatus vel conuentus, fol. 45. 46. & 47. & expenſis vaſalli debent fieri duo inſtrumenta: aliud, quod vocatur contracharta ad cautelam feudi, & inſtrumentum feudi ſeu conceſſionem feudi tunc exhibet, quando penes ſe habet, ſecundùm Bald. in l. ſi legatum, de edendo: ſed ſi negat ſe habere inſtrumentum, dicit tamen ſe vaſallum, vel emphyteutam, poteſt expelli a feudo, vel emphyteuſi, ſecundùm Ang. in l. prętor. §. primo, eod. titulo, tanquam ficta ſit conceſſio feudi. quod poteſt conſiderari ex conſuetudine domini concedentis, & ex regione legi. Quid autem eſſet in caſu contrario, ſi dominus Baro petat canonem vel redditum, aut ſeruitium pro feudo, dicit autem vaſallus, oſtendas pro qua re tibi tenear ſoluere, fateatur autem ſe teneri ad illum redditum ipſe autem aſſignet ceſpitem terræ, vide Andream in dicto capitulo primo, ubi plene Bald. dicto conſilio centeſimonono, & Curtium in d. conſil. centeſimo quinquageſimonono, & ſi idẽ feudatarius dicat domino oſtendas primò iura quæ habes ſuper feudo: Baro ſe prætendat poſſidere, Paris in dicto tractatu, fol. 70. dicit, dominum eſſe in poſſeſſione tuendum, donec contra-

rium probetur. allegat pro ſingul. glo. in §. ſi verò, in verbo cogi, de mandatis principum. idem tenet Bal. in capitulo primo. de controuerſia inter vaſalium & epiſcopum. & in l. ſi quis conductionis. C. locati. Ang. in l. malè agitur. C. de præſcriptione longi tempo. Cynus in l. comperit. C. de præſcriptio. 30. dicebat, quòd vbi dominus poſſidet redditum, & ruſticus petat libellum pro redditu ſoluendo, aſſignabit ſibi eundem pro libello: quia debet dominus in ſua poſſeſſione conſeruari, & aget poſtea ruſticus petitorio. & fuit dictum Ioan. Fabri ibi, & in §. retinendæ. & hoc tenemus in Conſilio, quòd vbi dominus poſſidet redditus, vel alios introitus feudales titulo alio non exhibito, cum in perceptione lite pendente tuemur, ex regula iuris, vt lite pendente nihil innouetur. & ex alia communi: quia illa poſſeſſio non eſt contra ius. pro quo vide dominum Guidonem Papæ quæſtione 407. & quæſtio. 408. omnino, & ad primam quæſtionem vide eundem Guidonem ſingul. 929. char. 61. & in tractatu de præſumptio. char. 7. nu. 129. & in ſingul. 55. char. 3. Manſuetus in tractatu de emptione & venditione. fol. 79. Curtius in tractatu feudi. ſecunda parte, ſexta quæſtione. & Taurinenſis in verbo dictique vaſalli promiſerunt recognoſcere. quinta col. & ibidem de pœna, & ad l. cogi. & ad edictum Regis Manfredi. & ad alia in materia.

S V M M A R I V M.

1 *Baro poteſt præcipere ſindico & alijs officialibus terræ ſuæ, quòd reddant computum adminiſtrationis eorum & reliqua reſtituant.*

2 *Baro cenſetur primus ciuis terræ ſuæ & pater omnium.*

DECIMAOCTAVA authoritas eſt. po-
1 teſt † Baro præcipere ſindico, & alijs officialibus terræ. quòd reddant computum adminiſtrationis eorum, & reliqua reſtituant eorum, quæ ex adminiſtratione tenentur: quia † dominus eſt primus
2 ciuis in oppido, & pater: vt concludit per multa Guido Papæ deciſione. 631. ſæpe hoc ſacrum Conſilium prouidit dominis petentibus. & quando eſt ſuſpicio de perſona, quæ diſpungat rationes, eligit vnum de officialibus Conſilij, aut ex rationalibus Cameræ: quando illi negarent, & prætenderent non teneri, an in hac lite & diſcuſſione interim dominus debeat contribuere, vt ciuis, vide dominum Petrum de Antibolo in tractatu de muneribus & oneribus, tertia parte, propè finem.

S V M M A R I V M.

1 *Baro poteſt concedere res ſuæ baroniæ ex cadentiales parum vtiles in certa parte fructuum, ſed non in pecunia.*

2 *Feudatarius licet non poſſit feudum alienare vel in emphyteuſim concedere ſine aſſenſu domini: paſcua tamen, nemora & terras incultas poterit ſine domini aſſenſu in emphyteuſim concedere.*

3 *Bona ſterilia ſunt alterius naturæ, quàm feudalia. & in dubio non veniunt in generali conceſſione facta Baroni.*

DECIMANONA authoritas eſt. Baro
1 † poteſt concedere res ſuæ Baroniæ ex cadentiales parum vtiles in certa parte fructuum, ſed non in pecunia, ſecundùm Andream in capitulo primo, in fine, an ille qui interfecit fratrem domini ſui feudum am. & in capitulo imperialem. & in capitulo 1, de controuerſia feudi apud pares ter. co. 3. & in c. 1. col. 3. de his qui feudum dare poſſunt, quare autem in certa parte fructuum, & non in pecunia liceat, idem Andreas dixit, ſic contineri in regiſtro Imperatoris Federici, quod regiſtrum non habemus in Regno: ſed aliqua parua monumenta legi in archiuo. idem Andreas in lege conſtitutionem diuæ memoriæ: & in capitulo primo. §. ſimiliter. de capi. Corradi, & in cap. 1. ſecunda col. de prohi. feud. alie. per Federicum in ca. 1. §. ſi verò. de pace iura. firma. & in capitulo primo, de feudo non habente propriã naturam feudi. hoc idem dixit Ioan. Fabri in §.
a adeo, inſtitut. locati, quòd † quamuis feudatarius non poſſit ſine domini conſenſu feudum alienare, vel in emphyteuſim concedere. per l. Federi. imper. paſcua tñ. nemora, & terras incultas ſine dñi cõſenſu poterit in emph. cõcedere, & nõ erit in pœna caducitatis. & ita conſuetudo tolerat, ſecundùm Io. Raynal. in c. imper. §. 1. de prohi. feu. alie. per Feder. quem ſequitur Curt. in tract. feud. 4. parte in verbo ſecundò principaliter quæro. quod dixit eſſe menti tenendum, idẽ tenuit Dominus Petrus Iacobus in ſua practica in forma libelli legis Imperialem, ſecunda col. chart. 63. nec in hoc derogat lex Federici conſtitutionem diuæ memoriæ, ex dictis per Andream in præallegatis locis. Dici autem poteſt, quòd ideo Federicus permiſit dari pro certa parte fructuum, & non in pecunia: quia per præſtationem partis fructuum dominium non recedit ab ipſo feudatario: & poſſeſſor habetur loco coloni. & ſi in pecunia ſolueretur, poſſet de facili fraus committi ex modica penſione, quæ ſolueretur. vt in capitulo primo. §. porrò. vbi caſus, qualiter poterat olim feudum alien. vel ex tempore poſſet immutari qualitas canonis. & dominium controuerti. ſed vbi ceſſaret fraus, & pecunia ſolueretur pro æquiualente valore fructuum; qui ſolent ex tempore creſcere vel decreſcere, & non poſſet eſſe domini vel feudi captio, vel deceptio, videretur hoc fieri poſſe ſine Domini Regis licentia: quia Federicus contrarium non ſtatuit. vel ſi dixit non in pecunia, intelligam pro modica, quæ non correſpondet cum valore fructuum: cum ex pecunia omnia æſtimentur. l. ſi ita fideiuſſorem accepero, de fideiuſſoribus. pecunia eſt ſeruitium militare, ſecundùm dominum Bartholomæum de Capua. & vbi ſoluitur pecunia, in dubio feudum non præſumitur ruſticum, gl. non poſuit de redditu in pecunia, in lege Regni, vt

de ſuc-

de ſucceſſionibus. Nota † tamen, quòd bona ſterilia videntur eſſe alterius naturæ, quàm alia bona feudalia, vt infra dicam ſuo loco. & in dubio non veniunt in generali conceſſione facta Baroni ſecundùm Taurinenſem in verbo, & cum piſcatio, & Landenſem in tractatu de caſtellanis. numero 12: quaſi quòd videantur excipi vti Regia ex nota. per Aretinum & Socinum in l. prima, de acquirenda poſſeſſione, in ea quæſtione, ſi ager incultus præſumatur eſſe Cæſaris, forma autem Cancellariç, hodie amplior eſt, quàm illis veteribus temporibus.

S V M M A R I V M

1 *Subfeudatarius habens feudum pingue tenetur alere dominum inopem.*

2 *Fructus feudi ſi non ſufficiunt pro alimentis debitis ratione feudi, an debeat uendi proprietas.*

1 VIGESIMA authoritas eſt: quia † feudatarius de feudo pingui, de quo Baronem recognoſcit, dominum immediatum & in capite tenetur alere, ſi ad inopiam deuenerit, per text. in capitulo primo. §. ſi. Epiſcopum vel Abbatem, & in capitulo primo. §. licet. ſi de feudo fuerit controuerſia, dominus Ardizonus in ſumma, char. 42. Speculator in §. ſi. verſiculo ſed nunqnid, qui filij ſint legitimi, glo. eſt in capitulo finali, de donationibus, & in l. ſi C. de reuoca. donatio. & ibidem Ripa, & Tiraquellus, Alexander conſilio 72. quinto volumine, & per Taurinenſem in verbo, & cum pacto, quòd dicti vaſalli præſtent ſingulis annis. ineſt in ea datione in feudum conditio adiecta a lege: vt alat dominum ſuum, quẽ de feudo pingui poteſt ſuſtinere. quò ad alimenta lex obligat ipſum. ne habeat ipſum veluti ingratum, etiam quòd feudum fuerit conceſſum propter magnitudinem meritorum, remanet natura feudi quò ad hoc, eum necare videatur, qui alimenta denegat ei, a quo ipſe beneficium ſumpſit.

2 An † autem ſi fructus feudi non ſufficiát pro alimentis, proprietas illa ſi eſſet magni valoris, poſſit vendi. Cardi. in capitulo primo, qualiter olim poterat feudum alienari. Alexand. in l. Imperator, ad trebel. text. eſt in l. qui bonis, de ceſſione bonorum, plenè Barbatia diſcutit conſilio 63. capio primum articulum, ſecundò libro, quando autem feudum eſſet datum ad certum & determinatum ſeruitium, crederem ſubfeudatarium ad aliud non teneri, ex no. per glo. in capitulo primo. §. ſimiliter, & ibi Docto. de capitaneo qui curiam vendidit, ex pacto & conuentione eſt data certa forma, & regula inter Baronem & ſubfeudatarium, non licet recedere, per l. primam. §. ſi cõueniat, depoſiti. ex prouiſione hominis derogatum eſt prouiſioni legis finalis. C. de pactis conuentis. & non debet ſubfeudatarius duplici onere prægrauari, arg. l. Titia. §. qui in vita, de legatis ſecundo.

S V M M A R I V M.

1 *Baro poteſt præcipere ſuo ſubfeudatario, vt filium ſuum ad ſe ducat pro ſatisfacienda iniuria.*

2 *Filius non obediens patri ſubfeudatario, qui habuit mandatum a Barone vt duceret filium pro ſatisfacienda iniuria, mortuo patre, non ſuccedit in feudo.*

3 *Pater ſi duxerit filium ſuum ad Baronem pro ſatiſfacienda iniuria, qualiter Baro ſe gerere habeat.*

1 VIGESIMAPRIMA authoritas eſt: quia † poteſt Baro præcipere ſuo ſubfeudatario, vt filium ſuum coram eo ducat pro ſatiſfacienda iniuria, & ſic de alijs familiaribus ſuis, per tex. in c. 1. §. inſuper, de prohib. feudi aliena. per Federicũ, aliàs ſi nolit filius coram domino ſui patris comparere, debet pater ipſum a domo ſua dimittere ne ſibi ſubuenire pro pœna ipſi patri imponenda, aliàs † patre mortuo idem filius non ſuccedet in feudo: vt dicitur in dicto §. inſuper: & Andreas notat in capitulo primo. §. præterea. colu. 7. quæ ſit prima cauſa benefi. amit. & in capitulo primo, in fine, de vaſallo decrepi. ætatis, & in capitulo primo, verſiculo & iterum, col. 3. de capi. Corradi, & Romanus conſilio 14. aliàs 147 prima die.

3 Si † autem pater filium præſentauit coram domino, & offenſa facta domino eſſet leuis, vel grauis, qualiter ſe habebit dominus in iudicando vt arbiter, vel vt iudex, plenè Andr. in dicto §. inſuper, prima col. text. eſt ſingularis in l. milites agrum. §. deſertorem. de re militari, de quo multa ſcribit Marſilius in l. prima. §. ad quæſtionem, columna 6. de quæſtionibus. & Valerius Maximus ſcribit de Manlio, qui filium præſentauit, & ſecuri percuſſit.

S V M M A R I V M.

1 *Subfeudatarius tenetur concomitari Baronem comitantem Regem pro ſuſcipienda corona.*

1 VIGESIMASECVNDA Authoritas. Baro † poteſt mandare ſuo ſubfeudatario, quod ipſum aſſociet. ſi ipſe vadit cum Domino Rege pro ſuſcipienda Corona tex. eſt in capitulo fi. de pace iura. firma. & ibidem Moderni columna ſecunda: quia debet dominum honorare, vt decet pro honore Domini Regis, dum aſſociatus incedit cum cœtu nobilium & militum, qui poſſent Dominũ Regem in die Coronæ defendere, ne aliquid ſiniſtri contingat in perſona ipſius Regis. hoc eſt onus ex cõſuetudine feudi introductum, & omittere grauis culpa eſſe videretur. vide cap. Regni habuit ſubfeudatariorum noſtrorum. & Afflict. in c. 1. §. ſed nec eſt alia iuſtior. col. 2. quę ſit prima cau. ben. amitten.

S V M M A R I V M.

1 *Vaſalli debent contribuere in expenſis Baronis, quãdo Rex venit ad hoſpitandum in terra baronis.*

1 VIGESIMATERTIA authoritas eſt, quòd † vbi Dominus Rex venit ad hoſpitandum in terra Baronis, vaſalli debent coocribuere in expenſis in aduentu domioi Regis. dinus Guilelmus ſtatuit in lege quamplurium.& ibi Andreas, & alij. & iſta impenſa debetur domino Regi ratione directi dominij pro quodam cottedo. fuit de hoc conſuetudo, de qua per Speculatorem in titulo de feudis. §. quoniam. & idem de Papa, vt ſcribit dominus Bartholomæns Belenzinus in tract. charitatiui ſubſidij, quæſt. 22. Fuit obſeruatum io aduentu Diui Caroli Imperatoris noſtri Anno Domini M. D. XXXV. In hoc Regno.

SVMMARIVM.

1 *Baro cognoſcit de cauſa appellationis a ſubfeudatario.*

1 VIGESIMAQVARTA authoritas eſt, ſi † Baro habet cauſas appellationum in ſua Barooia, & ipſe de voluntate Domini Regia faciat ſibi ſubfeudatariom, ſi appellari contingat de caoſa feudi, poterit de appellatione cognoſcere, veluti immediatus dominus, ſecundùm Cardi. in capitulo primo, col. quatta. apud quem vel quos quęſtio feudi terminari debeat, vbi adducit cotas. idem tenet dominus Nicolaus de Milis in ſuo tepertorio, in verbo appellatio, columna quatta. chat. 8. de hoc poteſt dubitari io Regno, vt ſupra diximus, cum Rex certos ſpeciales iudices deputauerit pro cognitione feudorum, vide Laudenſem in tractatu de caſtellanis, numero 22.

SVMMARIVM.

1 *Subfeudatarius tenetur apud Baronẽ perſonaliter comparere ad præſtandum iuramentum fidelitatis.*

1 VIGESIMAQVINTA authoritas. Baro † poteſt mandare ſuo ſubfeudatario, vt cotam eo perſonaliter compareat ad præſtandum iuramentum fidelitatis. Andreas io capitulo primo. §. ſancimus ſecunda columna, quo tempore miles. Sua intereſt intueri vultum, & faciem ſubfeudatatij. & ne per alium iurando poſſit execuſationé aliquá allegare. Fortius aſtringitur verbo & iureiurando ſuo, quàm alieno, quamuis alteri poteſtatem iurandi demandauerit, de hoc articulo dictum eſt ſupra.

SVMMARIVM.

1 *Subfeudatarius cogitur a Barone ad præſtandum cautionem de vtendo, fruendo arbitrio boni viri, quando timetur de conſumptione.*

VIGESIMASEXTA authoritas, cogitur † ſubfeudatarius ſuo Baroni præſtate cautionem de vtendo feudo arbitrio boni viri, quando contra ipſum eſt ſuſpicio, per tex. in l. pe. vſufruct. quemadmodum caueat. & ibi dominus Bartholomeus de Capua dicit, quòd Baro poteſt pro ſuo intereſſe aſſiſtere feudo, ſi homines ſui ſubfeudatarij negligunt, vel omittunt, arg. tex. in l. ſi ita. §. dominus, de vſu & habita. quia licet domino proprietatem tueri vſufructuario inuito ſecundùm Andream in l. imperialem, colu. 4. de hoc debet ſuſpicio eſſe vehemens, & caoſa cognita, ne dominus Baro ꝓ offenſione ſubfeudatarij quærat.

SVMMARIVM.

1 *Baro poteſt appellare pro iniuria & grauamine illato eius ſubdito.*

1 VIGESIMASEPTIMA authoritas, poteſt † Baro appellare pro iniuria illata ſubdito & vaſallo ſuo, glo. in capitulo decedentibus, de priuilegijs. in 6. Inno. in capitulo dilectus, de appellationib. qđ eſt verum, quando læditur burſa domini, & in hoc ſuum vertitur intereſſe: non autem quando tangit burſam particularem ſui vaſalli, & ſolùm eſt intereſſe ipſius, quamuis domini intereſt 1 diuites habere ſubiectos: ut dicit Bal. in c. 1. §. iniuria, de pace iura. fir. Alex. in l. 1. §. ſi. de iudicijs & Card. in cle. prima, de exceſſibus prȩlatorum. & quando eſt facta infeudatio alteri. idem Dominus poſſet. Bal. ſentit io capitulo imperialem. §. inſuper de prohi. feu. alie. per Federicum, & in c. 1. §. rurſus, de contro. inueſti. agit dominus pro moleſtia illata uaſallo, quando ex illa domini utilitas impeditur. ſecundùm Card. in cle. prima, io tertia q. de reliquijs & oeoc. ſan. Abbas in capitulo poſtulaſti 6. col. de foro competenti. Oldradus conſilio 207. Bal. io margarita in uerbo dominus. in fine. Sandæus io capitulo auditis. nume. 27. de prȩſcriptioo ibus, quando in læſionẽ domini ſit poteſt comparere dominus, & defendere eum, ueluti patronus libertum. an autem agat pro ſpolio facto in feudo ſui uaſalli, uide Paridem de reintegr. feudorum, fol. 115. in libro a peona.

SVMMARIVM.

1 *Baro, qui retinuit penes ſe cauſas appellationum, poteſt in territorio alteri conceſſo conſtituere iudicem appellationis, & an poſſit committere ante appellationem interpoſitam*

1 VIGESIMAOCTAVA authoritas, ſi † Baro retinuit ſibi cauſas appellationum, poteſt in territorio & caſtro alteri infeudato conſtituere & deputare iudicem, & commiſſarium, qui cognoſcat de cauſis appellationũ. uidetur tex. a ratione ceſſante in c. romana, de offic. ordin. in 6. nã ideo Ino. quartus ibi ſtatuit, ne Archiepiſcopus ſtatuat foraneos iudices in diœceſi ſuffraganeorũ: ex quo illi authoritate ꝓpria diœceſim ingreſſi ſtatim, q̃ appellatũ erat, citabãt partes, & inhibitiones faciebãt & fulminabãt ſententias, aſſumentes iuriſdictionem ſuffraganeorum. hoc ibi ꝓhibetur

cum

cum non liceat eis inferiorum iudicum iuriſdictionem exercere, vt in §. iubemus, in authent. de coll. colla. 9. ibi, non enim permittimus, & in §. nulla exiſtente licentia, in authent. de defenſoribus ciuitatum, collat. tertia. vbi Imperator prohibet præſidi in loco, in quo defenſor exiſtit, vices agentes facere defenſorum, neque proprias vices agentes per ciuitates clariſſimos iudices deſtinare. illos tex. Induxit dominus Capicius in l. imperialem. columna 84. ubi format prædictam quæſt. glo. etiam, Archi. Gemin. & alij ſcribentes pro corroboratione illius tex. allegant tex. in dicto §. iubemus. & in §. nulla exiſtente licentia: ſed ſi Baro deputet iudicem in cauſis appellationum, qui non ſe intromittat in cauſis ipſis, antequam appelletur, neque aſſumat iuriſdictionem ſubfeudatarij, non videtur prohibitum, per illum text. ſed a ceſſante ratione permiſſum. In contrarium tamen videtur, quòd Baroni non liceat, videntur text. aperti in dicto capitulo romana, & in dicto §. iubemus, & in dicto §. nulla. nam ideo prohibetur in dicto capitulo romana, Archiepiſcopo, ne deputet foraneum iudicem in dioceſi ſuffraganeorum propter perturbationem iuriſdictionis ſuffraganeorum, quæ ratio militat, quando Baro eligit iudicem appellationum in caſtro ſubinfeudato. eo ipſo quòd alius veluti futurus ſuperior aſſiſtit in loco, cenſetur inferior in iuriſdictione turbari: quia ſubditi intuentes vultum ſuperioris, ex leui & friuola cauſa appellarent ad eum, qui ipſos in appellatione defenderent. contra text. in capitulo cum in eccleſia, & in capitulo cum ſpeciem. de appellationibus. hoc eſſet graue, & incommodum ac contentioſum ſubfeudatario. & Hoſtienſis ibi inducit illum text. contra Principes & Præſides Prouinciarum, qui quaſi in quolibet caſtro ſubdito ponunt tales officiales, licet ibi non habeant iuriſdictionem, niſi in certis caſibus. ſed dicunt, quòd ad alios caſus eos inſtituunt, & ſubaiulos vocant eos. & Hoſtienſem ibi ſequuntur Geminia. Archidia. Philippus Francus, & alij. item Baro in cauſis primis ſubinfeudatis non habet aliquam iuriſdictionem, neque poteſt de illis cognoſcere, vt dicit Bal. in l. prima, 26. quæſtione, de rerum diuiſione. in ſecundis minimè, antequàm contingat appellari. Vnde ipſe non poteſt alteri committere, quod non habet. & iſta ratio erat expreſſa in dicto capitulo romana, in verſiculo nec pro eo. nullam habet iuriſdictionem in cauſis appellationum Baro, non poteſt alteri committere, neque certum iudicem deligere, & deputare. vt dicunt domini de Rota deciſio 332. item ſi vnus ex trib. Lapus allegatio. 85. & Federicus in conſilio 14. per tex. in dicto §. nec pro eo. ex quo infert ibi Paulus de Eleaza. quòd ſcholaris volens ire ad ſtudium non poteſt vni committere cauſas, quæ ſibi competunt ratione ſuæ dignitatis: cum nullam ipſe iuriſdictionem habet. Oneroſus videretur hic iudex deputatus ſubfeudatario, qui latenter per alluuionem omnia ad ſe traheret, nec alluuio percipitur, cum latens ſit incrementum: vt in §. præterea, inſtitu. de rer. diuiſio. & vt dicit Lucas de Penna in l. fi. C. de loca. prædi. ciuilium, libro 11. vbi leo tenet pedem: cætera animalia conquieſcunt, nec potentioribus poſſumus eſſe pares. l. ſecunda, de aliena. iudicij mutandi cauſa facta, antequã cauſa appellationis emergat, non eſt iuriſdictio producta, non eſt iudicium, non eſt fundamentum iudicis. de futuris non eſt dare iudicium, ſicut in contractibus. l. non quemadmodum, de iudicijs. ideo videretur quòd ipſum deputare & conſtituere non poſſet in territorio ſubfeudatarij. Vlp. dicit in l. obſeruare. §. fi. de officio procon. & legati: perquam abſurdum eſſet, antequam ipſe proconſul iuriſdictionẽ nanciſcatur, alteri eam mandare, quã non habet. nec enim prius ei competit, quàm in eam prouinciam venerit. idem text. in capitulo paſtoralis. & ibi gloſſa. in verbo iuriſdictionem, extra de reſcriptis, & in capitulo vltimo, quinta quæſtione ſecunda, de facili poſſet Baro ad nihilum redigere iuriſdictionem ſui ſubfeudatarij, & ſub ſpecie liciti illicita committere. dum quærit appellantibus dare iudicem. ipſe res benè iudicatas controuertat, & alios ad litigandum impellat. Tollenda eſt occaſio malignandi, & fraudibus non eſt via aperienda. & ſicut non deberet permitti Præſidi Prouinciam, qui tenet locum Principis decreta ſibi Prouincia, vt ſtatuitur in §. nulla, & in dicto §. iubemus. minimè debet concedi inferiori ab eo, per regulam legis, authen. multo magis. C. de ſacroſan. eccle. pro Barone autem videtur, quòd poſſit hunc iudicem, ſeu auditorem deputare, ex contraria ratione tradita in dicto capitulo romana: quòd ideo ibi Archiepiſcopus nõ conſtituit foraneos iudices in dioceſi ſubfraganeorum: quia ipſe ante appellationem iuriſdictionem non habet. & in dicta l. obſeruate. §. fi. proconſul antequam in Prouinciam venerit, iuriſdictionem non mandat alteri: quia ei nondum competit. At ſecus eſt in Barone infeudante alteri caſtrum cum territorio, & cognitione primarum cauſarum, & penes ſe retinente appellationum cauſas. ipſe ſemper habuit iuriſdictionem cauſarum appellationum: & nunquam in alium tranſtulit: ergo poteſt eligere, & deputare iudicem, qui in cauſis appellationum cognoſcat. cum poſſit alteri iuriſdictionem mandare. iſta erat ratio poſita in dictis iuribus, quæ ceſſat in hoc caſu, & ſi ante infeudationem voluiſſet Baro hunc iudicem deputare in eo caſtro, vel oppido, iam potuiſſet: ex quo tam oppidum, quàm territorium erat ſub dominio ſuo, & nemo in eo aliquam iuriſdictionem habebat: vt in clem. ſecunda, de reſcriptis, & in c. 1. de officio Archid. in 6. & ibi Hoſtien. & in capitulo ſignificantibus, de appellatio. poteſt Baro in ſuo caſtro deputare Capitaneum, vel alium iudicem, ſicut Epiſcopus officiales foraneos in ſua dioceſi: vt notant Hoſtien. Ioan. Andreas, Geminianus, Archidiaconus, Francus, & alij in dicto capitulo romana. pari ratione ipſe alium conſtituere poterit. quia non tangit cauſas alteri infeudatas, ſed exercet ſuam iuriſdictionem, quam ipſe retinuit. per conceſſionem & infeudationem factam alteri non eſt

in aliquo derogatum ſuperioritati ſuæ io cognoſcendo & delegando cauſas appellationum. retentio cauſarum ſecundarum hoc operatur iuris mioiſterio. l. ſi pater exhæredato, de bonis liber. & in l. tertia. §. penultimo, de liberis exhi. & in l. penul. ibi, ſine præiudicio, de aqua quo. & æſti. in §. nulla. & io §. iubemus. lex ipſa Iuſtiniani limitat authoritatem & poteſtatem Præſidis, ne ſibi liceat vicem defenſorum conſtituere, aut alios eius vices exercere: quia fuiſſet cogooſcere de cauſa ſpectaote ad alium, & cuius ſpecialis cognitio alteri demaodata eſt: cum ipſe deputat loco ſui aliquem vicemgerentem io cauſis defenſori ſpectaotibus, manus videtur apponere io iuriſdictione aliena. hoc noo licet. prohibet in dictis iuribus Imperator: quia ooluit certum & ſpecialem iudicem io ſua iuriſdictioo c ioquietari, de eo iudice in illis cauſis coofidit. noluit derogari authoritati illius. hæ rationes ceſſant, quando Baro infeudando retinuit ſibi cauſas appellationum. ipſe erat iudex primarum & ſecundarum cauſarum, ſi a priocipio elegiſſet eos. vnum in primis cauſis, & alium in ſecundis, neminem lædebat: nemioi iniuriam inferebat: quia vterque iudex a ſuo nutu dependebat. non debet ei denegari, qui limitatam cõceſſionem fecit. ideo in d. c. romana. ooo licet Archiepiſcopo ante appellationem eligere iudicem in dioceſi ſuffraganei, quia ipſe in cauſis ſuffraganeorum habebat iuriſdictionem limitatam, & taxatam a iure: ſecus eſt in Barone, qui ab initio omoem habebat iuriſdictiooem generaliter, & ſine vlla taxa vel limitatione facta a Rege in cauſis expreſſis, per conceſſionem factam ſubfeudatario non eſt inducta a lege aliqua limitatio iuriſdictionis cauſarum appellationum, de quibus inter ipſum Barooem, & ſubfeudatarium nihil fuit actum concedendo, ſed retinendo, natura retentionis id operatur, vt quemadmodum poterat de illis diſponere, & nunc poſſit etiam: quia quò ad hoc lex oon limitat, neque diſtinguit ſuam iuriſdictionem, perioiquum aliàs videretur. Baronem, qui beneficium in alium coofert prohibere re ſua vti in his, io quibus ſibi iuriſdictionem & authoritatem retinuit. in aliquo oon grauatur ſubfeudatarius, qui à principio recepit feudum cum cognitione primarum cauſarũ, & remanſit contentus in ſecundis cauſis, Baronem habere ſuperiorem. nulla ſibi fuit ioiuria: quia volens ſub ea lege habuit feudum. vt Baronem appellationum iudicem recognoſceret. & Baro ideo dedit: vt ſuperior illi eſſet, & ne ex toto ſuam iuriſdictionem dimitteret. dicit Baro intereſt mea, vt cum contiogit appellari a ſententia vel decreto ſubfeudatarij, ſui vaſalli non vagentur extra oppidum, & per Prouinciam in quærendo domino. vt cauſam appellationis cõmittat. grauantur in hoc ſubditi expenſis & laboribus: vt in capitulo ſtatutum. §. primo, de reſcriptis in 6. videtur hoc honeſtum & rationabile, vt ſubditi patentes habeant iudices, quibus eorum grauamina expooant, & ab ipſis ſine grandi diſpendio eorum inteotioni ſatiſfiat. benè vel malè fuerit à primo iudice iudicatum, oihil refert: ſed iudicis deputatio, vel electio in oppido io cauſis alteri oon conceſſis oõ eſt alium in ſua iuriſdictiooe turbare. ſed eſt proprium munus expendere ad commodum ſubditorum. ſi enim commiſſarius a Barooe deputatus inciperet vel turbare in prima inſtaotia ſubfeudatarium, vel antequam cauſa appellatioois deuoluatur io meſſem alienam falcem mittere cognoſcendo vel inhibendo, perperam hoc faceret vel ſi ipſe io oppido ſubcoocеſſo partes aſſumeret & ſubuerteret plebem ſub ſuo ſuperioritatis clypeo, tolerari oon deberet, ſed expelli, ſed ſi Baro ipſum vt deputatum iudicem eligit, ipſe autem cum ad eum appellatur, ſuis partibus fungitur, & procedit io cauſis de ſuo iudicio, vel alterius conſilio, licet in eo loco ſuperior ſubinfeudato ſit io illis cauſis, cum eſt ad eum appellatum, & ſubfeudatarius ægrè ferat ipſum in eo loco aſſiſtere, ſibi hoc oon eſt placitum. oon videtur lædere ius ſubfeudatarij: ſed ius ſuum proſequi. nemini iniuriam facit, qui iure ſuo vtitur. iniuria videretur inferri Baroni ſuam iuriſdictionem exercenti, ſi ab hac facultate prohiberetur. non debet ſubfeudatarius iotumeſcere, qui ab initio Baronem in illis cauſis vt ſuperiorem recognouit. aliquid de nouo oon videtur facere: ſed tantum excutit authoritatem ſuam, ſicut triticum a palea, ſecundùm Bald. in præludijs feudorum, columna quarta, ſcire debebat hoc eum poſſe. non eſt tolerabilis ſua voluntas in re aliena, quamuis ſibi videatur incommodum, indecorum, & durum. debuit a priocipio dignoſcere, hoc potoiſſe euenire, argumen. l. habitatores. §. ſi. locati. in ſuo in aliquo ooo læditur, quamuis vaſalli altum vt ſuperiorem reuereantur, qui ſuam ſententiam poſſit io deterius reformare: vt in l. prima de appellatiooi. ſupererit vel ſibi, vel ſuis vaſallis aliud ab eo appellationis remedium. Hi vaſalli a Barooe ſubinfeudati cum cognitione primarum cauſarum non deſierunt ex toto eſſe ſubditi & vaſalli Baronis ſed remanent propter reliquias directi vel ſubalterni dominij ex natura infeudationis. eoque reſoluto iure ſubiofeudati ad priorem dominum liberé reuertuntur. vt in §. rurſus, quibus modis feudum amittatur, & Bald. ootario capitulo cæterùm, de iudicijs: & ſupra diximus. in appellationum cauſis ſunt omnino ſubditi & vaſalli: & Baro a priocipio ooo habebat limitatam poteſtatem: vt erat in capitulo romana, in Archiepiſcopo, & io l. obſeruare, in procooſule, nondum ſuam Prouinciam iogreſſo, & in Præſide ſuam tenente taxatam & limitatam poteſtatem: ex dictis per Iuſtinianum in dicto §. iubemus. & in dicto §. nulla. ſunt ipſi ſuperiores, ſecundùm quid noo a principio, ſed ex poſt facto, vel ex negligentia inferiorum, vel per appellatiooem litigantium: Oldradus coosilio ſeptuageſimoquarto, columoa ſecunda, dixit in capitulo romana, Archiepiſcopi ſuffragaoeos ſubditos eſſe ſecundùm quid, & nõ per omnia, quod eſt ootabile verbum io hac materia. ideo etiam Andreas poſuit in lege poſt mortem, feudum quaternatum ſecundùm quid, & oon

per

per omnia, quando tenetur à Barone. Rex conſe tt tenendum à Barone in hoc ſorte quaternatum: quia Rex cooſert.& cum à Barone teneatur, noo cenſeatur quaternatum, ſed plaoum, & de tabula. Mod. Galli clari ingenij to conſuetu. Paris. folio 19. col. prima poſuit, ſeudum habere onus ſecuodùm quid, ſcilicet reſpectu valoris, & ſolio 144. col. tertia, diait obligationem iu ſeudo ſecundùm quid, & hæres ſecuodùm quid: per Aretinum, in l. ſi. §. ſi. de vulga. & pupi. ſubſtitutio. de hęrede hæredis, per Decium in l. qui per ſucceſſionem, de regulis iuris, & de Comitatu ſecundùm quid, qui ideo non eſt per omnia Regalis, & diuiditur inter hæredes, per Sucinum conſilio. 67. prt. volumine. & per duminum Andream Tiraquellum in tractatu primo genituræ, ſolio 278. de filiuſa. qui quo ad quid eſt loco patrisfam. vt in caſtrenſi peculio. l. ſecunda. in ſioe, ad macedonianum. & de eo quod eſt permiſſum ſecundùm quid, & ſecnodùm, quid prohibitum, per domioum Iacubum Camalcum doctorem Gallicum in capitolo primo ſecunda columna de beneficio fratria. De eo qui eſt oobilis ſecundùm quid, & ſecundùm quid ignobilis, per dominum Andream Tiraquellum in tractatu de nobilitate, folio. 275. & per Gall. in eadem conſuetu. folio 133. De eo quò ad quid vt oon habeat patrem, per gloſſam. in l. cum hic ſtatus, §. ſi. filiusfa. de doua tio. ioter virũ & vaorem. De legitimato ſecundùm qoid, per eũdem Gall. in dict. cooſuetu. folio 202. De conſenſu, ſecundùm quid, ad. §. ſi plures. per eũdem Gall. in eadem cooſuetu. fulio. 294. de ſuccedente iu feudo, vt ſit voiuerſalis quò ad quid, reſpectu feudi, prout in dote. Bal. in l. ſi adulta. C. de hæredita. actiu. & nou eo modo vt in hæreditate, ſecundùm Paul. de caſtr. io conſilio. 179. in cauſa quam magnificus. prima col. primo volumine. quaodo non per omoia eſt idem, ſed qoò ad quędam. non eſt iu omnibus eadem ratio, & eadem cenſura, erit diuerſa quò adquid: cum diuerſa cenſeatur oedum qualitas, ſed ſubſtantia. iſta ſunt ſingularia dicta, oec alibi collecta. ad multa poterũt prodeſſe, quæ etiam poterint poni ad intellectum. l. quęritur. de ſtatu hominnm Baro ooo debet ſuo ſubſeudatario cenſeri Leo, qui rugiat, & appetat rem ſuam, vel Lupus, vt rapiat alieoa, ſed agonſdum ipſe gratiam & beneficium contulit. Tueri quud eſt proprinm, nõ eſt rapere, uoo eſt iouadere, vel deprædari. multùm prænalent meo iudicio hæ ratiooes pro Barone, quando ipſe bono zelo id agit, quod alteri proſit, nemini autem oeceat. ſecus econtrario, vt iu §. primo. io authentico, vt nulli iudicum, & tex. ibi nun facit pru ſubſeudatarijs, dum Imperatot prohibet pręfectos ſeruaturem facere in Prouiotia, aut iudicem deputare, erat in peroitiem ſubditorũ, qui ex hac deputatione angarijs, & diſpendio grauabantur, non licet eis facere: quia in illis erant deputati iudices, & ſeruatores. & deputatio erat ad derogatiọnem alterius, cui erat cura commiſſa. Memiot dum iunior cauſas agebam, hanc quęſtiuoem fuiſſe de facto cum quodam Illuſt. Domino, & eius ſubfeudatario: proceſſu inſtructo cauſam nun fuiſſe deciſam. illic tantùm duo textus ferebantur, immenſa, pro quibus muuebantur pattoni pro deſenſiune cauſæ.

S V M M A R I V M.

1 *Subfeudum quando perditur propter delictum ſubfeudatarij deuoluitur ad Baronem non ad Regem, ſed quid de fendis quaternatis.*

2 *Maritus delinquens perdit fructus feudi in dotem dati, quos erat percepturus durante vita ſua.*

3 *Feudum quaternatũ quod dicatur in Regno Siciliæ.*

4 *Caſtrum, Terra, vel Oppidum an dicatur feudum quaternatum, & numero. 6.*

5 *Caſtrum eſt locus muris circundatus.*

7 *Feudum ſi propter delictum ſubfeudatarij vadit ad Baronem, an deuoluatur cum ſuo onere, vt Baro teneatur ad debita ſubfeudatary.*

8 *Aſſenſus quando eſt præſtitus in obligatione bonorum feudalium, ſi feudum deuoluitur ad Regem, Rex tenetur ſoluere debitum feudi, pro quo fuit præſtitus aſſenſus.*

9 *Baro an teneatur ſoluere debita ſui ſubfeudatarij, quando feudum eſt apertum domino. & numero 7. & numero 14.*

10 *Agnatus an teneatur ſoluere debita feudi, quod ſibi obuenit ob delictum feudatarij.*

11 *Subfeudatarius citatus pro cauſa capitali à ſuo Barone, ſi non comparet & efficitur contumax, amittit indicaturam feudi.*

12 *Mulier an ſit præferenda in exercenda iuriſdictione Baronis eiusque viri, qua propter debita fuit ſuſpenſa, ſi curia offert pro ſuis dotibus alia bona viri ſui.*

13 *Feudum tunc deuoluitur ad dominum propter culpam feudatarij, quando feudatarius non habet ſucceſſorem.*

VIGESIMANONA authoritas eſt: quia 1 † delinquente ſubſendatario Baroni deuoluitur ſeudum, à quo ſeodum ipſum tenet: non autem Regi. per legem Federici, ſi quando. Andreas io capitulo ſecundo, vet. hæredes, de pace tene. & in conſtitutione poſt mortem. bona omnia mobilia. & ſtabilia applicantur curiæ Domini Regis propter ſupremum dominium. ſnbſeudum autem non confiſcatur. vt dicuot Doctor. to l. ſi finita. §. de vectigalibns, de damnu infecto idem Andreas io capitulo ſi vaſallus, & in capitulo domino comittente, ſi de ſeodo fuerit controuerſia. & io capitulo primo. qualiter vaſallos iurare debeat domino fidelitatem. & io capitulo primu, tertia columoa de controuerſia feudi apud pares termin. & in c. 1. §. præterea, colom. quarta, quæ ſit prima cauſa benefi. amit. Egidius conſilio 15. Capella toluſana deciſ. 395. Alex. cõſilio 88. optimè conſideratis 3. vol. & conſilio 89. 4. lib. Socio. conſilio 206: in cauſa, verſiculo poſtremò, ſecundu volumine, & plenè Curtius conſilio quarto. Sed tunc Baroni deuoluitur, quando feudatarius fuit mortuus naturaliter.

pſo

ipſo contra Regem delinquente. Feudum eo viuente vadit ad Regium fiſcum, vt interim percipiat fructus, quos idem feudatarius fuiſſet perceptutus: vt Andreas dicit in capitulo primo, columna tertia, ſi vaſallus feudo priuetur, per tex. i l. Statius Florus. §. Conelio Felici, de iure fiſci, idem Andreas in capitulo primo, ſecunda colum. hic finitur lex, in capitulo primo. §. nulla, per quos fiat inueſtitura. & in capitulo primo §. ſi verò, de pace tenenda. & in capitulo primo. in verbo domini principalis, de ſtatutis & conſuetu. & in capitulo primo. §. ſimiliter. 6. col. de capitulis Corradi. & in capitulo primo. qualiter vaſallus propr. feudi priuetur, & in capitulo primo, quarta col. de natura ſucce. feudi. & in capitulo primo. §. quid ergo, de inueſtitura de re aliena facta. & ibidem Andreas notat, feudum poſſideri per Regem, donec viuit feudatarius, & deſcendentes ex eo. quod fuit aliàs declaratũ per Regiam Cameram in cauſa Comitis ſanctę Agathę, nec interim agnati admittuntur, licet feudum ſit antiquum. ſeu ex pacto, vt habeat dominus interim ſuę iniuriæ vltionem: vt in capitulo primo. §. denique, quæ ſit prima cauſa benefic. amit. & in capitulo primo. §. item ſiquis, vbi Car. & Doctor. quibus modis feudum amittatur. Idem eſt in prælato: vt ſi eius prę latus delinquat, vadat feudum viuente eo ad dominum, qui percipiat fructus, quos fuiſſet perceptutus, ſi non deliquiſſet prælatus: vt in capitulo primo. §. h. de capitulis Corradi.

2 idem † in marito delinquente, qui priuatur fructibus feudi eo viuente, quos ex feudo in dotem dato fuiſſet perceptutus, ſecundùm Ioannem Blancum in ſumma, in titulo de cauſis, propter quas ius domini, quod habet in feudo, ami. columna ſecunda, char. 23. Sed aliter videtur deciſum per Dominos noſtræ Rotę, vt patet in deciſione. 282. quòd ſi ſubfeudatarius contra Regem delinquat, eo etiam viuente feudum deuoluitur ad dominum à quo tenet: & non ad Regem, quod aliàs de iure decreuerunt iudices magnæ Curiæ: vt gloſſa refert in lege Regni poſt mortem, & Honorius Secundus cenſuit in eo capitulo, quod incipit, ſi contingat ſubfeudatarium, videtur datum feudum ſub ea conditione, ſi fidelis fuerit. conditione deſecta, reſoluitur conceſſio. per l. quęro. §. inter locatorem, locati. perinde eſt, ac ſi nunquam conceſſio facta fuiſſet: vt Andreas dixit in dicto. §. prętetea. ex delicto ſubfeudatarij non debet fieri deterior conditio domini, qui ſub ea lege & eo tenore dedit, quòd ſit fidelis ſibi, item & domino ſuo: vt in §. item ſi fidelis. & in capitulo imperialem. §. illud. ſicut alienando vaſallus non poterat domino facere præiudicium. ita nec delinquendo: quia qui delinquit alienare videtur, vt per Alexand. conſilio 23. pri. volumine, notat Bar. in l. Imperator, per illum tex. de fideicom. liberta. res, quæ eſt alienari prohibita, non venit in confiſcationem pro delicto, per illum text. ſequitur Alexan. conſilio 88. col. ſecunda, volumine tertio, & Ruinus conſilio. 124. ſecundo libro, quò ad vtile dominium feudi perſona Regis quã uis ſit proprietaria, habetur pro extranea: ſi Baro reluctat, & contradicit, non poteſt plus iuris deferri ad fiſcum, quàm ipſe ſubſeudatarius habebat, ex regula iuris. eo delinquente ſtatim finitur ius ſuum, ergo & reſoluitur ius illius, qui ab eo prætenderet cauſam, argu. l. lex. vectigali, de pignoribus. & in capitulo primo. §. rurſus, quibus modis feudum amitta. donec ipſe ſubfeudatarius viuit, non poſſet ipſe tenere feudũ, nec percipere fructus propter culpam & delictũ & teneretur perceptos reſtituere, vt in l. prima. C. de his: quibus vt indignis. & ibi Paulus de caſtro, minimè Rex ex ſua perſona, argum. tex. in l. peto. §. prædium, de legatis ſecundo, quem ad hoc allegat Bal. in conſilio. 284. præmiſſis verbis. primo volumine, ſicut ipſe alienare non poterat, neque id poteſt, per quod alienatio inducatur: vt in l. ſiquis Seia. de verbo. obligat. non obſtat tex. in dicto. §. Cornelio Felici: quia ille tex. non habet locum in feudalibus, ſecundùm dominum Afflictum ibi. & ratio eſt, quam ſupra dixi. item quò ad implendam conditionem non habetur pro mortuo, vt ibi: & ideo fiſcus ante mortem naturalem non reſtituit, ſecundùm Bal. in dicto conſilio. 284 poſtea verò ſic.

Nec obſtat, quod ex lege inducatur alienatio, quę non includitur in generali prohibitione, vt in l. alienationes, famil. erciſ. vt habeat interim fiſcus in vltionem ſuæ iniuriæ: quia procederet, vbi non reſolueretur ex toto ius ſubfeudatarij. Impoſſibile eſt dicere, quòd ſubfeudatarius perdat proprietatem illam, quaſi vtilem, & applicetur ſuo Baroni, & fructus interim feudi, ac poſſeſſio remaneant ad comoditatem Regis. ita quòd quò ad quid pro delinquente habeatur, quò ad comodum vnius, & quò ad comodum tertij: & vni detur feudum, & alteri commoditas. quando ex pacto, & ex lege conuentionis finitur ius feudatarij. iſta videntur quaſi repugnantia: vt deferatur Baroni; & viuente ſubfeudatario Regi, non compatiuntur adinuicem, non ſtabũt ſimul. l. ſi ancillam. pro ſuo l. ſiquis ante, de acquirenda poſſeſſione. glo. notat in fin. in l. clam poſſidere. §. qui ad nundinas. eodem titulo, ſi deliquit ſubfeudatarius, ea culpa, qua priuatur, reſoluitur illico ius ſuum, quod ex inueſtitura habebat. quando non reſoluitur ius quia non eſt tale delictum, ex quo feudo priuetur, habet fiſcus ex ſua perſona eo viuente, tex. in argument. in l. ſi ſine de condition. & demonſtration. quem ad hoc allegat Paul. de caſtr. conſilio. 353. commodum. primo volumine, quãdo à lege feudum defertur vni poſt alium, habet locum, quod dicitur in locis ſupra allegatis, & in capitulo primo. de capitulis Corradi: vbi eſt caſus; quem valde commendat Abbas in capitulo cum veniſſent. columna tertia, verſiculo aduerte, de inſtituto Paul. de Caſtr. in l. filius fam. §. diui Seuerus, col. pen. allegat tex. in dicto. §. Cornelio Felici, & dominus Ioannes Lupus in repeti. capituli per veſtras, char. 63. col. quarta, verſiculo ampliabis ſeptimò, de donation. inter virum & vxorem, & Lucas de Penna in l. prima. C. de petit. bonorum ſublat., inter agnatos, qui

eſſent

eſſent in feudo ſucceſſuri, procedit, quod Andreas ſępe ſcribit per illum tex. vt habeat interim dominus in vltionem ſuæ iniuriæ, per tex. in capitulo primo.§.denique.quæ ſit prima cauſa benefic. amit. ex qua lege doctores auſi ſunt hanc concluſionem firmare, quamquam plerique contrarium tenuere, vt ibi legitur penes ſcribentes. non iudicauit Camera inter Baronem,& curiam: ſed inter curiam Regiam,& agnatos, prout in ſimili cauſa aliàs pronunciauit.& idem Andreas in lege Regni ſi quando.& Lucas de Pēna in l.prima.C.de peſti.bonorum ſublat.libro decimo. Hoc ego tenendum puto quòd ſubfeudatario delinquente eo viuente redit feudum ad Baronem à quò tenet, nec interim percipiat fiſcus fructus, quos ille, ſi viueret, percepiſſet.ridiculum videtur, quòd fiſcus eos capiat fructus ex perſona ſubfeudatarij poſt delictū, quos ſi percepiſſet, reſtituere teneretur, per dictam.l.primam, de qua per Dominum de Ripa in l.ſi.C.de reuo.dona.& per Mod. Gall.in conſuetu.pariſ.folio. 25.& folio 263. plenè & per dominum Caſſaneum in conſuetu.Burgun. folio.332.

Dubitauit Andreas in capitulo primo, de vaſal.decrep.ætа.col.2.ſi delinquente ſubfeudatario Rex poſſit culpam remittere in præiudiciū Baronis, veluti maculam abſtergere, ac ſi non deliquiſſet.vel ſi Rex reſtituit ſubfeudatarium.& in capitulo primo.§.pręterea.& in capitulo primo, hic finitur lex. Docto. in §. & quid ſi tantùm. & Socinus in conſilio. 58. volumine tertio.quando pro bono pacis reſtitueret Rex, veniunt ſubfeuda in reſtitutione, quę quis ab alio tenet. Dñi noſtræ Rot.deciſio. 361. & in deciſione.403.Sandæ.in capitulo inter quatuor. de maio.& obedien.& in capitulo quæ in eccleſiarum, de conſtitu. Tempore reſtitutionis Baronum cum Rege Ferdinando primo pro hac parte audio fuiſſe determinatum in ſacro Conſilio ſecundum opinionem Andreæ, quòd reſtitutio Regis ſubſeudatarijs proſit, contra opinionem Bar.& Mayn.in dicto.§.& quid ſi tantùm Andreas in dicto capitulo primo,& in dicto capitulo præterea,col.quarta. & in capitulo primo.§.ſimiliter col.6.de capitulis Corradi,& Barbatia conſilio.55.col.12.volumine quarto. Neque quis putet Andr.in dicto capitulo primo, col.ſecunda, tenere contrarium,& in dicta l.ſi quando,& alibi forte ibi, ſi ſunt bona publicata ex crimine, quo bannitur, feudum tranſit in fiſcum, ſi ab alio teneret, donec viueret bannitus, haberet fiſcus.ff.de iure fiſci l.Statius.§.fina. nam Andreas non loquitur ibi, quando ex delicto ſubfeudatarius perdit feudum. ſed quando propter delictum bannitur vaſallus.& ipſe interim eſt in banno, percipit tunc fiſcus fructus, & tenet feudum, quod teneret ſubfeudatarius. durat tunc ius ſubfeudatarij, nondum eſt reſolutum. eo durante in contumacia poterit ipſe comparere, & oſtendere innocentiam, purgando contumaciam, ac recuperare. feudum quando autem pro culpa & delicto feudum eſſet deperditum probato delicto & culpa cōuicta, Andreas ibi non loquitur: ſed donec interim ſubfeudatarius à domino reconcilietur. eo comparente cauſa reducitur ad non cauſam, recuperat feudum, vt ibi in gloſſa,& à ſcribentibus, & per Imolam,& Alexand.in l.ſi marito.ſoluto matrimonio.& per Ange.in l.ſi pater filium, de adoptionibus. redit feudum ad Baronem ſubſeudatario viuente, quando propter culpam ipſe amiſit feudum. & hoc vbi feudum tenet ab eo planum & de tabula: ſecus eſſet, vbi feudum eſſet quaternatum, tunc in hoc Siciliæ Regno applicatur Regi,& non Baroni. Rex tunc confert tenendum à Barone ex lege Federici, quæ incipit, poſt mortem. Andreas notat in capitulo primo de controuerſia feudi apud pares termi.& in capitulo primo, in verbo extraordinaria collectio, quæ ſint Regalia, niſi Baroni conceſſum eſſet, feudum etiam quaternatum tenendum ab eo immediate & in capite, ſecundùm gloſſam in dicta.l. poſt mortem, quod eſt ſummè notandum. ex ea forma Inueſtituræ receſſum videtur à lege Regni; vt illa verba operentur aliquid vltra legem Regni, & ſecundùm leges communes: quòd autem feudum quaternatum applicetur Regi tenendum à Barone, eſt ſecundùm legem Regni. ſecundùm autem leges feudales, ſiue ſit feudum magnum, ſiue paruum, ſiue de curte, vel extra curtem, ex delicto ſubfeudatarij domino immediatè applicatur feudum. Non eſt dare quò ad hoc aliquam differentiam de communi iure feudorum inter feudum planum,& feudum quaternatum: Feuda minima hodie à maioribus nō diſtant, vt aliàs dixi: neque quo ad hoc feudum, de curte,& extra curtem propter domini honorem,& præeminentiam, quæ conſiſtit in curia: vt notat.in capitulo final.§.final. quibus modis feudum amit. quod hoc feudum notetur in quaternionibus, vel conferatur à Rege poſtquàm Regi placuit Baroni concedere cum feudis planis & quaternatis, ſecundùm leges feudales, mutata vel alterata eſſet natura illius feudi. non facit differri vnum feudum ab alio, vtrunque debet applicari Baroni. iſtud eſt ex lege & ex more Regni. & non per iura communia, per quæ non lego in hoc differentiam. ſi notatur feudū in quaternionibus, quod tenetur à Barone, efficitur quaternatum, vt ab alijs differat. non eſt per qualitatem feudi per illam annotationem ſpecialem, pro qua Rex voluit principaliter prouidere, ne iura feudalia minuantur. notatum erit in quaternionibus feudum redditus vnius gallinę, vel parua poſſeſſio, hoc erit quaternatum, quaſi nobile, gentile, ac militare feudum à Rege datum, vnum erit feudum valoris centum venciarum, non erit notatum in quaternionibus dohanæ Regis; quia tenetur à Barone, ruſticum iudicabitur hoc ex ſe ipſa non eſt per rationem, ſed per vſum Regni locale eſt feudum, quod tenetur à Rege, non eſt neceſſe illud in quaternionibus deſcribere.& illud deſcribitur, quod ab alio tenetur, & non à Rege: vt notat dominus Bartholomæus de Capua in lege Regni honorem noſtri diadematis: & vtroque caſu loquitur lex poſt mortem. probatur in ea lege ibi,

ibi,caſtra,vel feuda in capite à nobis teneat, vel ab alio: quæ in quaternionibus noſtræ dohanę inueniuntur in ſcriptis. ſufficit à Rege feudum conferri. vt dicatur quaternatum: & illum tex. non allegat Andreas,dum loquitur in diſcuſſione iſtorum feudorum in capitulo primo, de controuerſia feudi apud pares termi. feudum, quod à Rege tenetur, & ſub Rege ipſo poſſidetur, dicitur eſſe fiſcale. vt Lucas de Pen. dicit in l. quicunque. C. de omni agro deſerto, & in l. ſecunda. C. de fundis patrimonia. vbi ponit plura & fiſcalia.

3 Feudum † quaternatum in Regno Siciliæ cenſetur eſſe omne caſtrum, ſecundùm Andreã in l. Regni ſi dubitatio: & in lege iuſtitiarij nomẽ & normam. Eo ipſo quòd eſt caſtrum curia Domini Regis habet intentionem fundatam: vt idem Andreas ſcribit in capitulo Imperialem. §. illud, quarta colum. de prohi. feud. alienatio. per Federicum, & in capitulo primo. §. ſimiliter. colu. 6. de capitaneo qui curiam vendidit; & in lege Regni poſt mortem. & in conſtitu. ſiquis Baro, & in capitulo primo. quarta col. de controuerſia feudi apud pares termi. Andreas mouetur authoritate gloſſæ in dicta. l. iuſticiarij nomen & normã, in verbo præter quęſtiones. Hęc concluſio procedit in Regno Siciliæ per eandẽ legem iuſtitiarij nomen & normam, per quam Federicus cognitionem caſtrorum, baroniarum & magnorum feudorum, quæ in quaternionibus dohanę ſcripta ſunt curiæ Magiſtri iuſticiarij ſingulariter reſeruauit, ponendo ibi in tex. quæſtiones de feudis, ſubdendo de Baronijs & magnis feudis. determinare videtur caſtrum eſſe feudum. & quaternatum feudum, cum in quaternionibus deſcribatur. hoc eſt ex lege Regni: licet idem Andreas in dicta. l. iuſtitiarij nomen. dicat vnum verbum, quòd caſtra habentur loco feudorum quaternatorum, quaſi non ſint verè feuda quaternata: cum aliud ſit eſſe tale, vel haberi pro tali. vt glo. dicit in l. mercis appellatione. de verbo. ſignificat. quò ad quid ſit feudum quaternatũ, ex quo eius cognitio tam magni feudi, quàm caſtri Magiſtro iuſticiario pertinet. Idem eſſet, ſi diceret, qui Terram, Burgum, Villam, Oppidum, vel ſimile, inter quæ eſt differentia: vt intelligatur eſſe feudum quaternatum, ſecundùm Andream in dicta. l. ſi dubitatio. prima colum. & in l. proſequentes: quem ſequitur Paris de reintegr. feudorum, ſub hoc verbo: hæc ſunt ex more Regni per illam legem Federici, ex qua fiſcales pro curia Domini Regis faciunt fundamentum.

4 De iure autem communi. † Caſtrum, Terra, Oppidum, vel Ciuitas non præſumitur eſſe feudum: vt dicit Iacobinus in ſua inueſtitura, in verbo de caſtro. colum. tertia. neque Comitatus præſumitur eſſe feudalis: vt Bal. dicit in capitulo ſignificauit, de reſcriptis. Pal. de Caſtr. conſilio 179. in cauſa. prima columna, primo volumine, Abbas conſilio tertio, ſecundo libro. Decius conſilio. 22. ſecundo volumine. plenè Curtius conſilio 76. feudum non præſumitur in dubio, ſed allodium: vt notat Bal. in capitulo primo. §. inter filiam, ſi de feudo fuerit controuerſia. & in capitulo primo, de vaſallo qui contra conſtitu. Lotha. feudum alienauit. & in capitulo primo, de capitaneo qui curiam vendidit. bona glo. in l. pen. C. de ingenuis & manu. plenè Doctor. in capitulo nimis. de iureiur. Ille text. fuit mihi aſſignatus in punctis ordinarijs pro meo gradu. 28. Febr. 1522. anno meæ ætatis. 18 menſe octauo. Alexan. conſilio. 87. volumine. 6. dixit, Ciuitatem preſumi in allodiũ & nõ in feudum. & conſilio 136. primo volumine. Curtius conſilio 68. & conſilio 85. Barbatia conſilio 57. quarto volumine. & conſilio 18. columna 15. ſecundo libro. & alibi per ſcribentes. Forte etiã dici poſſet, quòd in hoc Siciliæ Regno Caſtrum non cenſeatur feudum quaternatum: niſi altero de duobus modis. Primò, quòd probatum fuerit eſſe feudum, hoc probato, iudicabitur eſſe feudum quaternatum. text. in dicta. l. iuſtitiarij nomen & normam, videtur hoc probare: primò liquere debet caſtrum eſſe feudum, & in feudum conceſſum. & hoc modo intelligenda non obſtaret authoritas Andreæ in præallegatis locis: quia verum ipſe dicit. Caſtrum quaternatũ feudum eſſe: quando liquet, vel conſtat illud eſſe feudum, eo ipſo quòd Rex demandauit cognitionem feudorum quaternatorum Magiſtro iuſtitiario, & etiam caſtrorum, declarauit illud eſſe feudum quaternatum, eo caſu quo eſſet feudum. vel ſi hoc videretur reſtringere illam literam & authoritatem Andreæ, qui in prędictis locis largius eſt loquutus, ſi caſtrum reperitur annotatum in quaternionibus Regiæ dohanæ, tunc iudicetur eſſe quaternatum per illam annotationem. hoc etiam modo poſſet intelligi text. dictę legis iuſtitiarij: ſed hoc etiam videtur nõ eſſe de mente dictæ literæ, & gloſſæ ibidem. quæ per exceptionem quæſtionum de caſtris fecit regulam, caſtra eſſe feuda quaternata: eo ipſo ꝙ caſtra ſunt, argumen. l. Titiæ. de lega. primo, hoc etenim procedit in dubio, prima (vt aiunt) fronte, donec probetur contrarium.

Intellige autem prędictam concluſionem, vt caſtrum præſumatur eſſe feudum quaternatum. Primò quando in eo eſſent homines, & exerceret iuriſdictionem. ex ea hominum habitatione & vaſallorum præſumetur eſſe quaternatũ propter iuriſdictionem, quæ à publico introducta eſt cum authoritate iuriſdicendi: vt in l. prima. plenè per ſcriben. de iuriſdictione omnium iudicum. non poteſt iuriſdictio obtineri iure priuato ab initio. ideo eſt dictum in l. prima. §. primo, de iuſtitia & iure, ꝙ conſiſtit in ſacris, magiſtratus, propter authoritatem, quę à publico confertur. nec poteſt ab aliquo priuato ſine oraculo poſſideri. Paris de reintegratio. feudorum, in verbo & circa iſtas culturas, in fine, cha. to. ſequutus gloſſam in dicta. l. hoc dixit. ſed non allegat aliquam rationem. ſed Bar. in l. prima. §. ſin autem. de noui operis nunciat. dicit,
5 quòd † Caſtrum eſt locus muris circundatus, & ibi per Alexan. & dominus Loffredus ſola authoritate Andreæ contentus in capitulo primo col. 8. de natura ſucce. feudi. ſi in eo Caſtro non

eſſent

eſſent homines, vel vaſalli, in quibus aliquis poſſeſſor exercet iuriſdictionem, non eſſet Caſtrũ feudum quaternatum. quia in eo loco muris circundato nulla data eſt à lege aliqua qualitas accidentalis, niſi quatenus ab homine vel à conſuetudine Regie attributa: vt ſcribit Innocentius in capitulo cum ad ſedem. de reſtitu. ſpoliato & in capitulo in literis. de iure patro. & G. de Perno dixit eſſe ſingulare verbum in ſuis notabilibus feudorum. & ſi feudatarius conſtrueret Caſtrum in territorio feudali, non per hoc eſſet feudale, ſecundum Bal. in l. prima, de rerum diuiſione q. 44. arg. legis Marcellus de rei vendi. & capituli primi, de poſtulatione prælatorum. idem Bal. in præludijs feudorum, & in capitulo primo, §. econtrario. de inueſtitura de re aliena facta. patet hoc: quia eo ſine liberis moriente poteſt petere expenſas erogatas in fabrica, iuxta nota. in capitulo ſi vaſallus: luc ſi nitur lex. & in capitulo ſi quis de manſo. idem Bal. de controuer. inueſtit. ſi ab initio in Caſtro fuiſſent homines, & nunc non eſſent: non eſſet hodie feudum quaternatum, inſpecto præſenti ſtatu; vt gloſſa dicit in l. ſi mater. C. de calumniato. definit eſſe feudum quaternatum propter defectum illius qualitatis hominum, & vaſallorum in eo caſtro habitantium. Loffredus in capitulo primo, q ūis dicatur Dux. niſi Caſtrum appareret conceſſum in feudum cum hominibus & vaſallis. durat ea qualitas feudalis, licet omnes homines moriantur: quia caracter impreſſus ſemper durat; neque ab alio euellitur, quàm ab eo, qui eum impreſſit. Caſtrum eſt factum feudale deſtinatione ipſius Regis, qui hoc potuit. l. quod in rerum. §. ſi. de leg. primo. remanebit tunc vt feudum: quia conceſſum in feudum & quaternatum, ſi illud eſt in quaternionibus annotatum: ſed vbi hoc non appareret eſſe notatum. & deſunt homines habitantes, non iudicabitur primo reſpectu quaternatum propter effectum, qui inſurgit ex diſtinctione horum feudorum: vt collegi inferius deſcribendo quos potui.

Nec obſtat, quod Andreas ſcribit in dicta. l. poſt mortem. in fine ibi dum dicit. Sacramenta tamen hominum feudi non quaternati petentur à Regia curia. ergo propter homines ipſe videtur innuere feudum non eſſe quaternatum: nam ibi Andreas loquitur, quando conſtat homines non eſſe de feudo quaternato. ſecus in dubio; vel quando erant homines ſine Caſtro, vel erant à principio ſic conceſſi per Regem: aliàs non videretur benedicere: vel dum de hoc dubitatur, præſumitur eſſe de quaternato feudo, vel quando homines in alieno territorio habitabãt, vel non ſunt habiti pro villa vel caſtro.

Secundò intellige, quando Caſtrum poſſidetur à priuato: ſecus ſi ab eccleſia, quæ illud poſſidet, ita Andreas ibi in dicta. l. per rationem, quam ipſe aſſignat; quia ipſe Rex non poſſet quicquam decernere ſuper bonis, quæ ab eccleſia poſſidentur liberè, & ſicut lex Regni. vt de ſucceſſionibus, non habet locum in feudis eccleſiaſticis, ſecundùm eundem Andream in l. ſi quis in poſterum. in fine primæ col. ita nec lex ſua, per quam imponitur onus vel grauamen in rebus eccleſiæ; vt nota. in capitulo eccleſia ſanctæ Mariæ, de conſtitutio. & hoc verum, quandò eccleſia poſſidet Caſtrum liberè, & pro eo nõ preſtat curiæ Regis aliquem redditum. ſecus ſi ſolueret Regis curiæ redditum. ſecundùm Andream in dicta. l. quam omnes Regni olim ſequi[illegible] ſola ſtetit authoritate Andreæ, poſſet ſuper eo dubitari, de quo redditu ipſe Andreas ſentit: an de redditu feudali: quia ſoluit vt de feudo vel in feudum conceſſo. vel quando ſimpliciter eccleſia ſolueret redditum Regi pro caſtro, quod ipſa eccleſia poſſidet quia ſi dedit ſimpliciter eccleſiæ, & non expreſſit in feudum. adhuc videtur habere locum ratio per ipſum expreſſa. vt Rex non poſſit hanc legem condere. vt Caſtrum ſit feudum quaternatum, & liberè eccleſia teneat, & omne dominium ſit tranſlatum in eccleſiam redditu ſeu canone excepto, habeat ius redditus ſeu canonis ſuper eo Caſtro, ſub illa natura vel qualitate, quæ intelligitur de iure communi, & non de iure condito & ſtatuto per ipſum Regem. hoc ſcire proderit ad deciſionem aliarum quæſtionum, ſuper quibus Vir acutus cogitabit.

6 Tertiò intellige, Caſtrum † ipſum cenſeri feudum quaternatum, alia autem conceſſa cum Caſtro non erunt quaternata: vt Andreas ſentit in dicto capitulo primo, colum. tertia, de cõtrouerſia feudi apud pares termi. ex quo non ſunt ſcripta de per ſe & principaliter vt feuda & quaternata feuda, ſed accedunt conceſſioni principali ipſius Caſtri: licet Caſtrum ſit quaternatum, membra eius non ſunt illius naturæ: cùm non ſint principaliter ex ſe, ſed per aliud, hoc ſentit Andreas, dum dixit in cap. primo, quid ſit inueſtitura, quòd feudum eſt vniuerſitas facti: quia habet ſub ſe bona naturæ diuerſæ à ſuo capite: vt emphyteuſim, liuellum, cenſum, & allodialia bona, ex quibus feudum fuit conſtitutum, erunt feudalia, vt de illo feudo ſecũdùm Andream in capitulo primo, quarta colum. de controuerſia inter maſculum & fœminam de beneficio. idem Andreas dixit in capitulo imperialem, columna quarta, de Baronia. vt Baro dicatur ipſum à curia Regis ſpecialiter obtinere: feuda tamen ſpectantia ad collationem Baronis non dicetur à Rege ſpecialiter obtinere. pro quo vide Alexand. conſilio. 7. in conſultatione præmiſſa, volumine quinto. de Caſtris quæ ſunt conceſſa cum Comitatu: vt illa diuidantur, Comitatus non, iuxta text. in cap. imperialem, §. præterea Caſtan. in tit. de feud. ſolio 236. Decius aliter in conſilio 390. 3. col. 2. vol. Sed intuenda erit conceſſionis forma, qualiter concepta ſit. Nam aut dicit, concedo Caſtrum cum vineis, oliuetis, & querquetis, erit acceſſoria ad Caſtrum, vt feudum, non tamen illius qualitatis. aut dicit Caſtrum, vineas, & tunc erit illiuſmet naturæ & qualitatis: quia ea dictio, &, copulat principaliter. l. prima & ſecunda, de peculio legato. Oldradus conſilio 159. in fine Abbas in capitulo querelam. de ſimonia. & in tractatu

de

de iure patro. 25. quæſtione, char. 34. & ſunt de per ſe ſpecialiter & principaliter nominata & conceſſa. An autem conceſſo Caſtro veniat territorium. Albertus Brunus conſilio primo. Bal. & Moderni in capitulo primo. §. ſimiliter. de capitaneo qui curiam vendidit, plenè Card. in præludijs feudorum poſt Oldradum in d. conſi. 159.

7 Si feudum propter delictum ſubfeudatarij vadit ad Baronem, an ipſe teneatur ſoluere debita ipſius ſubfeudatarij. Andreas dicit quòd non in lege Regni, ſiquis poſt litem. & in lege, conſtitutionem diuæ memoriæ. in fine, & in capitulo primo. §. quid ergo. de inueſtitura de re aliena facta, & in capitulo primo prima col. an agnatus: quia finito iure ſubfeudatarij extinguitur ius ſui creditoris quò ad feudum: vt in capitulo primo. §. ruſus: quib. modis feudum amit. & in l. lex vectigali. de pignoribus, redit feudum ad dominum liberum, & abſque onere, prout erat tempore conceſſionis feudi: cum perinde eſt, ac ſi dominus Baro nunquam cõceſſiſſet feudum: propter defectum conditionis adiectæ tẽpore dationis feudi, vt ſupra dixi: & quia dominus reaccipiens feudum non dicitur hæres ſubfeudatarij, neque ſucceſſor illius in eo feudo l. tutoris. C. ad legem Iuliam de vi priuata, non habet locum in eo qui non capit ex delicto omnia bona delinquentis: ſed per reſolutionem iuris alterius ius ſuum reintegrat atque recuperat, vide Curtium conſilio 14. primo volum. qui concordat opiniones, Barbatia conſilio 70. quarto libro & Socinus conſilio 46. quarto volumine.

Fallit, niſi feudatarius contraxiſſet debita ex cauſa ipſius feudi, ſecundùm Curtium in tractatu feudi, quarta parte 6. particul. quæſtione, fol. 39. vt quia pro Barone fideiuſſit, pro quo tenebatur requiſitus fideiubere iuxta legem Regni, ſi vaſallus à domino, vel vt adiuuaret ipſum Baronem, vel vt daret adiutorium pro maritanda ſorore ipſius Baronis: vel pro militia fratris ſui: in iſtis caſibus poſſet interponi ſecundum decretum Principe inconſulto: ideo Baro ſoluet his caſibus: vt Andreas dicit in dicta l. ſiquis poſt litem, & in dicto capitulo primo. & in dicto. §. quid ergo. Albertus Brunus conſilio. 104. & dominus Ioannes Antonius Caraffa conſuluit his caſibus, nihil allegat niſi Andream in conſtitu. in aliquibus, tertia col. & ſecundùm Andream tenetur Rex vel Baro præſtare aſſenſum in iſtis quatuor caſibus, quando feudum alienatur: in alijs autem caſibus non tenetur: quia aſſenſus eſt gratia: vt idem Andreas dicit in dicta. l. imperialem. & in capitulo primo. §. ſed & res. per quos fiat inueſtitura: & alibi ſcribit, aſſenſum donationem eſſe: & qui conſentit donare per l. lege obuenire, in capitulo primo quarta, col. qui ſucce. tenea. & in capitulo primo, in fine. an ille qui interfecit fratrem domini ſui. Tenetur etiam aſſentire, quando tempore dati feudi permiſiſſet ipſum alienare feudum ſaluo ſuo aſſenſu, quando non habet iuſtam cauſam contradicendi. ſecundùm dominum Afflictum in dicta. l. ſiquis poſt litem & in capitulo primo §. feudum ea lege, ſi de feudo fuerit controuerſia. & Albertus Brunus conſilio 45. vel niſi ſit alienatio neceſſaria, vt eſt diuiſio inter filios: vt per Alexan. conſilio 7. quinto volumi. vel feudum datum eſſet ad certum, & determinatum ſeruitium, ſecundùm dominum Petrum Iacobum in ſua practica, ex quibus cauſis feudum amitta. char. 36. quod non teneo in Regno, vel quando pro alienatione laudemium ſoluitur ex conſuetudine, quod vulgariter in eccleſiaſticis appellatur, *la penna aurea*. conſuetudo tunc videtur præſtare aſſenſum: vt per Andream ſingulariter in capitulo Imperialem. §. illud quoque, ſecunda col. de prohi. feudi alien. per Federicum vel in bonis feudo redditicijs, ſecundùm gl. Bartholomæum de Capua, & Andream in conſtitutione, hac edictali, debet præſtari aſſenſus eo caſu. quo debet dominus aſſentire, nec poſſit contrahi in illis ſecundùm Afflictum in dicto. §. feudum ea lege, & vide dominum Iacobum de Ardizono in titulo quibus modis feudum amittatur. vbi ponit duas quæſtiones. quando non requiratur aſſenſus. & dominum Petrum Iacobũ in ſua practica eodem titulo folio. 72.

Fallit † etiam hæc regula, quando in obligatione bonorum feudalium acceſſiſſet aſſenſus teneretur Rex vel Baro aperto feudo ſatisfacere creditoribus pro valore ipſius feudi ſecundùm Andream in dicta. l. ſiquis poſt litem, & in dicta. l. conſtitutionem diuæ memoriæ, & in capitulo primo. §. ſi clientulus, de alienat. feudi. aſſenſus hominis in omnem caſum operatur, ſiue feudatarius ſine liberis moriatur, vel culpam committat, durat perpetuò pro accipiente, & hæredibus ſuis ſecundùm eundem Andream in capitulo primo qui ſucce. teneantur, & in dicto capitulo imperialẽ. & in capitulo primo. apud quem vel quos. & in capitulo primo. §. præterea. quæ ſit prima cauſa benefi. amit. & in capitulo primo. §. hoc quoque, col. tertia, de ſucceſſio. feudi, pinguior & fortior erit caſus aſſenſus hominis quàm legis. licet pariter de vno ad aliũ fiat æquiparatio, quò ad facultatem alienandi, ſed à tacito iuris intellectu aſſenſus legis eſt debilior, quia durat, quatenus viget ius alienantis. non intendit rex ea licentia & aſſenſu tertio facere iniuriam, qui venit ad feudum ea ſuo iure aperto: vt in capitulo primo, de alienatione feudi paterni, lex intelligitur præſtare aſſenſum ſecundùm qualitatem rei. arg. l. primæ. §. ſub conditione, vt legatorũ & fidecom. nomine ca. quam ad hoc allegat Paul. de caſtr. in conſilio 335. primo libro. videtur iam expreſſum, quod lex exprimit, & ſubintelligit, arg. l. cum quis decedẽs in principio, de legat. tertio, & in l. ſiquis ſtipulatus. de vſuris, & in l. id quod, de conſtituta pecunia, alias differentias inter aſſenſum hominis & legis poſui infra. ideo tenetur dominus Baro ſatisfacere ſuper feudo, quando aſſenſum præſtitit quia cenſetur conſentiendo ius ſuum remiſiſſe, & potuit cogitare à principio feudum poſſe deuolui, nec prodeſt clauſula, quæ apponitur tempore aſſenſus iuribus curiæ, & alterius ſemper ſaluis, nam iſta clauſula non operatur ſuper eo, ſuper quo eſt principaliter diſpoſitum

per præſtationẽ aſſenſus, ſuper alio refertur: ſecundùm Andream in dicto c. 1. col. quarta. quẽ ſequitur dominus Ioannes Blaſcus Lancea in repetitio. capituli volentes. Regni Siciliæ col. 84.

9 Dominus † Ioannes Raynaldus in capitulo Imperialem. §. habito. prædictam concluſionẽ, quòd dominus non teneatur ſoluere debita ſui vaſalli feudo ſibi aperto, intelligit procedere, quando feudum vadit ad dominum vt dominũ: tunc extincto iure datoris ius acceptoris reſoluitur, vt in capitolo primo. §. rurſus de controuerſ. inueſtitu. & in dicto §. quid ergo. & in capitulo primo. de controuerſia inter emptorem & alium de beneficio. ſecus ſi feudum vadit ad dominum: vt priuatum; vt quia illum inſtituiſſet hæredem: tenetur tunc ſoluere omnia debita ipſius ex regula legis, ex qua perſona. de regulis iuris. ſequitur idem Curtius in dicto tractatu quarta parte. 24. quæſtione idem tenet Cardi. in capitulo primo. §. fin. qui bus modis feudum amittatur, quod eſt de mente Andreæ in capitulo ſi vaſallus de feudo, ſi de feudo fuerit controuerſia, & in capitulo primo in penol. columna de controuerſia feudi apud pares termin. argum. l. ſi ei. de hæredi. vel actio. vendita. & in capitulo primo, qualiter vaſallus iurare debeat domino fidelitatem, & Moderni in præludijs conſtitutio. Regni, quæſtione. 25. repræſentat tunc Rex vel Baro perſonam feudatarij, quando capit ex voluntate vaſalli, & non dicitur reuerti ad eum iure primæuo: ſed ex noua diſpoſitione vaſalli veluti à priuato, quam ſi non feciſſet, vaſallus feudum ad eũ non reperueniſſet: non reſoluitur ius illius ſed durat: & perinde eſt, ac ſi vaſallus ipſe fictione iuris feodum poſſideret. & hoc vbi titulo vniuerſali per inſtitutionem hæredis. ſecus ſi ex contractu inter viuos donando vel alienando: extinguitur ius creditoris alio reſpectu: quia non habebat ius aliquod formatum ſuper feudo, ſed tantummodo actionem perſonalem, quæ non datur contra poſſeſſorem feudi: vt in l. ſi. §. fin. de contrahen da emptio. & in l. prima. §. ſi hæres. ad trebellea num. & notat Andreas in dicta. l. conſtitutionem diuæ memoriæ. in fine, ex contractu inter viuos non eſt dare ſucceſſionem vniuerſalem repræſentando perſonam, ſi ſit titulo particulari, etiam ſi ſit vniuerſalis iuris: vt in l. ſecunda. C. de hæreditate vel actione vendita, niſi quando de fraude liqueret: vt nota. in capitulo primo. §. ſed & res, per quos fiat inueſtitu. per l. omnes. §. Lucius, quæ in fraudem creditorum, & vide dominum Iacobum Rebuffum in l. ſi quis pro ſcribente. C. de iure fiſci, libro 10.

10 Agnatus † ad quem deuenit feudum ex delicto agnati, minimè ſuper feudo tenebitur creditoribus ſatisfacere, vbi feudum venit ad eum ex pacto: quia capit feudum ex forma primæ inueſtituræ: ac ex prouidentia primi acquirentis tex. eſt in capitulo primo, an agnatus, & ibi doctores. & in capitulo Titius, ſi de feudo fuerit controuerſia. & ibi Bal. dicit, quòd feudum venit ad agnatos, ſicut fons ad riuulos. & in capitulo primo, de eo qui ſibi & hæredibus ſuis, ſequitur Alexand. conſilio. 19. quinto volumine. Albertus Brunus conſilio 18. & in conſilio. 78. & idem Bal. ſcribit i capitulo primo, de gradibus ſucce. in feudo, quòd in feudi ſucceſſione vertimus oculos ad primum acquirentem. Cardi. ſequitur in capitulo primo. §. quinetiam. Epiſcopum vel Abbatem. & in præludijs. & in capitulo primo, ſecunda col. de vaſallo decrepitæ ætatis. & Caſtaneus conſi. 62. vltimus eſt inceſſor primi. vt Bal. dicit in capitulo primo, de natura ſucce. feudi. & in capitulo primo, de feudo marchiæ. de quo per Curtium conſilio 49. ſecunda col. & per iuniorem Curtium conſilio 138. vbi plenius ad materiam plurium quæſtionum, ſecundo volumine. Fallit, quando debita eſſent contracta occaſione feudi: nam ſicut teneretur dominus ſecundùm Andream ibi in prima col. pariter etiam teneretur agnatus, & Andream ibi ſequitur dominus Albertus Brunus in conſilio. 104. Dominus Caſſaneus ſuper conſue. Burgun. fol. 253. & Mod. Galli ſuper conſuet. paris. fol. 346. hoc etiam intelligo procedere in feudo hæreditario: vt minimè teneatur agnatus. nec vllam facio quò ad hoc differentiam inter feudum hæreditarium, & ex pacto: quia agnatus nõ capit feudum ex voluntate agnati, quando ipſe deliquit: ſed contra voluntatem ipſius, vel præter, lex feudalis ei defert feudum, ex delicto tamen agnati, vt in §. denique, eſt alienatio legis per ſucceſſorium edictum ex contractu. & non iure ſucceſſorio morientis vel diſponentis: nam qui delinquit, non diſponit, neque aliquid ſuper ſua re cenſet. magis dicitur perdere facultatem alienandi ex delicto: vt notat. in l. poſt contractum. de donatio. lex diſponit & diſtrahit non autem delinquens. Fallit in filio ſecundùm aliquos, qui ſi haberet feudum patre delinquente deberet ſoluere debita paterna: cum ipſe cenſeatur vna perſona cum patre, & habeat eſſe ab eo, & debeat paternam conſcientiam exonerare, ex notat. per Andream in dicto capitulo primo, an agnatus, qui non loquitur in hoc articulo, & ſecundùm aliquos etiam teneretur filius, ſi feudum eſſet ex pacto & prouidentia, & non confeciſſet inuentarium: vt de fructibus teneatur creditoribus ſatisfacere, vel ſi feudum eſſet nouum ex pacto & prouidentia, in quo inuentarium non prodeſt, ex notat. per eundem Andream in dicto capitulo primo, col. quarta, nouum ex pacto & hæreditarium non differt ſecundùm aliquos: omnino obligat primum ſucceſſorem, quamuis Dominus Regens Villanus vir clariſſimi ingenij aliter teneat: vt inuentario confecto filius in nihilo teneatur, de quo ego latius dicam in formula huius articuli in tertio libro.

11 Si ſubfeudatarius † citatus pro delicto capitali non comparet & efficitur contumax, per dit iudicaturam feudi, ſecundùm Andream in conſtitutione clementiæ, in fine, ideſt non poteſt contumax iudicare in cauſis vaſallorum ſuorum, & ſecundùm eundem Andream in capitulo primo, prima columna de milite vaſallo, qui contumax eſt. eo ipſo quòd vaſallus fit contumax

tumax, perdit poſſeſſionem feudi, & ſi infra annum non comparet, poſt annum perdit proprietatem feudi: vt not. in dicto capitulo primo, cõtumax non poteſt eſſe iudex: quia efficitur infamis de facto: vt in l. fi. C. de requi. reis, & not. in lege Regni cordi. & infamia facti repellit à dignitate. l. ſecunda. C. ex quibus cauſis infamia irrogetur, & in l. ſecunda. C. de dignita. Eo ipſo quòd vaſallus contumax eſt, dicitur contemnere dominum in non comparendo coram eo vel officialibus ſuis: vt dicitur in dicto capitulo primo, propter contumaciam pro delicto latitat, iam ſine dedecore comparere non poteſt: vt no. in capitulo primo, an ille qui interfecit fratrem domini ſui feudum amit. Curia mittit ad capiendam poſſeſſionem feudi, quod eſt regulare in Regno in omnibus contumacibus & rebellibus p capitulum Caroli Primi, ſubditorum noſtrorum in fine. Ex hoc dicto Andreæ in dicta. l. clementię, cœpit in Regno practica, quòd vbi feudatarius, vel Baro eſt contumax pro delicto capitali, fit ſequeſtrum iuriſdictionis. & curia interim detinet, & iuriſdictionem exercet, donec tedio affectus comparuerit, & contumaciam purgauerit. & primum cœpit obſeruari in Barone Centulę, & poſtea in Barone Zurulo. & hodie paſſim contra omnem contumacem feudatarium fit ſequeſtrum iuriſdictionis, tam ciuilis, quàm criminalis. fructus autem non ſequeſtrantur anno pendente, & percipiuntur nomine Baronis per deputatum ab eo, vel procuratorem ipſius. & hoc iure vtimur in ſacro Conſilio.

12 Quid autem † ſi dum curia deputat commiſſarium pro capienda poſſeſſione iuriſdictionis comparet vxor feudatarij, & vult ipſa pro dotibus ſuis & antefato retinere iuriſdictionem, vel pro eis petat aſſecurationem, cum adiudicatione ſuper illa iuriſdictione, offerat autem fiſcus vel Baro vxori alia bona, ex quibus poſſit ſatisfieri pro dote & antefato, & ex quibus percipiat maiores fructus pro vita & alimentis. Vxor autem excipiat, quòd eſt in ſua electione, ſuper quibus voluerit ſatisfieri, non debet arctari, & ſua electiona fraudari. Fuit aliàs de facto in ſacro Conſilio, quando Domina Ramundecta Sarracina, olim vxor Don Indaci de Geuara, vtilis Domini terrarum Arpadiæ, & boni Albergi, prætendebat pro cauſa ſuarum dotium impedire fiſcum, ne caperet poſſeſſionem iuriſdictionis dictarum terrarum, propter contumaciam dicti Don Indaci inquiſiti de homicidio. Decreuit ſacrum Conſilium non eſſe admittendam, poſtquam ſibi erat conſultum ſuper bonis viri, & ipſa comparebat ad eludendã pœnã fiſco debitam, ex notatis per Angelum de Malef. in verbo & eius bona publicamus. poſt Albericum de Roſato in tertia parte ſtatutorum, in ſeptima & octaua quæſtione, de qua per Bartol. & Angel. in l. prima. §. ſeruus. & ibidem dominus Igneus, ad ſillenianum, Cyn. & Saly. in l. pignus. C. de pignorati. actione, Bald. in lege noxali, de noxalibus actionibus, & per Romanum conſilio. 128. hoc caſu receditur à regula iuris propter publicam vtilitatem: vt patet in exemplo poſito per Andream in capitulo primo. §. receptatoribus quarta colomna de pace iuram. firm. ſi propter contumaciam ſocij communis domus deſtruatur, ſi offertur prætij illius partis ſatisfactio, & tenet quòd ſic, per legem primam. C. in quibus cauſis ſerui pro præmio libertatem accipiunt, ſequitur Paris de Puteo in tractatu ſindicatus, in verbo contumacia. & dominus Capicius deciſione. 131. in modico lęditur mulier, ſi illud offertur. per quod ſua non intereſt magis rem vnam habere, quàm aliam, ipſa etiam contendit cum eo, qui habet directum dominium ſuper iuriſdictione ipſa ſolùm ius pignoris, & pro fauore publico: vt delicta puniãtur, & vt territus maritus ad obedientiam ſe conuertat & contumaciam purget: ipſa enim pro priuato intereſſe contendit, quod eſt ſaluum & indiminutum ſuper alijs bonis, & cum ampliore reddítu quã ſit in ipſa iuriſdictione.

13 Quod autem † dictum eſt feudatario delinquente feudum deuolui ad dominum, intellige, quando non habet agnatos, qui ex regula feudi, vel ex forma inueſtituræ eſſent ſucceſſuri in feudo, iuxta not. per Andream in capitulo primo, ſi vaſallus feudo priuetur. & in capitulo vaſallus, ſi de feudo fuerit controuerſia. & in capitulo primo. §. denique, quæ ſit prima cauſa benefic. amit. & in capitulo primo. §. rurſus, quibus modis feudum amit. ad filios autem delinquentis feudatarij nunquam deuoluitur feudum, & qua ratione propter delictum ipſe excluditur, ita & omnes ex eo deſcendentes: vt idem Andreas dicit in dictis locis, & in capitulo primo. §. pręterea, quæ ſit prima cauſa benefic. amit. Tantinenſis in verbo dictique vaſalli promiſerunt, non committere felloniam, per Curtium in tractatu feudi, in quarta parte vigeſimaſecunda quęſtione, & conſilio 50. pleniſſimè per Alexand. conſilio ſexageſimo, ſecunda colomna, tertio libro, Barbatia conſilio 66. quarto volumine. & Socinus conſilio quarto, nona columna, tertio volumine, & quid ſi eſſet ex pacto, idem Curtius in d. conſilio 50. columna 70. Iunior Curtius in conſilio. 138. in 2. vol. & Alber. Brun. conſilio 11. & quando delictum non eſſet directò contra dominum,

14 Nota † tamen vnum, quod non poſuit dominus Afflictus in deciſione. 265. in quibus dominus & vaſallus ad paria iudicantur, quòd ſi dominus commiſit delictum, ex quo feudi proprietate priuatur: vt in capitulo domino committente, ſi de feudo fuerit contro. & in capitulo primo, qualiter dominus feudi propri. pri. ſi proprietas feudatario applicabitur, non tenebitur ſoluere debita ipſius domini: vt dicit Cardinal. in capitulo licet, ſi de feudo fuerit controuerſia, quia neque filius tenetur patrem à carceribus liberare, per notat. per gloſſa. in l. pater C. qui bonis ced. poſſunt. Taurinenſis in verbo, qui quidem inueſti. præſtiteron, decimaſexta columna, ſic nec vaſallus: cum habeat feudum à lege feudali, & pręter voluntatem ſui domini.

SVMMARIVM.

1 *Baro poteſt mandare ſuo ſubfeudatario, quòd non ex trahat vaſallos à territorio pro ſeruitijs curiæ.*

2 *Vaſalli extra territorium feudi non debent compelli ad ſeruitia præſtandum.*

3 *Barones debent deputare Capitaneos & Auditores in territorio feudi, ne vaſalli pro querenda iuſtitia rogantur ire extra territorium.*

4 *Baro non poteſt in alieno territorio ius dicere inter ſuos vaſallos ſine licentia domini illius loci, & quid in terra demaniali.*

TRIGESIMA authoritas eſt.
1 Baro † poteſt mandare ſuo
ſubfeudatario, quòd non extra-
hat homines Caſtri in feudum
conceſſi extra tenimentum, &
diſtrictum feudi pro ſeruitijs,
quæ pro feudo debētur, Affli. in lege Regni, iu-
ſtitiatij nomen & normam, col. 3. & in l. quia
frequenter, col. 5. & in l. iuſtitiatij non per ca-
lendas. In Regno eſt ſanctio Caroli edita in pla
nitie. S. Martini, tex. eſt in l. quod niſi, cum lege
ſeq. de operis libertorū, cenſetur cautum & actū
inter feudatarium & vaſallos, ne extrahat eos ex
tra limites feudi, quando aliud expreſſum non
apparet. Tauri. in tra. de roidis, ſeu operis. & pro
ſequitur Andr. in c. 1. §. ſed nec eſt alibi iuſtior.
4. col. quæ ſit prima cauſa ben. amit. in eo artic.
ſi Barones extra Regnum domino Regi ſeruire
teneantur. & in capitulo. 1. §. ſimiliter, de ca-
pitulis Corra. & in c. 1. §. firmiter, de prohi. feu
di alienā. per Federicum. & in l. ſi vaſallus à dño
2 in fi. col. grauamen † videtur inferri vaſallo,
dum extrahitur pro ſeruitijs extra tenimentum
feudi. & extra territorium ei non paretur impu
ne. l. fi. de iuriſdictione omniū iudicum; nec ei
ſupereſt aliqua authoritas vel iuriſdictio ſic per
cipiendi: quia ſicut ad id non teneretur libertus
minimè debet teneri vaſallus: vt pe Curtium in
tractatu feudorum, quarta parte, in tertia quæ-
ſtione, & per dominū Iacobū de Ardizono in
ſumma feudali, char. 14. in verſiculo, an dñs ab
ſente ſeruire teneatur, & tenet Paris in tractatu
de reintegratione feudorum, char. 86. in lib. à
penna. Verùm ex pragmatica Ferdinandi Primi
pro ſeruitijs miliarij pro præſtandis, vel cū iu-
mento, vel curru, quantum pręſtandum ſit, indu
cta eſt taxa pro quolibet miliari, ex hac lege indu
cta eſt interpretatio: vt ad ea ſeruitia ſubditi te-
neātur. Credidit bonus Rex tollere grauamina
ſubditorum, & ex vſu maiora indixit, & paſſim
vtimur in Regno, ꝙ veniāt ſubditi onerato aſel
lo, vel mulo ad aſportandum frumentū, ordeum
linum, vel caſeum dñi Neapo. ab eorū oppidis
hyemalibus temporibus, vel alibi de vna prouin
cia ad aliam. Dñs Galeottus Fonſeca tunc Re-
gius conſiliarius, & nunc libellorum præfectus,
quem Regentem appellamus, Dominus mihi &
pater, Vir pro doctrina & animi induſtria nemi
ni ſecundus, dum à Cęſare Domino noſtro in id
cauſarum genus, quod inter vaſallos & Domi-
nos controuertebatur, aſſumptus eſſet, ſæpe de-
terminauit, ne ſubditi extra territorium eua-
3 gerentur. Ex † hoc poſtea fuit pluries deciſum
in Conſilio, quòd feudatarij debeant deputa-
re Capitaneos & aſſeſſores in terris vaſallorum,
& etiam appellationum iudices, quos vulgò au
ditores vocant, quod probatur ex dicta lege,
iuſtitiarij nomen & normam. & in l. Capita-
neorum. ne ſubditi laboribus & expenſis extra
proprios lares depauperentur: vt in capitulo
ſtatutum. §. primo. de reſcriptis in ſexto. Non
4 † poſſet Baro in alieno territorio ius dicere ſi-
ne voluntate domini illius loci: vt ſcribit Ale-
xand. in l. final. de iuriſdictione omnium iudi-
cum. Bar. in l. prima. §. primo. de requi. reis, Ab-
bas, & Philippus Francus in capitulo meminî-
mus, de appellatio. & quando Dominus illius lo
ci conſentiret, requiritur etiam conſenſus ſub-
diti, textus eſt ſingular. in argum. l. diuus Pius &
ibi notat Paul. de caſtr. de ſeruitu. ruſti. prędio-
rum, & Abbas in capitulo. P. & G. de officio de
legati. Eo inuito non fit de loco ad locum pro-
rogatio iuriſdictionis per argumentum à ſpecia
li, in capitulo Romana. §. contrahentes, de fo-
ro competenti, in ſexto not. per Cynum, & alios
in l. epiſcopale. C. de epiſco. audiend. & domi-
5 nus Tauri. in l. prima de indicijs. Dicit † ta-
men Affli̇ctus in l. Regni, quæ incipit, de quæ-
ſtionibus. & vltra, quòd domini Barones poſ-
ſunt inter ſubditos facere iuſtitiam in terris
demanialibus Domini Regis, & etiam in Ciui-
tate Neapolitan. quod dicit probari ex textu
dictæ conſtitut. ſed licet iuriſdictio Baronum
ab eodemmet Rege procedat, & eorum Baronis
terræ & caſtra ſint membra eiuſdemmet Regni.
& idem Dominus Rex ſit dominus vtriuſque,
& ab eodem iuriſdictio defluxerit, tamen eorum
iuriſdictio eſt limitata ad certum locum, & ad
certas perſonas, non licet de iure excedere teno
rem priuilegij: hoc non exprimit, non dicit,
remanet ſub regula iuris antiqui, ideo debet re-
quiri conſenſus vtriuſque ſubditi, & domini
loci, & officialis, ſatis ille iudex contenditur,
quòd in eo loco alius iuriſdictionem exerceat
contra voluntatem ſuam: vt dicitur in l. diuus,
ius ſuum vſurpatur, ac etiam commodis dimi-
nuitur, conſenſus debet ipſius accedere, argum.
l. in concedendo. de aqua plur. arcend. tex. in
d. l. de quæſtionibus. hoc non probat, quamquā
Neapoli vetuſtioribus temporibus ex clemen-
tia & tolerantia Proregum tacitè aliter fuerit
obſeruatum. Hodie autem non ſine diſcrimine
pœnæ permittitur. vide Bal. in conſilin. 466. An
dre. feudatarius. in fine. primo volumine, qui
dicit, æquum non eſſe, quòd dominus feudi tra-
hatur per vaſallos extra ciuitatem, in qua mora
tur, cum hoc honori & reuerentiæ dominorum
debeatur, per tex. quem dicit ſingularem & vni
cum de iure in c. in nomine. § illud, de pace Con
ſtantiæ: ſic etiam & vaſallis dominus moleſtus
eſſe non debet, ſubtrahendo eum à proprijs la
ribus, cum vaſalli & domin. ad paria iudican-
tur, capitulo primo, qualiter domin. feud. pro-
prietate priuetur.

& ponit dominus Caſſaneus ſuper conſuetudi.
Burgun. folio 108. num. 20. & dominus Ioan-
nes Sanſonius ſuper conſ. Turon. folio 43. arti.
primo, fortius & viſitare, plus eſt cuſtodire,
3 quam viſitare. Viſitatio † eſt quædam inqui-
ſitio, ſecundùm dominum Bartholomæum Be-
lenzinum in tractatu de charita. ſubſidio. 11.
quæſtione, permittitur domino, quando dubi-
tat ponere gentem armatam, & incaſtellare Tur
res, non debet denegari viſitatio ad tuendam
proprietatem rei ſuæ, videt ſubſeudatarium in
re ſua malè verſari, ſuſpicatur, vel repelli poſſe,
vel ire rem in malum: quia malè ſe habet in
feudo: & cum vaſallis gerit ſe odiosè, & illi de
ſerunt culturam rerum feudalium, & habita-
tionem Oppidi. videretur inhoneſtum domi-
no denegare aperire hoſtium feudi: vt dicitur in
dicta. l. cum domini. ex cauſa hoc facit, & pro vr
genti cauſa. non dicitur alium in ſua poſſeſſione
turbare, qui intẽdit ius ſuum ſaluũ facere. Domi
nus Purpuratus in l. imperium, columna 25. nu
mero 166. de iuriſdictione omnium iudicum,
refert Bald. in d. conſilio. 328. & illud modifi-
cat non habere locum, quando vellet dare ſupe
rior viſitatorem in Caſtro alteri infeudato: quia
non poſſet, ex notat. per dominum Curtium iu-
niorem conſilio ſecundo, poſt tractat. feudi, hæc
opinio mihi non placet, nam rationes Bald. con
cludunt & habent locum etiam in Caſtro alte-
ri infeudato ex his, quæ ibi dicit. & in dicto
conſilio 158: & quando Caſtrum eſſet datum
in officium, vel in vicariatum, nullum eſſet du-
bium: etiam quòd officialis eſſet ab eo in eo Op
pido imperpetuum conſtitutus: quia intelligi-
tur deputatus ſecundùm naturam & qualita-
tem officij, ex not. per Claudium, & dominum
Cagnolum in l. diem functo. de offic. aſſeſſo. ar-
gum. l. primæ. §. ſub conditione, vt legatorum
nom. caueatur. l. iudicium ſoluitur. de iudicijs,
& per Andream in lege Regni. ea quæ ad decus
viſitatio, quę fit à domino gratia proprietatis
ſeruandæ, non fit ad damnum vaſalli inueſti-
ti; neque vt ipſe poſſeſſione feudi impediatur,
vtique hoc domino non liceret, argum. l. vim fa
cit, de vi & vi armata. & hoc modo loquitur do
minus de Curte in dicto conſilio ſecundo, qui
ponit quæſtionem in eo domino, qui ſuo feu-
datario deputauerat aſſeſſorem vel conſulto-
rem, cuius conſilium ſequi deberet, concludit
ibi domino non licere, & ſatis benè meo iudi-
cio; quia cum iuriſdictionem vtilem in feuda-
tarium tranſtulerit, non debet in primis cautis
vaſallo conceſſis ſe intromittere deputando cer
tum conſultorem, vt ipſius conſilio debeat pa-
rere. non eſt hoc reſeruatum tempore dati feu-
di, ex regula iuris minimè venit. ideo non debet
permitti, quando per ſacrum Conſilium cauſę
Baronibus remittuntur. & in eorum perſonis
aliqua eſt ſuſpicio. dicitur in remiſſione ipſa-
rum, quòd procedant cum conſilio doctoris par
tibus non ſuſpecti. hoc non eſt derogare pri-
uilegio, quòd conſultor non ſit ſuſpectus: ori-
tur hæc prouiſio ex regula iuſtitia, argument. l.
ſolet. & ibi doctores de iuriſdictione omnium
iudicum, & in l. apertiſſimi. C. de iudicijs, expri-
mitur id. quod de iure eſt, & per eum modum,
qui ineſt, non eſt rei qualitatem immutare. l. cer
ta, de legatis primo. ſecus videretur, quando cer
ta perſona nominaretur pro conſultore, in ali-
quo videretur lædi domin. poteſtas, dum eius fa
cultas reſtringitur, qui poteſt præter ſuſpectos
eligere, quem vult, & a ſuperiore datur certus
iudex, fructus eſt eligere. ſecundùm Innocen-
tium in capitulo iuris, de reſtitu. ſpolia. Hoc ra-
rò fit à ſacro Conſilio, niſi ex magna cauſa, & ci
tra præiudicium priuilegiorum, quãdo pro qua-
litate perſonarũ & factorum aliter videt expe-
dire, ne diutius vagentur: ſed deputare vnum
viſitatorem, qui inſpiciat Caſtrum, qualiter ſe ha
bet, ſi reparatione forte indiget, ſi ex vetuſta-
te collabitur, ſi vaſallus ægrè ſe habet in eo, & te
cta ſarta non ſint, & de alijs, quæ tam ſubditos,
quàm tenimenta feudi concernunt, ipſe ſe per
oculum informet, non eſt alium ſpoliare de feu
do, vel in feudi poſſeſſione turbare, hoc eſt tueri
proprietatem, licet domino mittere famulos tẽ-
pore meſſium, ne fraudetur à colonis. quanto
fortius licet deputare viſitatorem, qui informet
ſe de his, quę reſpiciunt perpetuam rei vtilita-
tem, poteſt dominus proprietatis feudi appone
re cuſtodem iure ipſo, ſecundùm Lucam de Pen
na in l. ſi decurionum. C. quando & quibus quar
ta pars debetur, ergo & iudicem vel viſitatorem
ſecundùm eundem Lucam in l. final. C. de loca-
tione prędiorum ciuilium libro. 11. colum. 22. li
cet proprietario coercere ſeruos, in quibus alius
habet vſumfructum, l. locum. §. primo. de vſu-
fructu: quia iſta non fiunt ad diminutionem feu
di, vel feudatarij, ſed pro conſeruatione feudi:
hoc reſpicit commodum & beneficium, tam do
mini, quàm feudatarij, dum plures ſunt, qui pro
commodo & vtilitate reſpiciunt.
4 In † hoc articulo puto duos caſus conſide-
randos eſſe. Primus eſt, quando dominus nulla
cauſa vrgente vult deputare viſitatorem in Ca-
ſtro ſubinfeudato, ſed occaſione ſuperioritatis,
quam habet in feudo, prætendit eam pręeminẽ
tiam viſitandi, & aponere ſub hoc colore ma-
nus ad ſubfeudum feudatarij. & hoc caſu credo
ſibi de iure non licere, quia ceſſant rationes
adductæ per Baldum in locis ſupra allegatis, &
per Lucam in dicta. l. ſi decurionum, & plenius
per eundem in dicta. l. final. nam cum ipſe con-
ceſſerit feudum, caſtrum, & territorium ſuo
ſubſeudatario, non poteſt aliquam ſuperiorita
tem prætendere, niſi eam, quæ ſibi à lege de-
fertur, vel ſibi retinuit tempore dati feudi, in-
gredi feudum, & Caſtrum ac territorium non
poteſt veluti dominus cum non ſit, vtile ſub-
feudatarij directo præfertur, ſecundùm An-
dream in capitulo primo, fin. col. de controuer-
ſia feudi apud pares termin. iſta eſſet quaſi ſpe-
cies ſeruitutis & ſubiectionis, dum Baro illam
ſibi debere prętendit, probare eam debet. l. loci
corpus. §. competit, ſi ſeruitus vendicetur, non
licet domino ingredi domum, in qua habitat in
quilinus, & eam rimari, vt no. Bal. in l. certi. C.
locati, quando conductor non apparet: tunc
poteſt

poteſt ſecuodùm eundem Bal. io l. ædе. endem titulo, & io authen. qui res. C. de ſacroſan. eccleſijs, latitando præbet domioo iuſtam cauſam iogredieodi, per text. in dicta l. cum domini. illi datur facultas viſitandi, cui datur poteſtas adminiſtrandi. viſitatio ius eſt, & quandoque adminiſtratio vocatur: vt notat Inno. in capitulo cũ oobis olim. de electiooe. admioiſtratio autem de oegatur domino ſuperiori; vt idem Bald. dicit in l. prima, de rerum diuiſione. ergo & viſitatio: cum ſit quædam ſpecies adminiſtrationis, ſiue etiam dicamus, quòd viſitatio ſit quædam ioquiſitio: vt firmat præfatus doctor in tractatu charita. ſubſidij. 1 r. q. cum oon poſſit inquirere, miоimè poſſit viſitare: aliàs de facili & per indirectũ nedum eſſet turbare ſubſeudatarium, ſed ſpoliare ipſum poſſeſſione feudi ſeu alicuius partis ipſius. hæc inſpectio, viſitatio, & prouiſio ſpectat ad eum, qui habet iuriſdictionem cum adminiſtratiooe, patet in procouſule, qui anteguam prouinciam ingrediatur, oullam habet iuriſdictionem. ideo eam alteri demandare uoo poteſt l. ob ſeruandum. §. fi. de officio proconſulis, poſt, vbi in aliquam celebrem ciuitatem aduenerit, proſpiciet ædes ſacras, & opera publica circuibit inſpiciendi gratia, an ſarcta tecta ſiot, vel aliqua refectione iodigeant, & ſi qua cępta ſuot: vt conſumentur, prout vires eius reip. permittunt. curare debet: ſic dicit Vlpia. in l. ſi in aliquam. eodẽ titulo. Baro autem oon habet adminiſtrationem in ſubfeudo, ergo per ſe nec per alios ab eo deputatos poterit viſitare.

5 Secuodus † caſus eſt, quòd vbi vrget aliqua vrgens cauſa: uera oon ficta, oeqoe procurata, & tunc poterit, quia videretur magis rem ſuam tueri, quàm alienam ingredi. forte ſubditi proclamauerunt ad eum pro enormibus grauaminibus, vt erat in capitulo ad apoſtolicæ. & in l. ſecũda, de his qoi ſunt ſui vel alieni iuris, propter ſæuitiam domioi cooſugiunt ad præſidium Baronis, vel erat tempus belli, perſona feudatarij eſt illi ſuſpecta, quia primogenitus eſt a patre hoſte Regis vel rebelle. Natio quidem, vt Vlpianus tradit, & prouocat oos, & deterretur dicitur io l. quod ſi nolit, in §. quia aſſidua. de ædilitin edicto, vel uidet feudatarium moroſum, negligentem, & ſtolidum ſuccurrere Caſtro, io his quibus poteſt, forte patitur ingredi armatos in oppidũ, oec illos expellit: quia non poteſt, vel quia ipſe non vult: quia diſſimulat: licita eſt viſitatio, & uiſitatoris deputatio, ac etiam cuſtodis: pro expelleodis illis, uel ad terrendos alios, ne ueniant: cũ ſciunt oppidum eſſe munitum, hoc eſt bona fide oerſari. hoc eſt ſincerè agere: quia fit ad proprietatem tuẽdam & conſeruandam. & procedant rationes & iura pro hac parte, dicit dominus ſubfeudatario, teneas caſtrũ benè munitum, hoc tibi præcipio, teoetur hoc facere. ſecundùm Bald. ſed cuius expeoſis hoc faciat feudatarius. Bal. ibi oon aperit, neque explicat. idẽ Bald. alibi dixit, quòd domini expenſis faciet: ut eſt facere turres, incaſtellare gentem armatam, io Regno præſtat ſeruitium, prout eſt de more Regni pro eo anno, ſi ſeruitium præſtitit, uel adhoa mentum ſoloit, liberatus eſt: duplici onere grauari non debet, feudum eſſet ſibi omoino inutile ac perniciosum, dum ad talia teneretur, cuſtodiet pro ſuo poſſe, concedat domioo cuſtodiendum, & militibus ſuis præſtet ſeruitium pro ſeudo, ad alia non deberet aſtringi, aperta eſſet uia auferendi feudum, dominus debet bona fide uerſari, a nouare uaſallum ſuum, oon calumniari, neque inter aogustias ipſum coagnitte, pro tempore & qualitate perſooę, & magnitudioe, metiri etiam facultates uaſalli, & ſi tunc poteſt cõpenſando cum eo, quod curiæ teneretur. hęc omoia benè aduertenda ſunt. de Domino Rege, circa prędicta dubitandum non eſt. idem de Barone ſed dubium eſt, an ex ſe ipſo hoc faciat, & ſi cauſę cognitio requiritur, an per ſuperiorem, dum ſubfeudatarius oegat & contradicit: quia etiam modus & diſcretio intuenda eſt. circumſpectus iudex poterit arbitrari, an poſſit, quando celeritatem expetit, ne id cootingat, quod Liuius de Sagunto ſcribit, dum Romæ couſuleretur ab hoſtibus expugnatom fuiſſe, ſolent quidam caſus fatales occurrere, qui nec prędideri poſſunt, & dum in mentem ueniunt, pręcipitem animum ducunt: cum ſequens fortuna noia homioum nõ adiuuat, io deterius producuntur.

Not. duo pro illis, qui teneot Caſtra. Primũ, quòd tenentur curare, ne occupentur ab hoſtibus, aliàs ſi negligunt, intelliguntur prodere; ſecundùm dominum Taurinen. in l. uoo impoſſibile. de pactis. & Socinus conſilio. 133. quarto volumine.

Secundò, quòd Caſtellanus non poteſt paciſci ſine voluntate domini in tradendo Caſtrum alteri ſecundùm Bald. conſilio 203. ſi alicui, tertio volumine. & vide dominum Laudenſem in tractatu de caſtellanis. & dominum de Ripa in tractatu de peſte, capitulo 24. in paruo libro. & Caſſaneus in conſuetudi. Burgun. folio 66. tertio nota. quòd in Caſtris in dubio quis præſumitur uiuere iure Francorum, ſecundùm Andream de Iſernia, quem pro ſingulari refert loco non citato dominus. G. de Perno in no. feudorum. iſtud forte eſſet ratione iuriſdictionis, quæ io dubio pręſumitur indiuidua fauore domini.

SVMMARIVM.

1 *Baro poteſt præcipere ſuo ſubſeudatario, quatenus conſignare ſibi habeat inſtrumentum ſubſeudi.*

TRIGESIMASEXTA authoritas eſt. Baro † pręcipere poteſt ſuo ſubſeudatario, quòd conſignet ſibi inſtrumentum ſubſeudi. Io. Fabri in §. pręiudiciales. 8. colu. inſt. de actio. Mayous io pręlu. feudorum, per text. in l. ſicut datum. C. de liberali cauſa, & in l. inſtrumenta. C. de fideicom. quod eſt verum (vt dixi) quando fatetur ſe ſubſeudatarium. & quid ſi dicit ſe ignorare: quia hęres, uel inoitatur pręſcriptioni, per Maynum in l. ſecunda, col. 82. C. de iure emphy. & plenè per dominum Ioannem Sanſonium ſuper conſuetu. Turon.

Turon.arg. 70.& per dominum Bartho. Caſſa. ſuper conſuetu. Burgun. fol. 109.& folio 110.& quando negat,& eſt conuictus de mendacio vel in totum,aut in partem mentitus eſt,dixi ſupra, & ſi feudum, quod habet a Barone, recognoſcit ab alio,per Abbatem in capitulo cum olim. de re iudic. cuius dicta latè proſequitur dominus Carolus Ruinus conſilio 70. in quinto libro, vbi plenè pertractat hunc articulum: & per eundem Abbatem in conſilio tertio, nitar. ſecundo volumine.

SVMMARIVM

1 *Vaſallus tenetur ſuſcipere procurationem omnium bonorum Baronis expenſis tamen ipſius Baronis.*

2 TRIGESIMASEPTIMA authoritas eſt.
1 ro † poteſt committere procurationem omnium bonorum ſuorum feudalium vaſallo, qui eſt de illo feudo, expẽſis tamen domini, & tenetur vaſallus ſuſcipere gubernationem ipſorum, ſecundùm dominum Bartholomæum de Capua in apoſtilla capituli Regni, quod incipit, terrerij: eſt hoc ſeruitium curiæ, quod vaſallus tenetur præſtare domino infra limites feudi, arg. l. operæ, de operis libertorum. & per capitulum Regni pro ſeruitio curiæ vaſallus cogitur inſeruire. feudum alias eſſet inutile, ſi non haberet hominem de ſuo feudo, qui ſuſciperet gubernationem bonorum feudalium & ſi aliunde quærat, grauaretur dominus impenſa, ne haberet hominem, de quo poſſet iurè confidere: Rex ſi vellet ſoluta mercede cogere aliquem ad hoc, iam poſſet, idem & Baro, qui loco Regis in illo Caſtro & feudo, neque eſt hoc ius Regium: vt non veniat in generali conceſſione: omnia veniunt, quæ vtile dominium reſpiciunt niſi in aliqua fiat exceptio, ſecundùm Bald. in capitulo primo, de capitaneo qui curiam vendidit & per Andream in rubrica quæ ſint Regalia, ad hoc facit tex. in l. ſecunda, & in l. quemadmodum. C. de agricolis & cenſitis: hoc expedit pro cultura & conſeruatione fructuum feudi. venit in generali translatione facta per Regem Caſtri, cum omnibus iuribus & iuriſdictionibus, prout eſt communis forma Cancellariæ, ar. eorum, quę dicit Bar. in l. prima. C. de mancipijs & colonis patrimonialium, libro 11. venit aqua ex flumine quatenus eſt neceſſaria pro vineis, licet flumen non veniat: quia eſt quid Regale, text. eſt ibi, & dominus Iacobus Rebaſſus: quia veniunt ea, quę pro cultura neceſſaria ſunt. quaſi annexa feudo, arg. l. ſi aliena. §. primo, de vſucapio. facit regula. l. ad rem mobilem, & etiam. l. ſecundæ. de iuriſdictione omnium iudicum. Ex hoc dicto ſępe ſacrum Conſilium prouidit Baronibus ab vniuerſitatibus aſſignandum eſſe vnum pro Camerario, vel quandoque duos, qui exigant & conſeruẽt victualia feudi, dato eis ſalario ſolito præſtari, hoc eſt munus publicum præſtare ſeruitium feudo, & domino feudi: quia in eo repręſentatur perſona domini Regis, tanquam cauſa cauſę, feudum eſt homo mutus, dicit glo. in conſtitu. conſuetudinem. lex pro eo loquitur & fingit, id quod eſt neceſſarium pro victu hominis, ideo feuda de publico proceſſerunt, & ad publicum conuertuntur: quia Barones, qui ex Regis munificentia Caſtra & feuda poſſidẽt, aſtringuntur ſeruire domino Regi in expeditionibus bellorum. arg. l. ſecundę. C. de exactori. trib. libro 11. Rex eſt Princeps reipu. Regni, ſecundùm Senecam in tractatu de beneficio, eſt maritus: qui augere debet dotem, quam ſuæ vxori reſtituere debet, ſic & Rex non debet eſſe diſſipator: vt in capitulo intellecto, de iureiurand. eo mortuo durat Reſpu. Regni ſui. ideo negotium Regis dicitur negotium vniuerſitatis, ſecundùm Bal. conſilio 59. ſuper eo quod quæritur, ſecunda columna, tertio volumine, ſine ſeruitio ſubditorum non poſſet Baro colere terras, ſui feudi percipere fructus, & illos conſeruare, ne pereant, text. eſt in arg. in l. is cui. §. qui legatorum. vt in poſſeſſione legatorum, vbi eſt notabilia item ad plura, & in l. aut prætor. §. ſi. de iure deli. munus eſt publicum: quia publicæ vtilitati confertur, nemo illud poteſt detrectare ſine cauſa. l. munerum. §. primo, iudicandi. de muner. & honor. operam tantùm ipſe imponit & non impenſam. arg. l. ſi. §. vltimo, de bonis autho. indi. poſſi. C. l. vltima de requi. reis. Bal. in l. prima, in fine. vbi pupillus educari debeat, vel ſi Baro indiget vno, aut pluribus maſſarijs: vel vellet vnum pro ærario, prout eſt conſuetum in oppido pro qualitate feudi, de ęrarij nomine, per Lucam in l. prima. C. de numerarijs, actuarijs &c, libr. 12. aliàs ego dubitabam. ſi ad id poſſent teneri vaſalli: cum magis officio inſeruiant, quàm operam impendant, cum pro anno ſoleant ſeruire, exigere, conſeruare, diſtrahere, vendere, ac demum rationem reddere. non enim opera expleta immunes ſunt, ne ad alia teneantur: ſed dum operam exercent in obligationem trahuntur: cum periculo perſonę & rerum, ipſi ſuſcipiendo officium quodam modo videntur cum domino contrahere, ſed ad hęc nemo inuitus cogitur. l. nec emere. C. de contrahen. emptio. l. ſi hominem. in principio, depoſiti, ſed fauor reipub. aliud ſuadet, & vſus in Regno inualuit: vt ad ſimilia & talia ſubditi teneãtur ſoluta mercede: eſſe Baliuum domini, vel magiſtratum municipalem gerere, eſt publicum munus, ſecundùm dominum Petrum de Antibolo
1 in tractatu de muneribus 4. §. col. 20. ideo Baro poteſt ipſum compellere prętorijs remedijs, quibus cogit tutores l. ſiquis magiſtratus. de mune. & hono. & in l. in ſacris. C. de proximis ſacrorum ſcrin. dumtamẽ ei hoc conueniat exercere, arg. tex. in l. prima. C. nequis liber. actum reipu. ger. libro 11. ſolent ipſi eorum operas locare, quare domino cum mercede inſeruire non debent. Obuiandum eſt malitijs hominum, qui quandoque ſpreta multa parum curant de compedibus. Scimus etiam plures miſericordes Barones ex pertinacia aliquorum capitum populi, nullo pretio ac nulla mercede inuenire miniſtros operarum, non loquar, quando ex cauſa iuſta & probabili propter proteruiam & ſęuitiam domini iuſtò illi recuſant. urgendi non ſunt, nec poſſunt, de

alijs

alijs prouideri oportet. Ideo hoc onus ſæpe conſueuit ſacrum Conſilium vniuerſitati mandare: vt ipſe videat idoneos & habiles, & qui haberent inter ſe ipſos excuſationem iuſtam; ſi inter ipſos hoc ſeruitium, vel officij munus determinet, in dedecus cogi non poſſunt l. hoc demum, l. eius artificij. cum lege ſequen. de operis libertorum, & in l prima. C. ne quis liber inuitus actum reipu. gerere cogatur. libro vndecimo, & ibi dominus Iacobus Rebuffus. dum quidam Comes recuſaret ſoluere operas ſubditorum, & affirmaſſet quandoque ſoluiſſe, & quandoque depoſuiſſe pecuniam penes Capitaneum ſuæ Ciuitatis, & daretur ob id intricatio inſolubilis, & pauperes eorum dictis fraudabantur, eo inuiſo decreui illi non eſſe inſeruiendum; etiam ſi merces ante operam ſolueretur. modò de operibus ſuis reddit rationem Domino noſtro Redemptori Chriſto Ieſu.

S V M M A R I V M.

1 *Baro debet præferri in emptione fructuum, qui perueniunt ex territorio feudi, pro quo ſoluitur redditus, & in quibus caſibus intelligatur.*

2 *Dominus præfertur extraneo in emptione fructuum eius maſſariæ ſpectantium ad colonum partionarium.*

3 *Vaſalli in quibus caſibus teneantur uendere fructus eorum territorium potius dominis quam alijs.*

1 RIGESIMAOCTAVA authoritas. Baro † præfertur in emptione fructuum, qui proueniunt ex territorio feudi per ſubditos, & illos volunt vendere alteri: tex. eſt in l. fi. C. de metallis & metallariis, libro vndecimo, & ibi noſtri, argu. illius literæ. & licet ille tex. loquatur in fiſco. ratio tamen illius legis habet locum in omni eo, qui eſt dominus loci, ex quo percipiuntur fructus. & de domino per illum tex. idem firmat dominus Afflictus in capitulo primo. §. poſt natale, de pace tenenda. habet dominus ius quaſi hypothecæ in fructibus, qui naſcuntur ex feudo, ſecundùm gl. in l. ſi ſeruus. §. locaui. de furtis, de qua per Bart. in l. in prædiis. & in l. ſine lege. §. colonus. locati. & per Bal. in l. ſecunda. C. de rerum permuta-
2 tione, quando pro illis debetur penſio, & † ſi colonus eſt partiarius, dominum habet in parte, pro qua debet præferri extraneo in alia parte. l. fi. C. de communium rerum alienatio. In multis enim caſibus datur à lege ius prælationis. Vt domino cum emphyteuta vendit l. fi. C. de iure emphy & in agnato, dum agnatus feudum diſtrahit capitulo fi. qualiter olim poterat feudum alienari. & in capitulo primo. §. ſed & res, per quos fiat inueſtitura. In vicino propter ius congrui, per l. Federici, Sancimus. de iure protho. & in creditore & cognato in l. prima. de priuilegijs creditorum, & alibi, hoc ſæpe pronunciauit ſacrum Cõſilium, Baronem præferendum eſſe, dum vaſallus vendit fructus, qui percipiuntur ex feudo.
3 Hanc † concluſionem intellige primò procedere, quando vaſallus venderet illos fructus, qui naſcuntur ex territorio feudali, pro quo ipſe ſolueret canonem in pecunia vel redditum: aut terraticum in victualibus. ſecus ſi aliunde eos habuiſſet; quia forte emit, uel ex proprio fundo percepit, in hoc non reperitur Baro, vel Rex aliquod priuilegium obtinere, rei ſuæ eſt moderator, non cogitur illi vendere, ſed cuilibet, per l. nec emere. C. de iure delib. niſi in certis caſibus. Eſſet contra libertatem, & obſtaret etiam pragmatica diui Ferdinandi primi. Quando autem dominus prætendit ius prælationis, non loquitur in eo Regia pragmatica, & habet locum ius commune, argumen. l. præcipimus, C. de appellationibus. Secundò intellige, quando dominus iuſtum prætium fructuum offert ſoluere, argument. l. qui Romæ. §. cohæredes, de verborum obligationibus. & notatur in dicta. l. prima, de metallarijs. ſecus ſi uellet uiliori prætio, quo fructus communiter venduntur: duplici fauore dominus potiretur cum iactura aliena, ſat illi erit eſſe cæteris pro eodem prætio potiorem. Tertiò intellige, quando vaſallus offert vendere, & concordes ſunt de prætio. ipſe autem Baro tunc ſoluit prætium, ſecus autem quando non curat emere & differt, argumen. text. in dicto. §. cohæredes. ita etiam tenet dominus Iacobus Rebuffus in dicta. l. prima. & ibidem Odofredus ſcribit, non debet vaſallus morari in venditione, & dominus promptus debet eſſe in emendo: quia prætia rerum mutantur ex tempore. l. prætia rerum, ad l. falcidiam. licet ex tempore uaſallus poſſet eſſet in lucro. ipſe tamen benè cogitat, ne uerſetur in damno, dum certo prætio contentus quærit vendere, poterit alteri vendere: quia in iſtis etiam una hebdomada, & quandoque una dies pro qualitate loci & temporũ magnum eſt temporis interuallũ, neque reperitur certa dies aſſignata à lege uel à conſuetudine. Quartò intellige procedere ubi Baro uellet fructus emere pro ſe, argumen. text. in dicta. l. prima. & in d. l. fi. ſecus ſi ipſe uellet emere pro alio vel cederet alteri hoc ius emendi: tunc nõ poſſet ex textu dictæ. l. fi. tenet dominus Guido Papę deciſione 411. plenè diſcutit dominus Andręas Tiraquellus ſuper conſuetudine Pictonum, fo 29. folio 96. folio 247. & plenius folio 247. Mod. etiam Galli ſuper conſuetudine Pariſien. folio 252. habet hic articulus opiniones contrarias. ex his quæ alias legimus; quas breuitatis cauſa non refero, tamen dum eſſet de facto in ſacro Conſilio cum Veneran. Priore ſancti Martini de Neapol. & illis de piacta alarmiere, referente Domino Franciſco Villanoua, uiro doctiſſimo ea fuit recepta ſententia, ne liceat alteri cedere: Perſonale eſt hoc priuilegium, ſecundùm dominum Iacobum Rebuffum in dicta l. prima. col. quod ſanè procederet, quando dominus à principio hoc ageret, & vellet rem emphyteuticam pro alio, non autem pro ſe: ſic fuerat in ea cauſa Monaſterij. ſecus ſi ex poſt facto mutata opinione vt pro alio velit, vel vendit maiori pretio hoc non eſſet prohibitum, ſi verò conſtaret non in fraudem a principio hoc egiſſe dominum, poſſet etiam alium ſupponere ad emendum quando ipſe non poſſet emere propter difficultatem

vel

vel impoſſibilitatem ſoluendi pretium, text. eſt
nota. in l. ad officium. C. communi diui. vbi dñ
minus eſt pauper, & alius emeret, & cederet ad
lucrum domini augmentum pretij, argu. illius
text. ceſſat cauſa, quare alij non poteſt cedere: qa
ipſe poteſt pro ſe emere, & extraneum vult ma-
gis admitti. cum pro ſe nollet. quádo autem pro
pter inopiam non poteſt, & ipſe inuenit empto-
rem, qui ſoluto vero pretio ipſe propter affectio
nem alterius conſequitur lucrum in ampliore
pretio, non debet affici damno propter pauper-
tatem ſuam: cogitandum relinquo: quia nemo
hoc excutit, vaſallus offerre non tenetur. cautũ
hoc non legitur. Baro autem faciet edictum iux
ta antedictam regulam.

S V M M A R I V M.

1 *Baro ſuſcipit curam gubernationis perſona, & bo-*
norum filiorum pupillorum ſui ſubfeudatarij dece-
dentis. Sed an procedat in feudo quaternato. vide
numero 5.
2 *Rex dat Balium in Regno filiis pupillis ſubfeudatarij*
decedentis.
3 *Balius in Regno non datur niſi a Rege.*
4 *Balius in Regno eſt Gubernator feudorum & perſo-*
næ feudatarij, donec eſt infra annos quatuordecim.
Cuius officium finitur, dum attingit decimumquin
tum annum.

TRIGESIMANONA authoritas
1 eſt: quia † moriente ſubfeuda
tario ipſe ſuſcipit curam guber-
nationis perſonæ, & bonorum
feudalium, & aliorũ bonorũ ſui
ſubfeudatarij, dum ipſe in pupil
lari ætate conſiſtit. notat Vincentius doctor an-
tiquus in capitulo cum inter vniuerſas. de ele-
ctione, per illũ tex. qui loquitur de Regno Apu
liæ, in quo ſucceſſit Pontifex in adminiſtratione
Rege exiſtente paruulo, & quamuis Abbas ibi in
ſecunda col. dicat, quód debet dari tutor: per no.
in capitulo grandi. de ſupplenda negli. prælato-
rum: tamen Vincentium ibi ſequitur dominus
Antonius Corſettus in tractatu de poteſtate &
excellentia Regia. in 12. quæſtione, vbi dicit, ꝙ
vaſallo exiſtente paruulo dominus habet admi-
niſtrationem, ratio illius dicti per illum textum
erat dominium directum, quod eccleſia habet in
Regno, propter quod aſſumit gubernationem
deputandi gubernatorem eo caſu. hoc etiam pro
cedit in Barone reſpectu ſui dominij ſubalterni,
quod habet in ſubfeudo ſuo, intereſt ſua tueri
ſubfeudum, vt bene gubernetur, & non deterio-
retur, dum ſubfeudatarius eſt infra ætatem pupil
larem: neſcit ipſe protegere feudum & admini-
ſtrare res feudi, lex prouidet hoc caſu, ne feudũ
ad nihilum redigatur, & melius ſit ante tempus
occurrere, quàm poſt vulneratam cauſam reme-
dium quærere: vt in l. finali. C. in quibus cauſis.
2 De † hoc dicto põt in Regno dubitari ex duobus.
Primò per legem Federici poſt mortem, de nun-
cianda morte Baronis, vbi Rex poſt mortem Ba-
ronis confert perſonam feudatarij, qui illud de-
beat a Barone tenere, noua ergo perſona non im
mittitur in feudo: quia ipſe eſt dominus feudo-
rum & etiam perſonarum: principaliter reſpicit
hæc prouiſio Regem & non Baronem, illa lex
poteſt etiam hunc caſum proſpicere, licet loqua-
tur in ſuo caſu ſpeciali. Ratio tamen illius legis
eſt generalis, argu. l. cum pater. §. dulciſſimis. de
3 legatis ſecundo. Secundò † quia in Regno nõ
datur Balius in feudis niſi ab ipſo Rege: vt ſta-
tuit idem Federicus in l. in aliquibus. in fin. Hic
4 Balius erit gubernator feudorum & perſonæ feu
datarij, dum eſt infra decimumquartum annum:
vt ibi dicitur, & in l. minorum iura, & in l. mino
ribus. per Andream: poſt, vbi decimumquintum
annum attigerit, finitur Balius, & ipſe per ſe vti
maior poterit regere & adminiſtrare feudum &
ſuam perſonam, licet læſus reſtituatur, ſi Baro ſu
ſciperet adminiſtrationem ſubfeudi, donec par-
uulus eſt ſubfeudatarius. ipſe videretur pro eo tẽ
pore deputare balium in Regno, quod ſibi non
licet, per d. l. Regni, d. Capicius in l. Imperialem.
col. 18. tangit dubium, & nihil dicit vlterius, al-
leg. tex. in d. l. in aliquibus. an idem ſit in vaſallo
Baronis Non inuenio pro nunc authores Regni
peritiores ſuper hoc dubio aliquid ſcripſiſſe: vnũ
verbum poſuit Affinis meus in l. Regni, ſi quan-
do. quem refert. d. Caſſa. in conſuetu. Burgund.
folio 214. & prima fronte videretur ex d. l. non
licere ſubfeudatario gubernatorem deputare.
5 Ego autem † in hoc articulo conſidero duos
caſus. Primus caſus eſt, quòd aut feudum, quod
a Barone recognoſcitur, eſt quaternatum, tene-
tur ab eo de gratia Regis, vel in ſua Baronia ha-
bet feuda quaternata, & in hoc feudo mortuo
ſubfeudatario non dabit ipſe aliquem guberna-
torem in feudo, quia Rex hoc caſu prouidit. &
etiam in hoc feudo, ſiue feudum ſit quaternatũ,
quod immediate & in capite recognoſcatur a Re
ge, ſiue ſit quaternatum ſub Barone, eſt tamen
quaternatum, aſſumit regulam a digniori, ſcili-
cet a perſona domini Regis, & ſecundùm hoc ſit
quaternatum, & ſecundum quid non habetur,
leges Regni habent locum in his feudis: vt ſæpe
Andreas dixit, ſunt feuda quaternata regulari-
ter nobilia, ſecundùm Andream in dicto capitu
lo primo, quarta columna. de controuerſ. feudi
apud pares termi. vel a perſona, vel a qualitate
militaris ſeruitij, Baro nõ ſe intromittit, ex quo
ſpecialiter & ſingulariter ſtatuit ſuper eo. princi-
paliter Balius datur perſonæ, ſecundariò bonis,
inter quę bona reperitur feudum: adminiſtrabit
feudum veluti acceſſorium perſonæ feudatarij,
& in hoc non habeo dubium.
6 Secundus caſus eſt, quando feudum non eſt
quaternatum, ſed eſt planum, & de tabula, & ſub
feudatarius eſt impubes, an liceat Baroni: feudũ
planum, feudum eſt. feuda etiam minima non
differunt a maioribus, quod ſcribitur de capite
habet locum in membris. item ratio diuerſa nõ
poteſt reddi in hoc ſubfeudo plano: quia Rex v-
triuſque feudi eſt dominus, eſt etiam dominus
perſonarum, & ſi in feudo plano non reperitur
deciſum, illa lex debet in hoc extendi, vel ſaltem
non debet ſine licentia Regis ſe intromittere,

pro Barone videtur, quòd vbi antiqua lex per nouam non abrogatur, in ſuo caſu ſeruanda eſt. ar gu. l. ſancimus. C. de teſta. item in Regno in his feudis non iudicatur ſecundùm leges Regni, neque leges Regni in his locum habent, ſed tantũ iura feudalia ſecundùm Andr. in c. 1. 4. colu. de natura ſucce. feudi. & in Rubrica de conſuetu, recti feudi, & Lucas in l. prima. C. de imponenda lucra. deſcriptio. ſi Federicus idem voluiſſet ſeruari in his feudis planis, quod ſtatuit in quaternatis, dixiſſet: ipſe perſtrinxit Balium a ſua excellentia deputandum in ſucceſſione filiorum Comitum & Baronum, & aliorũ, qui ab eo feuda tenent. expreſſiſſet vtique generaliter: omiſit, ergo remanet ſub regula iuris antiqui, quæ vult, quòd Baro poſſit tueri proprietatem ſuam, dum ſuſpicatur in aliquo lædi. non quòd ipſe loco perſonæ vel tutoris hoc faciat, ſed pro intereſſe dignitatis feudi ad commodum & beneficium ſubſeudatarij de perſona prouidet: aliud eſt deputare Balium ſubſeudatario. & aliud eſt eligere perſonam, quæ gubernet feudum, vt bona feudalia non deteriorentur. Primum eſt dignitatis & iuriſdictionis Regiæ in Regno in illis feudis, vel ſorte eſt dare adiutorem perſonæ, quæ eſt ſubdita Regi, Baiulus eſt, prout tutor in burgenſaticis, nomine tantùm, & non re differunt. Rex eſt dominus perſonarum, ipſe prouidet, ſiue perſona ſit nobilis, ſiue ſit miles burgenſis, aut ruſticus, poteſtas eſt in capite libero ad tuendum eũ, qui propter ætatem ſe defendere nequit, Baro quò ad perſonam feudatarij nullam habet iuriſdictionem, niſi eam, quæ ex lege feudi defertur. at quò ad feudum habet a lege communi facultatem tuendi rem ſuam, & pro re perſonam. per quandam conſequentiam: cum perſona ſit aſtricta ad onera quædam feudalia: hoc ſua intereſt, hoc non reperitur prouiſum per legem Regni, neque per legem veterem. ſtatutum eſt cum non poſſe: onus eſt Baronis magis quàm honor: videretur iniquum rem ſuam alteri committi, quàm ſibi in eligendo certum gubernatorẽ, donec ſubfeudatarius per ætatem ſibi conſulat, quando bona fide Baro verſatur, non in perniciem feudi, neque ſubfeudatarij, quod ex facto re ipſa poteſt dignoſci. hęc eſt in fauorem ſubfeudatarij, quod eius dominus oculos non auertat ab eo.

S V M M A R I V M.

1 *Baro poteſt pignorare vaſallum authoritate propria pro iuribus feudi ſibi datis.*

1 QVADRAGESIMA Authoritas eſt. poteſt † Baro pignorare vaſallum authoritate propria pro iuribus feudi ſibi debitis, ſecundùm Luc. de Pena in c. Regni. Item ſtatuimus, quòd prælati eccleſiarum. allegat in ar. tex. in l. generali, C. de decurio. lib. 12. & Andr. in l. Imperialem. in fine, ipſe idem Luc. in d. l. generali dicit procedere dum tamen prius a domino moneatur. argu. l. quidam liberus. de ſeruit. vrban. præd. & in l. penul. §. ſi. ibi admonente. C. de agricolis & cenſitis, & non vrgeat indiſcretè, neque ferro, aut gladio, vel in compedibus, arg. l. negantes. C. de act. & obligatio. neque vaſallus pertinax eſſe debet in ſoluendo, aut captioſus, dum ſcit teneri ſuo domino, & conſultò differt: hęc intellige vt ſupra dixi, quando vaſallus fatetur, ſe eſſe debitorem pro iuribus aut redditibus feudi. non offert dominus in curia libellum: ſed executiuè procedit, veluti pro iure fiſcali. ſecus autem eſſet, ſi vaſallus contenderet ſe non teneri, aut in tantum non teneri, ſummatim audiri debet.

S V M M A R I V M.

1 *Baro poteſt præcipere ſubditis ſuis, vt colant territorium feudi.*

1 QVADRAGESIMAPRIMA Authoritas eſt, Baro † præcipere poteſt ſubditis ſuis: vt colant territorium feudi, arg. l. 2. C. de cenſi. & cenſitis, lib. 11. & ibidẽ Luc. de Pẽ. quẽ ſequitur d. Caſ. in conſu. Burg. fol. 330. & ſi recuſant, poſſunt ad id compelli, ſecundùm Luc. in l. generali. 1. colum. C. de decurio. lib. 10. malo animo verſari cenſetur vaſallus, qui in agro domini poteſt culturam facere, & alienum appetit, vt domino contumeliam, vel damnum inferat. nulla autem ratione defendi poteſt, niſi ex ceruice libertatis ſibi & alij noceat. Gregorius in regeſt. lib. 6. c. 108 ſic ſcripſit: dictum nobis eſt, quod ruſtici poſſeſſionis eccleſiæ iura propria deſerentes in priuatorum poſſeſſionibus culturam laboris adhibeãt ex qua reagitur, vt poſſeſſiones eccleſiæ patrimoniale occupato cultore depereant. atque ad tributa ſua perſoluenda idonei non exiſtant, in qua re omnino experientiam ſuam volumus eſſe ſolicitam, nec tale quicquam fieri poſt hac noſtra data ſibi authoritate permittere ſeiſuris, hęc verba Gregorij refert quidam Modernus in tra. agriculturæ 2. char. & poſuit idem Luc. in d. l. quiſquis, in fi. & allegat tex. in arg. in l. 1. C. de metallis & metalla, de quo ſupra dixi. & Paris in tra cta. fol. 197. ſi dominus detinet territoriũ aptũ & commodum ad cultiuandum, ex qua cęteris partibus proueniunt fructus. dicant autem ruſtici, nolumus tuum ſerere territorium, ſed alibi accedere ad laborandum. magna malitia ruſticorum: tenentur ipſi ad id, per quod dominus non ſit in damno, argu. text. c. 1. qualiter vaſall. iura. deb. dom. fide, vaſallus & dominus ad paria iudicantur, ſi dominus feudi vellet potius exteros admittere ad culturam feudi, quàm ſubditos feudi ferendus non eſſet: prius deferre extero quàm cõiuncto. And. in l. Regni, cum per partes Apuliæ durum & crudelitati proximum eſſe. Claudius Imperator reſcripſit in l. præſes. C. de ſerui ex prędijs aquę agmine proprijs agris ſicientibus ad aliorum vſum vicinorum iniuria propagari. videtur quodammodo iniuriam facere dominus vaſallo ſuo: cum exterum in cultura præponat, in qua ipſe æquè idoneus eſt, dum dominus ſubdi-

tum

tnm recipit.nullum ſibi nocumentum facit, illi
prodeſt, ne ſine cultura perſiſtat, vel extra
quæ tat aliunde culturam, ſuſtinere debet domi-
nus, per l. interdicere. de euictio.& inſtitu.de le
ge ſuſia canina tollenda, in principio. quod tibi
non nocet, & alteri prodeſt, ex regula naturæ ſan
citum eſt eſſe faciendum, ſecundùm Senecam ſe-
cundo libro beneficiorum, eodem modo ſubditi
culturam agrorum domini deſerere non debent
vt ex illis redditus percipiantur, & dominus ad-
iouetur, hoc intellige nedum quando ex illo ter
ritorio ſubditus ſolueret canonem vel redditũ:
vt poſſit cogi per no, in dicta l. ſecunda C. de a-
gri.& cenſitis. vel ſi certum territorium habuiſ-
ſet ad culturam: eam enim dimittere non poteſt
cum ad id ſe aſtrinxit. Verùm ſi nullum redditũ,
aut canonem ſolueret pro eo territorio, ſed ha-
bet dominus commodum territorium ad colen
dum iuxta conſuetudinem regionis, id cogitur
colere, ſi ipſe illius ſit artis, vt culturam faciat.
& ex ea ſe artificẽ probet, idoneus eſt & habilis
ad id: hoc munus non retractat. tex. eſt in l. ſed ſi
quid. de vſufru. & in l. hæ operæ. & in l. eius ar
tifici. de operis liber. Rationes & authoritates
ſupra allegatæ hoc probant, grauatnt opinio do
mini, ſi ſubditi ampliorem ſoluturi redditũ pro-
pter commoditatem & vicinitatem reſiſtunt, &
exteros quærat dominus, qui cogitent de cauſa,
de qualitate agrorum, & de duritia domini, quã
doque ſubditi adeo indurantur, quòd non curãt
damnum pati: vt damnum faciant, veluti ſi domi
nus habet molendinum in loco feudi. ipſi autem
magis quærunt foras in hyeme & in æſtate longo
itinere ire ad molendinum pro eadem mercede:
quia dominus ius prohibendi non habet. ſine
graui cauſa non ſunt tolerandi. non eſt contra li
bertatem tueri honeſtatem libertatis: cum ne-
mo ſit in damno, officio iudicis ſuccurrendum
eſt. In quadam cauſa cum vniuerſitate ſancti Mar
ci. & domino don Marcello Cauaniglia eius do
mino me referente Sacrum Conſilium decreuit
quòd vaſalli non dimittant culturam territorij
eorum domini, & in quadam cauſa Comitatus
Manerij Apruti: cum Illuſtr. Oritia Columna
Comitiſſa, dixi, quòd homines cuiuſdam Caſtri
accederent ad molendinum domini conſiſten-
tem in Oppido, & non vagari cum animalibus,
pueris, & mulierculis in montanis locis per mo
lendina exterorum.

S V M M A R I V M.

1 *Baro poteſt facere proclama, quòd nemo ſubditorum ſuorum accedat ad eius bona campeſtria.*

QVADRAGESIMASECVNDA
1 authoritas eſt. Baro † poteſt face
re proclama, quòd nemo ſubdi
torum ſuorum accedat ad eius
bona campeſtria. Decina per
plura comprobat in cõſilio 199
primo libro, quem ſequitur dominus Albertus
Brunus conſilio 501.& cum illi contrauenirnt,
poterit exigere pœnam: cum nemini liceat domi
no inuito alienum territorium ingredi, per l. di-
uus pius, de ſeruitu. ruſti. prædiorum, quam ad
hoc Andreas allegat in l. Regni, cum per partes
Apuliæ. Aliter tamen ſeruatur in Regno pro pę
næ exactione. & quando nullum eſt illatum dã
num ex cenſura pragmaticæ Regis Ferdinandi
Primi. de officio Baiuli, & quando in contem-
ptu domini ſacrum Conſilium moderauit, vt in
pluribus vidimus, quæ inter dominos & vaſal-
los in controuerſiam venerunt.

S V M M A R I V M.

1 *Baro poteſt præcipere ſuo ſubfeudatario, quòd compareat coràm eo ad informandum ipſum.*

QVADRAGESIMATERTIA au
1 thoritas eſt. Baro † poteſt pręci
1 pere ſuo ſubfeudatario, quòd
compareat coram eo ad infor-
mandum ipſum: vt dicit Domi
nus Guido Papæ cõſilio 38. co-
lumna tertia, numero 11. quod intellige, vel in
caſu per ipſum poſito, vel quando iuſta cau-
ſa adeſſet ratione feudi, de quo dic vt ſupra in ſu
perioribus dixi.

S V M M A R I V M.

1 *Baro poteſt pręcipere ſubditis ſuis tempore guerræ, quòd veniant ad faciendas excubias.*

QVADRAGESIMA QVARTA
1 authoritas eſt: quia † Baro po-
teſt mandare ſubditis ſuis te m-
pore guerrę, quòd veniant ad
faciendas excubias, ſecundùm
Manſuerum in practica ſua, in
titulo de taleis. ſolio 132.& an præcipiat mutos
reſici, & cuius expenſis per dominum Guido-
nem papæ in primo conſilio, poſt tractatum, al-
legat. l. omnes, & l. iudices. C. de operibus publi
cis, per dominum Caſſaneum in conſuetu. Bur-
gun. in titulo de iuſtitia. § 4. fol. 29.

S V M M A R I V M

1 *Baro poteſt concedere ſaluumconductum ſuo vaſallo inquiſito, ſed qualiter intelligatur uide.*
2 *Saluus conductus a ſolo Rege fit in Regno, quando eſt bannitus pro cauſa capitali.*
3 *Contumax in curia baronis contumax eſt in toto Regno.*
4 *Baro procedit in cauſis vaſallorum, vt iudex deputatus à Rege in eo feudo, quod eſt pars Regni ſui.*

QVADRAGESIMAQVINTA authori
1 tas eſt: Baro † poteſt concedere ſal-
uumconductum inquiſito: quia ipſe
habet in iuriſdictione dominium, &
eſt iudex ratione proprietatis, & nõ ratione dele
gationis, ita ſingulariter tradit Sandeus in capitu
lo accedens. el ſecondo, prima columna, vt lite
non conteſtata, hoc modo intellige dicta docto
rum:

rum vt non poſſit in præiudiciũ ſuperioris face-
re, per nota. in capitulo venientes. de iureiuran.
& per Angelum in diſputatione incipiente Bo-
nonienſis. in 6. dubio. quò ad ſe poteſt quilibet
iudex ex cauſa, ex dictis per Bar. in l. is qui reus.
de publicis iudicijs. & ibidem Imola, quando
dat illi, qui non erat tunc in loco iudicis. Saly. in
l. indulgentia, prima & ſecunda col. C. de ſenten
tiam paſſis. Bar. in l. illicitas. §. ne potentiores,
de officio præſid. Bald. in capitulo primo. §. itẽ
ſacramenta. vltima col. de pace iura. fir. & do-
ctores in l. præſenti. ſecus ſi erat in eo loco, &
ſuo territorio, ſeruare debet datam fidem: ſed
dubitari poteſt de eo, quod ſcribit Sandęus in di
cto capitulo accedens, quid operetur quò ad ſer
uandam fidem proprietas in iuriſdictione, quò
ad ſuperiorem dominum: cum ſuperior non de-
beat ſeruare ſuo inferiori ſubdito, quod non le-
gitimè feciſſet, dando fiduciam alicui inquiſito
per certum tempus, cum ipſe nõ poſſit ſuperio-
ri legem imponere, qui habet in homine fidato
directum dominium, & ipſe vt miniſter reipub.
quærat delicta punire, eſt quaſi ius ſupremum
hoc facere, quod nõ venit in generali conceſſio-
ne: vt in capitulo quò ad tranſlationem, quando
facit Baro ea cauſa approbata, puta ad comparen
dum & ſe excuſandum, vel pro veritate indagan
da, ſeruandum eſt: quia cenſetur feciſſe, vt execu
tor legis, quę dat facultatem iudici in hoc caſu:
vel dicam Sandæum intellexiſſe de eo, qui ha-
bet omnem proprietatem in iuriſdictione, &
ſunt domini, qui de facto ſuperiorem non reco
gnoſcunt: vt Angelus ibi, & dominus Vitalis
in tractatu clauſularum, nihil nouari ſecuritatę
pendente, columna tertia, quando ipſe recogno-
ſcit iuriſdictionem ab alio, licet non ſit auoca-
bilis ab eo intelligitur recepiſſe, ſecundùm l. re-
legatorum. de pœnis. & in l. relegati, neque dam
nato ut a furcis euellatur corpus, gratiam facere
poteſt, ſecundùm Taurinenſem in verbo, & cum
mero. col. tertia. ad l. ſecundam, de cadaue. puni-
torum. Rex eſt conſulendus. l. prima. §. penulti-
mo. de quęſtio. l. diui fratres. de pœnis. Bannito
2 autem in Regno † ſolus Rex dat ſecuritatem, prę
3 ſertim vbi eſſet contumax pro capitali cauſa † et
ſi eſſet bannitus in curia Baronis: iam eſt banni-
tus per totum Regnum: quia eſt character ani-
mæ cõtumacis impreſſus, qui eum ſequitur quo
cunque vadit: ſicut lepra leproſum ſequitur, ar.
capituli romana. de ſenten. excom. in 6. infamia,
excommunicatio & interdictum viget vbique,
ſecũdùm Philippum Francum in capitulo ſi ſen-
tentia. §. cum verò. eodem titulo, licet contra-
rium credo teneat dominus Afflictus in lege Re
gni generalia iura. Bald. in capitulo primo, hic
4 finitur lex. Baro † procedit ex cauſa, vt a Domi-
no Rege deputatus in eo loco, & feudo, quod eſt
pars Regni ſui & concedendo iuriſdictionem
hoc videtur demandaſſe, arg. l. ſecundæ, de iuriſ-
dictione omnium iudicum. Baronia dicitur quę
dam Prouincia Regni, iuxta glo. in l. fi. in verbo
prouincia. C de præſcriptionibus longi tempo-
ris, quam ſequitur dominus Belluca. in ſpeculo
Principum, folio 121. numero 16. & dominus
Purpura. in l. prima. columna 47. de officio eius
cui man. eſt iuriſdictio. dicitur contumax Re-
gis ſecundariò: quia non paruit iudici & domino
per eum conſtituto, omnis noſtra facimus, cum
faciendi authoritatem impartimur: vt in l. ſecun
da. C. de emend. cod. poteſt capi a quocũque, iux
ta nouellam editam, & habetur ab omnibus pro
diffidato. ex hac regula duo effectus inſurgunt, ſu
per quibus cogitabimus.

SVMMARIVM

1 *Baro poteſt facere edictum ſub pœna, ne ſubditi cum animalibus paſcua ſumant in territorio ſuo. ſed vi de numero 4.*
2 *Baro poteſt ſuam iuriſdictionem ſub pœna tueri.*
3 *Pœna ſumentis paſcua contra formam banni non exigitur in Regno, prout eſt ſtatuta in banno, niſi pro modo fidæ & diffidæ.*
5 *Baro non poteſt animalia ſua immittere ad paſcendum in territorijs priuatis vaſallorum.*
6 *Bona priuatorum Rex non aufert ſine cauſa.*
7 *Regis mens ea præſumitur eſſe, qualis debet eſſe de iure.*
8 *Solum cuius eſt, illius eſt, quicquid ex ſolo naſcitur.*
9 *Solum liberum eſt vſque ad cœlum & vſque ad abiſſum.*
10 *Bona priuatorum non ſunt in dominio Regis vel baronis.*
11 *Diffida eſt pœna contenta in banno emanato per ſuperiorem, per priuatum autem imponi non poteſt: quia eſt actus iuriſdictionis.*
12 *Ciuitas Fogia a fouearum multitudine dicta eſt. & ibidem plura de dohana mena pecudum.*
13 *Apulia quare ſic dicta.*
14 *Ciuitatis Sapini ſeu Altilię Vrbis Sannitum plurima vetuſta dicta.*
15 *Dobana mena pecudum Prouincię Apuliæ Antiquum Romanorum vectigal in demanio Regis, & pro ipſius Corona detinetur.*
16 *Alfonſus primus Aragonum Rex Franciſcum Ma lumber Commiſſarium deputauit ad conducendas pecudes in Prouinciam Apuliæ: eundemque Doba nerium inſtituit*

QVADRAGESIMASEXTA authoritas eſt. Baro † poteſt face-
1 re edictum ſub pœna, ne ſubditi cum animalibus paſcua ſumant in territorio ſuo, ſecundùm Lucam de Penna in l. inſignis, prima colum. C. de paſcuis publicis, libro 11. hoc ius paſcendi tam ex forma priuilegiorũ, quàm ex vetuſta conſuetudine ſoli Baroni competit, qui in ſua Baronia quædam habet præcipua demanialia. veluti iuriſdictiones, aquas, & decurſus aquarum, montes, nemora, paſcua, fortelitia, & in Aprutio difbana, ſecundùm eundem Lucam in l. quicunque, pri. col. C. de fundis limitrophis, lib. 11. quẽ ſequitur Paris de reintegra. feudorũ, in verbo demanialia feudi, fo. 71. & ſolto primo, ſicuti habet Rex pro ſuo demanio

& Corona præcipua quędam, Dohanas, Ca-
bellas, Regalia, & alia non ſolita concedi, de qui
bus per Andream in capitulo primo.§.præterea
verſiculo nec dominus feudi, col. quarta, de pro-
hibi.feudi aliena. per Federicum, & in titulo
quæ ſint Regalia, & per Moder. in lege Regni, di
gnum. Ius paſcendi & pratandi videtur Andre-
as inter Regalia computaſſe, in l. ſi quando. &
idem Lucas de Penna in l. quicunque. C. de om-
ni agro deſerto, libro 11. bona ſterilia ad cultu-
ram reducta aliam naturam aſſumpſiſſe credit.
hoc edictum Baronis ſub pęna fundatur ex l. pri.
2 ſiquis ius dicenti non obtempera. poteſt † ipſe
ſuam iuriſdictionem ſub pœna tueri, ſicut poteſt
quilibet magiſtratus. l. prima. §. primo. & ibi no
tat glo. quod quiſque iuris, & Moderni in præ
ludijs conſtitu. Regni, quæſtione 14. de quo per
dominum Iacobum Rebuffum in dicta l. quiſqs,
& per dominum Caſſaneum ſuper cõſuetu. Bur-
gun. in titulo de iuſtitia. §.6. & in titulo de fore-
ſta, ſolio 373. & per dominum Bertrandum con-
ſilio 61. columna tertia. numero 13. volumine 3.
Ex hoc edicto nedum in pœnam incurrunt ani-
malia laicorum, verum etiam & clericorum, ſe-
cundùm eundem Lucam. in l. prima. C. de naui
bus non excuſa. vbi ad partes arguit, & eum ſe-
quitur dominus Afflictus in lege Regni, cũ per
partes Apuliæ. columna quarta, numero 9. & i-
dem Caſſaneus in loco prædicto, quòd non li-
cet domino inuito ingredi territorium alterius.
l. diuus. de ſerui. ruſti. prædiorum. ideo ipſe po-
teſt imponere pœnam in edicto: quia in eo loco
& territorio habet iuriſdictionem, quam ſub co
hertione pœnarum poteſt defendere & ſuſtinere
3 vt quilibet iudex. Hodie † autem pro modo fi
dę & diſfidę, hęc pœna exigi conſueuit in Re-
gno à Baronibus, etiam quod maior pœna fue-
rit appoſita in banno. & rarò vel nunquam ea-
dem, quæ impoſita eſt, niſi ex propoſito & con-
ſulto animalia fuerint immiſſa, grauior erat cul
pa, & pro modo culpæ debet pœna commenſu
rari. l. capitalium. §. primo. de pœnis. Cum do-
mino terrę ſancti Licandri, & eius vaſallis fuit de
hoc controuerſia & prouiſum, & pro modo im
miſſionis, & pro numero animalium, & pro
qualitate immittentium animalia, ac pluritate
immiſſionis habita ratione eius, quod interfuit
domino dico permiſſum prohibere, ne anima-
lia intrent in ſuo territorio.
4 Verùm † non ex hoc impeditur vſus vaſallo-
rum pro eorum animalibus: poſſunt & ipſi ani-
malia immittere pro vſu ipſorum. Rex non in-
telligitur concedendo terram cum montibus &
planis & paſcuis abſtuliſſe commoditates va-
ſallorum, per l. vſum aquę. C. de aquæductu, li-
bro 10. & ibi Lucas de Penna: vſus intelligitur
exceptus inter ipſos, vt poſſint in oppido habi-
tare, & in domini territorio aliquam commodi
tatem inter ſe ipſos habere, ſicuti ſi terra cum ter
ritorio eſſet in manu Regis, Rex ipſos non de-
beret expellere, eo iure intelligitur conceſſiſſe,
quòd vſus alterius non diminuatur. l. tu conce-
dendo, de aqua pluuia arcenda, debent vaſalli ha
bere naturalia elementa, ne ipſi inermem vitam
ducant, & in eo loco, in quo habitant & onera
ſuſtinent, æqualiter cum exteris comparentur.
Vaſalli clientes ſunt, & pro libertis habentur,
exterorũ numero nõ ſunt computandi, ex con-
ſuetudine generali totius mundi habent hanc fa
cultatem, ſecundùm dominum Petrum de Anti
bolo in tractatu de muneri. verſic. ex quibus om-
nibus, & hoc primo (vt dicunt) aſpectu, quan
do ex vetuſtate tẽporis aliter non appareret: lo
cauſa Domini Vincentij Coſſi, cum vaſallis ſuis
Terræ Variani, ſacrum Conſilium referente me
cenſuit, quòd ipſi eorum animalia immittant in
territorio domini, quatenus inter ſe ipſos vſus
eſt, nec animalia capiant ad ſoccidam, vel vt ex-
teris vendant, donec partibus auditis inſtructo
proceſſu aliter fuiſſet prouiſum. & in alijs cau-
ſis fuit idem decretum, audio reclamatum, quo
rum cauſa pendet, & dũ a prædictis de terra Va-
riani fuiſſet controuentum pœna exacta fuit &
moderatè certo modo. eadem l. haberi debet do
minus in proprio territorio vaſallorum, ipſe ani
malia ſua immittet veluti ciuis illius terræ. & pri
mus ciuis, ex not. per Bartol. in l. prima, ad mu-
nicipales, eodem iure & æquali lege tractari de-
bet. & per Bal. in l. obſeruare. §. proficiſci, quar-
ta columna, de officio procon. & legati, ne quod
proprium eſt vaſallorum ad ſuam vtilitatem cõ
uertat, vt vnus ex ciuibus, & vt principalis ciuis
exhiberi debet in habendis animalibus ad paſcẽ
dum, non quòd aliorum commoditatem abſor-
beat: ex dictis per Alber. in l. Imperatores, de ſer
uitute ruſticorum prædiorum, & in l. ſi teſta-
trix. §. fi. ſi ſer. vendi. vbi ponit quæſtionem de
puteo communi inter ciues, qualiter aqua hau-
rienda ſit, quia vnus habet ampliorem familiã
quàm alius: Cynus in l. quędam. quinta quæſtio
ne de rerum diui. & de vſu animalium in nemo-
re inter dominum & vaſallum, poſuit dominus
Bertrandus conſilio 75. columna ſecunda, libro
ſecundo. videtur tex. pro hoc in dicta lege Impe
ratores: dominus & vaſalli quò ad commodita-
tem paſcuorum cenſentur ſocij, non debet vnus
vſum aliorum vſurpare, argumen. l. de vſu aquę,
de varijs & extr. cogni. ſeruari debet ordo tem
poris & menſuræ, per legem arbor. l. commu-
ni diuidundo, l. item ſi fundi. l. vſufructua-
rium. §. final. de vſufructuar. l. cum hi. §. mo-
dus. de tranſactio. & l. ſi cui. de ſeruitu. & inter
ciues clerici computabuntur pro vſu paſcuo-
rum, vt plenè diſcutit dominus Bertrandus con
ſilio 92. volumine tertio.
Intellige hoc in territorio vniuerſitatis, quod
vulgò demanium nuncupant, in eo dominus ha
betur vt ciuis, & non vt dominus: illud eſt ad
commoditatem vaſallorum pro vſu & commo
ditate vtentium: & vt alteri vendant glan-
des, herbam, aquam, & alias commoditates
nemoris, ſeu demanii, non ſe intromittit domi-
nus in eo, vt dominus ad propriam vtilitatem,
ſed ut ſuperior: vt vſus communis ſit omnibus,
& pauperes a ditioribus non opprimantur, &
pecunia inde habeatur pro commodo vaſallo-
rum, & oneribus vniuerſitatis impoſitis exoluen
5 dis. In † terris autem proprijs vaſallorum, quę
vul-

vulgariter appatronare dicuntur, nullo modo
Baro poteſt animalia ſua immittere ad paſcen-
dum: cum propriè ſint ſuorum vaſallorum: illæ
etenim vniuerſitatis non ſunt ſed ſingulorum
dominorum ipſas poſſidentium: habet locũ lex
diuus. de ſeruitut. vrban. prædiorum: vt ipſi alios
prohibeant ab ingreſſu: nemini licet ſine domi-
norum voluntate immittere: iniuriarum actio-
ne tenerentur. qui prohibiti ſunt & nolente do
mino illas ingrediuntur. l. iniuriarum actio. §.
pe. cum l. ſeq. de iniuriis. l. per agrum. ad l. Aqui
liam: non enim Rex concedendo caſtrum cum
omnibus iuribus & pertinentijs domino intel-
ligitur res priuatorum conceſſiſſe, arg. l. ſecun-
dæ. §. ſiquis a Principe, ne quid in loco publico:
non eſt credendum in genere conceſſiſſe, quod
non potuiſſet in ſpecie ar. l. obligatione genera-
6 li. de pignoribus. Rex † non aufert bona priua-
torum ſine cauſa l. Lucius. de euictio. l. item ſi
verberatum. §. 1. de rei vendi. cauſa debet eſſe vr
gens & publica. l. ſecunda. C. in quibus cauſis ſer
ui pro præmio libertatem accipiunt. iam diceretur
auferre, ſi Baro contra dominorum volunta
tem in alieno animalia poneret ad ſumendum
paſcua, dum vſus & commoditas diminuitur, ar.
l. in concedendo: fit deterior eo ipſo, quòd fit cõ
tra voluntatem domini. l. fi. de vſu & habita. ſicu
ti non poteſt totum ſic nec partem, validum eſt
de vno ad aliud argumentum, per l. quæ de tota.
de rei vendi. Baro hoc facere non poteſt, niſi aut
Rex concedat ſpecialiter, aut lex permittat, vel tẽ
poris vetuſtas introduxerit. Rex non dicit, ergo
7 non vult, quia non poteſt. ea ‡ præſumitur mẽs
Regis, qualis debet eſſe de iure. l. ex facto. de vul
gar. & pupil. lex non permittit, in vno prohibet
ne liceat alienum agrum ingredi domino inuito
ſi conſuetudo innouauit, ſtandum erit conſuetu
dini, quatenus ex conſuetudine eſt præſcriptum.
Prima itaque fronte arcendus eſt Baro, ne anima
lia vel propria vel exterorum immittat ad ſedan-
dum in terris particularibus vaſallorum: ex ge-
nerali ſermone verborum in priuilegio conten-
torum, quæ debent intelligi, prout ius intelligit,
per l. ſi cui. de ſeruitutibus. & ipſe cum in re a-
liena ab alio poſſeſſa hoc prætendat, interim de-
bet abſtinere, per capitulum cum perſonæ. §. pri
mo. de priuilegijs libro. 6. dum eſſet controuer-
ſia inter Illuſtr. Marchionem Campaniæ, & vni
uerſitatem & homines eiuſdem Ciuitatis, de-
creui ego, quòd dominus Marchio, ſeu eius Ba
iuli lite pendente non immitterent animalia in
terris particularibus, donec inſtructo proceſ-
ſu partibus auditis aliter prouideretur. idẽ Mar
chio reclamauit ab hoc decreto & ſacrum Con
ſilium pronuntiauit malè reclamatum. & da-
tu controuentione ex parte officialium ſuorum ſeu
Baiulorum fuit de ea capta informatio & pœna
exacta propter prędictam immiſſionem: pendet
modo deciſio cauſę principalis: quia proceſſus
eſt publicatus, & ſunt probationes ex vtraque
parte deductę, & vide ad prędicta per Andreã in
c. 1. §. fi. de pace tenenda, & per Alex. conſilio 35
ſecunda col. quarto libro, & ad legem Regni cũ
per partes Apuliæ. ibidem per Andream, & Lu-
cam in l. prima. C. de paſcuis publicis, & per do
minum Caſſan. eũm conſilio primo, char. 9.

At prętendit quandoque Baro in terris parti-
cularibus poſt ſegetes poſſe depaſcere certas her
bas, quę ex ſpicis in terram cadentibus naſcun-
tur, & illas ſuas eſſe contendit, donec dominus
illius terrę illam cœperit cultiuari facere & ſemi
nare, neque licere domino illius eas herbas alte-
ri vẽdere, aut aliena animalia imittere iure quo
dam ſuo illas eſſe contendit: ſed qua ratione ad
Baronem pertineant non video cum nemo alie
ni territorij pratum depaſcere poteſt. l. pratum,
8 de verbor. ſignifi. & ibi gloſſ. quicquid ex ſolo
alterius naſcitur, illius eſt, cuius eſt ſolum. l. de
eo. §. 1. ad exibendum. §. cum ex aliena. inſtit. de
rerum diuiſione, & in l. ſolum. §. primo. de rei
vend. omne. quod obuenit ex radicibus arboris
quę in ſolo iacet, illius eſt, cuius loco arbor plan
tata radices emiſit. l. adeo. §. fi. de acquirendo re-
rum dominio, & in l. qua ratione. eodem titulo
Caius ibi ait, qua ratione plantę quę in terra co
aleſcunt, ſolo cedunt: eadem ratione frumenta
quoque, quę ſata ſunt, ſolo cedere intelliguntur,
& in §. ex diuerſo. & in §. fi. inſtitu. de rerum di-
uiſione. pro herba, quę in ſuo nata eſt, competit
domino actio legis aquilię, l. ſi ſeruus ſeruum. §.
ſi oliuam. ad l. aquiliam, & datur actio in factum
vel officium iudicis, prout pecora & animalia
immiſſa ſunt. l. qui ſementem ſatorum. §. fi. de pręſcri
ptis verbis, l. qui occidit. §. ſiquis alienum. ad l.
Aquiliam. & in l. fin. C. eodem titulo. & ibi per
9 Cynum, ſolum † liberum eſt vſque ad cœlum &
vſque ad abyſſum. l. altius. C. de ſeruitutibus, qđ
in certa parte temporis & in certis herbis domi
nus caſtri dominum proprietatis expellat, non
poteſt eſſe ratione dominij directi. ex quo nullũ
habet ſuper allodio alterius, neque ratione iuriſ
10 dictionis. † ſeparata eſt iuriſdictio a priuato rei
dominio, l. bene a Zenone. C. de quad. pręſcri-
ptio. & in capitulo primo. §. contratio. de inue-
ſtitura de re aliena facta: dominium rerum ſingu
larium ſeparatum & diſtinctum eſt ab vniuerſa-
li iuriſdictione nedum Baronis, qui ſuccedit Re
gi: ſed ab ipſa ſuprema poteſtate Regis, aliàs opor
teret dicere, dominium rerum priuatorum eſſe
Cęſaris, & illius qui habet cauſam ab eo, quod
eſt contra communem opinionem omnium ſcri
bentium, & teneremus ſententiam Martini,
quem latè impugnat quidam Epiſcopus hiſpa-
nus in tractatu Regum, ad intellectum legis de
precario. ad l. rhodiam. Rex in hoc nõ habet dõ
minium, iuriſdictionem aut ſuperioritatem: mi
nime poterit habere Baro, qui cauſam ab eo, &
eſt illius ſucceſſor in caſtro, per l. hæredem, de
verbor. ſignifica. non poſſet ergo ſuper hoc ius
prætendere, niſi ratione ſeruitutis impoſitę ab
eo, qui eſt dominus illius terrę, aut ratione con
ſuetudinis, quæ vigeret in eo oppido, vel etiam in
ea regione & prouincia, iſta poſſunt acquiri &
per ſeruitutem & per conſuetudinem, quando
probata eſſet præſcriptio contra particulares, vel
conſuetudo contra vniuerſos de illo caſtro, aliud
eſſet, & dominus caſtri deberet in ea ſeruitute cõ
ſeruari, prout legitimè probata eſt, aliter nõ de-

bet ipſe apponere manus ſuper rebus priuatorũ: contra hos dominos inuehit dominus Petrus de Antibolo in tractatu de muneribus. §.4.col.43. verſiculo ex quibus omnibus iuribus, qui dicit dominos prætendere hoc ex quadam conſuetudine ortum habente a præconizationibus: vt nullus immittat animalia, & homines timidi ꝓpter pœnam & potentiam dominorum non audent contradicere. corruptela eſt, & concuſſio irrationabilis procedens à radice auaritiæ: & tacito authore præfato. idem tenet dominus Bertrãdus conſilio 1. col. ſecunda. primo volum. & in conſilio 92. eo. volu. & dominus Blaſius de Murcono gloſator legum Longobardorum, quem habeo ad pennam, in titulo ad l. Aquiliam, ferè omnia quæ idem Gallicus Doctor poſuit in dicto verſiculo, ſcripſit in dicto titulo.

11 Ex † hoc hodie in Regno orta eſt practica, de qua in lege cũ per partes Apuliæ, per Andreã & Modernos, quòd illi, qui contra formam bannorum immittunt animalia, ſoluunt diffidam contentam in banno, quod non poteſt emanari niſi à Barone, & ab eo qui habet iuriſdictionem in loco: Priuatus hoc non poteſt, quia ea diffidatio eſt pœna & actus iuriſdictionis, quæ non poteſt exerceri à priuato ſine titulo: vt dicit Iono. in capitulo cum acceſſiſſent. de conſtitu. & notant Moderni in præludijs conſtitu. Regni 28. q. procedat hoc in proprio domini territorio. ſecus in terris priuatorum: bannum eſſet omnino iniuſtum & contra rationem, quando domini terrarum priuatarum non acquieſcunt, ſed contradicunt: ſemper grauantur domini locorum contra rationem, quæ vult, et herba nata in terra mea, mea ſit, nec refert, an ex ſtipula nata ſit, ſufficit natam eſſe in agro meo. ego vltra prædictos authores allego text. de quo non meminerunt, in l. qui fundum. §. fundi venditor. de contrahen. emptio. dum coram me verteretur cauſa domini Baronis yſirò, quæ dicitur lo Cyrò Prouinciæ Calabriæ, cum Domina de Aquino, allegabatur conſuetudo in eo caſtro, quòd per ſegetes illæ herbæ ſpectabant ad Baronem. Domini autem terrarum ſolum vſum habebant: cauſa nõ fuit deciſa, ſed lite pendente abſtinuit Baro affidare in illis herbis terrarum particularium. In Prouincia etiam Idruntina hoc idem prætenditur aſſe de conſuetudine, & ſuſtineri facilius poteſt: ibi dominus in vniuerſo territorio directũ vel ſubalternum habet dominium & poſſeſſores vtile. licet in perpetuum pro eorum hæredibus & ſucceſſoribus: & ſoluunt redditum cum poteſtate alienandi: ea conſuetudo interpretatur cõceſſionem, ſicut ex poſſeſſione declaratur priuilegiũ: vt in capitulo cum dilectus. de conſuetu. & in capitulo primo. §. ſi verò fidelis. de contro. inueſtituræ, ſecundùm Bal. in conſilio. 446. Villa vel caſtrum, primo columine, poſterior quod iam poſſeſſiuus declarat, quòd fuerit dubiæ intentionis, per l. cum ſuodus, de lega. ſecundo, & in l. Seiæ. §. Tyrannæ, de fundo inſtructo, vna quæque Prouincia regitur ſuis moribus ſiue bonis, ſiue malis: minimè ſunt mutanda, quæ certam obſeruantiam habent, ſiue hoc procedat ratione dominij, ſiue ratione ſeruitutis aut conſuetudinis, ſuſtineri debet in illis locis, in quibus probatum eſt legitimè ex vetuſtate deberi. hæc quoad dominos & Barones.

Habet autem Curia Regia in regione Peucetia, ſeu Daunia, quæ hodie Apulea nominatur, Dohanam menæ pecudum, quæ in terra Fogiæ

12 † regitur, quæ a ſouearum multitudine dicta eſt, eamque ibidem locari inſtituit Diuus Ferdinandus Primus anno Domini 1468. Dum Gaſpari de Caſtiliono de Ciuitate Pennæ Dohanerio regendam ſcripſit pro commoditate omnium a velut quidam dohanæ vmbilicus, quamquam etiã tempore Roberti Regis ibidem conſtitutam lego in teſtamento condito per dominum Bartholomæum Caſtaldum de Rauello, cuius hodie nobiliſſima hæc familia nullos poſteros tenet, & in eadem terra Fogiæ ampliſſima tenimenta habebat redditus onciarũ 300. & vltra. Credũt aliqui Dohanam hanc a Diuo Alfonſo Aragonum Rege primò inſtitutam eſſe, ſeu Normannorum tẽpore Rogerio, Gulielmo, & Federico Regib. deſumpſiſſe originem: horum opinionem impugnat Naſturnus præſidens Cameræ, Vir acutiſſimus, antiquitatum ſcrutator: exiſtimatque ipſe à Romanis duxiſſe initium, ex authoritate Marci Varronis qui ſecũdo libro de re ruſtica, capitulo 30. hæc verba interſerit. Itaque greges ouium longè abiguntur ex Apulea in Sannorum exiſtimatum, atque ad publicanum profitentur: ne ſi inſcriptum pecus pauerit, lege cenſoria cõmittat mulctam. huius ego ſententiam ſequor ex his, quæ Cicero in Catilinaria, oratione tertia ſcripſit hæc verba. Atque idem hoc decretum eſt in Lucium Caſſium: qui ſibi procurationem incendendę Vrbis depopoſcerat. item & Ceparium, cui ad ſollicitãdos paſtores Apulea eſſet attributa. di

13 ctaque † eſt ſecundùm aliquos Appulia ab appulſu animalium, eo quod in ea regione animalia certe & hyeme appellentur, ideſt ducantur ob aeris caliditatem, & herbarum fertilitatem. quas

14 ſumant & depaſcant. Legitur † apud aliquos exemplum cuiuſdam vetuſtæ inſcriptionis, quæ eſt in ianua Sepini antiqua Vrbe Sanniticorum, dicta Altilia a nonnullis corrotumae diminutum. deſtinaui doctum nuncium vt deſcriberet eo modo, quo hodie legitur, & ab eo except notatum in hęc verba, quę mihi digna viſa ſunt perpetuæ memorię commendare.

BASSEVS RVFVS, ET MACRINVS VINDEX MAG. SAEPINAT. SALVTEM.

Exemplum Epiſtolę ſcriptæ nobis a Coſmo Aug. lib. a rationibus cum his, quæ iuncta erant, ſubiecimus, & admouemus, abſtineatis iniurijs faciendis conductoribus gregum ouiaricorum, cũ magna fiſci iniuria, ne neceſſe ſit recognoſci de hoc, & in factum, ſi ita res fuerit, vindicari.

COSMVS

COSMVS AVG. LIB. A RATIONIBVS SCRIPTÆ AD BASSEVM RVFVM ET AD MACRINVM VINDIC. P. R. PRE. V.

Exemplum Epiſtolæ ſcriptæ mihi à Septimiano Colliberto & Coadiutore meo ſubieci: & peto tanti faciatis ſcribere Magg. Sępin. & Bouiam vt deſinant iniuriam conductoribus gregũ ouiaricorum, qui ſunt ſub cura mea facti: vt beneficio veſtro ratio fiſci indemnis ſit.

SCRIPTÆ A SEPTIMIANO AD COSMVM.

Conductores Gregum ouiariorum, qui ſunt ſub cura tua in re præſenti: ſubinde mihi quererentur per itinera Callium frequenter iniurijs Magg. P. R. à. ſtationarijs & Magg. Sæpino & Bouiano: eo quòd in tranſitu iumenta & paſtores, quos conductos habent dicentes fugitiuos eſſe, & iumenta abactica habere: & ſub hac ſpecie oues quoque dominicas redhibeant, in illo tumultu neceſſe habeamus etiã ſcribere, quietius agerent: ne res dominica detrimentum pateretur. Et cum in eadem contumacia perſeuerent, dicentes non curaturos ſe neque meas literas, neque ſi tu eis ſcripſiſſes, ita fieri in loco domini. ſi tibi videbitur iudices. abactica furto ſubtracta. vt de abigeis. ff.

BASSEO RVFO, ET MACRINO VINDICI P. R. P. PEV. VT EPISTOLAS EMITTANT AD EOSDEM MAGG. ET STATIONARIOS RIVAM. NISI IMPERTTVM FACTVM EST.

Vide Doletum ſecunda parte de Scriba & de Paſtoribus Apuliæ, & M. Cat. de re ruſtica.

Lucius Anneus Seneca in Apulea Pecudes & animalia habebat: vt Andreas refert in lege, cũ per partes Apuliæ, ex hoc colligi poteſt Romanorum tempore vectigal hoc fuiſſe exactum, certumque locum publicum aſſignatum fuiſſe paſcendis pecoribus: vt in l. ſecunda. C. de paſcuis publicis, libro 11. Odofredus Beneuentanus exẽplum ponit. & ibidem dominus Iacobus Rebuffus. & Blondus etiam meminit libro quarto hiſtoriarum: quod & comprobatur ex antiquiſſima inſcriptione propè Theleſiam ad Baſim, quã Petrus Appianus mathematicus ſuo ſacroſanctę vetuſtatis libro folio. 104. annotauit ſub hac verborum ſerie.

IN PRINCIPATV AD BASIM.

VIAM FECEI AB REGIO AD CAPVAM ET IN EA VIA.
PONTHEIS OMNEIS MILIARIOS TABELLARIOSQ.
POSEIVEI HINCE SVNT NOVCERIAM.
MEILIA LI. CAPVAM XXCIIII. ALVRANVM LXX.
IIII. COSENTIAM CXXII. VALENTIAM. CLXXXII.
AD FRETVM AD STATVAM GXXXII. REGIVM.
MEILIA CCC. ET EIDEM PRÆTOR IN Q. R^m. A. P.
XXII. SICILIA FVGITIVOS ITALICORVM CON.
QVÆSIVEI REDDIDEIQ. HOMINES CCCCXV.
EIDEMQ. PRIMVS FECEI. VT DE AGRO POBLICO.
ARATORIBVS CEDERENT PASTORES FORVM.
ÆDISQ. POPLICAS HEIC FECEI.

Dum eſſem ego in Valle Diani inſpecturus limites agrorum terræ prædictæ, & Domini Baronis ſancti Petri Marmoreum, quoddam ſaxũ reperi, in quo quędam legi poterant verba & vallis rationis legebatur, ob quod hodie Vallis Diani, Vallis rationis nuncupabatur, dũ inter paſtores & aratores quæſtio eſſet, quis eorum in eo agro potior eſſet in paſcendo vel arando, deſtinato à Romanis Conſule decretum fuit, vt paſtoribus cederent aratores. & in eadem Valle ingẽs copia pecudum à Menſe Aprilis paſcua ſumit.

15 Tenendum † itaque eſt à vetuſtiſſimis Romanis in Apulea vectigal pecudum exactum eſſe & à poſterioribus Principibus pro Corona Regis ſua domanium detentum fuiſſe: & pro modo animalium & temporum varia fuiſſe inſtituta, ac à Federico Secundo iura pro paſtu pecorum fuiſſe adaucta, vt in ritu Cameræ de iure affidaturæ herbagij paſcuorum, eademque per ſucceſſiuos Reges poſſeſſa fuiſſe: vt poteſt videri in officio Aratiæ Regis, in quo multa habetur mentio.

16 Diuus † Alfonſus Primus Aragonũ Rex primo Auguſti. 1447. Franciſcum Malumbet Commiſſarium deputauit ad conducendas pecudes à Prouincijs Aprutinis ad Prouincias Apuleæ, eumque pro ſuo bono regimine Dohanerium inſtituit idemq; Dohanerius per annos 16. officium exercuit, & certos locos. certaque tenimẽta pro vſu pecudum & animalium deſumpſit: vt eadem animalia locari potuiſſent pro vtilitate cu-

te curiæ Regiæ, à priuatis & particularibus dominis aſſumẽdo ſub prætio: hodie aucto numero pecudum & animalium, Regia Camera amplio res quàm erat antiquitus excepit agrorum limi tes, & ſub antiqua mercede licet adauctus ſit va lor apud dominos, ac nouiſſimè pro loci quali tate inſpicienda ac finibus limitandis deputa uit dominum Marcellum Pignonum Præſiden tem doctiſſimum, & huius Regni Siciliæ Vice cancellarium benemeritum: cum inter dominos locorum nonnullæ ortę ſint lites: cum ipſi à cultura arceantur: vt pro vſu pecudum & Regię Dohanæ eorum tenimenta dimittant, ac ſuper quantitate penſionis, quę hodie ab alijs exigeretur: meum non erit ſuper his aliquid afferre in medium, cum pro ingenij acumine & ſublimitate doctrinæ dominus Locumtenens, & Domini Præſidentes viri ſiquidem integerrimi cauſas ipſas determinabunt.

SVMMARIVM.

1 *Arma depingere poteſt Baro in ſubfeudo alteri conceſſo, & ibidem plura de materia armorum & inſignium.*

2 *Subfeudatarius debet depingere arma ſua in loco inferiori, vbi reſident arma domini.*

3 *Arma & inſignia prioris domini poſſunt auferri, & deleri per nouum ſucceſſorem in feudo alienato*

4 *Baro an poſſit in caſtro infeudato tenere vexillum, depingere arma ſua, vel homines armatos mittere.*

QVADRAGESIMASEPTIMA au
1 thoritas, poteſt † Baro depin
gere ſua inſignia in Caſtro ſub-
2 infeudato, & † ſubfeudata-
rius arma ſua non depinget in
eodem loco, quo arma domini

ſui depicta vel deſculpta ſunt: ſed in loco magis depreſſo: erunt arma Domini in ſuperiori loco, ſubfeudatarij autem in inferiori, ſecundùm dominum Caſſaneum in ſuo Cathalogo glorię mundi, conſideratione 25. char. 14. ipſe enim reuereri debet Dominum ſuum, & vt ſuperiorem eundem recognoſcere. l. prima. C. de offi. præfecti vigilum. & in l. potiores. C. de officio rectoris Prouinciæ. ſi in eodem loco & æqualiter ſua arma ſubfeudatarius poneret cum armis domini, videretur domino ſuo ſe æqualem facere, dignior cenſetur, qui in altiori loco ſedet, ſecundum glo. nota. in §. ſi iam, in verbo altiori. inſti. de bono. poſſeſſio. & ibi per Petrum & Angelum, iſta arma depingit Baro: vt ſciant homines Caſtrum illud ſibi eſſe ſubiectum, ſecundùm Bar. in tractatu de armis, quem ſequitur dominus Bonus de Curtibus in tractatu nobil. ſecunda parte, nu. 170. & idem. D. Caſſaneus conſideratione 15 & licet idem dominus Caſſaneus in dicto loco. folio. 14. forte ex conſuetudine gallica videatur ſe fundare, neque id clarè decidat, hoc tamen poteſt probari ratione ſupra allegata: quia cum hoc Caſtrum ſit ſubditum Baroni ex regula feudi non erit inconueniẽs, quod Baro poſſit exhibere omni ſeculo rem illam ſibi eſſe ſubditam, per ſignum dignoſcitur ſignatum ſecundùm Bal. in prȩludijs, per l. ſtemmata. C. de fabricenſibus, libro. 11. non licet apponere ſignum in re aliena, & quæ eſt aliena, & quæ fuit & eſt propria nemini ſubdita, & in qua alius nõ poteſt prætendere ſubiectionem aut ſuperioritatis ius. c. dilecta. de exceſſibus prælatorum: turbatur tunc dominus rei: læditur & offenditur, ar. l. primæ. C. vt nemini liceat ſine iudicis authoritate ſigna propria authoritate remouere, titulos & ſigna in re aliena appoſita ſine voluntate domini, pœna eſt impoſita ibi, & in titulo pręcedẽti. in cauſa Domini Marci Antonij filij Marini cum Domino Priore Barenſi fuerat controuerſia de proprietate loci: quia ille habebat pro oppido terrę Rutiliani iuriſdictionem criminalem, eccleſia verò ſancti Nicolai habebat iuriſdictionem ciuilem. fuit determinatum in Cõſilio, quòd inſignia in muro oppidi apponantur ab eo, qui habet iuriſdictionem ciuilem, teſte domino Antonio Capicio in deciſione. 27. quia dominus habens ciuilem iuriſdictionem dicitur verè dominus illius terræ, & ille qui habet iuriſdictionem criminalem non habetur pro vero domino, niſi quò ad cauſas criminales & ſibi non datur aliqua ſubuentio, neque aſſecuratio vaſallorũ: & dicitur dominus quò ad quid non per omnia & magis oraculo Principis ſpeciali, vt aliàs dixi in pręcedentibus. At vbi Baro prętendet inſignia ponere in Caſtro ſubinfeudato, non ideo facit vt ſe contendat dominum eſſe in eo Caſtro, neque ſubfeudatarius poteſt Bar. controuertere, ſed vt in eo Caſtro dignoſcatur ipſum eſſe ſuperiorem ſui ſubfeudatarij. & feudũ ab eo proceſſiſſe:, non eſt res libera alterius, neque vnquam fuit à principio, & ſi hoc non liceret Baroni in Caſtro alteri infeudato, minimè etiam eſſet permittendum Regi in Caſtris & Terris datis in feudum ſuis Comitibus & Baronibus: quia vtile dominium Caſtrorum & feudorum eſt traſlatũ in Comites, & Barones. Rex ideo apponit inſignia ſua: quia directum dominium eſt Regis, & ſi Regi hoc eſt permiſſum, debet etiam permitti Baroni, quia in Barone erga ſuum ſubfeudatarium viget eadem ratio: nec te pertur aliquod ſpeciale in Rege quia Rex, ſed quia habet ipſe dominium directum: apponere arma vel inſignia in Caſtro infeudato non eſt ius Regum ſed eſt ius ſuperioritatis dominij, ac etiam domino, qui conceſſit alteri emphyteuſim, dicat Baro, id eſt mea ibidem in caſtro deſcribi inſignia mea, vt ſciant homines, Caſtrum illud fuiſſe ſuum & alteri donatum in feudum. item vt alius non accedat ad illud ob domini amorem, vt etiam alij terreantur in reuerentiã illius domini poſſet etiam ſubfeudatarius vendere caſtrum tacito nomine ſuperioris domini à quo tenet. & emptor dum videt inſignia impoſita retrahitur. nec etiam Baro poſſet præſcri
3 ptionem pati, dũ ex loci qualitate & inſignibus
cognoſcitur, alium eſſe ſuperiorem. ſi † aliena tur feudum in alium, venditur vel donatur & in eo eſſent inſignia prioris domini, poteſt nouus ſucceſſor & dominus illa amouere pro libito voluntatis;

voluntatis: quia per alienationem validam iam deſiuit ex toto dominus eſſe: neque aliquod ius penes alienantem remanſit. nulla remanet imago prioris domini, prior origo ſublata eſt. abſurdum eſſet, Iuſtinianus inquit in l. prima. in principio. C. de latina liber. tollenda. origine rei ſublata. eius imaginem derelinqui, cauſa armorum ſeu inſignium in loco exiſtentium erat dominium: eo mutato mutatur ſtatus & conditio rei: ceſſat cauſa cauſæ: extinguitur ſequela & acceſſorium eius ex regula iuris, & quando datur in feudum non eſt ſic: cum ius ſuperioritatis remaneat. neque per quandam ſatiram: vt dicitur in dicta. l. 1. ſed verè & directò non eſt ex toto extinctum ius concedentis: ſed durat ſub regula & natura feudi, debet etiam durare ſequela euſdem, ſicuti ſi in Capella alicuius eſſent depicta inſignia, ex quibus demonſtratur, illam Capellã fuiſſe conſtructam ab aliquibus de aliqua familia: vt per Bar. in l. qui liberalitati. §. nec eius nomine. de operibus publi. & ibi Bar. inuehit contra religioſos, qui Capellas, ſeu Capellanias defunctorum fundatorum, in quibus eorum ſunt inſcripta inſignia, alijs concedunt, & antiquorum patronorum arma inſcripta delent. & per dominum Capicium in dicta deciſio. 27. in fin. col. & per dominum Caſſaneum in dicto loco conſidera. 21. 2. col. hoc ideo procedit propter ius præeminentiæ, quæ etiam viget in ſucceſſoribus, adhuc durat, nec eſt finitum, idem in domino liberalitatem exercente regulare eſt hoc: quod ille imponat inſignia vel imaginem in loco, qui ſuis ſumptibus extruxit, de nouo, tex. eſt in dicta. l. qui libertati ibi, de inſcriptione nominis ſui operibus (ſi qua fecerit) capere per inuidiã non prohibetur: & ibidem, nec eius nominis, cuius liberalitate opus extructum eſt eraſo, aliorum nomina inſcribantur. & in l. fi. §. fi. Paulus iureconſultus ibi fundat ſe in eo, qui liberalitatem exercet, non in eo qui ex debito impendit. Baro donando in feudum dicitur liberalitatem exercere: beneficium confert, licet ex cauſa meritorum, vt in l. Titios pactum. & ſupra dixi, ſi in feudo conceſſo fuiſſent impreſſa inſignia, non haberet tantam difficultatem, cum videatur eo modo aſſignaſſe in feudum prout feudum conſiſtit cum inſignibus: vt publica inſignia de feudo, ar. l. qui tabernas. de contrahen. emptio. & in l. campanus de operis libertorum, quò ad hoc videtur dediſſe ſub ea lege, ne inſignia amoueat, cum lex hoc exprimat ſub ſuo intellectu per dictam l. qui liberalitati. in argumentum: Nec refert quòd illa lex non poſſet procedere, quando alteri tradidit & aſſignauit per l. ſi vt certo. §. ſi duobus vehiculum. commodati. nam illud haberet locum, quando liberè traderet, vendendo ſeu donando, & quò ad commoda poſſeſſionis, & quò ad naturalem poſſeſſionem. ſecus quando donat in feudum, ipſe autem donator feudi remanet directò dominus, vt dicitur in capitulo primo. §. beneficium. & per ſcribentes in prçludijs in diffinitione feudi, & magnæ ſunt reliquiæ feudi in feudum dari propter ea quæ continentur in iuramento fidelitatis, ſecundum Bal. in conſilio 16. in verſic. porrò, primo volu. non remanent ea, quę concernunt actionem perſonalem, ſed commoda naturalis poſſeſſionis transferuntur in feudatum, ſic intelligendo gloſſam in dicto §. ſi duobus. alia autem non finiuntur, neque per infeudationem extinguuntur, ſed propter ius & authoritatem ſuperioritatis à ſuo eſſe non immutantur, ex lege & ex ipſa natura contractus. lex ſuper hoc fingit, excipit ac diſponit, quando forma non apparet immutata à patribus. ſi autem velit Baro ſua inſignia imprimi, iure tamen infeudati non diminuto ex qualitate inſcriptionis hoc indicans, licet hoc petat poſt conceſſionem & traditionem factam, non eſſet hoc in derogationem feudi conceſſi, aut ſeruitutem imponere feudo, ſed eã quæ ex lege feudi, & ex moribus introducta eſt ſubſtinere, & notam facere, infeudato non obeſt, & Baroni infeudanti poteſt prodeſſe propter actum liberalitatis omnibus apparentem, & propter rem domini protegendam, & conſeruandam, quod quantum expediat, ex tempore poterit cõprobari, & hanc partem tenendã puto, quam argutus iudex pro qualitate locorum, & temporum, & perſonarum poterit ſuo iudicio ſubli-
4 mi moderare, quid † ſi Baro vellet in Caſtro infeudato tenere vexillum, ſeu bandeçã, quod vocabulum grçcum eſt appoſitum in palea, & in textu donationis Imperatoris Cõſtantini factæ filię Sacroſanctę Romanæ Eccleſię recipiẽte Beato Silueſtro tunc Pontifice Maximo. & prætenderet ſuum vexillum cum inſignibus portari cũ vexillo ſui ſubfeudatarij: ſubfeudatarius autem contendat hoc fieri non poſſe ex pluribus, vel ſi Baro vellet mittere aliquos armatos per Caſtrũ, Veluti ſuos alumnos, & familiares, quia dare licentiam deferendi arma in oppido illo non poſſet, cum non habeat aliquam adminiſtrationem vel iuriſdictionem in eo, nolo aliquid ſuper hoc ſcribere pro honeſtis cauſis, cum eſſet aliquorũ excitare malitiam, quibus nolui ſuper hoc reſponſum dare, iudicent Domini peritiores, cũ contigerit caſus.

Per iſta cũ laude omnipotẽtis Dei & Glorioſiſſimę Virginis eius matris Marię, Sanctorum Ioãnis Baptiſtę, Hieronymi, Marini martyris, & aliorum Sanctorum, Sanctarumque cęleſtis & triumphantis curię finem facio huic ſecundo libro. In quo ſi quid bene dictum & poſitum fuerit, totum ad gloriam & honorem indiuiduę Trinitatis, a qua cuncta bona procedunt: Quicquid autem indoctè & imperitè dictum eſt, mihi ſoli miſerrimo peccatori aſcribendum eſt, qui auſus ſum tam vaſtum pelagus nauigare, cum nec ſcalmum in lacu rexi. Amici mei duro animo ad id ſcribendũ me impulerunt, ego ſum omnino imperiti iudicij vermis, non homo, & vtique vmbra hominis, ſed opprobrium hominum, negotiorum moles, longeuę infirmitates, & plurimę filiorum mortes, quæ fortiſſimum deduxiſſent ad nihilum, ſi quod erat ingenium, fide ſemper & Chriſtiana religione ſalua, ac ſacroſanctę Romana eccleſiæ totius orbis Antiſtitis, ac omnium eccleſiarum mundi Principis correctioni emendationi

dationi

dationi & ſubiectioni committo. Si dominus dabit filios meos vitæ ſalutem rehabere, & ammota ægritudine incolumitatem accipere, ac aliqua ſit animi quies. Tertium volumen inueſtiturarum cum nonnullis vtilibus quæſtionibus breui temporis ſpatio cum laude Dei in lucem æditurum polliceor. Neapo. primo Settembris. M. D LIIII. 13. indictione.

Lib ir Secundi Finis.

LIBER TERTIVS DE FORMVLIS INVESTITVRARVM

Additio noua.

SVMMARIVM.

1 *Inueſtitura quot modis capiatur.*
2 *Formula inueſtitura qua dicatur.*

TRACTATVRVS de formulis inueſtiturarum, neceſſarium eſſet ſcire primò, quid ſit inueſtitura, quotoplex inueſtitura, à quo fieri poſſit, in quibus conſiſtat, & quomodo inueſtitura concipiatur: Sed quia hæc omnia habentur, in capitulo primo quid ſit inueſti. & ibi per gloſſam Andr. & docto. & in capitulo primo, quomodo feudum conſtitui poteſt remitto me ad ibidem ſcripta, & in capitulo primo, per quos
1 fiat inueſti. † inueſtitura autem capitur pro cartula, ſiue ſcriptura conceſſionis feudi, quæ à conditoribus feudorum quandoque appellatur inſtromentum, vt capitulo primo, de inueſti. de re alie. fa. quandoque breue teſtatum, vt in capitulo primo, de notis feudorum, in regno dicitur priuilegium, & aliquando vocatur oraculum: vt per Andr. in dicto capitulo primo, & in capitulo. ſi minoribus, ſi de feudo fuerit contro
2 uerſia. † Formula autem inueſtituræ dicitur eſſe tenor gratiæ conceſſionis feudi, quam facit dominus Rex, vel alius dominus, quando feudum concedit: vt in capitulo primo, de natura ſucce. feud. & in capitulo primo, de grad. ſucce. in feud. quicquid ipſe exprimit tempore conceſſionis feudi in illa cartula, ſiue etiam fiat per priuilegium, ſiue per inſtrumentum, tenor eſt, & formula feudi poteſt etiam fieri ſcriptura priuata: vt per Ruy. conſilio ſexto, primo volumine, quod rarò fieri conſueuit.

SVMMARIVM.

1 *Feudi natura ex formula inueſtitura cognoſcitur.*
2 *Inueſtitura tenor eſt loco contractus ad interpretandam contrahentium voluntatem.*
3 *Inueſtitura formula dat eſſe feudi, & illud qualificat iuxta ſeriem & tenorem ipſius.*
4 *Feudi natura eſt genus, forma inueſtitura eſt ſpecies, qua derogat generi.*
5 *Feudum eſt homo mutus, & agit & conuenitur, & pro eo & cõtra eum fertur ſententia.*
6 *Rex per inueſtituram feudi inſufflat ſpiritum vita.*
7 *Inſufflatio ſpiritus in quibus cadat.*
8 *Inſufflatio ſpiritus an cõcedatur in cauſa appellationis aut reuiſionis.*
9 *Feudi natura ſecundùm diuerſa tempora mutata.*
10 *Feudum nudum quod dicatur.*
11 *Feudi natura inducta, ne liceat principi vaſallos ſine culpa deueſtire.*
12 *Inueſtiturarum formula cur fuerunt introducta.*

1 QVIA † ex formula inueſtituræ feudi natura cognoſcitur capitulo primo, de fratrib. de no. be ne. inueſti. & in capitulo primo §. filia verò. de ſucce. feudi. & in controuerſia facti ſemper recurrimus ad tenorem inueſtituræ capitulo primò, de beneficio fratris. & in capitulo primo. §. ſio autem, & in §. hoc etiam notandum eſt. de his, qui feudum dare poſſunt, ideo nonnullas formulas inueſtiturarum, in vnum colligere decreui, vt ex facie, & lectura ipſarum facilius perueniri poſſit ad cognitionem feudorum, de quibus eſſet ſermo, & liberius pertractari, diſcenti & terminari natura ipſorum feudorum, ſiue regalia fuerint, aut non quaternata etiam nobilia, ruſtica, vel plana aut athenaſia ſecundùm morem regni Siciliæ, hoc ſemper & in primis inſpici debet, ſub qua forma, & tenore Rex feudum dederit, & conceſſerit, ſiue ſit ſecundùm regulas feudi communes, ſiue contra vel præter: ipſe. n. in regno pater eſt & dominus omnium feudorum, quæ ab ipſo in alium transferuntur, vt And. dicit in capitulo primo. §. hoc quoque. de ſucceſſio. feudi. & in capitulo primo, ſecunda columna, qualiter vaſ. iurare debeat domino fidelitatem,

tatem, imponit legem, quam vult in re ſua: vt idem ſcribit in capitulo primo, qualiter feudum ad filiam pertineat, & in capitulo primo, ſexta columna, de contro.feudi apud pares terminanda, & in capitulo primo, ſecunda columna, de eo, qui ſibi & hær. ſuis, quod regulare eſt in omnibus. vt primum locum voluntas obtineat. l. conditionibus. de condition. & demonſtration. ipſa enim regit, & moderatur quicquid aut decreuit, aut iubet, vt ibi dicitur, & in l. hæredi, de lega. primo. & in l. tertia §. conditio. de adim. lega. & in l. pater filium. §. pen. de lega. 3. ſat eſt iuſſiſſe, aut voluiſſe ſeruari oportet: vt in l. quintus. de auro & argen. lega. & in l. Labeo de ſup. leg. & in l. fideicomiſſa. §. Item ſi quis, de leg. tertio, ceſſat voluntatis interpretatio, quando re ipſa certa eſt voluntas. l. cótinuus §. primo, de verborum obligatio. id quod extra tenorem ſcripturæ occurrit, poteſt res ipſa ex bono & æquo interpretationem capere, ea verò, quæ ex ipſo tenore, & formula oriuntur, neceſſe eſt ſecúdùm ſcripti iuris rationem experiri, Caius dixit in l. in his, de conditio. & demoſtrationi. & notabilis eſt ille text. ad multa, dum de bono, & æquo mentionem fecit, & de ratione ſtricti iuris, de quo per Budeum in l. prima. de inſti. & iure, & plenè per Duarenũ virum doctiſſimum in l. videamus. de in litem iura. ex hac ratione ſępe Bal. ſcripſit, quòd quale ſit regnum Apuliæ, tenor inueſtiturę demonſtrat, vt l. ex hoc iure, ſecunda columna, de iuſt. & iure, per tex. in dicto capitulo primo, quem dixit eſſe notabilem in prælud. feudorum, in quarta diuiſione

2 † quia tenor inueſtituræ eſt loco contractus, & ex eo colligitur, quid partes contrahere voluerunt. l. ad probationem. ibi, quem tenor adiuuat C. de proba. & in capitulo fi. per quos fiat inueſti. ibi, niſi eo pacto, & in l. fi. C. de fideiuſſo. ibi niſi pacti tenor reclamauerit: nata eſt lex ex forma inueſtiturę inter dominum & vaſallum, ſecundùm Bal. in capitulo primo, ſexta columna an agnatus, & in capitulo primo, §. denique. quæ ſit prima cauſa bene. amit. & in capitulo quæ in eccleſiarum. de conſtitu. Secundùm quam vterque aſtringitur ex pacto, & vinculo inter ipſos firmato ex lege & forma ipſius inueſtiturę: ex ea minimè recedi poteſt, neque addi, aut minui in aliquo, quantumuis ſit minimum; ſecundùm eundem Bal. in l. contractus. C. de fide inſtru. & de ſuis, & legitimis per tex. in l. ſecunda, C. de manumiſſis vindicta. perfecta forma, alia forma, dari non poteſt. ſecundùm Bal. in l. precibus, in ſecunda quęſtione, C. de impub. per tex. in l. per

3 ſecta C. de dona. quę ſub modo † formula inueſtituræ illa eſt, quæ dat eſſe feudi, & illud qualificat, iuxta ſeriem & tenorem ipſius, argumen. l. cum hi §. prætor ait, de tranſactio. verba in ipſa appoſita loco ſunt conditionis & formæ, ſecundùm eundem Bal. in d. l. final. prima columna, exemplo. l. quoniam indignum C. de teſta & in verborum obligatione, in qua verba ſunt forma, vt in l. prima, in princi. & in §. ſi quis ita, de verborum obligatio. & inſti. eo. in prin. ſigillatim verba in ipſa appoſita ſunt exequenda, vt dicit ibi Bald. quia videtur ex formula inueſtituræ appoſita dominum aliter feudum non fuiſſe conceſſurum, argumento, l. l. ſi creditor. C. de fideiuſſo. & ibi not. Bald. id quod eſt ex tenore, & formula, dicitur eſſe res ipſa, id eſt domini voluntas & noluntas, argum. l. primæ. §. eum qui. de conſtitu. pecun. & in l. diuus. de reſti. in integr. bonus tex. in l. adeo. §. ſi ex toto. de acqui. rerum dominio, idem Bald. in capitulo primo, an agnatus, ſexta columna. & in capitulo primo. §. denique, quę ſit prima cauſa bene. am. pro hoc allegant tex. in capitulo porrò, & in capitulo decernimus, de priuil. & in dicto capitulo primo, quę iura. Scribentes, & conſulentes tam antiqui, quàm etiam recentiores ſemper habent in ore, bona eſt litera in l. ſi quis ſtipulatus ſit Stichum, aut Pãphilum. de verborum obligation. ibi, quęrentibus inſpiciendus erit ſermo ſtipulationis. & in l. fideiuſſores in §. pro Aurelio. ibi, lecta ſcriptione. de fideiuſſo. & in l. Gallus §. quidam rectè, & ibi moder. de liberis, & poſthum. idem Bald. dicit in prçludijs

4 feudorum, columna ſexta, quòd † natura feudi eſt genus, forma autem inueſtituræ eſt ſpecies quæ derogat generi, Alibi tradit G. de Perno in not. feudorum, ſecunda car. doctor Siculus vir acutiſſimi ingenij, quod quando Rex tradit feudum vt feudum ſub formula alicuius inueſtiturę. dicitur in feudo aſſignare ſpiritum, & vitam viuendi. & ſicut corpus hominis regitur a ſpiritu, ſic feudum regitur ab ipſa forma inueſtiturę, quamquam poſſit eſſe feudum ſine inueſtitura, quod appellamus informe, vt infra ſuo loco dixi, vbi tamen apparet inueſtitura, omnis machina & ſtructura ſub ea pendere, veluti lapis Angularis totius fundamenti: tunc Rex videtur loqui, quod corde concepit, vt in l. Labeo de ſuppell. lega. & præconem cordis linguam habuiſſe, Gloſſa etiam Marini in l. conſuetudinem prauam, in verbo cum his, in titulo de rei

5 actiou. & excep. libro tertio, dicit † quòd feudum eſt homo mutus, & agit, & conuenitur, & fertur ſententia pro ipſo feudo vel contra feudum, quia gerit vicem perſonæ in multis, & illam gloſſam in materia reintegrationis feudi noſtri Regnicolę magni faciunt, & omnes patroni cauſarum ad eam confugiunt, veluti ad ſummum apicem aſyli pro formandis libellis, & pro certo eſt menti & cordi tenenda, quia non nulla ſingularia ponit, fingit lex feudum loqui veluti homo, hoc eſt propter formulam traditam à lege, vel ab eo, qui habet poteſtatem a lege vel à conſuetudine, vel etiam ab ipſo Rege ex ſpirituali vita ſibi aſſignata in inueſtitura ipſa, & prçſumpta per interpretationem iuris. paſſiones animi concedentis, apertæ, & notæ factæ ſunt per expreſſionem contentorum in inueſtitura ipſa, hęreritque ſpiritus domini Regis in ea, ipſe Rex loqui videtur, & eius nomine feudũ conſiſtens in vniuerſitate tam iuris, quàm facti

6 † inſufflauit in eo ſpiritum vitę, vt loqueretur veluti magnus prætor in regno ſuo, prout dicimus

mus de prętore, ſcdm gl. in l. ab hoſtibus. in §. ſed
quia ſimpliciter, in verbo reſtitutionis, ex qui-
bus cauſis maiores, de qua per Bald. in l. ab ho-
ſtibus eodem titulo C. per Puteum in trac. ſin-
dicatus, in verbo ſententia. Alia eſt glo. in §. tur
ſus. inſtitutio. de action. & per Angelum in l.
tempora. C. de temporibus appellatio. quem ſe-
quitur Mod. Galli in conſue. paris. §. 30. folio
7 263. † tam actioni, quàm inſtantię mortuę, rex
dat, ſeu ſufflat ſpiritum, vt viuat, & ſic in rerum
potentia, vt in d. l. tempora, prætor etiam dat for
mam in teſtamento vt valeat, ſecundùm Ang. in
l. prima de iniuſto. rup. & irrito teſtô. & ibi per
Imolam: hoc vocabulo vſus eſt diuus Ferdinan
dus Primus Aragonaeus inclitus Rex Siciliæ in
pragmatica reſtitutionis, peremptæ inſtantiæ
ex communi vſu loquendi: vt teſtatur ibidem
quam latinè in integrum reſtitutionem nuncu-
par, & non habetur in præmiſſis. hoc etiam vo
cabulo omnes pragmatici vtuntur, quando ſup
plices porrigunt libellos, pro reſtitutione pe-
remptæ, ſeu demortuæ inſtantiæ, quæ abſque
difficultate conceditur ex eadem lege diui Ferdi
nandi, ſolutis expenſis ſeruata forma illius prag
maticæ ſanctionis, in cauſa principali, ſeu in-
8 prima (vt aiunt) inſtantia. † idem credo in
cauſa vel appellationis, ſeu reuiſionis: cauſa ta
men cognita, & parte audita. argumento tex-
tus in dicta l. tempora. vbi princeps in cauſa ap-
pellationis hoc ſtatuit ibi. quod hodie munus eſt
Præſidentis ſacri conſilij, ex auctoritate dicti Re
gis, idem putant aliqui etiam ab inferiore Præ-
ſide in cauſa appellationis fieri poſſe, ex nota per
docto. in capitulo ex ratione. de. appellation.
dum iuſta, & legitima cauſa ſubeſt, quia licet
labatur & curratur inſtãtia: vt ducatur ad fatum
mortis, & ipſa demoriatur, datur tamen ex
cauſa in integrum reſtitutio a iudice, qui de cau
ſa appellationis cognoſcit a parte ipſius audita
ſuper comprobatione cauſę, quaſi hoc incidens
ſit a cauſa principali, ex notata per Philippum
Francum, vbi in tertia columna & Cardi. Alexan
dri. in ſecunda, & pleoè per Abbatem in conſi-
lio octuageſimoſeptimo, D. Abbas primo libro.
At ego falſum eſſe arbitror, poſtquam in cauſa
principali iudicatum eſt: ex notata per docto.
in l. fin. C. vbi & apud quem, & in l. aduerſus.
C. ſi aduerſus rem iudi. & per Abba. in capitu-
lo pen. de reſt. in integrum, & in capitulo ſuſcita
ta, & in dicto capitulo ex ratione. noua regis
ſeu præſidentis Sacri conſilij requireretur com-
miſſio, ſeu poteſtas, quæ inferioribus delegari
non conſueuit.

Ex pręmiſſis patet, quantus ſit vigor inueſti
turę feudalis, dum in ea Rex immittit ſpiritum
cordis ſui, ſiue cum vaſallo contrahat, ſiue alii
gratiã faciat, nã licet feudi cõceſſio cõtractus ſit,
vt Bal. & alij tradunt in prælud. feudorũ, gratia
magis appellari poteſt, ar. tex. in l. Titius pue-
rum. de obſequi. patro. præſtan. cum plus ha-
beat de beneficio quàm de onere, argum. l. quæ-
ritur. de ſtatu homi. Beneuola eſt actio gau-
dium tribuens capienti: vt in capitulo primo
§. primo. ex quibus cau. bene. amit. Quod ple-
nius Ruy. pertractat in conſilio quadrageſimo-
quinto, numero ſexto, & numero ſextodecimo,
& in conſilio octuageſimoquarto, numero ſepti
mo in primo volumine quod eſt expreſſum in
ipſa formula, exequendum eſt, nec immutari po
teſt: cum forma ipſa expreſſà, vehiculum eſt feu
di, & eo deducitur itinere, quo Rex ſtatuit, nec
licet p anfractus pergere perſtrictis, atq; ligatis
pedibus certo, atq; determinato circumſcribitur
loco. Rectè Martinus Gloſator edixit, feudum
eſſe hominem mutum, cui ab exordio naſcen-
tia vitę perpetuum ſilentium indictum eſt, prę-
terquam ſibi certis horis effari permiſſum eſt,
vnum tamen non eſt prætermittendum quòd
origine feudorum introducta (vt primo libro
dixi) formula inueſtituræ nondum cognita fuit,
neq; de ea poterat quoquo modo cogitari. Anti
9 quiſſimo † tempore ſic erat in dominorum pote-
ſtate connexum: vt quando vellent rem poſ-
ſent in feudum datam auferre, Oberto Horteo
ſio auctore, in capitulo primo. §. & quia de his.
qui feudum dare poſſunt, voluntariũ erat domi
nio capere, quod erat ſuo dominio & aperto
iure colligatum, neque erat ad certum tempus
veluti præcario cõceſſum; vel indeterminatum,
cum ex poſt cœpit traditio eſſe annalis; erat ab
exordio infirmum & inualidum, quicquid tra-
deretur à domino ſub inani nomine, vaſalli ſeu
clientis nullam obtinebat firmitatem, vt ex eo
texto colligitur, ibi, dum dicitur, poſtea verò
eò ventum eſt, vt per annum tantùm firmita-
tem haberent, re ipſa erat auocabile ad nu-
tum, vel manum domini, & in eo omne im-
perium retinebat, neque vaſallus, ſeu cliens
queri poterat, qui ſic acceperat, & ſub ea lege
conuenerat, vt poſſet quandòcunque auferri
ab eo, argumen. l. primæ, §. ſi conueniat. depo-
ſiti, hoc inerat ex natura ipſius eet, vt in capitu-
lo primo, de feudo guardiæ, & caſtaldiæ, quod
eſt poſt annum auocabile etiam ſi prætium ali-
quod exſolutum ſit, & in capitulo primo, de
conſuetu. recti feudi, non erat inter vaſallum
& dominum mutua obligatio: cum ad paria iu
dicantur, capitulo primo, qualiter vaſal. iurare
debeat domino fideli. rectum itaque non erat
beneficium, quod non erat perpetuò clienti
permanſurum, temporaria aſſignatio fructuum,
neque vtilis aut realis iuris, vel dominij con-
ceſſio, magis mutuo ſimilis quàm commoda-
to: poſtea verò cœpit conceſſio feudi per an-
num tantùm habere firmitatem, deinde ſtatu-
tum eſt, quòd vſque ad vitam fidelis produce-
retur, neque ad filios iure ſucceſſionis pertine-
ret: ſic deinde progreſſum eſt, vt ad filios de-
ueniret, in quem ſcilicet dominus vellet hoc be
neficium confirmare. Quod hodie ſtabili-
tum eſt, vt ad omnes æqualiter filios pertineat.
nudum ergo erat feudum ab exordio, dum a do
mino tradebatur, neque aliquod erat adnnẽtũ
veſtimentũ, quo vaſallus operiretur in feudo: ne
que veſtis aut tunicula aliqua aſſignata, qua feu
di nuditatẽ tegeret. Sic ẽt à principio Deus Opti

mus maximus hominem è limo terræ formauit
in peradiſo: vt ſciret nihil à ſe prorſus habere, &
ea forma incederet, qua natus erat, ſicque redi-
ret. Geneſis 3 & in c. vt cognouerunt. diſtin.
terna ſic. & de pacto, quod nudum vocant,
in l. iurisgentium. §. ſed cum nulla. de pact. nu-
10 dum † erat feudum: quia nulla lege aut con-
ſuetudine nondum firmatum erat, argumento.
l. nuda. de contrahenda emptione, & abſque ali
quo fructu, vt de nudo vſu notatur in l. prima
de vſu & habite. vel a cauſa & titulo, vt notatur
in l. nunquàm nuda. de acquirẽdo rerum domi
nio, & in l. pater. §. Iulius Agrippa. de legatis
tertio, neque erat inter dominum, & vaſallum
aliqua ſtipulatio de feudo non auferendo, id ip-
ſum nudum dixi, iuxta. l. ſufficit nudus conſen-
ſus, de ſponſalibus, & notatur in capitulo pri-
mo, de vaſallo, qui contra conſtitutionem Lo-
tha. feudum aliena. cum enim quod erat ad li-
bitum, & ad nutum, & omni tempore reuo-
cabile, cœpit obtinere firmitatem tempore, vi-
ta, & ad filiorum ſucceſſionem, cœptum eſt
de aliqua formula excogitari, qua dominus
aſtringaretur clienti, ne feudum auferat. & va-
ſallus etiam obligari domino fidelitatem polli-
ceri, & alia promittere, quæ ponuntur in capi-
tulo primo, qualiter vaſallus iura. habeat domi
no fidelitat. & in capitulo primo, de noua for-
ma fidelitatis. mutua facta fuit obligatio inter
dominũ & vaſallum illius, vt feudum credat, ne-
que auferat poſſeſſionem ipſius: culpa minimè
cõuicta, vt notatur in capitulo primo, de feudo
ſine culpa non amittendo. & in capitulo primo
11 quid ſit inueſtitur. proinde † facta fuit, hæc
in feudo natura, vt principi non liceat capita-
neos ſine culpa deuaſtire, vt legitur in capitulo
primo, de natura feudi, & dominus non minus
tradendo poſſeſſionem feudi cępit vaſallo ob-
ligari, quàm etiam promittendo ad tradan-
dum aſtringi, capitulo primo, quid debeat præ-
cedere inueſtitura, vel fidelitas, nota. in ca-
pitulo primo, de noua forma fide;. & in capitu-
lo ſi facta. ſi de feudo fuerit controuerſia, ad-
inuentum fuit illud ſtipulationis indumentum
de quo ſupra dixi, quo cliens tueri, & quærere
poſſet poſſeſſionem feudi, hæc enim fuerunt feu
dorum initia, vt dicitur in dicto §. & quia. po-
ſtea verò ex tempore, & pro regionibus loco-
rum, ac qualitate meritorum, & pręſtantia
dominorum, multæ & varię ac ferè infinitæ in-
troductæ fuerunt formulę, quibus feuda apud
poſteros remanerent, tam maſculos, quàm
fœminas: vt in capitulo primo, de gradibus
ſuccedentium in feudo, ad collaterales etiam,
qui ex primo acquirente minimè ſunt progeni-
ti, vt nota. in capitulo primo, de duobus fratri-
bus: Ad exteros quoque vt notat. in capitulo pri
mo, de feudo non haben. propriam natu-
ram feudi, quòd clericis vt ex pacto habeant
vt nota. in capitulo primo, de clerico qui inue-
ſtituram facit, & in capitulo primo, de milite
vaſallo, qui bellica arma depoſuit, pro muto,
ſurdo, vel aliàs imperfecto, qui ad feudum non
recipitur, vt nota. in capitulo primo, an mu-
tus, vel aliàs imperfectus, pro adoptiuo filio, vt
nota. in capitulo adoptiuus, pro naturali filio
licet poſtea legitimus fiat, nota. in capitulo na-
turales. ſi de feudo fuerit controuc. pro paren-
tibus, & alijs aſcendentibus, qui ſunt feudorum
inhabiles, & pro alijs & ijs ſimilibus † formu
læ ſunt adinuentę, quibus liceat feuda diſtraho-
re, retinere, vendere, ad libellum concedere,
vel infeudare, & tam in iudicijs quàm extra, tã
in contractibus, quàm quaſi, & in delictis, quàm
alijs ſucceſſionibus, quarum de per ſe vnaqua-
que cognita, & approbata eſt: vt curioſus le-
ctor exquirat, tutiſſimum vaſallis, & eorum po
ſteris, & hęredibus firmamentum inductum eſt,
ne a dominis de facto ſpolientur, inueſtitura in
ducta eſt ab inueſtiendo dicta: vt in capitulo pri
mo, de conſuetu. rect. feudi, & in capitulo 1. qui
bus mod. feudum conſtitui poteſt, quod re-
gere appellant, quòd qui ingreditur vacuam
poſſeſſionem beneficij, quaſi veſte regatur, & or
netur, & cum inter dominos, & vaſallos contro-
uerſię ortæ fuerunt, pręte̜ndentibus illis bona
aut feudum conceſſa non eſſe, aut paterna,
ſeu antiqua non eſſe feuda, aut culpa, & cauſa in
gratitudinis exiſtente vaſallos feudis eſſe pri-
uatos, aut de iure priuatos aut de iure priuan-
dos, & Pares curiæ, & certi iudices conſtituti
ſunt, qui lites dirimerent, & deciderent, quan-
doque breui teſtato, quod inſtrumentum nun-
cupant teſtibus etiam, aut duodecim ſacra-
mentalibus, iuxta morem & conſuetudinẽ Lon
gobardorum, vel aliarum curiarum ſtilum, &
obſeruantiam, prout nota. in diuerſis titu-
lis feudorum, in capitulo primo, de controuerſ.
feud. apud pares termin. & in capitulo primo,
apud quem, vel quos quęſtio feudi termini
debeat, & in capitulo primo, de lege Corradi,
& in capitulo primo, §. prętetea. de prohibita
feudi alienatione per Federic. & alibi, hæ lites
perſępe ex formula inueſtiturarum decideban-
tur viſa, & recognita formula conceſſionis feu
di. vt in capitulo primo, ſi de inueſtitura feudi
controuerſia fuerit. ibi, aut in breui teſtato, &
in capitulo primo, quid ſit inueſtitura, & in capi
tulo primo, de duobus fratribus a capit. in-
ueſtitis. ibi, eo videlicet tenore & in capitulo pri
mo, de feudo guardiæ. ibi, vel breue teſtatum,
poſtquam feuda ad omnes deſcendentes, tam fi-
lias, quàm nepotes, & omnes ex ijs progenitos
in infinitum obuenire cœperunt, magna exor-
ta fuit inter hos cõtrouerſia de modo & qualita
tate ſuccedandi, & quidam retinere volebant,
paternam verò hæreditatem repudiare, hęredi-
tatem a beneficio diſtinguentes, & feudum iu-
re beneficiario à progenitoribus acquiſitum ca-
pere. Agnati verò eis non licere affirmabant,
ſed quòd aut vtrumque caperẽt, aut dimitterẽt,
creditores defuncti feudatarij vrgebant, ſucce-
dentes in feudo, ſiue filij ſint, ſiue agnati ita de-
mum admitti, ſi forent tam in feudo, quàm in ip
ſa hęreditate hæredes, vt illis de eorum cre-
ditis ſatisfiat, ſiue de allodialibus, ſi erant,
vel

vel fructibus feudorum aut domino permittente ſuper feudo ſecundum decretum interponi, vel ſi forte culpa aliqua allegetur, ex qua feudum ad ſe reuerſum dominus contendat, ſiue contra domini perſonam, ſiue in alium vel in ſupremũ dominum commiſſa ſit, Agnatus verò cõtrouertat ex agnationis cã feudũ à ſe minimè auferri poſſe, neque domino eſſe apertum, ſed ſibi feuda iure ſucceſſoris pertinere ex prouidentia domini & ex pacto primi acquirentis hę quæſtiones, & controuerſiæ, & ijs alię quàmplures ſimillimæ minimè recta, atque iuſta inita terminari poſſunt, niſi formula inueſtituræ perfecta. Quod permaximum erit intueri, perquirere ac omni cunctatione rimari: cum ipſæ variæ ſint; diſſimiles quandoque, etiam ſecundum ius commune feudorum, aliquando ſecundũ in ius Romanorum, aliquando ſecundùm morem viuentium ſpeciali iure Francorum, vel certę familiæ, quæ ſibi quaſdam formulas, tam ex priuilegio quàm ex conſuetudine adinuenit, ſępe etiam ſunt præter ius aut cõtra ius commune, tam regni. quàm feudorum, & in quibuſdam conueniunt, & in aliquibus aduerſantur, & difficile eſt in re ambigua, niſi peritiſſimus ſit patronus, vel iudex, eas definire, veluti in cauſis pertractandis: & decidendis ſit longo, & aſſiduo vſu cum ſapientibus verſatus: quia imperiti vnum pro alio quandoque & perſępe arbitrantur, & toto ſoleant cœlo aberrare, quamquàm imperitiſſimum omnino me eſſe fatear, ſub correctione tamen virorum prudentum: Formulas ipſas, quas potui, in vnum redegi, vt cæteris facilior ſuperſit facultas, & auctoritas emendandi, quicquid eis indoctum eſſe videbitur.

SVMMARIVM.

1 *Inueſtitura alicui facta abſque mentione hęredum filiorum vel deſcendentium, an cenſeatur perſonalis, & an filij & deſcendentes à primo acquirente veniant vt hæredes, & an frater ex vtroque vel altero parente tantùm poſt primum acquirentem ſuccedat.*

2 *Natura rei magis quàm perſona in feudi conceſſione inſpicitur.*

3 *Feuda quæ ad hæredes non tranſeunt plura adnotantur.*

4 *Inueſtitura in dubio præſumitur realis & non perſonalis, ſi verba non repugnant.*

5 *Heres in feudo per quandam conſequentiam ſuccedit.*

6 *Feudum quod ſui natura originę erat reuocabile ex amplitudine ſeruitiorum redditur irreuocabile.*

7 *Abortiua voluntas eſt quæ in mẽte retinetur, & nõ dum venit in lucem.*

8 *Feudum an in dubio præſumatur ex pacto non apparente ipſius inueſtitura.*

9 *Feudum hæreditarium ab hæreditate vt de eius corpore ſeparari non poteſt.*

10 *Feudum in dubio præſumitur rectum & non improprium.*

11 *Filius ab agnato in feudo hæreditario non differt.*

12 *Conſuetudo feudorum prior fuit, quàm inueſtitura ipſorum.*

13 *Filius in re certa inſtitutus an poſſit in feudo ſuccedere.*

14 *Feudum quomodo conſideretur in vniuerſitate iuris & facti.*

15 *Argumentum de iure patronatus & emphytheuſi ad feudum non fit niſi in caſibus expreſſis.*

16 *Filius qui in feudo non ſuccedit iure conuentionis, ſuccedet tamen iure tranſmiſſionis.*

17 *Inueſtitura in dubio cenſetur facta ſecundùm ius commune regni pro recipiente, & eius hæredibus ita quòd frater fratri ſuccedat*

18 *Rex in ſucceſſione feudorum poteſt nouum vſum inducere tam contra regulas feudi, quàm contra regni conſtitutiones.*

19 *Iuris appellatione in regno non intelligitur ius Romanum vel feudorum, ſed ius conſuetudinarium regni.*

20 *Ius commune feudorum & priuilegiorum formę cõmunis in quo concordant.*

21 *Soror an ſuccedat fratri in feudo nouo per regni conſtitut.*

22 *Frater vel ſoror an ſuccedat in feudis eccleſiaſticis de nouo conceſſis ſecundùm Regni conſti.*

23 *Filius fratris vel ſororis in feudo nouo non ſuccedit de iure regni.*

24 *Fratris appellatione an veniat filius fratris.*

25 *Inueſtitura facta alicui & ſuis ſucceſſoribus, vel hæredibus ex ſuo corpore deſcendentibus eadem dicitur.*

26 *Feudum in regno non apparente formula inueſtiturę præſumitur hęreditarium.*

27 *Feudum præſcriptum in regno præſumitur hęreditarium.*

SED poſtquam de feudorum cunabulis exordium fecimus, incipiam ab ea formula, quę initiũ veriſimile eſt habuiſſe, ex qua etiam nonnullæ vtilitates inſurgerent. Et prima eſt † ſi Rex concedat Carolo caſtrum in feudum, nec dicit pro ipſo & ſuis hęredibus, vel filijs, aut deſcendentibus, ſed ſimpliciter dicat, quę cenſeatur natura, & lex huius feudi. Hæc formula poteſt habere in ſe plura dubia, primò, an iſta conceſſio cenſeatur perſonalis: quia Rex non dat pro hęredibus, neque feudatarius pro hęredibus recipit. Secundum, an filij & deſcendentes à Carolo Primo acquirentem debeant eſſe hæredes, & in feudo & etiam in hęreditate acquirentis, & eorum, qui poſtea ſucceſſerunt in feudo Tertium, an ex hac formula intelligãtur tantùm ex iuris interpretatione recepti filij: et deſcenres: quia nihil eſt dictum, De ſucceſſionibus in feudo poſt primum Acquirentem, an etiam veniat frater in ſucceſſione feudi, ſiue ex vtroque ſiue ſit ex altero tantum parente natus, poſt

quam in regno hoc Siciliæ, frater fratri ſucca-
dit, quando forma non eſt præſcripta pro hære
dibus & deſcendentibus ex corpore. ſi feudum
eſt quaternatum.

Prima fronte videbatur, hanc conceſſioné
aſſe perſonalem, & cum perſona primi conceſ-
ſionarij extingui: quia cum Rex in conceſſione
non expreſſit pro hæredibus, videbatur habuiſ-
ſe intentionem limitandi eam durante vita ip
ſius conceſſionarij, conſiderando primeuam na
2 turam feudorum (vt ſupra dixi) & † natu-
ra rei magis quam perſona inſpicitur, argum. l.
ſiquis domum §. fin. locati notat And. in capitu
lo 1: de clerico, qui beneficium facit, & in ca-
pitulo primo. §. & quia ſecunda column, ade ijs
qui feudum dare poſſunt, & licet pro hæredi-
bus fiant conceſſiones, alia videtur eſſe conceſ-
ſio in perſona primi & alia in perſona hæredis,
argum. tex. in l. ſtipulatio iſta. §. ſed ſi quis, de ver
bor. obli. no. And. in c. primo, fin. colum. qui ſuc
ce. teneantur, & in capitulo primo. §. hoc quo-
que, tertia columna de ſucceſſi: feudi, perſona
hæredis non venit: quia hoc iure cautum non re
peritur: vt alia perſona ſubintelligatur, quæ ex-
preſſa non eſt, ſecundùm eundem Andr. in capi-
tulo primo. §. huius autem generiſ. ſecunda. co
lumna ex quibus cauſis feudum amittatur. per
tex. in l. ſi ita ſtipulatus. §. Griſogonuſ. in fin. de
verbo. obliga. quem tex. allegat gloſ. in §. ſi quis
ita in verbo tranſire, & Ioan. Faſiolus in capitu
lo primo, de eo qui ſibi & hæredibus ſuis, omiſ
ſum, non expreſſum, pro omiſſo habetur, per l.
quicquid aſtringendæ. de verbo. obli. quam idẽ
And. allegat in d. §. & in capitulo imperialem 6.
columna & alibi ſępe: cum non videatur id eſ-
ſe actum, in mente omiſſum non cenſetur veni-
re in cõtractu l. ſecunda, de hęreditate vel actio
ne vendita, & in l. qui libertatis. de euictio. ſi vo
luiſſet Rex concedere pro hęredibus dixiſſet,
vtique omiſit, ergo dare neglexit; ar. l. primę. §.
vbi aut C. de cadu. tollen. ſatis eſt conceſſiſſe in
vita, quod erat hæredibus concedendum, argu-
men. l. tutori. C. de negot. geſt. quam legem An-
dreas allegat in capitulo primo, de duobus fra-
tribus, & in capitulo imperialem. §. ſcriba, de pro
hibita feu. alie. per Federicum, eo fortius pro-
cederet, vbi Rex conſueuit pro hæredibus con
cedere. & hoc pro hęredibus non legitur ſcri-
ptum. Arguendo ab eo, quod ſolitus eſt face-
re, & non legitur feciſſe, cognoſcitur voluntas
dominij, argumentum. l. qui ſemiſſes. §. vltimo,
de vſuris, & in l. vel vniuerſorum. de pignorat.
actione, quæ iura ſæpe Andr. adducit, & in ca-
pitulo primo §. ſimiliter, de cap. qui cur. vendi.
& in capitulo primo. §. pręterea. de capitulis Cor
radi. conſuetudo patrisfamilias inducit prę-
ſumptionem animi: vt in l. ſed Iulianus. §. quod
dicitur: ad macedo. & in l. at qui natura. §. nõ
tantum. de nego. geſt. & in l. ſi. & ibi gloſ. quod
cum eo, & in l. ſi ſeruus. de actio. empti. & tam
ex facto quàm ex non facto probatur animus. &
intentio: vt in §. pauonum. & in §. vltimo: inſti.
de rer. diuiſione. & in l. ſi clericus. C. de epiſco.
aud. & in l. qui leuandæ. ad l. rodiam de iactu: &
in l. non codicillum. C. de teſt. declaratur ex hoc
animi intentio, quando prius conſueuit facere
& in alio omittit: vt declarat Roffredus Beneuẽ
tanus in ſuis brocardijs, fol. 129. in rubrica 33.
allegat tex. in l. nemo. C. de epi. aud. & in l. quod
ſi nolit. §. quia aſſidua. de ædilitio edicto, & in
alia rubrica, fol. 166. plura adducit, quæ omitto,
3 † plura ſunt & feuda, quæ ad hęredes non tran-
ſeunt, vt ſoldariæ feudum, in c. 1. quis dicatur
dux. & ibi And. & in c. 1. de feudo guardiæ, & ibi
dem Andr. Feudum Camerę ſeu cannanæ ſecun.
dũ aliquos. Feudum, de quo inueſtituram do-
minus non fecit, vt in c. primo §. ſciendum. quẽ
ad. feudum ad fęminam pertineat, & ibi And. &
in c. 1. §. 1. de feudi cognitione, & in ru. quid ſit
inueſt. Et hoc ſecundũ legas feudales. ſecus in re
gno feudum caſaldię, ſeu guardiæ, vel aduoca-
tionis, vel ſalrationis: vt no. in præludijs per feu
diſtas, vel ſi eſſet feudum conceſſum ad habitan
dum, vel pro alimentis, quæ morte finiuntur, vt
in capitulo primo. de conſue. recti feudi, & in ca
pitulo feuda. de feudis in extraordin. capitulis,
vel ſi eſſet annua penſio conſiſtens in pecunia,
vt no. in d. c. 1. quod non deſeruio, vel feudũ ha-
bẽs iuriſdictionem in dubio pręſumitur ad vitá
vt ſenrit And. in d. c. 1. quis dicatur dux, & May.
in pręl. feud. 14 dinil. vel ſi fieret a prælato ſim-
pliciter c. ſi tibi qui gratiam, & in c. ſuper te. de
reſcrip. in 6. vel ſi daretur pro vita, & militia fra
tris. per Andr. in conſti. comitibus. & ſeq. c. ſequi-
tur Gul. de Perno. in conſil. . . . Ex his vide-
tur perſonalem eſſe conceſſionem feudi cũ pro
hærede dominus non dedit, neque feudatarius
recepit, ſibi debet imputare, quare apertiorẽ nõ
recepit gratiá, vt no. in l. veteribus, in ff. de pact.

Sed contraria pars eſt, verior de iure, ꝙ hæc
feudi conceſſio in dubio non cenſeatur eſſe per
ſonalis, ſed realis ad hæredes acquirentis tranſi
toria, per regulam poſitam in capitulo primo de
duobus fratribus à capitaneo inueſtitis: quia
vnuſquiſque ſibi, & hæredibus ſuis proſpexiſ-
ſe videtur, hanc regulam ſemper habet And. in
manibus, & arguendo & decidendo: vt in d. c.
imperialem. 3. col. & in c. primo, ſi vaſallus feu
do priuetur, & in c. 1. §. hoc quoque de ſucceſ-
ſio: feud. in 3. col. & in capitulo 1. de aliena. feu.
pater. & in c. 1. an agnatos, & in d. §. huius autẽ
generis. allegat. l. ſi pactum. de probatio. in fi. &
alibi ſæpe arguit, etiam pro hac lege nedum in
materia fauorabili: ſed etiam odioſa & conſue-
tudinaria: vt ſuo loco dicemus, veriſimile eſt,
actum fuiſſe inter Regem & vaſallum tempore
cõceſſionis feudi, ꝙ illud veniret ad hæredes ex
corpore deſcendentes, ex quo beneficio Corra-
di & eius prouidentia cępit vaſallus eſſe ſecurus
de feudo nedum in ſua vita, ſed etiam pro filijs,
& nepotibus, & deſcendentibus. promulgata
fuit lex: vt omnes in poſterũ ſuccederent, vt dici
tur in d. §. & quia, inducta fuit tunica, qua tege-
rentur pater & filij, & omnes ex illis deſcenden
tes per inueſtituram. dico non verbalem tantũ,
ſed etiam realẽ, quę omnes tegat, & omnes exor
net: vt no. in d. c. 1. de conſue. recti feudi: & in c.
1. quib. modis feudũ cõſtitui põt. homo veſtitus,

ſine

ſine cauſa nõn poteſt denudari:vt,no. in capitu-
lo primo,de feudo ſine culpa non am.& in capi-
tulo primo,de milite vaſallo, qui contumax eſt.
lex proinde firmata fuit: vt eſſet perpetuum feu-
dum penes feudatarium,& eius hęredes,vt no.io
capitu. primo,de gradibus ſuccedentium in feu-
do,& in capitulo primo,de natur. ſuc.feudi:hoc
actum fuit inter partes: quod lex diſponit ſecun
dùm naturam ipſius rei:vt no. Andr.io d. §. hu-
ius autem generis. ioeſt hoc ex regula iuris com
munis io re ipſa, alia hominis expreſſione non
eget, vt ibi tacitum hnc inter partes cenſetur ſe
rè expreſſum, & ſi non dicatur, vt nota. Roffre-
dus in ſumma broch. fol. per regulã l.cũ quid
ſi cer.petatur, quod eſt traditum ex regula & ex
natura cenſetur eſſe de forma, vt ſupra dixi io
principio,re ipſa cenſetur ineſſe, & ſi non espri
matur:vt notat Andr.in capitulo primo, in ter-
tia columna,de contra.inter maſculum & fœmi
nam de beneficio,per no. in c.cum M.Ferarien-
ſis.&ibi plora Mod.de conſtitu. & in capitulo
primo. §. fi. penul,columna,de capitulis Corra.
plura veniunt lege inducta, & ſi non dicantur,
quæ Andr.poſuit in dicto capitulo §. huius au-
tem generis,& ipſe excepit ab eodem Roffredo
ſob rubrica,de tacitis,ſeu expreſſis, fol 157. vbi
plurimas leges ioduxit: potuiſſet vaſallus agere
contra dominum perfecta inueſtitura, vt ipſam
etiam pro ſuis hæredibus faciat: quia conſuera
eſt fieri,per l. quod ſi nolit §.quia aſſidua. de æ-
dili. edic.& not.in l. fina.C. de fideiuſſo. & per
Modernos in l. certi coodictio. §. ſi nummus.
ſi certum petatur: & io l.ſi prius.§. recte placuit
de aqua plu. arcen.lex fauet vaſallo facta ſibi in-
ueſtitura a domino, vt ſuppleat,quod eſt omiſ-
ſum.oulla fit iniuria domino: vt habeat hæredes
feudatarii ſucceſſores in feudo, qui regulariter
ſuccedunt in feudo ſecundùm naturam beneficij
vt in dicto capitulo primo. §. beneficium a va-
ſallo.& eius hæredibus fieret maxima iniuria,
vt noo habeat ſucceſſorem, cui omnia parat ex
voto,vt in l. cum ratio.de boo.dam.& in capitu
lo pri.ſi vaſallus feudo priuetur:hæredis & de-
functi vna & eadem eſt ceoſura,vt in §. primo,
de iureiurand.a moriente præſtito,& in l.hære-
dem.de verbo. ſignific.patris & filij vna & eadẽ
eſt perſona l. fi. C.de impuberum & aliis ſubſti.
& caro filij dicitur caro patris & nõ filij l. cũ ſci-
mus. §.fi. C.de agri.& cenſitis.nemo enim car-
oem ſuam odio habuit, & pater plus diligit fi-
lium quàm ſeipſum, vt Andr. not. in capitulo
primo, in verbo aut cum inıoıe domini,quibus
modis feudum amittatur, per l. iſti quidem. in
fioe,quod metus cauſa,graui dolore pater affice
retur, ſi videret labores, operas & ſeruitia gran
dia domino impenſa in colapſum iri, & fieri ca
duca, & ipſum ſæpe in articulo mortis conſtitu-
tum dominum a nece, & periculis abſoluiſſe: fi-
lium verò perpetua egeſtate verſari, vita illi ſup-
plitium,mors autem ſolatium: vt dicitur in l.
quiſquis. C. ad l. Iul. maieſtatis.quid illi poſſet
eſſe deterius patre culpante; vt Andr.diſcurit in
capitulo primo. §.præterea. quæ ſit prima cao-
ſa be.am.& in capitulo primo,ſi vaſal.feu.priuo-
tur. æquum oon eſt, quem videre egentem,qui
prius habuit io coniugem, vel amicum,text. di-
cit in capitulo primo, de notis feudorum. Ne-
mo ex induſtria facit ſuam ſine ſuorum conditio
nem deteriorem: vt in regula iuris. hoc non eſt
priuilegium perſonæ: vt dicitur in l. qui tale.ſo
4 luto matrimonio: & † in dubio quando verba
& tenor non repugnant,præſumitur realis con-
ceſſio & non perſonalis:vt Andr. not. in capitu
lo primo. §.quin etiam,prima columna,epiſco-
pum vel abbatem,& in capitulo primo. §.& qa
ſecunda columna,per l. forma §.quamquam,de
cenſibus.not. Bartol. io l. pater. de ſeruitu. Bal.
in pręludijs feudorum,quarta col.& in l. fi. de
conſti.prin.per Maynũ in l. apud Iulianũ §. ſi qs
alicui.de lega.primo,& in conſilio 27.in primo
volum.& in conſilio 217. in ſecundo,& in con-
ſilio 89. in tertio.Paris in tra.feudorum,fo.285
Beneficiũ ẽ,qđ largiſſimã interpretationẽ admit
tit: vt io d.l.fi.dr̃ & qđ venit a lege dr̃ ex mẽte cõ
trahentium expreſſum, vt notatur in l.iuriſgen-
tium. §. pactorum.de pactis. in hoc minimè no-
cet non eſſe verbis espreſſum, at quædam tacita
inſurgunt in l. ſi cui.de ſeruitu.& in l. quæro. §.
inter locatorem.locati,& in l. hoc iure,§.aqua.
de aqua quotidiana,& æſtiua,& in l. poſt diuor-
tium.de iure dotium,& in l. prima.§.fi.de peri-
culo,& commodo rei venditę,quando Rex do-
nat caſtrum in feudum Petro,venit hæres Petri,
per quaodam conſequentiam, alio in contra-
rium non expreſſo,& forte neceſſarium,cum io-
tendit alium facere vtilem dominium feudi,a ſe
abdicat dominium illud,quod putat nullo mo
do ad ſe reuerti poſſe,niſi ex culpa vaſalli, uel ſi
vaſallus ſine hærede deceſſerit: vt not. in capitu
lo primo,de gradibus,& in capitulo primo, de a
liena.feu. & in capitulo fi.ſi de feudo fuerit con-
5 tro.hæres † feudi venit ad ſucceſſionem feudi
per quandam oeceſſariam alienationem factam
a domino: cum lex feudi,& natura feudi,ad hæra
des acquirentis transferat, ex eo tacito ad id ſe a
ſtringere cenſetur,arg.l.Lucius,in fine,ad muni-
cipales,& in l.ſi adoptauero,de precario,& in l.
pen.de adoptionibus,in multis lex prouidet, ex
vno actu quædam exoriri, veluti ex eodem deſcẽ
dentia, vt not.in aut.ingreſſi. C.de ſacroſan.ec-
cle.& in l. generaliter.C.de ſecundis noptijs, &
in l.deportatorum. C.de pœnis,& in l. refectio-
nis.communia prędiorum.lex ſtatuit hoc,homi
nis miniſterium vel organum non requiritur,&
fingitur id actom eſſe, quod lex diſponit ſuper
eo, & ab ea interpretationem recipit:vt not.An
dreas in capitulo primo,ſexta columna,qui ſuc-
ceſ. teneantur.& in capitulo primo, ſecunda co
lu.qualiter va. iurare debeat domino fidel. & in
capitulo primo.§. porrò,quæ ſit prima cauſa be
ne. ami.& in d. §. huios autem generis. allegat
tex.in l.tertia,in fi. C.de fideiuſſo.gloſſ. eſt in l. ſi
mandato.§. fi.mandati, de quo per Barbatiam
conſilio 63. quarta colu. ſecundo libro. & hæc
vera,nedum ſi dominus Rex per ſe principali-
ter agat, vel diſponat, ſed etiam ſi alterius con-
tractum perficiat: vt idem And.in ea ampla quę
ſtione pertractat io dicto capitulo primo, & in
capi

capitulo primo, de alienatione ſeudi, quádo prębet aſſenſum alienationi ſendi factæ per vaſallũ, vt proſit emptori & eius hæredibus, & ſi nihil de hæredibus dictum ſit, & in capitulo primo, apud quem vel quns quæſtio feudi termi. debeat, & in capitulo primo. §. quid ergo. de inneſti. de re alie. facta. promulgauit Corradus imperator legem, vt feuda ad nepotes producerentur ex filio, ut dicitur in d. §. & quia, cauſa quare fidelibus ſuis hoc petentibus conceſſit, ea fuit, quia cum Romam proficiſceretur, fideles ſnos in ſuo habebat ſeruitio. Amplitudo meritorum mutauit naturam feudorum de uoluntate eius, qui hoc poterat à principio, & facta ſunt realia & perpetua ſecundùm regulas feudales, vt minimè auferri poſſint, ut dicitur in capitulo primo, de

6 natura feudi † magnitudo ſeruitiorũ reddit feudum irreuocabile: vt probatur in §. notandum. ibi, rectè auferre quæunt, niſi Romam cum illis in exercitu petrexerint, & ille text. eſt valde ad hoc notabilis, & minimè à doctoribus ponderetur. Bal. autem in capitulo primo, ſi uaſal. feudo priuetur, allegat ad hoc tex. no. in l. ſi pater. §. ſi. de dona. ibi. hæc donatio irreuocabilis eſt. merces enim laboris eximij appellanda eſt, quod cõtemplatione ſalutis certo modo æxtimari non placuit, & ibi glò. in fin. quam dicit ſingularem Barbatia conſilio vndecimo. in ſecunda libro, & in conſilio 4 t. in tertio volumine, idem Bal. in titulo, de pace Conſtan. in verbo libellarium, & in ſua Margarita, in verbo fendum, contraria ergo procedãt in caſibus, quando rei natura non patitur, vel vbi perſona extranea contemplaretur, & non ferè eadẽ cũ contrahente, & domino omnino incognita. Secus eſt in feudo, quod ea prouidentia Corradi lege ab eo prolata primeuam naturam mutauit, & ampliata eſt ad omnes deſcendentes, eadem natura perdurat, nec mutata eſt, argu. l. ſancimus. C. de teſta. hęres ſeudi non eſt perſona extranea: vt dicitur in §. Griſogonus, neque dominus concedendo feudum dicitur facere contra naturam ſeudalem, neque contra regulas iuris feudorum, vel ſecundùm morem Regium infeudando etiam Regalia feuda; vt habetur in dicto capitulo primo, de ſeudo marchiæ, & in capitulo primo, quis dicatur dux. Secus uideretur, quando diſpenſaret ſuper regulis feudalibus, vel remitteret regulam feudi, ſtrictior eſſet interpretatio facienda, ut idem Andr. ſcripſit in d. capitulo imperialem, ſexta columna, ibi, ringat autem, & mea ſententia valde decipiuntur, qui Andream ibi in ea quæſtione aliter intelligunt: procedent contraria in expreſſis oculo literæ magis quàm iudicio intellectus, hoc dominus fingitur nou cogitaſſe. argument. l. qui cum tutoribus in ſi. de tranſactio. dicitur forte tunc contrahere ſuper re, quæ ad publicam utilitatem pro tuitione reipublicæ introducta eſt, ut procedat l. quicquid aſtrigẽdæ. ſecus eſt, ubi dat in feudum, ſecundùm regulas ſeudi beneficium confert, parat ſibi ſubditos in expeditione bellica: ut not. in capitulo primo, de capi. Corradi: & in §. firmiter. de prohi. feud. alieña. per Federi. quando requiritur factum hominis, omne, quod eſt omiſſum cenſetur neglectum quò ad commodũ eius, qui omiſit, quod facere tenebatur, ar. l. cum hi. §. ſi prætor. de tranſa. & in l. magis puto. §. ſi pupillus. de rebus eorum, & in l. diuus, de offi. præſi. in ſi. At in conceſſione feudali ineſt mens vtriuſque a principio, & fingit lex hoc cogitatũ, quia lex diſponit alio non expreſſo, vt filius veniat ad ſeudum, & ſi dictum non ſit. Et in hoc etiam accedit prouiſio, & diſpoſitio iuris Romanorum, vt no. in d. l. ſi pactum, quod eſt in mente retentum non producit effectum: vt in l. ſi repetendi. C. de condictio. ob cauſam non dicitur voluiſſe, quod in mente retinuit, vt in l. Labeo.

7 de ſuppl. leg. † Abortiua eſt voluntas, quæ nõdum venit in lucem, demortua eſt, & abſque aliquo iuris effectu: ſicut partus, qui non eſt in lucem editus, vt in l. quidam cum filium. de hær. inſti. & ibi notat Bal. expreſſa deberet eſſe voluntas domini, aut probari quia dicat hæredibus feudatarij nõ cõceſſiſſe, vt And. dicit in d. capitulo primo, ſi conſueuit donare pro hæredibus, & in ea donatione non expreſſit, non ex hoc diceretur noluiſſe, tum quia lex ſupplet voluntatem. Item in ea ſcriptura potuit per errorem omitti, & magis iudicari debet pro errore quàm pro voluntate ex his, quæ Bal. ſcribit in cap. 1. §. fin. de ſeudo guardię, & in l. cum falſa. C. de iuris & facti ignorantia, poſſet agi, vt exprimat id, quod lex diſponit, vel pręſumit, vt reddatur cautior, & ſecurior, quod non nocet eſſe omiſſum, arg. l. omnes. §. ſi vſufr. vſufruct. quemad. caueat, & in l. fundum meum. de euictio. vbi eſt tex. not. ad multa, & in l. hoc ſenatuſcon. §. ſi pecuniæ. de vſu. earum rerum. & in l. his verbis. & ibi glo. de adoptio. & in l. ſi finita. de danno infecto: erit repręſentatum à iure tunc, vt fingatur, quod non eſt: vt ibi glo. & vide bonum tex. in l. Iulianus. §. ſi tamen, ad exhib. & in d. l. his verbis. & hoc fauore tertij, cui lex prouidet. & in d. l. §. ſi pecunię & ea alia regula teneretur, cum non facit, quod deberet facere, vt in regula iuris, & in l. qui liberos. de ritu nuptiarum, & in l. 4. quę in frau. creditorum. non eſt mutare voluntatem, ſeu eam reſtringere ab eo, quod facere debet, vel conſueuit, ſi modò non legitur idem feciſſe, mutatio voluntatis in dubio non pręſumitur. l. cum tacitũ, & l. eum qui, de probatio. & l. fideicommiſſa. §. ſi rem. de legat. 3. Apertior debet eſſe probatio, ex not. per And. in d. §. huius autem generis, & in d. capitulo 1. quando aliorum natura feudorum eſſet temporalis, nec ad hæredes tranſitoria, dubium non videretur: ſtaret regula pro ipſis, ad alia non poteſt rectè inferri. l. Papinianus exuli. de minoribus, hæc, quæ diximus, ſunt multum cõſideranda pro deciſione cauſarum, quæ cum prædictis aliquam affinitatem continere videntur.

Ad ſecundum dubium poteſt alia dubitatio exoriri, ſi ſtante & apparẽte hac formula ſupra expreſſa feudum in dubio cenſeri debeat hæreditarium, vel ex pacto & prouidentia, pro nunc eã non intendo diſcutere, ſed particulari loco inferius pertractabo: quia aliqui doctores eã vni-

8 formiter ponunt cum generali articulo, † an

feudum

feodum in dubio præſumatur ex pacto, quan-
do forma inueſtituræ non apparet, & breuiter
ex regula ſupra poſita videretur inferri, quòd ſi
hij deberent eſſe hæredes patris, cum vnuſquiſq;
ſibi, & hæredibus ſuis proſpexiſſe videatur :vt
in dicto capitulo primo. & in dicta l. ſi pactum,
Item quia filius, qui venit ad feodum a patre ac
quiſitum, debet patris hæreditatem adire: vt ad-
mittatur ad feudum, vt habetur in capitulo pri
mo, an agnatus, & ibi Andr. & docto. & in capi
tulo primo. §. filius, de capitaneo qui curiā ven
di. quando feudum eſt hæreditarium, deciſum
eſt per Obertum in dicto capitulo primo, vt v-
trunque capiat, aut vtrūque dimittat, veluti ſuc
ceſſor hæreditatis, qui non poteſt facere ſepara-
tionem bonorum: vt not. in l. prima, & ſecunda,
de acquir. hæred. & ibi gl. & docto. tex. & ibi Bal.
in l. ſi certarum. §. primo, de milita. teſtamento,
& in l. prima, & ſecunda. C. eodem titulo. dico
quò ad hunc tantùm, vbi vtrunque eſt hæredita-
rium, vel ſit aliter a iure prouiſum, vt no. in l. cū
quæritur. §. poteſt, de pecu. vertitur in hoc præ
iudicium tertij, ſcilicet agnatorum, vel credito-
rum defuncti, & fieret iniuria ei a quo habet cau
9 ſam lucratiuam, vt ibi no. non † licet hæredi feu
dum ab hæreditate diuidere: cum ſit res de cor-
pore hæreditatis, vt no. in glo. in l, non tantùm
& ibi Barto. de petitione hæreditatis, vnicum eſt
corpus vniuerſa continens, quæ defunctus tem-
pore mortis habuit, vt in regula iuris, alio iure
habere non poteſt, quàm ex iure & ex perſona
defuncti.

Alij dicunt, filium poſt mortem patris quan-
do pro hæredibus inueſtituræ formula concepta
non eſt, vt filium admitti, non vt hæredem ex iu-
ris interpretatione, vt And. ponit in dicto §. hu
ius autem generis, in ſecunda column. & ibi Mo
der. quaſi quòd ius feudale filij perſonam con-
templetur non qualitatem hæreditariam, ſangui
ni proſpiciens, & non hæreditati, quæ eſt quid
omnino a ſanguine ſeparatum hoc ius intelligit
& ſi non ſit expreſſum: vt filius habeat, vt habe-
tur in pluribus legibus feudalibus, omne feudū
cenſetur deferri ex prouidentia domini & ex pa
cto, ſecundùm And. in capitolo primo, prima co
lumna, de aliena. feud. paterni. quem ſequitur
G. de Perno conſilio 7. columna vndecima, qua-
litas illa eſt, quæ feudi naturam alterat: quum de
beant filij vel agnati defuncti hæredes eſſe, ideo
repelluntur: quia hæredes non autem quia feu-
di natura hęreditaria ſit, hoc probare debet ſe-
cundùm dominum Iacobum de Beluiſio in capi
tulo Titius. ſi de feudo fuerit contro. vbi dicit
10 feudum in dubio præſumi rectum & non impro
prium, cùm deferatur ex diſpoſitione conſuetu-
dinis, & dicit idem Iacobus in capitulo primo,
de eo qui ſibi, & hęredibus, & in capitulo pri-
mo, an agnatus, quòd ideo filius ibi non admit-
tebatur ad feodum repudiata hęreditate patris:
quia feudi conceſſio erat impropria & hęredita
ria, aliud eſt ex natura feudi & cōſuetudinis, pro
bare debet, qui dicit, aliud eſſe per inueſtituram,
ſecundùm Bal in capitulo primo, de alie. feu. pa
ter. & in capitulo primo, §. pręterea. quid ſit in-
ueſtitura, & in capitulo primo, quarta columna,
an agnatus, dicit filium in feudo non ſuccedere,
nec ex teſtamento nec ab inteſtato, ſed iure feudo
rum ſucceſſorio, & in dicto capitulo primo, de eo
qui ſibi & hęredibus ſuis, dicit filium venire ad
feudum iure conuentionis, quod ſequitur Abbas
conſilio tertio, in ſecundo libro, & eſt de mente
Andreę in capitulo primo. §. ſciendum. de feudi
cognitione. & per Corneum conſilio 199. libro
ſecundo, ſi feudi natura hęreditaria pręſumere-
tur, nunquam in agnato haberet locū lex Ober-
ti in dicto capitulo, vbi agnatus repudiata hęre-
ditate agnati venit ad feudum, filius verò non
11 quia † in feudo hęreditario agnatus a filio non
differt, vt diximus in differentijs horum feudō-
rum, eadem cenſura ligatur vterque, vtrumque
agnatus agnoſcet, vel vtrunque dimittet, ex regu
la ſupra poſita.

Pro parte contraria omnes conueniunt tam
ſcribentes quàm etiam conſulentes, qui nec pre-
tio corrumpi poſſunt contrariam tenere ſenten-
tiam, cum eam inficiari non poſſunt, & de ea in-
12 fra dicam in ſequēti quarta formula † prior fuit
conſuetudo feudorum, quàm inueſtitura ipſo-
rum, vt ſupra plenius tetigimus, de quo etiā Bal.
meminit in capitulo primo, §. hoc quoque. col.
4. de ſucceſſio. feu. merita reſpexit dominus ſub-
ditorum & operas, ac vaſallorū ſanguinem, qui
ſibi eſſent in ſeruitio fideles, non factum extrin-
ſecum, quod ab hęreditate pendeat: feudum co-
hęret perſonę, ideo patri vſufructus non quęri-
tur, ſecundùm Bald. per legem tertiam §. ſi quid
minori. de minoribus. & not. in aut. excipitur C.
de bonis quę liberis, de quo per Andream in capi
tulo primo § & quia. de his qui feudum dare poſ
ſunt. ſtipulatur etiam pater feudum ſeu militiam
vni filiorum. l. ſi. C. de pigno. nec non & vni hęre
dum, per l. auus ff. de pactis. Nec feudum eſt quid
proprium de corpore hęreditatis ſecundùm Spe
13 culatorem in titulo de teſta. §. ſi. ideo † titulus no
minis ſufficit etiam in re certa ſecundùm Iaco-
bum de Beluiſo in dicto capitul. primo, an agna
tus, & Bald. in dicto capitulo primo. Alex. conſi-
lio 9. libro 3. Alber. Bru. conſilio 25. Curt. Se-
nior conſilio 83. col. 7. filius ſit hęres feudi, quia
in eo ſuccedit vt filius & hęres in feudo ponitur
pro filio, vt in capitulo de aliena. feodi, hoc no-
men inſit in filio patre mortuo hęres patris in
feudo ipſo, ſat eſt inſeruire huic nomini: cum do
mini non interſit, generi proſpexiſſe videtur: cū
non apparet feudi natura mutata per formulam
inueſtiturę, vt gratia ab initio facta ſit magis fir-
mior, & perpetua pro omnibus, qui ex primo de
ſcendunt, in hoc conditio domini non fit dete-
rior, nec ideo admitteretur, quia alteri hæredita
te delata hęres eſſe non poteſt, ſecundùm limita
tionem antiquorum in dicto capitulo primo, &
Paul. de Caſtr. in l. ex facto. §. ſi quis ita, ad Treb.
ideo in eo quo poſſet & ſi in nihilo, nihil, per ip
ſum nō ſtat, innata tamē regulas iuris communis
vel ab inteſtato, vel ex teſtamento ſuccedere in ip
ſa hæreditate, ſed quia feudum ſui natura nō eſt
tranſitorium ad omnes hęredes ſecundùm Imo.
in l. ex facto, la grande de hęred. inſti. in princi.
quem

quem ſequitur Alex. conſilio 32. in quinto volumine, & Carol. Ruy. conſilio 9. vndecima. col. libro primo, lex feudalis nomini tantum dedit vigorem, procedit limitatio in ſuo caſu. At feudum eſt nomen iuris feudorum, & non nomen iuris Romanorũ, vt dixi in primo libro in principio: & glo. in l. regni conſuetudinem, aſſerat eſſe vniuerſale iuris.

And. aliter diſcutit in capitulo primo, in ver
14 bo traditionibus, quid ſit inueſtitura, † & dicit eſſe vniuerſitatem facti, & non eſſe vniuerſitatem iuris: ſicut peculium, hæreditas, & ſimilia: Paris in ſuo tracta. fol. 4. ſub Rubrica, quæ dicantur feuda plana, & de tabula cõſtitutione patris ſa. fit, feudum: quia non naſcitur, ſed fit. c. inter filiam. ſi de feudo fuerit contro. capitulo primo, quemadmod. feudũ cõſtitui poteſt, poſt vbi eſt conſtitutum habet effectus iuris eo ipſo, quòd conſtat eſſe feudum, cum non percipiatur nudo teſtimonio vel ſenſu, ſed ex cauſa propter quam cognoſcitur feudum eſſe, ſecundùm Bal. conſi. 352. primo libro. Alex. conſi. 15. primo volu. & Curtius conſilio 25. vbi de probatione feudi eo ipſo quòd feudum dico, nomen iuris appello. cõſtat autem ex corporibus facti in cenſibus, in agris, tenimentis, territorijs & villis, quæ ſunt quid vniuerſale facti, ſecundùm And. ibi. & Abb. in c. cum ſeculum. de iure patro. & Lambertinum in ſuo tracta. fol. 150. quandoque etiam in ſolo fundo: vt ibi, vel ſit nomẽ mixtũ, ſcilicet iuris & facti, quicquid Moder. noſtri dicant in prælu. feudorũ, quando dominus dat, certam ex accipiente progeniem, videtur elegiſſe veluti quietam, idoneã, atque verecundam, vt text. Papiniani dicit in l. cum vnus. verſic. quid enim. de alim. & cibarijs legatis, quam allegat Oldrad, conſilio 178 factum tale eſt, quidam nobilis. & Curtius ſenior conſilio 50. columna 48. cum ſeq. & conſilio 49. columna ſecunda, quando ſic datur ex pacto cenſetur vt in ea formula, dicam verba accipiẽda ſunt in potiore ſignificatione. l. conſtitutionibus. ad municip. l. prima. §. is qui nauem. de exercitoria, & l. prima. §. in perpetuum. ſi ager vectigal. vel emphy. petatur fauore domini præſumitur propter induſtriam certarum perſonarum, l. fideicõmiſſa. § ſi delega. tertio l. vnica. § ſi verò talis. C. de cad. tollen. & l. inter artifices. de ſolutio. daretur defuncto occaſio alienandi feudum ſi ex pacto non eſt capitulo primo, de alie. feudi. pater. & domini ſubuerteretur intentio, tollenda eſt via fraudibus, l. in fundo. de rei vendica. & in l. 1. §. illud. in fine de aqua quotidiana & æſtiua.

Dominus Loffredus recolendæ memoriæ vir in ſuo ſolemni & ampliſſimo conſilio primo in ea eſt ſententia pluribus hinc inde adductis, & authoritate Andreæ perſæpe ponderata, feudũ in dubio præſumi ex pacto & prouidentia, ſecũdùm ius commune feudorum, quando pro hæredibus, vel pro filijs ex formula inueſtituræ nõ legitur facta conceſſio. de iure autem conſtitutionum regni, vt de ſucceſſionibus, quando nulla eſt facta expreſſio, neque hęredum, neque filiorum, vel deſcendentium veniat frater, vel etiã ſoror, dicit ipſe, ex interpretatione prudentum Regni: vt hęres fratris, & in hoc reſidet colu. 60. numero 211.

Teneamus autem quod in regno communiter dici ſolet, feuda omnia eſſe hæreditaria, in dubio, aut ſecundùm ius feudorum, aut ſecundùm ius Regni in feudis nobilibus, in quibus iure Francorum viuitur, & ſic præſumi, neminemq; admitti, niſi ſolus hęres: vt iuxta leges feudales, vel iuxta legem regni, & omiſſis iis, quæ pro vtraque parte adduci poſſent: vt loco ſuo ponam: ratio iſta multùm mouet me. Nam cum non habeamus textum aliquem feudalẽ, qui dicat. nulla exiſtente inueſtitura pro hęredibus, filium vt filium legitimè natum ad feudi ſucceſſionem admitti, & non vt hęredem, poſſeq́ue patris hęreditatem repudiare, feudum autem retinere: eadẽque lex feudalis neget filium hoc poſſe, ſed aut vtrunque retineat, aut vtrunque dimittat: vt dicitur in capitulo primo, an agnatus. debemus hunc rigorem legis ſeruare in vtroque caſu, aut vbi feudum eſt hęreditarium ex forma, quę ſic diſtat, aut quando eſt dubium, ſit ne hęreditariũ vel ex pacto & prouidentia. Non diſcutiam pro nunc de intellectu illius literę, de quo feudo loquatur: cum maximi legum vertices antiquiores, quàm neoterici contrarij ſint ex oppoſito, & pro hac parte reflecto iura in contrarium adducta & feudi primęuam naturã. nam cum ſępe dixerat Obertus, hęredes in feudo filios intelligi in capitulo primo, de aliena. feudi, in capitulo 1. de eo qui ſibi, & hæred. & in capitulo fin. ſi de feudo fuerit contro. & in capitulo primo. §. profecto: de lege Corradi, dixerit, appellatione nouorum hęredum ſolos maſculos intelligi, in ea autem rubrica, & in text. filium ſub filiali appellatione non ex qualitate hęreditaria copulatę poſita non poſſe feudũm retinere, & hæreditatem repudiare, quando pro filijs maſculis eſſet expreſſum, feudum dicitur ex pacto, & prouidentia: quia vtriuſque prouidentia domini concurrit, & pactio recipientis pro omnibus, qui maſculi ſunt ex eo deſcendentes, & tamẽ filius non poteſt, agnatus verò ſic, faciens differentiam inter filium & agnatum, pro quo variæ ponuntur poſt Bald. rationes in dicto capitulo primo: vt ibidẽ ſcr ipſi, non ꝙ ex hoc præſumatur diuerſitas inueſtituræ inter filium & agnatum, vna quo ad lineam deſcendentẽ, alia quò ad collaterales, quãuis forte poſſet ſuſtineri de iure quò ad quid, ſed quia lex feudalis hoc modo proſpexit poſt. vbi feuda voluit deuenire ad filios, ad nepotes, & ad alios deſcendentes, & ad eos qui ex communi ſtipite primogeniti ſunt: vt habetur in capitulo 1. de gradibus ſucc. in feudo, & in capitulo primo, de natura ſucc. feudi, & ſi text. in dicto capitulo primo loquitur in feudo antiquo & ex pacto, ſecundùm opinionem aliquorum, debemus hærere literæ, quæ ſic modo prouidet & diſponit ſeruari debet, etſi dura eſſet, l. proſpexit, qui & a quibus. In hoc nullam duritiem contineret ex lege pacti, vel pſumpti, vel veri, ac ẽt expreſſi, vel ex prouidentia conſuetudinis feudalis nemo grauatur, nemo lęditur, nemo afficitur iniuria vel contumelia, vel ꝙ text. ibi loquatur in feu-

do

do hæreditario, ſecundùm opinionem aliquorũ ibi, & res eſſet apertior & expeditior & ſine obſtaculo: in caſu autem dubio non debemus recedere a verbis literæ, poſtquàm per legem feudalem caſus non reperitur deciſus, recurrendũ eſt ad ius Romanum, capitulo primo, de feudi cognitione. ius Romanum necubi hoc in feudo di
15 ſtinxit, neque fecit ſeparationem bonorum † de iure patronatus, vel de iure operarum non ſemper bonum eſt argumentum: valde diſſimilia sũt neque de empyteuſi, niſi in caſibus expreſſis, vt notant repetentes in dicto capitulo primo, forte interrogatus conditor legis in caſu omiſſo, vel præſumpto hoc expreſſiſſet, quia diuerſa ratio aſſignari non poteſt, vt dicit glo. in l. tale pactum § fi. de pact. per tex. in l. ſi duobus. §. hæres de lega. primo, & in l. cum qui. §. t. de verbo. obliga. & in l. ſi totas. C. de inoffi. dona. filius de patre queri non poteſt, habet cauſam & feudum ab eo, vel occaſione illius, nulla ſunt in medio expreſſa merita filij, ſentit cõmodum & lucrum ab eo, eius factum impugnare non poteſt per l. ex qua perſona, de regu. iuris. Agnati minimè queri poſſunt, cum pro ipſis ſanctio edita eſt. Rigoroſa eſſet lex contra acquirentem vel contra antiquiores, qui feudum non expreſſo nomine filiorum vel deſcendentium tranſmiſerunt ex prouidentia legis ad poſteros. habent feudum in hæreditate repertum forte magni valoris, hæreditate ære alieno exauſta, creditoribus ſatisfieri non poſſet: videbit dominum feudatarium ex fructibus feudi opulenter viuere, forte in: contrahendo debito, fuerunt diligentes in perquirenda inueſtitura feudi, & non potuit haberi, culpa eis non poſſet imputari, ceſſaret ratio poſita per Andr. & alios in dicto capitulo primo, & alia ex l. qui cum alio. de regu. iuris, in re dubia. fauendum eſt ei, qui tractat de damno vitando, non autẽ ei qui lucrum quærit, paria non ſunt: vt in l. fin. C. de
16 codicillis. quando † de feudo legitur conuentio, veniat filius iure conuentionis, hoc non negatur. ſed vbi non apparet niſi pro recipiente, veniet iure tranſmiſſionis per ſucceſſionem. Andr. omiſit tex. pro hoc in l familiaria, cum l. ſequen. de religioſis, & ſump. funer. quem G. de Perno ſe perinducit in hac materia, vbi legitur tenor pro filijs aut deſcendentibus, ſucceſſio non immutat naturam primæ acquiſitionis, quaſi cauſa ꝓxima attendatur prima ſublata, ſecundùm Bald. in aut. ſi quas ruinas, in prima quæſtione. C. de ſacroſan. eccle. quod impugnat Ioannes Campe. inter conſilia Bruni 2. columna 6. veniat filius ex feudorum conſuetudine, & imperatorum, qũ non habet inſtrumentum pro filiis breue teſtatum in inueſtituram, aut oraculum dicatur ex conſuetudine deferri ad filios. l. lege obuenire, de ver. ſignifica. & per tex in dicto §. cum verò Corradus, ſed vbi habemus certam ex ea formula, venit coadiuuante conſuetudine feudali, in quantum fauor eſt filiorum & deſcendentium: iſthæc ſucceſſio erit hæreditaria non apparente formula ex litera dicti capi. primi: quia de hæreditate loquitur, quæ eſt ſucceſſio in vniuerſum ius, quod defunctus in extremo vitæ reliquit, vt in regula iuris, hoc modo poſſet intelligi, quod de ſucceſſorio in feudis loquitur, ſecùdum Bal. in capitulo primo. §. hoc quoque. de ſucce. feudi, neque ex teſtamento, neque ab inteſtato feudum deferri, ſcilicet forma non apparente: cum agat ad feudũ, vt aliàs diximus infra in differentiis feudorum ex pacto: ſi verò certam allegat inueſtituram & certum deſcribat inueſtitorem atque ex eodem inueſtito hæredes ſucceſſores vel deſcendentes, ſecus videretur dicendum, per text. notabilem a nemine ponderatum pro hoc in capitu. primo, de feudo marchiæ, ibi, prędicti fratres vel nepotes per beneficium patris & aut in beneficium ſuccedunt, quamquàm omnes cenſeantur ex prima formula inueſtiti, licet de eis mentio facta non ſit: tamen ex illa vtile dominium obtinent quando expreſſum eſt, pro eis ex pacto agunt ſucceſſores: quia omne feudum ſic conceſſum cenſetur ex pacto & prouidentia vbi dominus ſic dat, & ille ſic recipit: vt verba Andreæ in dicto capi. primo, clarius intelligantur, & ſi aliàs velis illum ſentire, minimè obſtaret: cum de prima Corradi prouidentia loquatur, ſuper qua inducta fuit lex & conſuetudo feudalis, non autem de ea quæ fit ab homine per inueſtituram. ceſſat prouiſio legis, quando habemos eam, quæ fit ab homine, per l. fin. C. de pactis conuentis, vel ſi non ceſſat quò ad tacitum coadiuuat quò ad expreſſum, quatenus eſt fauor recipientis. duplex habere vinculum & legis & hominis: quamuis enim expreſſio feudum alterat quò ad qualitatem, non tamen immutat quò ad regulam ſucceſſoriam: ex hoc dicto poſſent cõcordari opiniones doctorum de pluribus pertractantium, de quibus cum opportunus locus occurret, alia perſtringemus. cogitent peritiores ſuper præmiſſis.

Circa tertium verò, ſi ſoli deſcendentes veniant, vel etiam hæredes ex prouidentia conſtitutionis, iuxta interpretationem ſapientum virorum regni huius. Omnes feudiſtæ noſtri tenent
17 quòd † in dubio cenſetur facta inueſtitura ſecũdùm ius commune regni huius pro recipiente & eius hæredibus ſimpliciter moti authoritate tex. in d. conſti. vt de ſucceſſionibus. & ibi per Andr. quia cum tex. imperatoris Federici ibi admittat fratrem ad ſuccedendum fratri in feudo, ſiue ex vtroque, ſiue ſit ex altero parente natus, generaliter loquatur, non diſtinguens feudum ſit nouum vel antiquum, debet generaliter intelligi, per l. de pretio, de public. l. prima. §. generaliter. de legat. præſtan. adeo frater fratri in vtroque feudo ſuccedere poteſt, & ibi Andr. narrat magnos peritos dixiſſe a quibus audiuit hoc, ſub limiſeſt in regno authoritas Andreæ, & illuſtri Doctori ſic atteſtanti debemus adhibere fidem: vt not. Bar. & ibi May. in l. de quibus. de legibus, ex hoc dicto And. arguunt, in regno non præſumi inueſtituram factam pro hęredibus & ſucceſſoribus ex corpore, quia ex illius formula frater non ſuccederet fratri in feudo nono: cum non ſit deſcendens ab eo, qui acquiſiuit feudum, Contractus ex conuentione ſumit certam legem, quę fratrem non includit, ſed excludit. ſed quòd præſuma-

ſumatur forma præſumpta per illam legem Fe-
derici,ſcilicet pro acquirente,& eius hæredibus,
inter quos deficiente linea deſcendente proxi-
mior eſt frater,nouus vſus videtur eſſe inductus
in regno,& lex feudalis,quæ fratrem excludit à
18 ſucceſſione feudi noui vſus eſt† & potuit Rex in
ſucceſſione feudorũ nouũ uſũ inducere, tam cõ
tra regulas feudi, quàm etiam contra conſtitutio
nes Regni;ex not.per Andr. in capitulo primo,
de eo qui ſibi & hær. ſuis,& per Bald.conſi.233.
ad intelligentiam dicendorum, primo libro, Ale
xan.conſilio primo,6.columna,primo vol.° Al-
ber. Bruo.conſi.6.& in conſilio 10.ſunt hæ con
ſuetudines ſuccedendi de iure ciuili introductę:
vtidem Bal. dixit in capitu.1.qualiter dominus
proprietate priuetur, quamuis contrarium &
forte non bene dixerit dominus Afflic in capi-
tulo primo.§.ſimiliter,numero vigeſimonono,
de capit.qui cur veud. vſus tollitur per contra-
rium vſum ex authoritate vel tacito conſenſu e-
ius,poteſt tollere vſum antiquũ & inducere no-
uum, vt not.in d.l.de quibus,& hoc caſu nõ fiet
interpretatio iuxta veterem vſum, vt Andr. ſen-
tit in dicta l.vt de ſucceſſio.ſed iuxta id quod de
nouo ipſe induxit, quia eo ſublato nec origo re-
manet, not. ipſe in c.primo. §. præterea 4. col.
de capitulis Corradi, per text.in l. prima, C. de
latina libert.tollen.& perempto rei principio,
nihil eſt vltra querendũ. §.quia verò.in. auth.de
non alien. intelligitur recepiſſe pro illis hæredi-
bus, prout ius Regni diſponit: vt vterque red-
dat ſe conformis cum lege regni, in quo agitur
de ſucceſſione feudi ex his,quę not. Bar. in l.hæ
redes mei.ad trebel. & ibi dominus Ripa.
19 † Iuris appellatione intelligitur de iure conſue-
tudinario regni,& non de iure Romano, aut de
iure feudorum,Bal. in capitulo cum veniſſent.
ſecunda columna,de eo qui mitt. in poſſeſſionẽ
cauſa rei ſeru.& in l. ſi quando C.de inoffi.teſta.
in regno prudentes iudicant ſecundùm leges re-
gni,per tex.in conſt.puritatẽ,& per gl. in proœ.
conſti.Goffred.in ſumma feudali,prima carta di
cit,feudum intelligi conceſſum ſecundùm con-
ſuetudinem loci, in quo eſt ſituatum,arg.l.ſi fun
dus.de euictio. l.primà. §.ſi prius. de aqua plu-
uia arcen.regionis ſeruanda eſt conſuetudo l.ſẽ-
per in ſtipulationibus.de regu.iuris,l. venditor.
§. ſi conſtat. communia prędiorum. l. & puto
fam. erciſ.& in l. obſeruare. de offic. proconſul.
cum vulg. hoc modo intelligi debet,quod com-
muniter ſcribitur: vt præſumatur forma iuris cõ
munis & non forma priuilegiorum:vt per And.
in d.l.vt de ſucc.4.columna, & in dicto capitu-
lo naturales. ſi de feud. fue.contro.& in dicto §.
huius autem generis. Luc.in l. prima.C. de im-
po.lucr.deſcriptione, & idem Andr. in conſti.
dignum, & in capitulo primo.§.præterea.quarta
columna, de prohi. feud. alie. per Federic. vt de
iure regni pręſumatur,aliàs ſecus eſſet,ſi de iure
communi feudorum intelligeretur:cum frater eſ
ſet excluſus, quia feudum nouum non habet a-
gnatos & in hoc non differret a communi for-
ma priuilegiorum,quę eſt pro Titio, heredibus
& ſucceſſoribus eius ex ſuo corpore legitimè de
ſcendentibus,& ego legi plurimas ſub hac ſerie
in libro dominorum Caroli Primi,Caroli Secun
di, & Roberti Regum huius regni: & erant illo
tẽpore ſub vniuerſali forma, aliquibus exceptis
ex gratia: illa priuilegiorum forma non præſu-
mitur,& ſi ſit ſolita, vt Andr.dixit & alij nouiſſi
mi tenuerunt in tractatibus, & eorum conſilijs
& nos in ſacro Conſilio ſępe iudicauimus,quam
uis patrisfamilias conſuetudo eſſet inſpicienda.
l.pen.de actio.empt.l. vltima, de ſerui.ruſti.præ
dio.& in l qui ſemiſſes, de vſur. in eo quod ab v-
troque actum eſſe videatur procedat,& quando
ſuper ambiguo nõ eſſet facta interpretatio a l. vel
ab homine,ſecus autem quando facta eſt delara-
tio per viros prudentes, & cœpit poſtremò ob-
ſeruari.l.minimè, de legibus.quidam imperti cõ
fundunt regulas in peroiciem eorum, quorum
20 tes agitur † ius commune feudorum & priuile-
giorum formula pro hæredibus ex corpore quò
ad hoc in vnum concordant, vt collateralis linea
excludatur,ſecus quò ad qualitatem hæreditariã
ſecundùm quid ex expreſſione eorum, quæ ine-
rant, nocet quò ad hæc: in regno autem linea col
lateralis non reperitur excluſa,ſed ea eſt cauſa ac
quiſitionis in verſic. ex collaterali autem,ea di-
ctio,ex, cauſam proximam & immediatam impor
tat,l.prima, §. ex incendio,de incen.rui.naufra.
ideo conſtitutio intelligi debet de feudo nouo,
& non de antiquo, quia de antiquo nullum
eſſet dubium,lex poſterior prioribus derogat, l.
& poſteriores.de legibus: valde munificus & li-
beralis fuit Imperator Federicus, qui ſub nouel
la lege ampliauit lineam collateralem, quæ primi
tus erat excluſa,& ſi dubia fuiſſet lex prudeo rib.
os aperuit interpretandi contra authorem illius
legis in beneficialibus,quæ benigniſſimam & am
pliſſimam amplectuntur naturam, contra l. pu-
to,de iure fiſc.
21 † Quamuis enim periti de Regno de fratre lo
quantur, habet etiam locum illa conſtitutio in
ſorore, Loffredus in dicto conſilio, prope finem
non aſſignat rationem. Dubium videtur: quia il
la lex non apertè exprimit: lex antiqua reſiſtit,
niſi vbi formulam habemus,interpretatio prudẽ
tum loquitur de fratre,de ſorore verbum nullũ,
ſi idem uoluiſſet de ſorore expreſſiſſet, diuerſa
eſt ratio propter ſexum, qui erat excluſus de iu-
re feudorum,de maſculo & fratre loquitur, non
autem de fœmina vel ſorore, argu. l. ſi verò. §.
de viro,ſoluto matrimonio, hoc eſt omiſſum,quod
non præſumitur cogitatum in derogationem iu
ris communis, debet ſtare ſub regula iuris anti-
qui,arg. l.præcipimus. C. de teſtam. idem tamẽ
videtur dicendum in ſorore ex ratione Baldi. in
dicto conſilio: quam ſupra poſui. Nam lex illa
lineam collateralem veluti cauſam ſuccedendi
immediatam conſiderat. iſta etiam ratio proce-
dit in ſorore,cum ſororem etiam exprimat in de
fectum fratrum, ibi, & ſorores in capillo exclu-
ſæ communi patre ſuperſtite, omnino ſuccedunt
eo ipſo quòd feudatarius decedit abſque filiis vel
fratribus in feudis nouis, pro quibus non appa-
ret inueſtitura.Corneus conſilio 199.14.colum
na,in ſecundo volumine,vel ſi pro feudatario lo
quatur

quatur ſimpliciter, habet ſororem in feudo hæ-
redem, quæ ſuccedet in allodialibus cũ patre de-
functi, & habebit feudũ frater vel ſoror vt hęres
feudi ex prouidentia cõſtitutionis, ꝑ interpreta-
tionem prudentũ ſexus fœmineus non eſt exclu-
ſus in regno in feudis nobilib. & quaternatis, ꝑ-
ut erat de iure antiquo, vt ibi, & in l. i aliquibus.

Quò ad regulã ſuccedendi nulla eſt differẽtia,
niſi ꝙ maſculus primò, fœmina verò in defectũ
maſculorum vt ibi. & in c. 1. de eo qui ſibi & hæ-
red. ſuis, quicquid ibi dicat Loffr. qđ etiã moder-
ni Neapolitani tractant in c. 1. col. 52. de ſucceſ.
feud. habet fœmina feudũ vt hæres ex beneficio
conſtitutionis ſecundùm Bal. conſi. 82. in princ.
quando fœmina eſſet expreſſa in ipſa inueſtitura
ſi veniat ex formula, vel a lege, non diſcutio pro
nunc, vel ſi forte formula diceret pro Petro & e-
ius hæredib. & ſequens inueſtitura diceret pro
hæredib & ſucceſſorib. ex corpore, ſi prima attẽ
datur, vel ſecunda reſtringat, vel declaret primã,
cum hæc formula nullũ tribuat ius, limitat tan-
tùm Bar. in l. ſi mihi, & Titio in fi. de verb. obl.
& in l. quod dicitur, de impenſ. l. 1. per Ruy. con-
ſil. 15. col. 2. 1. lib. vel ſi vltima referat ſe ad pri-
mam, dicam dante Domino ſuo loco.

Prædicta tamen procedunt in feudis nobilib,
& quaternatis, & quę tenentur immediate & in
capita a Rege vel a barone, ſecus erit in alijs feu-
dis planis, & de tabula: vt dixi in differẽtijs bonã
feudorum, ſi in feudis conceduntur, ſeruabitur
ius commune feudorũ, & appellatione hæredis
non continebitur frater, neque ſoror. ceſſat pro-
uidentia iuris municipalis, de iſtis non loquitur
22 illa lex, vt ibi dicunt gl. And. & Moder. neq; † tẽt
haberet locũ in feudis eccleſiaſticis, in quib. ceſ-
ſat d. conſtitutio, ſeruabitur ius cõe feudorũ ſecũ
dũ And. in conſt. regni ſi qs in poſterũ. 1. col. niſi
dicat, ꝙ eccleſia hẽret a Rege ĩ feudũ vt quilibet
Baro, de ea diceremus vt de quolibet alio feuda-
tario Regis, cum non habeat in burgenſaticũ vel
allodiũ. Abb. in c. eccle. S. Mariæ, de cõſt. & May.
in l. Gallus. §. & quid ſi tantùm. col. 11. de liber.
& poſthu. non videt̃ tractari de re eccleſiæ, ſed đ
vtili illo dominio, ſi quod eſt per ordinem ſucce
dendi transferendo in alium, ex dictis per Petr.
de Anch. conſi. 124. viſis & diligenter ruminatis
col. fi. & conſi. 434. poſtquã iſta domina. cenſetur
diſponere de iure perſonarũ ſubditarum, ex no.
per Io. Andr. in c. ſine culpa. de reg. iuris in 6. qđ
reaſſumit Rui. conſ. 4. co. 2. 1. vo. ſubiacet dño lai
co eccleſia rõne feudi, vt habetur in c. cæterũ. de
iudi. & in c. verũ. de for. comp. de quo per And.
in c. 1. §. ſimiliter. in 2. addi. de cap. Corrad. & in
ca. 1. qualiter vaſal. iur. deb. dom. fidel. & in cõſt.
quamplurimũ: Frater tñ & ſoror veniet in feu-
do nouo & quaternato in hoc regno, cum de e-
ius ſucceſſione agitur ex nouo iure regni huius,
qñ formula non repugnat, Corn. conſ. 199. col.
23 14. in 2. volu. filius † autem fratris vel ſororis,
ꝙ nõ, quia de eo non loquitur lex noua, nec pru
dentum interpretatio, nullo iure reperitur inclu
ſus, vel nouo nec antiquo, ſed ex vtroque exclu-
ſus. Nullam habet pro eo prouidentiam legis,
vel hominis. frater ideo admittitur: quia ſupereſt
fratri moriẽti vt hæres: eo prius decedẽte cadu-
catur ſpes ſucceſſionis ſuæ, eſt in pẽdẽti ſub qua
dã ſpe, ſi ſibi deferatur, ar. l. 1. §. ſin aũt C. de cad.
tol. quod intercidit, nõ traſmittitur, ar. l. vxor pa
trui. C. de leg. nullũ ius hẽbat in vita, nihil potuit
ad ſuũ hrđẽ tranſmittere. nemo dat, qđ nõ hẽt, ne
que melioris conditionis hęres erit, quã defun-
ctus, cũ venit ex iure vel perſona ipſius, vt i uulg.
reg. capit ipſe feudũ ex morte fratris, videtur de
ferri ex occaſione mortis, ſi fratri ſuperuixerit,
vel ſit quędã donatio cã mortis, vel mortis capio
ſecundũ aliquos, ex ſua perſona nihil traſmittit
ad hæredẽ, verba legis non conueniũt: q̃a de fra-
tre loquitur, q tpe delati feudi & ſucceſſionis nõ
viuit in mundo, mortuus eſt non eſt frater. non
eſt homo ſed cadauer. l. mortuo, de ſep. 3. & in l.
ſeruus §. bone. de cond. fur. no. Bar. in l. 1. §. pla-
nè, ꝑ illũ tex. & ibi gl. ſi quadrupes pauperiẽ feciſ
ſe dica. filius fratris vel ſororis ſuccedere nõ poſ-
ſet, q̃a non dr̃ ſuccedere fratri, ſed vellet ſuccede-
re patruo ſuo, de quo nõ loq̃tur illa lex, nec nos
loqui debemus, hoc eſt omiſſum, ar. l. comodiſſi
mè, de liber. & poſthum. nouũ ius eſt de fratre,
eius hęredes non cõprehendũtur ſecundũ Bald.
in l. qui ſe patris C. vn. liberi. col 6. non habẽt ex
tranſmiſſione, ibi Bal. ſingul. loq̃tur, quẽ ſeq̃tur
G. de Perno. ad no. articulũ, fo. a pẽna mihi 145
Ratio Andr. poſita in d. §. huius aũt generis. de
filio loquit̃ in 3. col. venit ex omni regula natu-
rali & legal̃r. ſecus eſt in filio fratris, qui reperit
obſtantiã regularũ & legis & hominis, lex noua
eſt immutatio iuris antiqui ex nouo viu, quate-
nus verba ſonant, q dicit, fratrẽ nõ nominat, nec
exprimit hæredẽ fratris, fratri cõceſſit, filios fra-
tris excludit, ar. l. ſicut certi, de teſta. mili. aperuit
edictũ ſuccedẽdi fratri, filios ãt fratris omiſit, ar.
l. pe. de inoſ. teſt. ex iure veteri ipẽ nõ admitteba
tur, admitti nõ poterat, ſi primus ꝑor, q eẽt re-
gni, nñ dixiſſet, ſibi legẽ aperuit, ar. l. ſi poſt mor-
tẽ. §. fi. de cõtratab. no. Bal. in ſimil qõne cõſi. 30.
ꝑſuppoſito ſtatuto. 1. lib. filius fratris nõ eſt frater
ſed nepos. aſſumit nomẽ, q̃a additur alius gradus,
ceſſat ęquitas, quæ in fictione cõſideratur, ſi in fi
lio fratris voluiſſet, vtiq; expreſſiſſet, vel eius mẽs
colligi poſſet, ex verbis mẽs ꝑcipitur. l. Labeo. de
ſuppel. leg. gl. in l. 1. §. 1. ex quibus cau. in poſſeſ.
ea. Imperator Federicus rigidus cõſeruator iuris
ſui duo đ nouo induxit, ꝑ fratre vnũ, vt ſuccedat
ꝑ ſe aliud ſtatuit, vt feuda diuidua ſint indiuidua
vt colligi põt ex tex. ibi, & l. in aliquib. tex. ibi in
ver. in acq̃ſitis, decidit hãc difficultatem, ſic intel
ligendo literã in feudo nouo conceſſo patruo, fa-
uor eſt domini, ne feudũ diuidatur in plures, cũ
de facili poſſet ad nihilum deuenire, hoc ex lege
noua, vt diximus, quatenus litera loquitur in ex-
preſſis, nam ſi perſonam de nouo admittit, feu-
di naturam non immutat, neque alterat. aliam
perſonam ſubintelligere, non eſt ſecundùm natu
rã feudi noui, procedat tex. in §. Griſogonus. Ex-
tranea perſona non debet ſuperintelligi, lex no-
ua nõ cognouit filiũ fratris, lex antiqua nõ admi-
ſit fratrẽ niſi ex ſpeciali pacto, ut dr̃ in d. §. & q̃a.
& in d. c. ex noſtra ceruice non debemus dicere,
quod lex nõ dicit, neque introducit vſus, Iacob.

Butr.& in l.prima.C.de ſucceſ.edict.hanc quæ-
24 ſtionem decidit, quòd † filius fratris non venit
appellatione fratris, quia frater propriè loquen
do ille eſt, qui ex eodem ſemine nullo alio gradu
interpoſito oritur, ſequitur Tanti.in ſua inueſt.
feud.in verb.præſentes.in fi.col.dum quidam ca
pitoſus doctor contrarium ſua fronte loquere-
tur,nunquã eum potui regulas feudales edocere.

Dicamus igitur ex prædictis,feudum præſumi
hæreditarium,hoc eſt quæſitum pro accipiente
& eius hæredibus ex naturali & regulari formu-
la acquiſitionis,in quo ille ad feudum admitti-
tur poſt mortem, qui hæres eſt morienti tam in
feudo,quàm in hæreditate ipſius. Noua lex Fede
rici hoc introduxit, cum formula non apparet,
crebrior etiam eſt opinio peritorũ regni in hoc
ſequuti auctoritatem Neapolitani gloſſatoris in
conſuet.neapo.in ti.de ſucc.morientis ſine filijs
ex teſtamento in 1.conſt.in verb. diſponere,col.
3.dum dicit,eandem eſſe formã,ſiue concedatur
25 alicui & ſucceſſoribus ſuis, † ſiue hæredibus ex
ſuo corpore deſcendentibus, vt in c.Caroli Secũ
di, quod incipit,conſiderantes,Domini de Rota
Neapol.idem tenuerunt,vt refert collector de-
ciſ.293.& deciſ.195.150.& 140. Moderni neap.
hoc diſcutiunt in capit.1.de eo qui ſibi & hære-
dibus ſuis,& in prælud.feudorum. Paris in tract.
feud.car.288.Alij dictum capitulũ cum authori
tate Neapolitani aliter intelligunt,& eã partem
non tenent: vt Loffre.in d.magno conſilio,vide
tur eſſe tex.in hoc regno D. Carolus Secũdus in
tex.literæ,hoc ſentit.dum dicit,comitibus & ba-
ronibus omnibus dicti regni,quibus a tempore
fęlicis aduentus præfati domini patris noſtri in
regnũ pro ſe & ſuis hęredib. comitatus,baroniç
& feuda in pp̃etuũ ſint cõceſſa, vt quib. deinceps
vt de omnib.forma ſit eadẽ in perpetuũ ſimili-
ter concedentur ac hæredib.eorundẽ,& ibi po-
ſtea ſubnectit de alijs qui obtinẽt pro hæredib.&
ſucceſſorib.ex corpore,aboliro et penitus caſſato
iniquę interpretatiõis abuſu, eadẽ ęquiperat for-
mã,& illã deinceps iubet eſſe formulã, nullã face
re differentiã ex ęquiparatione formulæ,hoc in-
telligi dẽt,non tm̃ vbi formula apparet, ſed vbi
eſt dubiũ,quamuis illa lex aliam difficultatẽ vo-
luiſſet extinguere: non eſt prauus intellectus illo
rũ,q hoc colligunt ex illa litera. vti oque caſu feu
dum eſt hæreditariũ vt ſucceſſor veniat ad feudũ
vt hęres moriẽtis,& illi obſtet,qđ legitimè factũ
eſt a defuncto, per regul.l.cum a matre.C. de rei
vend.& l.vendicãtẽ.de euic.& forte hoc tenerę
deciſum per illã legem non eſt inconueniens, ꝗ
Rex voluerit in ſuo regno tollere dubietates pru
dentũ, prout etiam fecit Fedcricus in l.iuriſperi-
26 torũ,& determinare † ꝗ vbi non demonſtratur
formula inueſtituræ, feudum preſumatur hæredi
tarium,hoc neminem lędit: quia ius filiorum &
agnatorum non eſt certum,neque apertum, illis
non fit offenſa in re ipſorum, vel quæ pro certo
ad ipſos eſſet peruentura, verſatur in hoc fauorę
& gratia ipſius acquirentis: vt poſſit cum aſſen-
ſu dñi de feudo diſponere & grauare ſuos hære-
des ratione feudi & hæreditatis,quã dimittit fi-
lijs & ſucceſſorib.ſuis: tractatur in hoc articulo

de intereſſe domini regis, qui eſt directus dñs om
nium feudorum regni, vt Bal.dicit in l.1.C.vnde
legitimi,lites dirimere ſuũ eſt,l.quidã extimaue-
runt.ſi cer.pet,ſtatuere certam formulam qñ nõ
apparet,dicit G.de Perno.fo.146.non eſt vitupe
rabile,ſi laudabile non eſt,magis videtur hoc poſ
ſe ex regula iuſtitię: vt Bal.dicit in l.fina.de Sena
tor.& in conſil.233.ad intelligentiam ſequendo
eum.1.vol.quem ſequitur Alber.Bru.conſil.6.&
in conſi.1.6.col.& in conſil.10.tunc non poſ-
ſet,qñ certum eſt conceſſiſſe,ſi dixiſſet pro filijs
& deſcendentibus vel poſteris aut genere etiã de
conſenſu illius veteri inueſtituræ non detrahi.c.
1.de vaſſallo decrepitæ ætatis,donationi perfectę
non imponit onus vel grauamen.l.perfecta.C.de
donatio. quæ ſub modo,bonus tex.in l.cum poſt
verſic.ſi verò.de pact.dotal. Andr.in conſt.ho-
norem.in prin.ius alteri quæſitum ex poſt tollere
non poteſt,Andr.ſæpe dixit,per l.fi.C.de pac.tex.
eſt in l.ſaccum.§.fi.de nouatio. & in l.cum Her-
mes.C.locati,a principio liberum hoc fuiſſet, p
regulam l.in re mandata.C.mandati,& in d.l.
cum poſt,hęc eſt natura feudi, ꝗ ſicut ſine cauſa
Rex non aufert.c.1.de nat.feud. ita etiam nec dã
num minuit,ſecundùm Bal.conſi.190.4.vol.&
in conſi.276.ſecundùm veterem impreſſionem,
& conſi.277.in 3.lib.& Soci.conſi.74.1.libr. va
lidum eſt argumentum de toto ad partem, l.quę
de tota.de rei vendi.

Reducere omnium formulam qñ non appa-
ret determinata per modum legis generalis poſ-
ſet etiam cũ damno alterius: vt per Sand.& Dec.
in c.cum omnes.de conſt.ſtatuere cenſetur ex iu
ſta cauſa,ſuper dubio emittit vniuerſalem ſan-
ctionem,ꝗ feuda omnia hæreditaria indicẽtur.
Rex eſt in regno ſuo Monarcha, vt dicit Andr.
in proœ.cõſt.regni,in inſula Siciliæ,feuda regulã
tur ſecũdũ capitulũ illius regni, qđ incipit volen
tes,& alterius Regis Iacobi ſeu Federici, ſi ali-
quẽ.vbi non datur forma,& in Gallia oĩa feuda
regulariter alienabilia ſunt: quia ad inſtar bono
rum allodialium ſunt reducta ſecundũ Io. Fabr.
27 Poteſt ex prædictis dari regula † ꝗ omne feu-
dum informe præſumatur hæreditarium, prout
etiam dicimus de feudo præſcripto,ſecundũ Bal.
in c.ſi quis per triginta.ſi de feu.fue.cõtro. Ale.
conſi.26.5.lib.feudũ prę̃ſcriptũ ſortitur ordina-
riam naturam feudi,ſecundũ Bal.in l.1.31.q.de
rer.diuiſ.& in c.ſi.de feudo dato in uicẽ l.cõm.
plenè Balbus in tract. pręſcrip.4.parte 4.partis
principalis ver.1.igitur fo.25.

Ex his patet explicatio primæ formulæ venia
mus modò ad ſecundam.

SVMMARIVM.

1 *Inueſtitura alicui facta & eius hęredi,an cenſea-
tur realis quò ad oẽs, vel ad primum reſtringatur.*
2 *Inueſtitura facta pro ſe & fratre non includit poſt
mortem fratris lineam tranſuerſalem.*
3 *Heres in materia feudali & per legem Longobar-
dam pro filio accipitur.*
4 *Singularis numerus p plurali & econtra multifariã
ponitur.*
5 *Genus feudatarij attenditur.*
6 *Extraneus is dicitur, qui in feudi inueſtitura non eſt
comprehenſus.*

7 *Feudum*

7 *Feudum poteſt eſſe antiquum & nouum reſpectu diuerſarum linearum.*
8 *Inueſtitura vel conceſſio pro primo hęrede tantùm facta, ad alios non eſt tranſitoria.*
9 *Inueſtitura vel conceſſio de re facta re ſui natura non tranſitoria ad hæredes, ad primum hęredem reſtringitur.*
10 *Inueſtitura, vel conceſſio facta Petro & ipſius hęredi, an reſtringatur ad primum hęredem.*
11 *Dictio ipſis vel ipſius, non tantùm eſt ad oculos demonſtratiua, ſed etiam perſonaliſſima.*
12 *Verba prudentum an debeant capi ſecundùm vulgi interpretationem.*
13 *Inueſtitura vel conceſſio facta Petro & ipſius vel ſuo hęredi cum dictione præfato, ſcripto, vel infra ſcripto, an reſtringatur ad primum.*
14 *Inueſtitura vel conceſſio facta per verba perſonalia & impersonaliter prolata ad primum hęredem reſtringitur.*
15 *Inueſtitura vel conceſſio facta expreſſo proprio nomine hęredis ad alios non extenditur.*
16 *Inueſtitura vel conceſſio facta per viam diſpenſationis ad primum reſtringitur.*
17 *Inueſtitura vel conceſſio ſi ad primum, vel ad alios extendatur, interpretabitur ex concedentis ſolito vel conſuetudine.*
18 *Inueſtitura vel conceſſio, ſi pro primo hærede vel vlterioribus cenſetur facta ex conſuetudine regionis interpretabitur.*
19 *Inueſtitura vel conceſſio facta Petro & ſuo hęredi ad partis poſtulationem & non motu proprio, an extendatur ad omnes.*
20 *Inueſtitura vel conceſſio ſi ad primum hęredem reſtringatur ex domini concedentis affectione, diſcerni poterit.*
21 *Inueſtitura vel cõceſſio facta pro me & meo hærede & ad mei poſtulationẽ an reſtringatur ad primũ.*
22 *Inueſtitura vel conceſſio ad primum reſtringitur, ſi aliàs abſurdum aliquod, vel iniquitas reſultaret.*
23 *Conceſſio, quando agitur de reuocanda donatione, in primo hærede finitur.*
24 *Extenſio vltra primum non fit in pœnalibus.*
25 *Inueſtitura vel conceſſio regalium facta quando ad primum hæredem reſtringatur.*
26 *Argumentum de feudis ad regalia non procedit.*
27 *Regalium natura non eſt ad filios tranſitoria, niſi per vſurpationem.*
28 *Regalia an veniant ſub generali forma priuilegiorũ*
29 *Adhoc et releuiũ pręſtãtur ex functionib. fiſcalib.*
30 *Regalia ad deſcendentes tranſmittuntur ſub natura tamen, vt ſint, & remaneant indiuidua.*

SECVNDA formula inueſtituræ
1 eſt † ſi Rex concedat caſtrum in
feudũ Petro & eius hæredi, vel
ſuo hęredi, an cenſeať realis quò
ad oĩs hæredes vel quò ad pri-
mum eius hęredem reſtringatur
quia non conceſſit pro hæredibus eius, ſed pro
hęrede ſuo. Ex allegatis in prima parte formu-
læ dici poſſet, mortuo primo hærede Petri gra-
tiam eſſe finitam, nam cum pro hærede ſuo
expreſſit, de uno videtur ſenſiſſe, & de primo,
arg. l. boues. §. hoc ſermone, de uerb. ſignifi. No-
cet expreſſio in hoc, cum pro hæredibus, in infi-
nitum proſpicere uideretur d. c. 1. de fratribus
de no. ben. inueſt. Pro uno uidetur quæſijſſe, di-
cendo hæredem in ſingulari non hæredes in plu
rali. arg. l. cum prętor. de iud. nominatio hære-
dis facta ab homine de primo intelligitur ſecun-
dùm Bal in l. qui liberis. §. hæc verba. de liber. &
poſthu. quem ſequitur Anc. conſ. 30. voces ſunt
ſigna earum, quæ ſunt in anima paſſionum no-
tæ ſecundùm Caſſiod. quem Bal. refert in tract.
ſciſmatis, & in rubrica. C. ſi quis aliquem teſtari
prohibuerit. Nullum enim eſt maius mentis teſti
monium, quàm qualitas expreſſa uerborum, per
l. Labeo, ſupra allegata. rei natura quò ad hoc ui
detur alterata, & primá partes cenſentur ſequu-
tæ, quæ erat perſonalis & non tranſitoria ad hæ-
redes. Res de facili ad ſuam naturam reuertitur.
l. ſi vnus. §. pactus ne peteret, de pact. ideo Celſus
ſcribit in d. l. ſi pactum. in fin. quia plerunque
tam hęredibus noſtris, quàm nobiſmet ipſis ca-
uemus: cum ooo ſemper, ſed perſepe hoc ex rei
natura colligi poteſt, ut in l. ſtipulatio iſta ha-
bere licere §. ſi quis ita. de uerborum obligatio.
ubi de uſufructu, de perſonali ſeruitute, ut in
l. non ſolùm. §. tale. de libe. lega. De compromiſ-
ſo l. diem proferre. §. primo, de arbit. De primo
hærede tantùm intelligi debet, non de omnibus
hæredibus in infinitum, argument. l. cum anti-
quitas. C. de vſufruct. per quam l. dicit Bald. in
l. fi. in ſeata oppoſitione. C. de hæred. inſtituen.
quòd ſi quis acquirat feudum, vel emphyteuſim
pro ſe & hæredib. de primo tantùm hærede de-
bet intelligi, refert May. in l. in annalibus. C. de
legat. Andr. Tiraq. in tract. retract. folio 345.
idem Bald. in capitul. quæ in eccleſiarũ. in penul.
2 colum. de conſtitu. dixit † quòd ſi quis acquirat
feudum pro ſe & fratre non uenier poſt mortem
fratris linea tranſuerſalis. Sed frater tantùm, re
fert & ſequitur Taurinen. in ſua feudali inueſti-
tura in verſ. præſentes. in finali colu. Curtius in
tract. feud. tertia part. Maior eſt affectio in fra-
tre, quàm in filio fratris, ſecundùm Bal. in l. cum
ita. §. in fideicommiſſo. in fin. de leg. ſecundo. Si-
cuti ſi Rex donaret feudum Titio & primoge-
nito, eodem primogenito mortuo, alij ulterius
non ſuccedunt. Andr. ſeorit in capitulo primo,
prima colum. de ſucceſ. feud. & in capit. primo,
§. hoc quoque. ver. & olim. ſecunda col. apertius
dixit ibi, nam feudum tunc non eſt datum Titio
& deſcendentibus ſed Titio & primogenitis, &
ideo quantũ ad hoc alij quàm primogeniti ſunt
excluſi, nec continẽtur inter ſucceſſores, enume
rati cenſentur incluſi: alij non veotunt l. libero-
rum. §. 1. de uer. ſig. intentio ad hoc uidetur ap-
plicari, conſiderata originali rei natura, quę ſem
per ſolet attendi, vt dicitur in d. §. ſi quis ita, hoc
poteſt eſſe ambiguum, ſi ueniat primus hęres, uel
omnes in infinitum, ne proprietas remaneat
quodammodo inutilis ut habetur in l. cum an-
tiquitas. C. de uſufruct. De primo videretur
actum, forte ea fuit intentio Domini Regis
concedentis, ut non habeant omnes hære-
des ſed primus tantùm per eam rationem:
quia feuda primitus erant ad vitam, & ori-

go & initium cuiuſque entis inſpicitur tamquam radix futuri, vt in capitulo primo, §. ex eadem. de lege Corradi, & ſecundùm Bal. in dicto capitulo, quæ in eccleſiarum: ſi. columna, quicquid ea radice inde ſequitur, deciditur, & illius naturam ſapit, arg. l. qui id quod. de donatio. cõiectura eſt primę qualitatis, vbi certa non apparet determinatio: cum a primordio tituli poſterior formetur euentus l. prima. C. de impo. lucr. deſcr. libro 10.

E Quæſtionē hanc tetigit dominus Gul. de Perno. conſilio . . fol. 145. eam non decidit: ſed allegat Bar. in l. 1. de conſti. princip. qui in alia materia loquitur, & de priuilegio, quod eſt ſui natura perſonale, quandoque reale, quandoque mixtum, vbi per Barto. & alios in l. quia tale. ſoluto matri. & per Bal. conſi. 405. ſecundo libro. non licet arguere de priuilegio ad beneficium, vt in l. fi. eodem titulo, feudum eſt beneficium, & non priuilegium, rigoroſæ eſt naturę & eius effectus, vt ibidem ſcribitur ex glo. in c. fi. de peculio clericorum, colligi videtur feudum conceſſum pro hærede ſuo. nõ eſſe tranſitorium ad omnes hæredes in ea quæſtione, cum non dicat pro hęrede hæredis, & illam gloſſ. ſing. eſſe dicit Sand. in capitulo in preſentia. colu. 10. nu. 26. de probatio. & in c. 2. de tregua & pace. allegat Alber. in l. cũ antiquitas. C. de vſufr. Io. Lup. in rubr. de dona. inter virum & vxo. c. 69. 6. col. Andr. de rettact. in tit. 2. § primo, in 6. glo. c. 346 hæres cum defuncto eadem perſona reputatur iuris tamen interpretatione hęres hæredis non vt per Moder. in l. hæredem, de reg. iur. Alius eſt hæres, & alius eſt hæres hęredis, licet ea appellatio ad oẽs referatur, vt in l. fi. C. de hęre. inſtit. & p Mod. in l. Gallus. §. ẽt ſi parẽte, de lib. & poſtu.

Alia videretur difficultas, ſi vnus tantum primorum hęredum ſuccedat, vt ſi omnes, vt in l. in vſu iuriſ. de verbo. ſigni.

Ego legendo aliàs & repetendo tex.cap.1.de ſucceſ.feud.& capitulum primum,an agnat,hoc idem tenui, quòd iam conſulendo quàm iudicando ſequutus ſum,& in noſtro Sacro Conſ.ſæpe ſępius pronunciauimus.formulam hanc pro hæredibus conceptam hęreditariam eſſe & non ex pacto & prouidentia,& antiquiores domini peritiores regni eorum ſcriptis nobis inſinuauerunt.nunquam enim, vel rarò feudum eſſet hęreditarium,ſed ſemper eſſet ex pacto, prout regulariter eſt ex voluntate eius,qui expreſsè pro hęredibus paciſcitur,& dono eius,aut prouidentia,qui voluit donare hęredibus recipientis nunquam eſſet conſultum feudatario diſponendi de feudo cum licentia domini tam inter viuos,quã in vltima voluntate, nulla daretur formula pro acquirẽte,ſi ad aliquam manum preueniret, poterat antiquitus pro medietate: vt in c.1. qualiter pot.olim feu.alie.neminem feudatarius inueniret,qui cum eo contraheret, ius ſuum finitur morte, etiam cum alienat de licentia domini, c.1.de alie.feu.pat.nocet expręſſio hęredũ, quia dominus ſic concedendo magis videtur dilexiſſe feudatarium quàm ſuum hæredem, quẽ ignorat.& feudatarius ſic paciſcendo voluit ſibi conſulere, vt filius habeat à manu ſua,& quatenus ipſe voluerit: vtque ipſum magis reuereatur, ſecũdùm And.in c.1.§.ſed & res,per quos fiat inueſt. per l.vtrum turpem.de ver.obli.vnum tunc ſibi conſtituit patrimonium, feudum cum ſua hæreditate coniunxit: vt filius vtrumque habeat, aut neutrum,ſic receptũ feudum nihil ab allodio differt,aut parum,propter aſſenſum domini: vt Andre.dicit in c.1.col.4.de natu.ſucceſ.feu.ibi. vnde in tali feudo ſicut in burgenſaticis ſic erit ſucceſſio, Bal.in l.cum virum.col.ſi.C.de fideicom. Ferra.conſ.119.col.3.1.lib.idem ſepius dixit, nõ
4 hęredes non ſuccedent in feudo † quia feudũ eſt vnitum cum corpore hęreditatis, ſecundùm regulam & naturam feudalem,pro quota tñ legali: vt infra dicam,eſt de hæreditate ipſius defuncti, vt in l.item veniunt, in ſi.de peti.hęrę.& vnũ trahit ad ſe reliquum virtute cuiuſdam vnionis ſecũdùm Bald.in d. c. an agnatus.col.4.quando feudum tempore mortis in hæreditate non reperitur,vel quia diſtraxit in vita cum licentia Domini,in vltima volũtate caduca eſt ſucceſſio feudi:cum feudum eo tempore non ſuperſit,pro eo tempore concepta eſt formula ſtipulationis, illud tempus inſpiciendum eſt.l.in delictis,§ ſi extraneus.de noxa.And.in c.1.§. præterea. quę ſit prima ca.bene.amitt.de primogenito ſcilicet tẽpore mortis & de pauperibus tempus mortis cõſideratur, quo eſt facienda erogatio,ſecundùm dominum Blaſcum Lanceam Sicolum in repe. cap.volentes.illius regni, quam dote exornauit proſpexit hæredibus,ſi in eadem voluntate perſiſtit feudatarius,vt habeat in eo hęredem,hæreditas non eſt in eo, quod tempore mortis non reperitur,l.nihil aliud eſt hæreditas.de regu.iur.argumento de perſona ad rem: vt l.cum quid.

5 Si † donaret Titio & hæredibus & ante donatiõẽ donatarius prędecederet: cum hæredes ex perſona Titij nihil habeant, ſi perfecta donatio non eſſet quæſtio eſt ambigua,de qua vt per Bal. conſi.306.domina Ioãna lib.1.Bologninus cõſi. 64.Paul.de Caſ.conſi.164.in præſenti cauſa,col. 8.2.vol.in nouis,& in antiquis nu.161.Decius conſi.513.ſi.col.4.vol.& per eundem conſi.430 3.vol.per Bal.conſ.51.quidam nomine,vol.5.ad intellectum l.ſi quis Titio & hæredibus,de vſufruc.accre ibi,& per And.in c.1.2.col.de ſucceſ. feud.Alex.conſi.49.6.lib. & per dominum Zaſium in reſpon.fol. mihi 110. vterque intellexit de hærede allodij,qui ſit de ſanguine ipſius ſecundùm naturam feudi. vterque concordat in auferendo,contrariorum eadem eſt diſciplina, in vita nemo habet hæredem, immatura eſt ſucceſſio l.qui ſuperſtitis.de acq.hær. poſt mortem inanis eſt hæreditas feudatarij, quia interim dominus aſſentiendo alium prædilexit,quàm hæredẽ primi feudatarij,erat ius auocabile ab vtriuſque nutu,neque interea ex vi formulę aliquod ex perſona ſua ius formatum habebat,queri nõ poteſt,ſi ad feudum aſpirare non poteſt, nulla pactio eum vocat, neque aliqua prouidentia legis vel hominis eum admiſit, ſpem illi contulit legalem tantùm,quæ pendet à voluntate hominis multum intereſt inter os & offam, illud habet hęres in feudo,quod ei dare voluit defunctus tẽpore acquiſitionis feudi,quia ex primordio tituli poſterior formatur euentus d.l.1.C.de impo. lucra.deſcrip.ſi voluiſſet defunctus deferre feudum ad non hęredem, non poſſet: lex impoſita eſt feudo:eam non poteſt mutare ſine voluntate eius, qui impoſuit, vtriuſque cauſa agitur,& domini & feudatarij, vtriuſq; cõſenſus exigitur, p l.nihil eſt tã naturale.de reg.iur.ſi illam non põt mutare in pręiudicium agnatorum c.1.de vaſallo decre.ęta.quanto minus in præiudicium domini,qui dedit beneficium, eo inuito nihil poteſt feudatarius in perniciem eius, eo ipſo quòd diſſenſit,cauſa eius ſit deterior.l.ſi.ff. de vſu & habita.Ab initio fuit hoc voluntatis,ex poſt facto eſt neceſſitatis.l.ſicut C.de actio.& obli.proſpexit tempore dationis in feudum ſibi & feudatario, non autem deſcendentibus ab illo vt de-

ſcenden-

ſcendentibus poſteris ſed ut hęredibus, ex volũ-
tate tlitus proſpexit & etiã creditoribus feudata
rij. Ponc, q. dñs erat etiam creditor feudatarij:
& ille erat inops, & ſine facultatibus, noluit tra-
ctare ſuũ, nõ præſumitur hoc. l. cũ de indebito.
de proba. voluit tutũ ſe reddere in re ſua appo-
ſuit tpe datinnis, io feudũ eam legem: vt feuda-
rarius viueret ſpleodidè & opulenter, quia no-
luit tunc deſcendentibus fauere principaliter,
ceſſat ratio Andreæ. in dicto c. 1. an agnatus, &
ibi moderni eam ſequuntur, & ratio rationis
ſubtadè tollitur, quia nullum eſt inductum fidei
commiſſum poſt mortem primi: vt dixit in §.
hoc quoq;, & in capitulo 1. 4. col. Imperator Lo-
tharius, & in c. 1. §. præterea, quę ſit pri. cau. be-
ne amit. & in c. 1. §. ſi vaſallus de feudo. col. 3. ſi
de feu. fue. contro. & alibi ſi alium faceret hęre
dem in allodio ſeu in hæreditate, hoc ex poſt fa-
cto eſt, feudi natura mutata non eſt, tenebitur,
ſcriptus hęres, donec ſupereſt de bonis hęredita
rijs, & ſi in fraudem alium inſtituiſſet, res non
haberet dubium, ex hac fraude ſi hæres feudi cõ
mundum ſentit, re ipſa fraudem conſilio quæſitã
ratam habet, conditionem ex fraude nemo facit
meliorem deteriorem verò ſic l. ſine hæredita-
ria. de nego geſt. & in regula iuris, quando non
in fraudem, aliud videretur, prout ſupra dixi, ex
auctoritate Iacobi de Beluiſo in c. Titius. ſi de
feu. fue. contro. & in c. 1. & ibi moder. ar. l. ſi qs
prin te. ad trebell. & l. 1. §. ſi ex fundo. de hæredi
tat. ſi ab inteſtato vel ex teſtamento. hęreditas de
ferat ue ſibi hẽt tũc iudicio teſtatoris, vel moriẽ
tis tacito vel expreſſo: ſecus ſi præteritus eſſet,
vel renuntiaſſet in vita. ſecundùm Bal. in aut. ſi
quas ruinas. C. de ſacroſan. eccle. quem refert &
ſequitur dñs Ferreius conſilio 141. 1. libro, fuit
quidam rigor ex conſuetudine iuſ inductus, ſu
per quo Obertus legem condidit, vt defuncto
hęres ſit filius, agnatus verò non, teneatur adire
illius hæreditatem, proinde prudentes varia
ſcolierunt, & minimè etiam hodie ſibi ipſis cõ
ueniant quidam pro filio, & hi pro omnibus de
ſcendentibus duritiem illius legis opponant,
alij non procedere in nepotibus, omnes pro
agnato concludunt, quia litera de agnato loqui
tur in d. c. 1. an agnatus; & de filio etiam diffe-
rentiã inter agnatum, & filium conſtituentes
ex rationibus ibidem adductis per ſcribentes,
alij nullam eſſe, & ſic etiam quidam in feudo hę
reditario, alij non in feudo hęreditario, ſed tan
tùm in feudo, ex pacto, & prouidentia poſteris
quęſito, quidam in nouo tantùm & non in an-
tiquo, alij etiam in antiquo tantùm & non in no
uo, quidam etiam effirmant, Obertum non ſen-
ſiſſe de his feudis, quæ certam habent ex formu-
la legem, ſed tantum de his, quę nullã habent
formulam, neque pactio, aut conuentio apparet
ſunt informia & incertæ naturæ, quot ſunt ca-
pita, tot ſunt ſententię, & ex diuerſitate corpo-
rum inducta eſt animorum diuerſitas: vt modò
huc, modo illuc naufragari cogaris relatis alio-
rum opinionibus.

6 Dicam ego quid ſentio, † tex. in d. c. 1. de fi-
lio dicit, & rubrica etiã poſita eſt dubitando, &
ſolutionẽ quærendo, an agnatus vel filius defun
cti poſſit retinere feudũ repudiata hæreditate, &
decidit, agnatum, ad quẽ vniuerſa hæreditas per
tinet, repudiata hæreditate poſſe feudum, ſi pa-
ternum fuerit retinere, ſibũ verò non de filio lo
quitur, contra rationem eſt, filiũ non, poſſe feu-
dũ ſine hæreditate retinere, & ibi docto. dicunt
Ideo in filio tãtũ locũ habebit, & non in nepoti
bus, cũ lex illa aut rigoroſa ſit, aut pœnalis, nepo
tes non comprehendit ſcdm Bar. in l. liberorũ,
col. 3. de verb. ſigni. verſi. ſecundò quæro, qñ ver
bum filij, & in l. Gallus. §. etiam ſi parente. de li-
be. & poſthu. Odioſa eſt prouiſio pro filio, cum
fauet agnato, qui vlterior eſt in gradu, prohibi-
tio facta filijs non habet locũ in nepotibus §.
nos igitur, in aut. de reſtit. fideico. Bar. in l. filius-
fam. §. diui. col. fi. de leg. 1. & in l. Lucius §. Sem-
pronię. de lega. 3. Alex. conſi. 17. in 5. lib. & in l.
Gallus. §. inſtituens. de libe. & poſt. & ibi Mayn.
Decius conſi. 445. col. 12. 3. vol. hanc partem te
nuit G. de Petro conſi. 7. car. 30. q. tex. in d. c. 1.
loquatur in filijs tantũ & non in vlterioribus;
quod etiam ſequutus eſt Decius in dicto conſi.
445. ex auctoritate Bal. in d. c. 1. & l. c. quæ in ec
cleſiarũ. de conſt. & Io. Ant. Rubeus conſ. 84. fi.
col. Antonius Freccia genitor meus recolendæ
memoriæ vir acutiſſimi ingenij intelligebat il-
lum tex. nedum in filio, verùm etiam in omni-
bus deſcendentibus: nam cum in materia feuda-
li appellatione filiorũ oẽs veniant in infinitum
vt in c. 1. §. 1. de alie. feud. & in c. 1. §. cum verò
Corradus, de his qui feu. dar. poſſ. Ruy. con. 15. 1
vol. Bal. in c. quæ in eccleſiarum, de conſtitu. &
Alex. conſi. 17. in 5. vol. quod fuit ſtatutum de
filio in ea lege, non fuit gratia taxandæ prouiſio
nis in filio tantùm, ſed de eo vide primo ſtipi-
te deſcendente a primo acquirente, ex cuius per
ſona feudum incipit fieri paternum. & deinde
antiquum. Et quia tex. ibi loquitur de agnato, vt
poſſit feudum retinere repudiata hęreditate, ne
ceſſe eſt fateri, feudum fuiſſe filijs primò relictũ
& ipſos diuiſiſſe inter eos, & vltimum morientẽ
8 deceſſiſſe relicto filio & etiam agnato: vt con-
gruat determinatio illius literæ dubitationi in
rubro propoſitæ, & quamuis videatur diuina-
tio quædam ſuper ea litera, vt ipſe ſcripſit ſu-
per eundem textu, odium tamen non eſt irra-
tionabile, ſed toleratur honoris gratia, non fit
aliqua iniuria filio ſuccedenti ne. ue alijs vt ne
potibus, qui adeant patris, vel aui hæreditatẽ,
hoc inductum eſt a legiſlatore ex bona cauſa, &
honorabili ac honeſta, ſicut exhęredatio, quæ fit
a patre bona mente: per And. in capitulo pri-
mo, in fin. de alienat. feud. pat. & in capitulo,
ſciendum, de feud. cognit. pone, quòd filius de-
ceſſit patre viuente ſuperſtite nepote. indeco-
rum videretur, quòd hic nepos habeat feudum
repudiata aui hæreditate, quia de nepote non
loquitur Obertus, quamuis in locum patris
ſubingrediatur, capitulo primo, §. primo, de gra
dibus ſuccedentium in feudo, non poteſt ratio
diuerſitatis aſſignari, idem ius ſtatui debet. l. a Ti
tio, de ver. obligar. & ſiue ſit filius, ſiue ſit nepos
ſuccedat nomine hęreditario in ipſa hæredita-

te defuncti vtrique poteſt eſſe conſultũ,& nemi
ni infertur iniuria,& à moriente ſubducitur in-
famia:cum habeat hęredem ſaltim nomine, &
ſucceſſorem:reliquit tamen cogitandum.

7 Bal.aũt † in d.c.1.textum illum intelligit ha
bere locum in feudo hæreditario,& non in feo
do ex pacto,& ideo filius non retinet feudũ hæ-
ditate dimiſſa:quia pro hæredibus erat a patre
vel a prçceſſo re quęſitum expreſsè, de quo per
G.de Perno folio 149.& fol.139.& 153.idem te
nuit Saly.in l.ſecunda,C.de liber.& eor.libe.ter
tia columna,& hanc eſſe communem opinionẽ
teſtatur idem Saly.ibidem, quod ſequi videtur
Imol.in c.ex parte,columna,8. extra de feudi. &
Alex. conſil.26. in ſecunda columna, in quinto
volumine.

And.autem de Yſer.cõtrarium decidit in eo
tex. vt loquatur in feudo ex pacto & prouidentia
& non in hæreditario ex differantia,quæ conſti
tuta eſt inter filium & agnatum,& And.ibi com-
muniter ſequuntur docto: & plenius Curtius
Iunior conſi.138.col.5.2.vol. & in conſil.155.
eo.lib.& Ioan.Antonius Rubeus in d.conſi.18.
& cõſ.110.& in §.quidam rectè, de libe.& poſt.
& in d.conſi.84.

Pau.de Caſt.conſi.311.circa primum col.3.1.
lib.intelligit tex.in d.c.procedere, quando feu
dum fuerat quæſitum a patre ſimpliciter nullà
facta mẽtione filiorum vel liberorum, ſecus vbi
appareret certa formula pro liberis recepta:
quia non tenerẽtur adire hęreditatem.vel quòd
loquatur in filio tantùm & non in alijs,& conſ.
143.ſecundùm Ruyn.conſi.25.in 1.libro, idem
Paul.de Caſt.in auth.poſt fratres.C.de legi. hę-
red. la 2.& ſic videtur ſentire,vt procedat in feu
do nouo & non in antiquo,prout ſentit etiam
Corneus conſi.159.2.vol. & Decius in d. conſ.
445.& dominus Petrus Iacob.Galli. in ſua pra
ca:forma libelli cõdictionis, ex moribus,fol.mi
hi 71.1.col.eodem modo intelligit illũ tex.Ruy.
conſ.16.1.col.1.vol.in feudo ſimpliciter rece-
pto,vel in filio tantùm, ſecundùm G. de Perno
conſi.7.ſol.30.& D. Ferrettus conſi.119.1.col.
& idem G.de Perno vir ingenij admodum acu-
ti dum conſideraret legem Oberti poſitã in d.c.
1.& cauſas ac rationem literę,dixit,ꝙ aut fuit be
ſtialiter conſtitutum,aut ſoluat Apollo, quãuis
And.de Iſer.& poſt eum Bal.ſoluerint rationes il
lius tex.quæ magis ſuaſiuæ videntur quàm effica
ces,ex his apparet confuſio ſcribentium in hoc
articulo.

Opinio autem Pau.de Caſt. videtur ſubſtenta
bilis, vt procedat,quando nulla apparet formu-
la inueſtiturę, ſecus ſi legeretur certa regula ap-
poſita aut fauore dñi,aut fauore acceptoris, aut
fauore agnatorum.illi eſſet omnino ſtandũ.qn ę
certa eſſe legeretur, quando feudũ filijs hęredi-
bus deberetur, re & nomine debet hęres eſſe,qa
filius patri honorẽ conferre debet tanquam pri-
ma cauſa & immediata acquiſitionis,a quo com
modũ & lucrũ ſentit,eius factum debet approba
re,per l.ea quæ perſona,de regu.iur.& in l.nõ ſo
lù n §.1.de ritu.nup.hoc voluit ſępe And.qõ di
xit,feudũ hęreditatiũ filius nõ hęres non capiet
in d.c.1.in fi.qui ſucceſ.tene.& in d.§ huius ge-
neris 2.col.qñ aũt filijs vt filijs deberetur ex for
mula,capient illud filij etiã nõ hędes, vt dixit
ibidem,& in c.1. Imperator Lotharius.col.2.&
in c.1.§.donare,col.4.qualiter pote.olim feu.ali.
ibi filijs, vel alijs non defertur iure ſucceſſionis,
ſed ex vi contractus & conceſſionis feudi, & in
c.1.de ſucceſ.feud.& in c.1. de alie.feu. pat. &
hoc qñ clarũ ęſt & apertũ,qñ aũt dubiũ eſſet, di-
cã in ſua formula,in eo quod eſt expreſſum pro
hæredibus, dñs magis videtur dileniſſe acquiren
tem, quàm eius filios,qui debeant eius hęredita
tem adire.& hęc formula facta eſt & appoſita fa
uore acquirentis, vt de feodo diſponat cũ licen-
tia dñi, prout vult, qui ꝓ hæredibus ſtipulatur,
non videtur vt illorũ miniſter contrahere vel ſti
pulari, ſcdm Ancha. conſi.22.& conſi.23.ſed ad
vtilitatẽ & cõmodũ hæredum ex perſona princi
pali, vt in l.ſi pro me, de ſol.ſi caducatur in pſo-
ſona contrahentis, nihil habet hęres ex perſona
ſua, & Decius diſcutit conſi.430.3.lib. & in cõſ.
513.in 4.vol.nullum hẽt titulũ propriũ,qui ve-
nit vt hæres poſt mortem alterius ſcdm Corneũ
conſ.61.nu.5.2.vol. vnũ & idem eſt patrimoniũ
allodiũ, ſeu hęreditas ac feudũ pro hęredibus ac
quiſitũ, ſcdm Bal.ĩ l.liberti, libertæq; C.de oper.
liber. quem ſequitur idem Corne.conſi.131.eo
dem lib.Deci.conſi.185.in 1.vol.& Cur.Iu.cõſ.
138.nu.22.& in conſi.155.in 2.lib. debet eſſe
hæres,quia vnicum eſt patrimoniũ,licet princi
pia ſint diuerſa l.iuriſperitos §.cũ oriundus. de
excu.tuto.quem allegat Io. Ant. Rub.conſ. 79.
concludunt oẽs, quod in feudo hæreditario nihil
prodeſt inuentarium, & tã filiorũ quã agnatorũ,
in hoc nulla ęſt differentia pp vnitatẽ formulę,
vt And.dicit in d.c.1.1.col.an agnatus.& in c.1.
§.hoc quoq;.de ſucceſ.feud.& ahbi, prout per
Cur.cõſi.1. poſt tractatũ feudi, & p ſeniorẽ Cur.
conſi.83.col.4. Alex. conſi.26.5.vol.& p eundẽ
Cur.d.conſi.138.col.5.2.lib.Deci.con.208.2.li
bro,& Ferretus conſi.119.& dñs Ruy.conſ.

.. ea ratio eſt huius regulæ, quia vnũ eſt pa-
8 trimoniũ defuncti, feudũ & hęreditas † fit ſepa
ratio patrimonij per cõfectionẽ inuentarij, qñ
aliquid hæres prętendit in hæreditate iure qui-
dẽ ſuo & ex perſona ſua: vt ibi dicunt in feodo
pro hæredibus quæſita nullam habet prouiden
tiam legis vel hominis, legis & hominis eſt pro
uidentia in hoc, quatenus defunctus voluit, &
placuit ad ſuum hęredẽ tranſmittere, habet feu-
dũ cum ſua cauſa, quæ a principio fuit ex formu
la annexa feudo & hæreditati, eſt omnino inſepa
rabilis neq; poteſt ab ea auelli ſine. vtriuſq; con
ſenſu dñi ſcilicet & feudatarij, ſi tpe mortis feu
dũ in hęreditate non reperitur de ſuo prędeceſ
ſore conqueri non põt, cũ liberis hoĩbus rerum
ſuarũ adminiſtratio nõ eſt interdicẽda. l.2. ſi quis
a paren.fue. manumiſ. & in l.qua ratione.§.hæ
quoq; res.de acquir.re.dom.hæc qualitas quæri
tur, an ſupſit feudũ tpe mortis.arg.l.2.§.proximũ
de ſuis & legiti. & in l. ſi quis filio exhęredato.
in princ.de iniuſt. rup.teſt.ad illud tpꝰ refertur,
illud inſpici debet.l.qđ att.§.Iulianus,& l.in de
lictis.§.ſi extraneus.de noxa.l.de peculio.& in l.
tuſi-

ſi curatoris. §. fina. quod iuſſu, Bal. conſ. 275. quod pro regula, ſecūdo libro, hæres in feudo non venit poſt mortem, ſi tempore mortis feudū eſt ab hæreditate ſegregatum, non pōtio eo hæres eſſe quia non eſt, & non entis nullæ ſunt partes. l. eius qui in prouincia. ſi cer. peta. alterius cœpit eſſe feudum, defuncti militis deſijt eſſe feudum, iure proprio hęres non vendicat, vt ſupra diximus: cum eſt in hæreditate capit vt hæres feudi ex forma, & vt ſucceſſor bonorum hæreditatis, quò ad hoc eſt de hæreditate. forma hæc fauet acquirenti. & ſibi ſoli prouidet hęredi, non ſi acquirens nō vult, aut quia feudū alienat, aut quia ſuā hęreditatē ęre alieno pręgrauat, ſummittendo creditoribus; qui tam pro credito, quàm pro legatorum ſatisfactione capient fructus feudi, donec feudum erit penes hęredem, ſi in obligatione bonorum feudalium aſſenſus domini non acceſſit, in filio vtraque qualitas requiritur, vt per Bar. in l. ſi mihi & Titio, de ver. oblig. & ibi docto. & in l. vt iusiurandi §. ſi liberi. de oper. libert. & in l. eū qui, de inter. & relega. qn pro filijs hæredibus recepta eſt inueſtitura, iuris & hominis vinculo aſtringitur ſucceſſor ex primo deſcendens pp formā in inueſtitura appoſitā realis eſt & perpetua quò ad omnes ſucceſſores l. non ſolùm §. ſi. & ibi glo. de no. oper. nun. & in l. veteris C. de contrahen. ſtipu. & in l. ausi gentium, §. pactorum. de pac. & eodem iure erit primus & poſterior, neque primus melior, neq; vltimus peior, vel ē cōtra, cum omnes veniunt iure hæreditario, per regulam l. hæredem, de regu. iur. neque in hoc inuenio aliquam differentiam à doctoribus conſtitutam, filius vel agnatus eodem nexu obligantur: cum nihil habeant iure ipſorum conſtituto, vel propria perſona inſpecta a concedente, vel recipiente feudum, erit tamen hæres, qn formula ſic eſt concepta, pro hęredibus, pro quota, vel pro parte hæreditatis, in qua inſtitutus eſt, in ipſo autem feudo pro virili, quę ſibi à lege feudali defertur, per tex. in c. 1. de ſucceſ. feud. & ibi nota.

Dicit Paul. de Caſ. in l. quia perinde, ad trebell. q ea quę tranſeunt ad hæredes, vt hæredes ſiunt, pro portionibus hæreditarijs, vt in l. pro hæreditarijs, C. de hæred. actio. quę verò tranſeunt ad hęredes in ſolidum, capiūt, quia hęredes, hoc dictū ſequutus eſt dominus Hippo. in l. centurio. nu. 55. de vulg. & pupil. & idem Pau. de Caſ. cōſ. 363. viſo col. 2. quē refert Parıſ. conſi. 33. col. 25. 3. lib. qd erat ſic dicere. feudū eſt hęreditariū quò ad hoc, vt ſucceſſor capiat tanquā hæres, nō vt eius ſucceſſio ab ipſa hęreditate regulet omnino ex quo in ſucceſſione feudi lex feudalis metam poſuit, à qua non licet recedere l. cū dos. de pac. dota. idē Pau. de Caſ. in auth. poſt fratres la 2. C. de legi. hęred. quē ſequitur Soci. Iunior cōſ. 72. col. 4. 4. lib. in ſpecta lex ſeu pactio eſt: vt omnes filij in feudo diuiduo pariter ſuccedant, q aūt feudū pro alia parte, quam pro ea, quę a lege defertur ad filiū perueniet, hoc eſt cōtra formā pactionis, quamuis diſparibus partibus filij inſtituti ſint. And. ibi dicit col. 1. lex dat, & legis prouidētia priuatus non aufert l. cum patronus, de leg.

2. & l. ſi arrogator, §. 1. de adoptio.

9 Quò ad † hanc diſpoſitionē nulla eſt ordinatio, vt ibi & per Alex. conſi. 29. col. 2. 5. vol. & Curtium conſi. 67. idem tenet And. in c. imperialē §. preterea ducatus 1. col. de proh. feu. alie. per Fede. & in conſtit. regni, vt de ſucceſſionibus per Dec. conſi. 252. 2. lib. tenet quò ad eos, qui ex ęqualibus partibus ſucceſſuri ſunt, & p Alex. conſi. 55. perſpectis. vol. 4. & conſi. 2. col. 4. 5. lib. valet etiā quatenus eſſet cōmodū filiorū, & per Moder. Neapolitanos in c. 1. col. 1. an agnatus, Deci. conſi. 252. 2. vol. & per Mayn. conſi. 7. 3. libro, & per Moder. in l ſi. C. de edic. diui Adr. tollen. hoc militaret, etiā ſi feudū eſſet hæreditariū, & pater ſine aſſenſu diſpoſuiſſet, nulla eſt diſpoſitio quò ad diſponētē, & quò ad eius ſucceſſores factū nullū & illegitimū non ligat hæredē vt And. dicit i c. 1. §. donare 6. col. qualiter olim pote. feu. alie. & in c. Imperialē 7. col. & dñs Ferrettus conſi. 133. vbi † ponit quæſtionē de iure

10 pat. legato ſine licentia Pontificis, morte ſequuta ante aſſenſum hęres nō ligatur, & in cōſ. 134. in ſi. in feudis ſcdm Bal. conſ. 275. q pro regula 11

1. col. 2. lib. attenditur natura, pacti, vel conſuetudo, teſtamentū autē vel legatū nihil operatur, p tex. in d. §. donare, quia nullā affert vtilitatē, ideo non valet, per l. hæreditatē. manda. & l. 1. §. pen. C. comun. de lega. ſcdm eūdē Bal. conſi. 70. eodē vol. qn autē in teſtamēto adeſſet aſſenſus dñi in feudo hęreditario valeret eo modo, quo diſponeret, vt per Alex. conſi. 19. 5. libro, & in conſi. 11. in 3. vol. & aliàs fuit iudicatum per noſtrum Sacrū Conſiliū in cauſa vxoris dñi Ioannis Baptiſtę Deduce, ex quo in teſtamento aderat aſſenſus regius, de quo dic vt per Alex. conſi. 30. in 1. vol. & in conſi. 18. 2. col. & conſi. 52. 2. col. 5. lib. per Taurinen. in ſua feudali inueſtitura, in verbo, & cum pacto. fol. 50. Albet. Bru. conſi. 11. col. 5. & in conſ. 105. & Cur. conſi. 67. & in trac. feudorū 4. parte quæſtionis penul.

Quod autē Paul. de Caſ. dixit in d. l. quia perinde, an aliquid tranſeat ad alium vt hęredē, vel quia hęres, non video probari ex regulis feudalibus, neque commodè hoc percipi poteſt, vel applicari pro vera cognitione terminorum, ſæpe arguunt ſummiſtę & feudiſtę de emphiteuſi ad feudum, quando certa non eſt conſtituta differentia, vel de iure patronatus ad feudum, vel de certa aut incerta pręſtatione operarum, aut de iure ſepulchri ad feudum, vt ſuo loco dicemus, lex eſt & pactio, quę feudum defert hęredibus, filijs vt hæredibus deferatur eadem prouidentia tranſmittendi, eſt ſub diuerſa tamen qualitate: quæ quò ad quid feudum alterat & immutat ſuā ſubſtantiam quò ad illud, vt hæredibus deferatur, nō eſt bonū arguere ab ipſa hęreditate ad feudū etiā hęreditarium, cum ceſſet legis prouidentia, vel domini licentia, quia nō licet ipſi acquirenti recedere a pacto cum dño inito, vel a legis prouidentia, illa ſtabit inuitus. l. ſicut, C. de actio. & obli. & in §. ſin autē, in authe. de nup. facit. eū hęredem, dñm feudi pro ea rata p qua lex ipſū ad ſuccedēdū admittit, i feudo hęcet diſparibus partibus i ipſa hæreditate ſicut in 12

fi[illegible] ſtituti: vt per Bar.in d.§.ſi liberi.& per Bal.in c.1.fi.col.de ſucce.feud.& in l.1.49.q. de redinis. & in l.liberti,libertæque, verſi.ſecũdum dubiũ, col.3.C.de oper.liber.Senior Curtius conſ.83. col.5. Alber.Bru.conſi.18.& conſi.25.& dominus G.de Perno conſi.13.col.6.fol.73. & Par. conſi.101.col.1.vol.& iunior Soci.in d.conſi. 72.non eſt verè hæreditariom quò ad omnia, quæ ſub ipſa hæreditate includuntur: vt liberũ ſit feudatario de eo diſponere contra vel præter regulam traditam datinni feudi: proprium non eſt de corpore hæreditatis,licet veniat in petitione hęreditatis:cum ab eo petitur,qui eſſet ſucceſſurus in feudo,ac etiam in reſtitutiona fideicõmiſſi:vt per Alex.& alios in l.ſi patroni. ad trebell.& in conſi.19.5.vol.& conſ.10.3.lib.& per extraneum quò ad poſſeſſionem ipſius, ſi poſſeſſor non eſt de comprehenſis in inueſtitura ſecũdùm Bar.in d.l.ſi patroni.quem Taurinen.ſequitur in ver.& cum pacto,quod de ipſo feudo fol. 50.Decius conſi.208.fi.col.2.vol.

Idem Bal.dixit in c.1.de eo qui ſib.& hæredi.
11 q † verbum hæres,in feudis importat qualitatem ſucceſſoris & nomen ſucceſſionis, & hęres venit ex pacto propter hæreditatem defuncti,ſequitur Ruyn.conſi.9.4.col.1.lib.mero itaq; inre hæreditario feudum non capitur,licet debeat eſſe hęres,ſed ex principali prouidentia ſecondùm Bal.in c.1.de his qui feu.dar.poſſ.per l.ſi arrogatur.de ado p.quem ſequitur G.de Perno ibi fol.69.ſi autem nullum afferret commodũ,nullum eſſet legatum ſecũdùm Bal.conſi.170.1.volum.ſicuti ſi prohibuerit feudum alienari, nulla eſt prohibitio ſecundùm Abba.conſi.82.quàmquam in his 1.vol.

Lex prohibet,niſi prohibitioni accederet aſſẽſus domini. hoc nomen eſt anomalum in materia feudali: quia eſt compoſitum ſanore non tã dantis quàm accipientis,licet in multis participet de allodio & in nihilo differat ab eodẽ data voluntate domini ſecundùm naturã feudalẽ, niſi ex alijs liqueat eſſe nouatam: vbi feudũ eſt hęreditariũ diſponit, prout vult feudatarius, ſiue nouum ſit ſiue antiquũ cũ licẽtia domini nõ aſtringitur ex lege feudali, aut pactione vel prouidentia ſpeciali, hæc eſt notabilis declaratio ad tex.in d.c.1.de ſucceſ.feud.vt procedat, qñ diſponit feudatarius ſine aſſenſu in vltima voluntate,& vbi feudũ ẽ hęreditariũ.vel ex pacto,quò ad hoc nihil differt, vtrunque eſſet illegitimè & nulliter factũ,lex & pactio ſimplex,vel cũ qualitate ſua defert feudũ ei,cui detur: ſecus vbi dñi aſſenſus accedit in feudo ex pacto, duplex licentia ſeu aſſenſus debet adeſſe, vt in c.1.de alie.feu.pater domini videlicet,& agnatorum.

In quadam cauſa memini me aliàs in Sac.conſilio iodicaſſe pro validitate teſtamenti , in quo
12 Rex præſtiterat aſſenſum † & pater diſparibus partibus de feudo paterno & hæreditario diſpoſuerat,& hæc eſt vna limitatio ad illũ tex.ex no. per Bal.in c.decedente,de his qui feud.dar.poſſ.

Secundò poſſet limitari in feudo franco vt, p Mayn.in prælud feud.& Taurinenſem in ver. & cum pacto quòd de ipſo,fol.21.

13 Tertiò † vt valeat quatenus commodũ afferat filio & hęredi, vt ſupra dixi & Sande.in c.quę in eccleſiarum ſecunda limi.de conſtitu.

Quartò,niſi dominus præſtitiſſet licẽtiã alienandi feudum: vt per Soci.conſi.252.in fi. col. in 2.volu.& not.docto.in d.c.1.

Quintò non procedit,quando adeſſet conſuetudo diſponendi: vt per Bal.conſi. 275. qd pro regula.2.vol.& conſi.185.quidam nobilis 1.volu. allegat tex.in §.buellariç.de pa.Conſt.& idẽ Bal.in c.ſignificauit,de reſcrip.

Sextò non procedit,qñ poſt mortẽ filij approbaſſent teſtamentum,valeret diſpoſitio in vim pacti,ſecundùm Bal.conſi.356.ſi vaſallus deceſſerit in 5.lib.Curtius conſi.76.2.col.& Luc. de Penna in l.iubemus.C.de prox.ſac.cubi.lib.12. Ancha.conſi.151.plura dubia.2.col.Dec.conſ. 17. poſt ſecũdum volumen, & Io.Ant.Rub.cõſ. 27.quòd intelligo procedere,ſi in hac approbatione dominus dederit aſſenſum ſuum , nam cũ prima diſpoſitio facta in teſtamẽte fuerit nulla,dominium ſtatim fuit tranſlatum in ſucceſſores feudi,etiam quòd fuerint hæredes teſtatoris ex inualida diſpoſitione,ipſi non tenebuntur , ſi ratam habent, vel approbant voluntatem teſtantis: requiritur in ea domini aſſenſus: videntur ipſi alienare,dum ratam habent vt ex tunc,quando ipſi ratificant, ex dictis per And.in d.c.Imperialem vt ſupra dixi,quicquid dixerit dominus Ferretus conſi.119.col.2.& idem Ruyn.in d.conſ.9. niſi intelligas cum aſſenſu ratam fuiſſe diſpoſitionem defuncti,& in conſi.25.eo. libe.etiam ſi tacitè.

Septimò,niſi feudatarius certum quid de fructibus diſponeret, veluti à feudo ſeparatis, ſecũdùm Bal.in d.c.1.in fi.cum non dicatur alienari res ipſa, vbi de fructibus à ſolo ſegregatis diſponitur, per l.in ædibus.§.ex rebus. de dona. not. docto.poſt And.in c.1.an agnatus: Car.d.conſi. 83.Cur.iunior in trac.feu.4.par.15.q.& idẽ Bal. conſilio 33.ad euidentiam.1.vol.

Octauò poſſet limitari, niſi diſponat de feudò nouo inter aliquẽ ex filijs , ex dictis per Pau. de Caſ.in conſ.179.in cauſa,quam habet 2.col. 1.vol.mouetur per tex.in l.ſecunda, poſt principium C.de ſecund. nupt. idem volunt Bal. in in auth.ſi quis ruinas.quarta columna C. de ſacroſan.eccle.ſed quia hic articulus valde eſt diſputabilis, remitto me ad ea, quæ ſcribit Mayn. in l.2.C.de iur.emphy. vbi plenè & idem Curt. in trac.feudi, in 4.par.in ver. ex prædicta regula fol.45.& Corne.conſilio 199.in ſecundo libro, & Ruyn.conſ.48.in primo vol.& Lud. Gozadi. conſi.75.& plenè Pariſius conſi.116.3.col.in 1. libro,& conſi. 65.in 3.vol.& idem Goza.conſilio 4.& Barba.conſ.66.4.volum. & iunior Soc. in d.conſi.72.col.10.

Nonò poſſet limitari, vt nõ procedat, quãdo feudatarius haberet feudũ pro ſe & hæredibus quibuſcunque. poſſet de eo diſponere , prout vult ſecundùm Bal.in l.1.34.& 46.q. de rerum diuiſio.& in c.Imperialem.§.1.2.colum.de prohi.feu.alie.per Feder.& in capitulo 1.§.donare qualiter olim pote. feud. aliena. per Decium

in

in rub.de prob.col.20.& conſi.208.2.& 3.col.2. volu.& conſi.193.pen.col.1.lib.& alibi per ſcribentes,de quo dicam in ſua formula.

Decimò procedat hęc regula quò ad corpus ſeudi, de quo diſpoſuit ſeudatarius in teſtamento: vt nulla ſit eius diſpoſitio quò ad proprietatem vel poſſeſſionem feudi, prout loquitur, tex.in dicto capitulo primo,etiam ſi pro anima diſponeret:vt dicitur in d.c.primo.§.donare,& Fede.in l.Imperialem:de prohibi.feud. alienat. per Federicum.ſecus autem quò ad hoc, vt ęſtimatio debeatur, videtur grauatus hęres pręſtare æſtimationẽ feudi, licet non ſit in communi commertio ſecundùm Bal.in d.§.donare.& no. per Bal.Alex.Aret. & alios in l. apud Iulianum §.ſi conſtat. de lega. primo,& Andr.in capitulo primo,§.quid ergo,in fin.de inueſ. de re aliena. fac.& per Paris. conſi.7.in primo,lib. & iunior Socin.conſil.74.& conſil.72.numero 60.& per Alex.conſi.19.columna final.6.volu.de quo dixi ſupra in ſecundo libro,pro nunc non decido quia hic articulus requirit grandem dotem, & veſtem nuptialem propter contrarietates doctorum,prædicti ſunt notanda,quę non tam facile abſque longo labore conferri ſimul poterunt.

Vndecimò limitatur, quò ad ſucceſſores ex vi pacti vel formulæ: vt non valeat, neque teneat ſecus quò ad dominum directum, ea nota. per Bal.conſi.309.cum eſſent plures fratres 1.volum.& Alex.conſi.19.circa prin. fin. col.6.vol. quem ſequitur Socin. conſilio prędicto 72. col. 21.t.lib.

Sed vt redeamus ad rigorẽ conſuetudinis feudalis, qualiter lex illa Oberti procedat, videtur de nouo feudo, vt aliqui dicebant, intelligi non poſſe: nam cum de filio loquatur, & de agnato feudum nouum non habet agnatos.vt in capitulo primo,§.primo,de ſucceſ. feud. & in capitulo primo ,de duobus fratribus, & not. Bal.in d. §.hoc quoque,quia agnatus non venit ex illa linea,ex qua fuit primus acquirens:ſemper & per mille annos quò ad ipſum & ſuos deſcendentes eſſet nouũ ſecundùm eundẽ Bal.in c.1.ſi de feu. fue.contro. Areti.in conſ.pen.in princ.Ruy.cõſ.
14 12.1.col.1. vol. † poteſt feudum eſſe nouũ & antiquũ per diuerſas lineas, vt Bal. dixit in l.cũ antiquioribus.6.col.C.de iur.deli.de agnato nõ poteſt comprobari ex natura & regula feudi, niſi quando venit ex pacto & ex formula, c.1.§.& quia & ibi not.And.de his qui feud. da. poſſ. &
15 in c.1.§.1.de ſucceſ.feud. Et †qñ venit ea formula & ex pacto,non dicetur ſucceſſor in feudo,ea not.per And.in c.1.de duob.fratri.capit tunc ex cõtractu & nõ ex ſucceſſione,ex not.per And.in c.1.§.ſed & res.col.2.per quos fiat inueſtit.ideo non ſoluet releuium,& in c.1.§.ſimiliter.de capit.Corra.habet tunc vt feudum nouum: cũ in ſua perſona incipit fieri acquiſitio feudi: vt in c. 1.quot teſtes ſunt neceſ.per feudiſtas in pręludijs feudorũ. Idem ſi Rex concederet feudum Petro & Sempronio filio ſuo expreſſo nomine filij,eſſet tunc feudum nouum in perſona Sempronij,nec culpa patris noceret filio,iuxta not. per And.in c.1.§.& ſi liuellus.in fin.de alie,feu. pat. Obertus determinat ibi quęſtiones ſub vnico dubio,ea determinatio non debet intelligi ſub diuerſitate facti, vt de nouo intelligatur de filio,& in agnato intelligatur de veteri feudo nulla ſit ibi diſtinctio, neque ſcribentes aliquid dicunt, ſed per modum vniuerſalis regulæ colligunt ex illo textu differentiam inter agnatum & filium, ſi ſeudum eſſet nouum quò ad filium non poteſt habere locum in agnato, filius tantùm ibi eſſet agnatus & proximior, ſecundùm And.in capitulo primo.§.hoc quoque,de ſucce. feud.& conſtituitur ibidem differentia ſub qualitate & natura eiuſdem feudi,aut quia antiquũ aut quia hęreditarium, aut quia nulla apparet formula inueſtiturę,agnatus ibi non eſſet melioris conditionis, deterioris autem filius, quo ibidem Obertus poſuit de agnato, ſi feudum fuiſſet nouum: cum donec ſupereſt linea deſcendens, nunquam collateralis admittatur, capitulo primo,de gradibus,& in capitulo primo,de nat.ſucceſ.feu.& tex.ibi dicat, ſi contingat vaſallum ſine omni prole decedere,impoſſibile fuiſſet ponere caſum dubitandi aut decidendi in agnato ſupereaſtente prole deſcendentis, nemo ſani capitis ita loqueretur, arg.l. ſi dictum. de euictio. lex debet conſtitui ſuper dubitabili.l.quod Labeo,de carboniano edic. ex hac ratione nõ poteſt intelligi ille tex.i feudo nouo,iuxta opinionem doctorum id tenentium, vt ſupra diximus,neceſſe eſt fateri, aut in vtroque caſu fuiſſe nouum,aut antiquum, ſeu paternum, vt ea differentia conſtitui potuiſſet,ex cõſimili ratione de feudo hęreditario non loquitur: quia in eo inter filium, & agnatum eſt eadem affinitas decidendi,vt neuter ipſorũ admittatur,qui hæres non eſt,formula eſt eadem, verũ que ligat eodem nexu, eodemque vinculo,cum dominus proſpexit acquirenti & non filijs, vel agnatis. conſiderauit principaliter perſonam vaſalli de nouo inueſtiri, eiuſque ſeruitium, vt And.dicit in capitulo primo,§.final.epiſcopum vel abbatem,ibi in ver.reuertatur, nemo doctorum tam ſcribentium quàm conſulentium hoc controuertit, & in regno pro indubitabili iudicamus, quod aũtea.ibi loquatur de filijs primi acquirentis: cum feudum eſt ex pacto dubitari poteſt: quia loquitur de filio volente patri ſuccedere, non dicit de primo aut de filio vltimi decedentis, quamuis filius ſit quò ad patrem decedentem, tamen quò ad primum acquirentem dicitur eſſe de liberis eius, gradus ſunt multi inter ipſos deſcendentes l.Titius. de libe. & poſthum.generaliter loquitur,debet generaliter intelligi: vt ſit vna determinatio pro omnibus deſcendentibus: & quia loquitur de filio ſuccedente patri poteſt intelligi de omni eo, qui vt filius patri ſuccedit, nõ tã de primo, quã de vltimo & magis de vltimo quàm de primo, cũ tex.dicat & in rubro & nigro,an agnatus, vel filius defuncti &c. hic filius omnimodo aſtringeretur ex patris culpa vel onere, cum habet feudum à ſuo patre de nouo acquiſitũ, quęuis formula ſit inueſtiturę,non obeſſet patri aquirẽti, qui pluſculum poteſt de feudo diſponere

quàm alius ſucceſſor feudi ſeruitium ſuum dominus principaliter eſt intuitus ſecúdùm And. ibi, arg. l. inter artifices. de ſolu. præſumitur dominus conceſſiſſe filijs propter amorem patris, & donec pater ipſe voluerit, & volútaté non mutauerit, ar. l. cú quis, de ſol. & in l. 2. & 3. de aur. & arg. lega.

Andreæ authoritas in hoc articulo eſt admirabilis: vt ipſe ſcripſit in c. 1. §. & ſi libellus. col. 3. de alie. feud. pat. quia tex. ibi prohibet paternú ꝙ nó alienetur in perniciem agnatorum, ergo ſecus in nouo, per regulam l. cú prætor. de iudi. & l. maritus C. de procu. reſtringit ſe ad paternum ex vi termini reſtrictiui, aliud videtur pmiſſum. clem. exiui. de ver. ſign. & in hac ſententia reſi-
15 dent tam veteres, quàm neoterici ſcriptores, dicam in ſua formula, iuxta hanc declarationé feudum ex pacto quò ad primú filiú tantùm nihil differt ab hæreditario, nec illi prodeſt inuentarium, ex dictis per And. in c. 1. 3. col. an agnatus, de quo per Cor. conſi. 199. in 2. lib. & G. de Perno conſ. 12. car. 53. & plenius fol. 148. & Alexan. conſi. 118. nu. 6. 6. volum. negari quidem minime poteſt, Andream feudiſtarú antiſtitem ſibi ipſi non contradixiſſe: cum de filio ſępius dixerit ad feudum non admitti niſi hæres ſit, & alibi ſcripſerit; feuda quędam eſſe ex pacto & prouidentia, quę filij capiunt etiam non hęredes, poſſet hoc modo ſaluari: vt intelligamus, ipſum intellexiſſe de feudo nouo ex pacto, dum dicit, filium non admitti, qui hęres non eſt: quando autem contrarium ſcripſit, de eo feudo intellexit, quod erat paternum, & non erat nouum, ſed in eo ſucceſſerat filius, poſt cuius mortem vult ſuccedere nepos vel alius: erat iam radicatum in ipſos deſcendentes per ſucceſſionem primi, hic filius vltimi morientis habet feudum, & ſi hæres non ſit, cum ipſe capiat iure ſucceſſorio, & tanquàm rem fideicommiſſo ſubiectam, vt ipſe ſcripſit in §. hoc quoque, columna tertia, de ſucceſ. feud. & in capitulo primo, §. ſed & res. per quos fiat inueſ. & in capitulo primo, imperator Lotha. non poteſt decedens facere filium hæredem, quia ius ſuum morte extinguitur. l. vſufructu. de vſufruc. lega. eo moriente intercidit & caducatur. l. vxor, C. de lega. non reperitur tunc in hæreditate, non poteſt in eo habere hæredem, neque ipſum hæredem facere, hoc eſt dominum conſtituere, vt in §. primo inſtitu. de hęred. quę ab inteſ. deſe. hoc modo à greca voce hęres interpretatur, ceſſant modo aliæ rationes, quæ in contrarium adducuntur, vltimò decedenti non eſt ſeruandus honor hæreditarius: quia ipſe non fuit cauſa immediata acquiſitionis feudi, neque commendari debet, quia feudú ſeruauit in morte ob amorem filij ſucceſſoris, hoc enim fecit inuitus, cum in vita non potuiſſet alienare in pręiudicium ſucceſſoris, d. capitulo primo, de alie. feu. pater. forte non inuenit emptorem, & ſi tentauit vendere. item habet filium ſucceſſorem in feudo, velit, aut nolit ipſe, vt And. dicit in d. §. ſed & reſ. 1. col. ibi, quia non eſt alienatio, cú ſit ſucceſſurus ei eo inuito, ei honor impenditur, qui actum facit ex voluntate, non autem coactè.

Ex hoc poſſet colligi ſublimis conſideratio,
16 † quòd feudum poteſt quò ad quoſdam deſcendentes eſſe ex pacto, & prouidentia, & quò ad alios poſteros eſſe hæreditarium, quod poteſt contingere reſpectu formulæ, quæ hoc modo concepta eſſet, vel ſi eſſet ambigua per interpretationé iuris, ne videantur contrarij inuicem, dominus in concedendo, & feudatarius in acquirendo, quod poterit eſſe reſpectu diuerſarú perſonarum vt repugnantiam euitemus. l. vbi repugnantia. de regul. iur. & eadem cartula mutatam eſſe voluntatem, quòd non eſſet ferendum, l. non ad ea de condition. & demonſtration. hic videmus ſecundùm prædictam concluſionem, quò feudum, quò ad agnatos ex pacto iudicatur, & quò ad filios hęreditarium cenſetur, per tex. in d. capitulo primo, an agnatus, ſed hoc an ſit ex legis feudalis cenſura, aut ex feudi natura, vel qualitate, aut ex diuerſitate rationum, hoc non eſt contra ſubſtantiam feudi, poteſt fieri à domino, quando feudum concedit, neque inconueniens reputari debet, cum contractus ex conuentione legem accipiunt, l. prima §. ſi conueniat depoſiti, in re ſua, quando tradit eam, dat eam legem quam vult, & prout vult moderator eſt & arbiter, naturale eſt in contractibus, vt hoc modo fieri poſſit, l. tertia de ſer. expor. & in l. qui Romę. §. Flauius. de verbo. obligationi. & ibi Barto. & docto. & in l. quoties. C. de donatio. quæ ſub modo, in teſtamentis idem, vt toto titulo. C. de fideicommi. & in l. vt hæredibus, de lega. primo, feudum eſt nomen nouùm à conſuetudine introductum, quod admittit omnes conuentiones partium, ſicut de emphyteuſi dicitur in l. prima. C. de iur emphy. & per feudiſtas in præludijs, errant nónulli imperiti, qui neſciunt diſtinguere inter tempora & perſonas. Neratius cum diſtinctione ſententiam comprobauit in l. falſus §. primo, de fal. Et qui diſtinguit, bene proximus eſt veritati, ſe notando & diſputando cum rationibus veritas inuenitur. l. fin. §. mixta. de mune. & honori. quicquid tamen ſit, venerari oportet métem Seniorum noſtrorum. i. ſemper de iure immu. litera de filio dicitur, intellectus autem eſt notabilis, ſi veritati adheret. tex. in dicto capitulo primo non habet locum, quando inueſtitura diceret pro te & liberis, ſecundùm Barb. conſi. 66. 3. col. 4. vol. ſed ſi tex. ibi iuxta interpretationem Andreę de feudo loquitur pacti & prouidentiæ, quod docto. magis communiter tenent, omnis ſucceſſor filius poſt primum hæreditatem adire debet, vt feudum retineat. & ne defuncti oneribus aſtringatur, adeat cum beneficio legis & inuentarij. cogitùr itaque hæres eſſe, quamuis ſibi conſultum ſit per confectionem inuentarij. in hoc feudo prodeſt beneficium inuentarij ſecundùm cóclusionem ſcribentium ibi hoc beneficium non erat cognitum à Longobardis, licet Iuſtinianus Imperator induxerit, quòd fuerat ante eos, datur beneficiú ab Imperatore ſponte adeunti, quádo ſibi liberum eſt adire & deliberat tandem t vereretur autem, ne aliqua ſit captio, dú adijt, ne propria iura perdat, vel perſonaliter teneatur,

quando

quando autem inuitus facit, dupliciter videtur grauari. primò, quia adijt contra voluntatem ſuã
ſtem vt faciat impenſam pro ſolemnitate inuentarij: ſæpe And. dixit, quòd in feudo paterno, qđ
ex pacto defertur, inuentarium requiritur ſecundùm opinionem Modernorum, & nõ tenebitur
filius vltra vires hæreditatis, per l. ſi. C. de iure deli. in capitulo primo, prima colum. an agnatus, &
in capitulo primo, quarta columna. Imperator Lotharius, & in capitulo primo, de alie. feu. pat.
agnatus fulcitur fauoribus: vt repudiet & habeat feudum, fauor eſt litibus non inuoluere. c. finem
litibus. de dol. & contu. l. illud. de tributo. poſteriore agnatus habet id, quod non obtinet proximior. capitulo primo, ſi vaſal. feu. priuetur. quod
eſt contra omnes regulas iuris ſecundùm Bal. ibi, & ſucceſſoris iuris ordo confunditor. ius tã feudale quàm romanum proximioribus defert, capitulo primo. de natu. ſucceſ. feu. & in capitulo 1.
de gradi. ſucceſ. feu. & in capitulo primo. §. hoc quoque. de ſucceſ. feud. traditur ibidem ratio, a
doctoribus, quare agnatus in hoc melior, filius verò deterior, vt ſupradixi, mihi non placet: cum
data paritate formulę omnes eodem debeant iure cenſeri, neque ex perſona ſucceſſoris ius obligationis immutari, l. 2. §. ex his. de verborum
obligatio. non debet vna res diuerſo ius cenſeri. l. cum qui ędes. de vſucapio. poſſet dici, inter vtriuſque filium vel agnatum ſuccedentem non
eſſe differentiam in ſuccedẽdo: nam aut primus acquirens deceſſit vno filio ſuperſtite, hic ſolus
ſucceſſit in feudo, vt hęres, & ſatisfactum eſt regulę ſecundùm opinionem Procerum feudaliũ,
ſi deceſſit poſtea filius pluribus derelictis filijs: iſti nepotes aut non capient feudum iure hæreditario, aut ſuccedent in hęreditate, & confecto inuentario venient contra geſtum a defuncto, ſi de viribus hęreditatis illis non poteſt eſſe
conſulium, & in hoc nullum eſſet dubium. ſi verò primus acquirens deceſſit pluribus filijs derelictis, omnes iſti propter honorem primi acquirentis ſuccedunt, vt hæredes in hæreditate & in
ipſo feudo. & quia capiunt feudum a domino contemplatione patris, & propter ſeruitia a patre præſtita, & propter lucrum, quod inde ſentiunt, ac percipiunt ab ipſo moriente, debent acquieſcere voluntati illius, qui acquiſiuit feudũ,
& illud in hęreditate dimiſit, ſi iſtorum aliquis decedit ſine filijs, agnati ſuccedunt aperto iure in
feudo paterno, hęreditatem morientis adire non tenentur: quia feudum eſt paternum delatum eis
a primo acquirente, & beneficio domini conce-
17 dentis: vt tex. dicit † ratio autem quare repudiare poſſunt hęreditatem ea eſt, quia ipſi ſucceſſerunt primo acquirenti, & ipſi adiuerunt eorum
hęreditatem pro portione eis competente, & dederunt honorem & reuerentiam ei, a quo cauſã
habebant. non eſt neceſſarium vlterius huius morientis hæreditatem adire, ex quo in portione feudi eis delata non habent cauſam ab eo, nec
feudum capiunt, & ius ipſius cum morte ſit caducatũ & extinctum, oĩs honor defertur primo acquirenti, omnis reuerentia ei debet exhiberi, qui
fuit cauſa acquiſitionis feudi, & qui illud retinuit in vita, & poſt mortem dimiſit in hæreditate ſua, dignoſcitur amor & affectio acquirentis,
qui dum poterat alienare, ſuæ poſteritati reliquit, aut totum, aut partem ipſius onere aliquo hæreditario prægrauandi in feudo ex pacto non
ſuccedıtur vltimo morienti, ſed primo, veluti ex quodam fideicommiſſo. l. cohęredi. §. cum plures, de vulg. & pupil. & Andr. in d. §. hoc quoq;
& infra dictum eſt in differentijs horum feudorum. in feudo autem hęreditario vltimo moriẽte debet eſſe hæres: quia formula de hæredibus
loquitur, nedum primi acquirentis, ſed etiam vltimi, voluit proſpicere omnibus hęredibus in infinitum nedum pro ſe, verum poſt mortem ſuã,
pro primo, & alijs ſequentibus, ex ordine habẽt ſucceſſores ex ea qualitate feudi natura in hoc innouatas, & non habentem naturã propriã; quãuis Aleſan. conſi. 26. quinto volumine, alternatiuè loquatur: vt hæres ſit primi, vel vltimi moriẽtis, & in l. ex facto §. ſi. ad trebel. communis tamẽ
opinio eſt in contrarium, ꝙ debeat hęres & vltimo morienti, & nõ ſufficit ſucceſſiſſe primo: vt
concludit Cur. Iun. in prędicto conſi. 136. co. 11
2. volumine, & licet Alber. Brun. conſilio 25. teneat opinionem Alex. in d. conſi. 26. & in conſi.
30. quoniam omne, in 3. col. 1. volum. & plenius conſi. 18. col. 4. Paris conſi. 6. 4. col. primo libr.
& plenè conſi. 23. : 5. col. eo volu.

Iunior Soci. conſi. 72, col. 7. primo libro mihi tamen videtur erraſſe in terminis feudalibus, &
confuſiſſe communes regulas, dum dicit, in feodo hæreditario agnatus conficiendo inuentariũ
non teneri ad debita vltimò morientis, errat cœlo aperto in vtroque, neque doctores per eum allegati in eadem quęſtione præpoſita id affirmãt:
pro qua inducit eos, veriùs eſt, quod dicit Curtius in d. conſi. portio enim hæreditarij feudi huius vltimi morientis feudum eſt ipſius, ſecundũ
Andr. in capitulo primo, in ver. & olim. de ſucceſſio. feu. feudum eſt ipſius vltimo morientis, quãuis ab eo quęſitum non fuerit, ſecundùm Andr.
in capitulo primo, in ver & filijs filius fratris. columna 3. Imperator Lotharius, & in c. imperialem, quarta columna, cum ſit in hęreditate ipſius
vel propter ipſius hæreditatem deferatur, per regulã traditã in l. prima. §. 1. de acqui. poſſeſ. & ibi
docto. & in l. ſed ſi plures. §. filia de vulg. & pop. Aretin. conſi. 61. columna ſecunda. & Cur. conſ.
45. columna 9. quomodo non hęres ſuccedet in eo: quia forte ſucceſſit primo acquirenti, non
tractatur amodo de ſuceſſione primi, ſed vltimi: vt per Andr. in capitulo primo, de na. ſucceſ. feu.
quarta columna, debetur etiam honor huic morienti. non quia feudum ipſe acquiſiuit, ſed quia
feudum non alienauit in vita, & ſuis hęredibus, de reliquijs, ex quo feudum retinuit & conſeruauit, honorare debet.

Non minor eſt virtus quærere, quàm parta tueri.

Vel ſi alienauit in vita cum licentia domini fuit hoc legitimè factum de conſenſu vtriuſque,
ſecundùm formam appoſitam tempore dati feudi, eis geſta impugnare non poteſt. Ex hac ratione non poteſt dici agnatum melioris etiam conditionis in feudo quam filium, prout doctores

ibi

ibi conantur affirmare, diuerſitatis ratio meo iu
dicio eorum nihil valet, & eadem eſt affinitas in
vtroque tam in agnato, quàm in filio, bene verũ
eſt, quòd Obertus ibi diuerſam cenſuram ſtatuit,
ex quo colligunt ibi doctores rationes in vtro-
que diuerſas. ſi iſta ratio eſſet in tex. poſita, poſ-
ſet procedere, quod ipſi dicunt: quia certa ra-
tio aut cauſa eſt ibidam expreſſa. ſed nego hoc
fuiſſe de mẽte Oberti, dum poſuit diuerſum in fi
lio ab agnato, & in capitulo primo. §. filius. de ca
pita. qui cur. vendi. vera ratio eſt, quam ſupra aſſi
gnaui, quam, dum legebam illum text. & tradidi
ſcholaribus, vt lego notaſſe me, in d. c. primo. in
repetitione ipſius, vel poſſemus dicere ſecundũ
G. de Perno, Obertum fuiſſe beſtialiter loquutũ,
aut ſoluat Apollo.

Infertur tamen ex prædictis ſecundùm men-
tem prædictorum doctorum † quòd idem feudũ
18 poteſt habere duas naturas, vnam in filio: vt ſit
hæreditaria, aliam, quòd in agnato ſit ex pacto.
& ſic quoad deſcendentes hæreditaria, quoad
collaterales ex prouidentia, prout videtur ſenti
re Alex. in prædicto conſil. 26. vltima columna,
Deci. in conſ. 208. in ſecũdo libro, & Alber. Bru.
in dicto conſilio 25. regulariter ſumẽda eſt in ue
ſtitura, & ſic intelligi, quòd ſit vniformis & non
difformis ex his, quę dicit Petrus de Ancha. con
ſilio 291. ſuper pluribus articulis, columna quar
ta, quem ſequitur Aymo conſi. 9. in 4. colum. Pa
ris. autem conſil. 65. tertio volum. diſtinguit in-
ter fęudum merè hæreditarium vel hæreditariũ
ſecũdùm quid: vt primo caſu agnatus debeat hę-
res eſſe, ſecundo verò caſu non, & intelligit hæ-
reditarium ſecundùm quid: vt quia ſit mixtum
& ex vtroque compoſitum, & eo reſpectu dica-
tur hęreditarium, & quo ad illam qualitatem tan
tùm veniet ad feudum iure contractus & ex pro
uidentia legis iure proprio & ex perſona pro-
pria, allegat dominum Math. de Afflic. in capitu
lo primo, numero 13. an agnatus, & in deciſ. Nea-
pol. 385. dubium. in verſi. non obſtat. & nonnul
la conſilia Philippi Decij cum cotis ibidem adie
ctis, quas non reperio. & reſpectu illius qualita-
tis conficiet inuentarium, & auocabit feudum a-
lienatum: idem plenius dixit in prædicto conſi-
lio 23. columna 13. primo libro, & reſponden-
do contrarijs affirmat ea procedere in feudo ſim
plici hæreditario, ac merè conceſſo pro pretio &
eius hæredibus: ſecus ſi daretur pro filijs & hære
dibus, & plenè ibidem nu. 159. cum ſeq. ſed eius
opinio de iure ſuſtineri non poteſt: tum quia au
thoritates per ipſum adductæ non probant eius
intentionem, neque doctores dicunt id, pro quo
eos adducit: loquuntur enim in feudo pacti, &
prouidentię, & non in feudo hęreditario ſimpli
ci vel mixto, vel procedunt eo caſu, quando agna
tus non poteſt hæres eſſe: vt in quęſtio. propoſi-
ta per dominum Afflict. in dicta deciſ. 385. ne-
mo in hoc diſſentit, quòd quando filius non po
teſt hæres eſſe, habeat feudum ſine hæreditate: vt
pote quando alius eſt inſtitutus, vel ipſe ſit in re
certa inſtitutus, & alius vniuerſaliter, vel quia ip
ſe renunciauit in vita, iuxta exemplum Bal. & a-
liorum, vel moriens non poteſt habere hæredem
quia eſt foriudicatus, vel alio modo, & quod feudũ
ſit hæreditariũ, habebit feudũ ſine hæreditate, &
ibi Bal. dicit eſſe cautelam pro fraudandis credi-
toribus, tum etiam quia Decius in omnibus ſuis
conſilijs in hoc non benedixit & contra commu
nem regulam, quòd vbi feudum eſt hæreditariũ
re & nomine, debet ſucceſſor hæres eſſe, & illi
non prodeſt inuentarium, in omni enim ſuc-
ceſſore ea qualitas requiritur, quòd deſcendens
ſit ex corpore primi acquirentis & legitimè:
vt dicitur in §. naturales. & in §. adoptiuus.
etſi non eſſet deſcendens ex eo, nullo mo-
do admitteretur de iure feudorum, quamuis ſit
de linea acquirentis, niſi dictum ſit. nec authori
tates, quibus Decius mouetur, concludunt in
in eo articulo ſuam intentionem, licet Bal. ali-
qualiter hoc dixerit in dicta l. qui ſe patris. alibi
tenuit contrarium, & Alexand. in pleriſque ſuis
conſilijs.

Requiritur ſecundùm omnes vtraque quali-
tas, quòd ſit filius vel deſcendens & etiam hæres
19 ideſt quòd adeat hęreditatem morientis † ſic di-
citur hęres poſt aditam hæreditatem: vt in l. ſer-
uus. §. ſi quis ita. de verb. obl. l. ſeruus alienus §. ſi
quis ita. de hæredi. inſti. & ibi Bartol. & Imol. cõ
nexum eſt feudum cum hæreditate: vt vnum cen
ſeatur patrimonium, & ſucceſſor impleat, quod
fecit defunctus, ſi legitimè & cum domini licen-
tia ex perſona ſua nihil poſſit, quia & ſi filius ſit
vel deſcendens, alia qualitas eum repellit: quia
hæres ſecundùm And. in dicto capitulo primo,
de alie. feud. pat. ten. ratum habere, quicquid legi
timè fecit defunctus: vt per Andr. in dicto §. do
nare. columna 6. tamquàm hæres nõ poſſet: quia
ea exceptio, quæ repelleret defunctum agentem,
eadem & alia obſtaret ſibi: cum non debeat ipſe
eſſe melioris cõditionis ſuo authore, a quo cãm
habet: ſi verò defunctus contraxit multa debita;
donec ſupereſt de hæreditate & bonis hæredita-
rijs ſatisfaciat creditorib. defuncti: & ſi bona hæ
reditaria non ſunt, cogetur ſoluere de fructib.
feudi, & donec ipſe poſſidet feudũ, eos pcipit vt
hęres, & ex cã hęreditaria & ex pſona defuncti, &
hẽt vt lucrũ a defũcto, tenetur de illis ſatisfacere,
vt ſępe diximus, & in illis authoritate iudiciaria
poterit fieri executio: vt p And. in §. qd ergo, &
in conſtitu. in actione reali, & in conſtitu. ſi quis
poſt litem, ſi verò alienaret feudum cum aſſenſu
domini, cõtra poſſeſſorem non daretur actio iu-
dicati, vel executio. cum per alienationem extin
ctum ſit & finitum ius ſuum & dominium vtile
ac commoditas percipiendi fructus erit extinctũ
ius ſui creditoris, per l. lex vectigali. de pigno. &
in capitulo primo. §. rurſus. quibus mod. feud. a-
mit. niſi feudum eſſet obligatum cum aſſenſu do
mini, vel debitum eſſet contractum ratione feu-
di, vel ex onere a lege impoſito ſuper feudo: vt p
Andr. in dicto capitulo primo, prima columna,
an agnatus, & ibi dixi, neque etiam bene dixiſſet
affinis meus in dicto capitulo primo, mouetur
ipſe auctoritate dñi G. de Perno in conſilio ſuo
7. Pernus ibidem, neque alibi in ſuo opere, quod
habeo ad pennam hoc firmat, quamuis ipſe fa-
ciat compoſitionem huius feudi mixti, neque
alius

al'us ante ipſum, quem legetim: non tamen con
cludit in hoc feudo mixto inuentariom prodeſ
ſe, & ſecundùm hoc nunquàm poſſet alienari
feudorum aſſenſu, filijs datur feudum ex proui-
dentia Corradi, ſi additur in formula inueſtitu-
ræ filijs, & hæredibus, alteratur modò formula
propter illam expreſſionem ſecundùm Andr. in
d. §. huius autem generis: vt ſucceſſor filius hę-
res ſit defuncto, ideſt vt ipſius factum, agnoſcat,
& approbet: prout ipſe diſpoſiiit & uoluit tam
in vita quàm in morte, vt ſupradixi, voluit pro-
ſpicere filijs ex perſona defuncti quãtũ vellet il-
le defunctus dimittere, cum conſtrigi eos hære-
des eſſe ipſius, & ſi filij non eſſent expreſſi, iam a
lege feudali hoc erat expreſſum: vt filij habeant
poſt mortem patris, ſequens qualitatis adiectio
vel pręcedens aperit, quid actum fuerit tempo-
re conceſſionis feudi inter dominum & acqui-
rentem, de filijs dixit ad excluſionem collatera-
lium & aliorũ, qui ex regula feudi non ſunt ſuc-
ceſſuri in feudo: id expreſſit, quod iam inerat,
& eo modo quo inerat: quando addit hære-
dibus, alio modo dicit quàm ineſt, & aliud par-
tes intendunt contrahere: ſuſcipiendo eam for-
mulam, dominus intelligitur plus dilexiſſe acqui
rẽtẽ, quàm poſteros illius: videtur eos tunc ſum
miſiſſe reuerentiæ paternæ: vt ipſum magis ve-
nerentur, poſtquàm eſt in eius poteſtate permiſ
ſum alienare feudum, & eis damnum inferre ſe-
cundùm Andr. in dic. §. ſed & res, columna ter-
tia, per l. vtrum turpem de verb. oblig. maiorem
reuerentiam præſtat filius patri, quãdo præuidet
ipſum eſſe dñm feudi, & de eo poſſe ad libitũ di-
ſponere tã in vita quàm in morte donãdo, ſi vel
let vni ex filiis, vel vni ex familia, qđ rarò debet
permitti, iurgia, lites & odia continuò renaſcun
tur: inimicitiæ in hæreditate conſeruaorur, niſi
ex grandi cauſa, ſæpe interrogatus Interdixi fie-
ri: & ſi formula diceret pro Petro, hęredibus, &
ſucceſſoribus ſuis, prout idem Pariſius ponit in
d. cõſi. 23. & in prædicto conſilio 65. quod tunc
dicatur merè hæreditarium, ea adiectio, & ſucceſ
ſoribus, in nihilo mouet ſubſtãtiam feudi, quod
dicatur ſimpliciter hæreditarium, vel merè hære
ditarium: & quò ad hoc ſiue de eo ſucceſſore in-
telligamus, qui ſit de iure ciuili, vel de iure prę-
torio, vel ſit vniuerſalis, vel etiam particularis,
ſat eſt, ꝙ hæreditarium ſit, & ea adiectio poteſt
cenſeri poſita ad declarationem pręcedentis ver
bi hæredibus, prout dicam in hac formula, ſe-
mel iam immutata eſt natura feudi, ſi licitum ſit
20 dicere, † modò cum exprimit filios, deſignat ge
nus & poſteritatem ſuam ſecũdùm regulam feu-
di: quando autem nominat hæredes, aſtringit
eos ex formæ voluntati acquirentis: quando ad-
dit & ſucceſſores, id dicit, quòd iam ineſt et ex
preſſione hæredum, nemo doctorum ciuiliſta-
rum iſta ponit, neque etiã Baldus, qui ſuper feu-
dorum materia tam in lecturis quàm in conſi-
lijs vſus eſt ſuo ſublimi Ingenio volare ad aſtra,
donec feudum iudicamus hæreditarium ex for-
mula, id ſentimus, quòd rem defuncti merè al-
lodialem & burgenſaticam: quamuis enim non
demonſtretur qualitas ſucceſſionis, ſed ſucceſſo
ris ſecundùm Bal. in capitulo primo, de eo, qui ſi
bi, & hæredi. ſuis, quem ſequitur Ruyn. conſilio
9. quarta columna, primo volumine, hęc Bal. de-
claratio aliò reſpicit: nec huic concluſioni ob-
ſtat. prout idem Bal. ſe ipſum declarare videtur
in dicto capitulo primo, per text. in l. filium. in
prin. de lega. præſtan. qualitas ea ſit oominati-
uè, & hoc modo hæreditatem reſpiciat, non au-
tem diſtinctiuè, idem Ruyn. conſilio primo, in
21 eo. volu. † quando nominantur hæres ab homi
ne, in plus ſe habet quàm ſi dicatur a lege, nocet
expreſſio hæredum ipſis hęredib. quia prodeſt
ipſi acquirenti, appoſita eſt ad vtilitatem acqui-
rentis, non autem in odium ſucceſſorum, ſed vt
ipſi agnoſcant dominum magis, & magis dilexiſ
ſe acquirentem quàm ignotas perſonas hæredũ,
ſecundùm Andr. in ver. & ad dominum reuerta-
tur: ſicuti dicimus de ſubſtituto, qui minus præ
ſumitur dilectus, quàm inſtitutus. l. quoties. de
vſufruc. & l. Publius. §. primo, de condi. & demõ
ſtra. & in donante cauſa mortis cum quis habere
ſe mauult, quàm eum cui donat, magiſque eum
cui donat, quàm hæredem ſuum l. 1. & in l. ſena-
tus §. primo, de dona. cau. mor. noluit dominus
ſimplici generi vel agnationi aut poſteritati gra
tiam facere: vt vnus poſt mortem alterius capiat
iure ſuo & ex ſua perſona veluti vnicuique ipſo-
rum ſit facta cõceſſio de pſe, ꝓut cõſiderat Paris.

Ex auctoritatibus per eum adductis veræ ſunt
deciſiones allegatæ per ipſum in feudo ex pacto
& prouidentia ſimpliciter conceſſo pro ſe & fi-
lijs vel liberis aut deſcendentibus, ſecus eſt in feu
do hęreditario, ſiue ſit ſimplex, ſiue ſit mixtum ex
vtroque compoſitum: quia in hoc debemus ma
gis fauere acquirenti & omnibus, qui ab eo ca-
piunt: quia dominus longè magis ipſum prædi
lexit, quàm filios ſuos, quos proprio nomine nõ
nominauit, potuiſſet, ſi voluiſſet, vel etiam non
apponere eam qualitatem non poſſet modo tra-
ctari a quo veluti digniore ſuſtinenda eſſet hæc
formula: vel ea antecedenti denominatione, ꝓ-
ut conſueuit in alijs fieri, vel ex ſubſequenti, eo
quòd mutent ea verba ſubſtantiam ſuam, prout
dicam ſuo loco: dominus Pariſius idem ſecutus
eſt conſilio decimo, primo volumine, ex dicto
Bald. in dicta l. qui ſe patris. & Decij in pleriſ-
que conſilijs: non tam honori defuncti dominus
voluit tũc ſatisfacere, ſed & voluntati & intentio
ni ipſius, non eſſet conſultum defuncto, ſi per
confectionem inuentarij, eluſoria fieret volun-
tas & diſpoſitio ſua, aperta eſſet via, qua credi-
tores fraudarentur eorum creditis. cum hęredi-
tas ſoluendo non eſt, feudum mixtum ex ſola cõ
poſitione nominis requirit concurſum vtriuſq;
qualitatis, non autem quòd ex vna alia contera-
tur, & ꝙ vna dat, altera auferat, capiat eo modò
quò defert & cõ necti, quo aſtringit, ſoluat, vt
dimittatur.

Lodo. Gozadi conſilio 47. col. 2. quamuis te-
nuerit idem ſequutus Bal. in dicto loco & De-
cium in dicto conſi. 175. ſecunda columna, pri-
mo volumine, quòd confecto inuentario, quan
do feudum eſt quæſitum pro ſe, filijs & hęredib.
poſſit reuocare, & non teneatur, quod Barba. in

ſilio

ſilio 66.14.col.4.vol. etiam tenuit.

Ex prædictis mihi videtur, ſalua dignitate tantorum virorum, quòd vbi feudum eſt ſimpliciter hæreditarium vel etiam mixtum compoſitum tam ex pacto, quàm ex qualitate hæreditaria nihil prodit inuentarium, teneaturque ſucceſſor ratum habere, quicquid legitimè defunctus fecit: remitto tamen me iudicio cuiuſque rectius aut melius ſentientis.

22 Facio † itaque regulam ex prædictis, quòd vbi formula inueſtituræ dictat pro Petro & heredibus, feudum dicitur hæreditarium, & non ex pacto & prouidentia.

Limito eam primò, niſi probaretur, quòd quando dominus dixit de hæredibus, intellexit de liberis & non de hæredibus vt deſcendentibus hæredibus; tunc feudum diceretur ex pacto & non hereditarium, ſecundùm And. in c. primo, §. & ſi liuellus. quarta columna, de alie. feud. pate. ibi, idem videtur, ſi probatur, quòd intellexit de filijs, quando dixit heredibus: & Andream ibi ſequutus eſt Philippus Decius conſi. 185. col. ſecunda. primo volumine, & in conſilio 395. ſecunda columna, ſecundo libro. Mayn. etiam in conſilio 157. quarto volumine, & plenius idem Barb. in prædicto conſi. 66. columna 14. 4. libr. idem tenet Soci. Iunior conſi. 72. quarta columna, primo volu & conſi. 137. in fin. col. eo. volu, in dubio præſumitur datum, prout verba, quæ probantur expreſſa in donatione feudi vel priuilegij vel teſtamenti, ſecundùm Andr. ſingulariter in capitulo imperialem. §. præterea ducatus, in prima additione in fi. de prohi. feud. alie. per Feder. quod non reperitur expreſſum eo tempore, cenſetur neglectum, argum. l. quicquid aſtringendæ, de verbor. obli. prætermiſſum pro nullo reputatur, l. ita ſtipulatus. la grande, de verbor. obligatio. & l. fideiuſſores magiſtratibus. §. primo, de fideiuſſo. & ſecundùm Bal. conſilio 317. quando eſt vnum. primo libro, prætermiſſum penitus nõ poteſt ſubſtantiare aliquam diſpoſitionem mundi. Ex hoc dicto Andr. in dicto capitulo primo, alias dicebam in quadam ardua contingentia facti vertentis in regia Camera Summariæ inter illuſtres dominos patrem & filios, in qua fueram aggregatus per illuſtr. dominum Viceregem, quòd prouidentia, quæ reſpicit feudatarium, vel eius heredes, aut filios, vel liberos, & ex facie priuilegij poteſt reputari, vel haberi incerta vel ambigua, poteſt probari per teſtes, quia hoc non eſt probare contra priuilegium, vel contra ſcripturam factum a Rege vel ab alio, ſed eſt declarare

23 qualitatem priuilegij † quod non reperitur improbatum a iure, poteſt qualitas probari per teſtes, licet principale non poſſet probari niſi per ſcripturam, notat Abb. per illum textum in capitulo audit. in principio, de reſtitut. in integ. in ſecundo nota. glo. in c. duobus, in verſi. apparet de reſcrip. in 6. iſta eſt interpretatio, quæ poteſt fieri per teſtes, facit tex. & ibi not. Ange. in l. prima §. ſi autem de heredi. inſti. vbi teſtamentum in ſcriptis valet, licet aliquid abſque ſcriptura ſuppleatur, tenẽt moderni in l. certi condictio. §. quoniam, ſi cer. peta. adhiberi tamen debet cauſæ cognitio in modo pro qualitate cauſæ & teſtium volentium ſuper hoc deponere.

24 Secundò limito † niſi dictio illa hæredibus, non fuiſſet appoſita in parte ſubſtantiali ipſius inueſtituræ: tunc ſi reperitur poſita, nõ facit feudum hæreditarium, ſecundùm Pari. conſi. 5. prima columna. primo volumine, nec ſufficit, vt ipſe dicit, quòd appoſita ſit in clauſulis executiuis, vel in pactis extraneis. principalem enim diſpoſitionem non ampliat, cle. prima, de præben. Ant. de Butr. conſi. 29. & not. Abb. in capitulo cum in noſtris, de conceſ. præben. plura pro hoc congerit etiam Curtius Iunior conſi. 3. prima columna, primo volumin. id debet attendi, quòd principaliter agitur, l. ſi quis nec cauſam, ſi cert. pet. acceſſoria non mutant naturam ſui principalis, ſed regulantur ab eo, ſecundùm Bald. in l. ex teſtamento, C. de fideicom. not. Alexã. l. 1. §. ſi vir vxori. de acquir. poſſ. glo. eſt nota. in l. patronus. §. patronum. in ver. fauiana, ſi quid in fraudẽ patro. hæ clauſulæ parui ſunt momenti ſecundùm Ripam in l. centurio. nom. 77. cum ſeq. vbi plura ponit de vulg. & pupil. vel non debent intelligi appoſitæ ad illud qualificandum, ſecundùm Bar. in l. fi. de reb. dub. quem ſequitur Ruy. conſilio 30. columna 3. in tertio volu. & ſecundùm Bar. in l. fi. §. Titia. de libe. lega. clauſula poſita in fi. ad id ſolùm refertur, quod fuit principaliter poſitum in oratione, & non ad id quod fuit incidenter deductum, ſequitur idem Ruyn. conſilio 192. primo libro, & conſi. 35. colu. 3. tertio volu. & conſi. 36. eo. lib. Decius conſi. 419. conſulit accuratè. tertio li. firmat ibi, donationem liberam eſſe & non feudum, eo quòd de donatione facta fuerat mentio in verbis diſpoſitiuis, quãuis fuiſſet facta reſeruatio fiduciatis in verbis ſequentibus, refert & ſequitur iunior Soci. in cõſil. 76. colu. 8. primo lib. in hoc articulo valde dubitauit Areti. conſi. 14. viſo & diligenter conſiderato. col. 12. quod latius proſequutus eſt May. conſilio 6. col. 5. & plenius conſilio 36. tertio volumine, & cõtrarium tamen tenet idem Cur. in prædicto conſi. tertio, quod verbum heredibus, appoſitum in verbis exequtiuis licet non conſtituat feudum hereditarium, declarat tamen intentionem concedentis: vt voluerit feudum hereditarium eſſe, & vt hæreditariũ voluiſſe concedere & feudatarium vt hereditarium recipere, allegat Bal. in l. eam quam, pen. colum. in verſi. ad oppone quidam. C. de fidei com. quem ſequitur idem Ruyn. conſilio 137. ſecundo volumine, vna pars ſcripturæ aliã declarat l. 1. de reb. dubijs, & ibi in verſi. ſ eodem titulo, & ibi Bart. & Ang. de in l. prætor ait. §. erit, vi bon. rapto. verba illa appoſita in exequutiuis clauſulis veluti ſequentia præcedentia interpretantur. l. qui filiabus. & in l. ſi ſeruus plurium. de lega. primo. ſicuti dicimus. de clauſula non obſtante, quæ declarat intentionem concedentis ſecundùm Ruyn. conſi. 84. in primo volumine, & in conſilio 51. in tertio libro, quamuis non augeant primam conceſſionem: vt idem affirmat in dicto conſilio 137. & in conſilio 71. tertio lib. ex illis verbis poſitis ſumitur mens & intentio dantis feudum, ſub qua regula & qua

litate

litate voluerit in alium transferre; vt ſucceſſor in feudo hęres ſit. hoc ambiguum eſt, obſcurum, aut certè non clarum, non ad inuicem repugnāt, ſed compatiuntur ad inuicem, debeo hunc ſenſum obtinere: vt dominus voluerit hanc, naturā aſſignare in feudo, quòd filius, nepos & alij, ita demum habeāt feudum, ſi defuncto hæredes extiterint: ea verba, quę hanc qualitatem afferunt, declarant animum & intentionem tradentis, quāuis non intelligerentur repetita ſecundùm Bar. in l. fi. de reb. dub. verba poſita in vno capitulo alicuius ſcripturę multum operantur ad interpretationem alterius capituli ambigui poſiti in eadem ſcriptura, ſecundùm Bal. & Ange. in d. l. vtrum, per illum tex. quem ad hoc allegat Aretin. in l. 3. §. ſi filius, de liber. & poſthu. & ſecundùm Angel. & Imol. in l. ſi quis cum aliter, de verbor. oblig. ai dicta in pręcedentibus ex interuallo non intelliguntur repetita in ſequentibus: ex illis tamen ſumitur declaratio ſequentium. idem tenet Soci. in d. l. fi. quem ſequitur idem Ruyn. conſi. 30. quarta columna, & prędicto conſilio 7. in 3. libro, hæc interpretatio non eſt extranea neque aliena a qualitate rei, ſuper qua fit feudum. in dubio hæreditarium præſumitur, & dixi ſupra, & firmant Mod. Galli in conſue. Paris. §. 30. q. 36. fol. 276. quouis modo exprimatur pro hæredibus, dum tamen non appareat expreſſa voluntas contraria: hanc ſignificationem admittit, quum ad naturam contractus poſſit reduci. l. ſi ſtipulatus. de vſur. hoc modo intelligi debet appoſita ſecundùm Bar. in l. damnum, in ſecundi, de dam. infect. & Bal. in l. 1. C. commod. ſic etiam verborum impropriatio, vt interpretentur ſecundùm naturam contractus. l. inſulam. de præſcri. verb. & in l. ſi olei. C. loca. plura congerit Corn. conſilio 239. primo volumine, & in conſilio 138. in tertio libro, & in conſi. 116. in quarto volumine ea verba primò poſita poſſunt vtrunque ſignificare, vnum ex rei natura, aliud ex forma verborum, ex ſequentibus diſtingui debent ſecundùm eundem Cornen. in conſilio 90. in tertio volumine, numero 7. re nondum abſoluta, non eſt inconueniens, vt id actum videatur, quod eſt veriſimilius ex rei natura & ex perſona recipientis, quam dñs multo magis dilexiſſe videatur, quàm hæredē ſuum: eum prorſus ignorat, neque ab eo ſeruitium recipit, neque iudicium hominis agnouit: non creditur hoc repugnare voluntati recipiētis: vt ſuos magis habeat obnoxios ſibi, omne verbū appoſitum debet eſſe in virtute aliquid operandi l. Labeo. de contrahen. emp. not. Bal. in rub. C. de cōtrahen. emptio. glo. eſt nota. in capitulo ſolitæ. in ver. tamquam. de maior. & obe. & dicit idem Bal. conſilio 51. ſi generali ſtatuto. in fi. ſecundo lib. quòd ſingula verba debent habere aliquid ponderis nec intelligi debent ſuperfluè appoſita, ſi accommodari poteſt ſanus intellectus, l. 3. §. primo. de iureiurando. l. 1. in fi. ad municipa. & l. prima, in princ. quod met. cau. ecc. in c. ſi Romanorum. 19 diſt. ibi, quid membranas occupat. facit l. ſi quādo. de lega. primo, ſi tenemus feudum præſumi
25 hæreditarium. hęc pars videretur expeditior † vt verba intelligantur ſecundùm naturam rei & cō tractus, ſuper quo interponuntur, & hæc videātur partes & voluiſſe & cogitaſſe, tex. eſt ſingularis melior de iure in l. ſi duo. de acquirē. hæred. quem ad hoc ponderat Cor. conſi. 131. ſecundo libro, ſumitur arg. a rei natura ſecundùm Bal. in l. non eſt veriſimile, quod met. ca. & Zaſi. in l. princeps. ſecunda car. de legib. concordare videntur tūc cū iure cōi, qđ in dubio pſumitur ſecū dū Bar. in l. vt iuſiurā. §. ſi liberi, de oper. libe. & in l. hæredes mei. § cum ita. ad trebell. vbi Pau. de Caſt. & Dominus Repa. videtur facilior tranſitus ad id, quod erat l. iuriſgentium. §. quod ferè. de pac. tex. in l. filio quem pater. de libe. & poſthu. ibi, nō tranſlatus ſed redditus videretur, non videtur perfecta & expedita formula inueſtiturę, donec tota ſit perſpecta, arg. l. in ciuile. de legib. & ibi gl. dicit, quòd vtrunque legi debet, qđ de eadem materia loquitur. l. argentarius. §. edi. de eden. nā plerūque principium per finem corrigitur. l. ſi vbi ff. ſi cer. petatur. Ex his tollūtur, quę ſcribit May. in dicto cōſi. 56. licet non conſiſtat pedibus ſuis: non immeritò Celſus iuriſconſ. ibi dixit, hoc factum eſſe inciuile, inurbanum. non per rationem ferè pręcipiti modo determinatum, quando ex tota ſerie colligi poſſet concedentem liberis proſpexiſſe: illo etiam modo interpretabitur verbū hæredibus. poſtea poſitum, vt Andr. ſcribit in d. §. & ſi libellus. ſecunda columna, in fi. ex cuius authoritate periciores regni illius temporis inueſtituram regni factam anno Secundo 1458. quarto nouembris diuo Ferdinando Aragoneo filio inclyti, & ſapientiſſimi regis Alfonſi tenebant eſſe ex pacto, dū ibidē legit, videlicet, pro te, tuis quelibetis legitimè deſcendentibus, nam licet poſtea dicat hæredib. intelligitur đ liberis, qa ſic dator intellexit. idem Andr. ſcribit in capitulo 1. §. pręterea ducatus. colum. quarta, de prohi. feu. alie. per Fede. nec alia adducebant, de quo ex prędictis dubitari poſſet, & ex his quæ idem Andr. ſcribit in capitulo primo, §. quid ergo. de inueſtitu. de re alie. fac. de conceſſione facta regi Carolo Primo, per Romanam Eccleſiam huius regni pro ſe & hæredib. ſuis, & eſt tex. in l. Federici cum hæreditarium. de quo dixi infra in differentijs feudorum, vel ſi forte ſit alterata forma aliarum conceſſionum regni, quamquam multi tenuerunt, regnum ex pacto deſerri, & ex hac ratione alia etiam feuda comitatus, & ducatus veloti membra, quæ à capite dependent, de quo alibi dicam ſuo loco.

Saluari poſſet opinio Pariſij Coſentini, quando in pactis prorſus extraneis hoc verbum eſſet poſitum quaſi perfecta inueſtitura ad alia negotia ſit deuentum, nihil inter ſe commune habentia, quia ſi in ipſis clauſulis exequutiuis eiuſdem met gratiæ conceſſionis, ſeu inueſtituræ poſitum eſt, debet aliquid operari, non augendo gratiam, ſeu inueſtituram, ſed ipſam declarando, iuxta rei naturam, quæ hoc patitur etiam ex veriſimili mente vtriuſque, alias mihi videretur ipſum non bene ſenſiſſe in dicto ſuo conſilio. ipſe enim multa vidit, legit, & ſcripſit copioſiſſimè & propter ſuam eminentem doctrinam, dum auditor eſſet Camerę Apoſtolicæ Paulus Tertius

Pon-

Pontifex maximus in ſeptima cardinalium creatione pontificatus ſui anno 6. 14. Calen. Ianuarij 1539. creauit Cardinalem presbiterum titulo Sanctæ Balbinæ, qui poſtea Romæ obijt ſexto Idus Maij. 1545. habuit Brutiorum regio viros in vtroque & in omni diſciplinarum genere doctiſſimos & toto terrarum orbe venerandos, habetque ſtrenuos milites, ac armorum duces fortiſſimos ac fidiſſimos: nobilium præclaras familias, Antiſtites, & Anachoritas religioſiſſimos, quorum teſtimonio & fide tota reſpublica Chriſtiana fulgeſcit. Admiror certè quendam modernum ſcriptorem mecum turbari, quod veterum antiquitates contra Brutios collegerim, & veluti ad offenſam prodiderim. oberrat valde, nō enim commoueor odio aut ira ad ſcribendum ea, quæ lectoribus aperta ſunt a maioribus. ipſi enim aut a Brutijs vel Prutia muliere: vt alij tradunt hęc calabri bono nomine, aut magna Grecia aut a Boijs populis ducant originem, eorum clareſcunt operibus: rerumque ac temporum facie abolita vel mutata, pront forte mundi machina: præcones habet illuſtres, optarem eos reddere illuſtriores meis viribus ac toto animi pectore, ſi id meo effici poſſet ingenio.

26 Tertiò limito † niſi ex conſuetudine patrisfamilias concedentis vel regionis hoc verbum aliam interpretationem reciperet: tunc illi eſſet ſtandum in dubio ex his, quę ſupraſcripſi in ſecūda formula: optima eſt interpres conſuetudo eorum, quæ in loco occurrunt, ſecundùm And. in capitulo primo. §. ſimiliter. de capitu. Corra. & quando eſt in oppido ambiguum, ex vicino declaratur: vt ibi dicit co. 4. & in rub. de conſu. rec. feud. & in in capitulo primo. §. præterea, de prohib. feud. alie. per Federic. & in l. regni conſtitutionem diuæ memoriæ: ſicut ex vicinitate ſcriptoræ altera ſcriptura declaratur ſecūdùm Pau. de Caſtr. conſi. 460. primo libro, ſic etiam quod eſt dubium in loco ex viciniore diffinitur & determinatur, ſi forte hoc verbum, hæredibus; ex vulgari vſu loquendi pro ſolis filijs, vel deſcendentibus, & non vt hęredibus pro ea qualitate hęreditaria, quam prudentes admittunt, capi, & intelligi ſolet ex communi vſu declarabitur per l. Labeo. de ſuppell. leg.

27 Quartò limito † niſi ratione adiuncti illud verbum hæres, mutaret naturam ſuam, & poſſet ſolùm intelligi appoſitum pro liberis. Et quia diceret formula, pro Petro & hæredibus ſuis maſculis legitimè deſcendentibus, illud verbū tunc diceretur prolatum habito reſpectu tantùm ad liberos, iuxta l. ex facto. §. ſi. ad trebel. ſecundùm Deci. in d. conſilio 185. col. 3. & in conſi. 395. ſecunda columna. ſecundo volumine. ex authoritate Andreæ in dicto §. & ſi liuellus. & Decium ſequitur Iunior Soci. conſilio 139. in ſi. col. primo libro, de quo per Mayn. conſilio 118. columna tertia quarto libro, ſed hanc concluſionem non affirmo ex his, quę ſupradixi, & dicam etiā in ſua formula, niſi hoc adeo conſtaret ex intentione concedentis, qui voluiſſet proſpicere poſteris vel deſcendentibus ex eorum perſona, & non ex perſona primi, vt eorum hęredes Mayn. ſentit. in prælud. feud. ſi. columna. qui tunc feudum dicitur hęreditarium, quando eſſet conceſſum pro hæredibus quibuſcunque, vel omnes & quoſcunque hæredes & ſucceſſores comprehendendo, aliter feudum hęreditarium dici non poteſt: quod dictum refert & ſequitur idem Socin. Iunior conſi. 72. columna quarta, eodem volumine, hoc eſt contra communem concluſionem ſcribentium, vt dixi ſupra in principio huius tertiæ formulę, & rarò vel nunquam poſſet dari feudum hęreditarium, ſi diceremus feudum cōceſſum pro Petro & eius hæredibus non eſſe hęreditarium: & tunc dici hæreditarium, quando eſt datum pro hæredibus quibuſcunque, hæc formula eſt alterius regulæ, prout dicam in ea, ſecundùm opinionem multorū, quò ad ulteriores hæredes ac ſucceſſores, qui ex natura feudi non eſſent ſucceſſuri, quò verò ad qualitatem hæreditariam una ab alia nō differt, ſiue ſit dictum pro quibuſcunque hæredibus, ſiue pro hęredib. ſimpliciter, formula eſt hæreditaria, & nemo admittatur ad feudum, niſi hęres ſit & in feudo & in ipſa hæreditate.

28 Quintò limito † niſi verbum hęredibus, prolatum eſſet à moriente in ſua ultima voluntate, tunc intelligitur de ſolis liberis et deſcendentibus: vt not. per docto. in dicta. l. ex facto. §. ſin. ad Trebell. & in l. Gallus. §. etiam ſi parente. de lib. & poſth. nemo dicatur decedere ſine herede, ſalti fiſcum haberet hæredem, ex mente teſtatorem colligitur cogitaſſe de ſolis deſcendentib. ut ibi concludunt docto. & uide allegationes antiqui doctoris in uolu. meo ad penniam; quòd ubi fieret inueſtitura feudi per dominum in ſuo teſtamento alicui pro ſe & hæredibus ſuis, uel quia legaretur illi & hæredibus ſuis, non dicetur feudum, hęreditarium, ſed ex pacto: quia ut moriens legando vel diſponendo præſumitur tantùm cogitaſſe de poſteris ſeu liberis ipſius legatarij, ar. tex. in dicto. §. ſi. non potui reperire ibi nomen auctoris, nam in ſcribendo multa conſilia mihi videtur grauis, & in dicendo eruditus, ſed ſalua ſua prudentia aliud puto de iure, nam ſi rei naturam conſideramus, prout in primis ſemper eſt conſideranda, in materia feudali verbum hæredibus, pro filijs accipi capitulo primo. §. & ſi clientulus. de aliena. feud. legando feodū Titio & hæredibus, eo modo dicitur diſpoſuiſſe, prout ius intelligit, pro hæredib. ideſt pro filijs et alijs deſcendentibus, qui debeant eſſe hæredes & non ex qualitate & accidentia facti in vltima voluntate mutare naturā feudorum, vel forte hic doctor excuſari debet, ſequutus fuit ſententiam patrum illius ętatis, qui hoc modo eam formulam interpretabantur: vt poteſt videri ex ponderationibus ſuis.

29 Sextò † limita in regno Francię, in quo verbum hęres, habet aliam ſignificationem in feudo ſecundùm Guid. Papę deciſ. 230. ea enim alienabilia ſunt ad inſtar burgenſaticorum: vt ſcribit Io. Fabri in §. item ſeruiana to. columna, inſtit. de act. & in auth. ingreſſi. C. de ſacroſanct. eccleſijs, ſequitur Caſſaneus conſil. 8. columna tertia, Bertrandus conſilio 191. columna ſecunda,

pri-

primo libro. & in conſilio decimooctano, ſecundo libro, eſt eorum alterata natura ex conſuetudine: vt ſcribit idem Bertrandus conſilio 276. columna tertia, primo volumine, & Mayn. conſilio 6. col. 8. tertio libr.

30 Vltimò, † poteſt limitari in inſula Siciliæ. in illo Regno habent iura ſpecialia regum Federici & Iacobi & aliorum vltra conſtitutionem Rogerij & Federici Imperatoris, & in forma larga, ſtricta, ſtrictiore & ſtrictiſſima, capiunt eam ſignificationem, tam ex formula inueſtituræ quã ſecundùm iura Siculorũ: dic vt per repetentes in capitulo volentes: quod plenè diſcutit Corneus conſilio 299. ſecundo libr. & per dominum Gulielmum de Perno in pleriſque conſilijs & notabilibus feudorum, & plenius per dominum Blaſium Lanceam in ſua ſolemni & ſublimi repetitione dicti cap. volentes. Et verbum hæredes, vertuntur veluti coriũ tõne et adiuncti verbi præcedentis vel ſequentis, prout ſapientes Regni noſtri etiam controuerſiunt: modò habentes pro feudo ex pacto, quandoque pro mixto, & ſæpe pro hereditario: ſicuti eſt in dubio ex ea expreſſione iudicandum, ſiue appoſitum ſit in ſubſtantialibus verbis ipſius inueſtituræ, ſiue etiam in exequutiuis verbis, vel clauſulis, quæ gratiam ipſam non augent, eo modo tamen declarant, vt non videatur mutari vel alterari forma, veluti nõ fuerit perfecta, vel abſoluta, quamuis Areti. vir excelſi ingenij multum dubitauerit in dicto conſilio, & determinare noluerit: ea tamen verba, quæ ex ſtilo & forma cancellariæ apponi ſulent in priuilegijs aſſenſus poſt perfectam gratiam & expeditam, videlicet, volentes & decernẽtes expreſſè, quòd præſens noſter aſſenſus ſit, & eſſe debeat dictis partibus & earum heredibus & ſucceſſoribus ex corpore legitimè deſcendentibus validus & firmus &c. non intelligũtur vt clauſulæ in exequutiuis verbis appoſitæ, ſed æquè principaliter cauſa limitandi vel declarandi aſſenſum præſitum, tam a Vicerege regni, quàm etiam a domino noſtro Rege, vel ẽt ſi Baro hoc exprimeret, dum aſſentit alienationi feudi, quod ab eo tenetur immediate & in capite, eadem eſt ratio in vtroque. nam cum partes ſoleant multa & multa narrare & exprimere in eorum memorialibus: ex quibus præſtito aſſenſu poſſet dubitari de qualitate aſſenſus & alteratione feudi in expreſſis, apponi conſueuit hæc clauſula in alienationibus feudorum, & obligationibus ipſorum, vt ſciant partes cõtrahentes, quòd aſſenſus nõ profit niſi partibus, & non omnibus earum hæredibus, uel heredibus iuxta interpretationem prudentum Regni, ſed illis tantùm, qui ex corpore legitimè deſcendunt ad excludendum fratrem, vel ſororem. uel etiam alios, qui ſecundùm iura Regni poſſent ad feuda, admitti: & quòd Rex noluit aſſenſum præſtare pro alijs, dum certos limitauit hæredes, per l. cum prætor. de iudi. & in l. marius. C. de procu. & non ſine miſterio ponitur poſt ea uerba priuilegiorum, videlicet, feudi natura in aliquo non mutata, veriſque exiſtentibus prænarratis, parteſque tanguntur ſit hoc gratia dubitationis tollendæ & ad clariorem intellectum. Rex tunc non intendit aliquid de ſuo tradere vel aſſignare, ſed tantùm illud, quod eſt feudatarij alienantis, uel obligantis, remouendo obſtaculum iuris communis, aperiendo hoſtium, quod erat clauſum. & ſine diſpenſatione aperiri non poteſt, non impediendo feudatarium diſponere de ſuo utili dominio: vt And. ſcribit in l. Imperialem. coln. 6. & in cap. 1. in uerſicu. & filius fratris. coln. 3. ibi. & remouet impedimentum: Impe. Lotha. arguit ibi de minore præſtante aſſenſum manumiſſioni ſerui pignorati. per l. pe. §. fi. de manu. vindi. Et ſi per has clauſulas reſtringeretur ſucceſſio, quæ pro heredibus erat in perſona alienantis uel obligantis, poteſt à Rege vel ſuo Prorege impetrare, quòd reducatur iuxta formam priuilegij authoris ſui, ego ſic ſæpe obtinui. Rex non intendit feudi naturam in aliquo mutare, ſcilicet etiam in modico, ipſe aſſenſum præſtat ſecundùm formam ſuæ cancellariæ, non intendit per hoc derogare formulæ priuilegiorum alienantis ius illius transferre in recipiẽtẽ: ſæpe fiebant capitulationes ampliſſimæ pro matrimonijs contrahendis, & cõmuniones feudorum tractabantur cum nonnullis pactis: tranſactiones etiam & diſpoſitiones quãdoque compendioſè in vltimis voluntatibus: voluit Rex tũc ex forma aſſignata in ſua cancellaria reſtringere gratiam, vel eam declarare, quomodo intellexit, forma, eſt ſatis antiqua, & eo etiam tempore, quo in eo tempore Caroli Secundi Regis huius regni Anno domini. . . . præſidebat dominus Andr. Acconciaiocus de Reuello iuris ciuilis profeſſor ex nobiliſſima & uetuſtiſſima prolapia ortus: & prodijt poſtea in manus ſucceſſorum Regum, prout ego in plurimis legi: eam tamen clauſulam bene declarat dominus & affinis meus à Afflicto in c. 1. qui ſucce. tenen. ea autem, quæ dicit quò ad expreſſa tantùm, recentioribus, & noſtra ætate temporibus appoſita eſt, prout aliàs de ea dixi in primo libro, & de utraque tam conſulendo quàm iudicando eãdem ſequutus ſuam regulam.

Sed ut ex prędictis aliqua breuius perſtringamus, quæ ex formula ipſa colliguntur, faciamus aliquas concluſiones.

31 Prima concluſio eſt, quòd † vbi feudum eſt ex pacto & prouidentia paternum, filius non tenetur habere ratum, quod a patre legitimè diſpoſitum eſt, de feudo, & poteſt iure ſuo, & ex ſua perſona feudum a patre alienatum vendicare.

Secunda concluſio eſt, quòd ſi feudum ex pacto, & prouidentia eſt de nouo quæſitum a patre, factum patris nocet filio in feudo, & ſi eſt a patre alienatum in vita cum aſſenſu, non admittatur ad renouandũ ex ſuo iure, vel ex ſua perſona per inueſtiturã feudi factã in perſona patris ſui: quia nulla formula quouis modo cõcepta ligat acquirentem, quin de feudo diſponere non poſſit, niſi filij ſint nominatim recepti in paterna inueſtitura, quando dominus propter merita & ob ſeruitia feudum conceſſit, crebrior eſt ſcribentium ſententia, ſecus ſi eſt pretio magno quæſitũ, de quo etiam plura ſcribam.

Tertia concluſio eſt, quòd in feudo nouo ex pacto & prouidentia inuentarium confectum a filio nihil prodeſt, vt poſſit admitti ad reuocandum feudum alienatum a patre, quando de bonis hæreditarijs non poteſt ſibi eſſe conſultum pro valore feudi.

Quarta concluſio eſt, quòd vbi feudum ex pacto & prouidentia eſt antiquum, non cogitur filius adire patris hæreditatem, illud habet præcipuum, & ſi hæres non ſit, licet ſecũdùm aliquos debeat hæres eſſe, & conficiendo inuentarium iura ſuper feudo præcipua habeat.

Quinta concluſio eſt, quando feudum ex pacto & prouidentia nouum eſt a patre quæſitum, cogitur filius eſſe hæres patri, & quoad ipſum filium tantum feudum ex pacto nouum in nullo differt ab hęreditario, de feudo nouo ex pacto non poteſt eſſe ſermo agnatorum, feudum nouũ nullo modo cognouit agnatos, nec ad ſucceſſionem admittit, niſi eo tenore & formula ſit traditum, vt poſt mortem admittatur, tunc non dicitur habere feudũ vt ſucceſſor in feudo, & ex ſucceſſione regulari, ſed ex pacto inito cum domino tempore conceſſionis feudi, habet ex contractu & magis ex diſpoſitione inter viuos quàm vt hæres feudi, vel vt ſucceſſor in feudo, non eſt verus feudi ſucceſſor, neque verus hęres feudi, & verè feudalia ſeu feudorum conſuetudines hoc caſu non porrigunt vim earum quò ad ſucceſſiones quò ad ipſos ſuccęſſores, de iſtis non loquuntur, vt quiſque poterit ſtudendo perquirere, niſi aliud ſit cõuentũ, & ſpecialis apparet cõſuetudo.

Sexta concluſio eſt, quòd agnatus non cogitur adire hæreditatem agnati vltimi morientis, ſi feudum eſt ex pacto & prouidentia, & neceſſe eſt fateri, feudum eſſe paternum vel antiquum, vt poſſit admitti ad ſucceſſionem feudi, ex quo feudum nouum non habet agnatus, hæc nouella arbor nondum effecit ramos, neque effudit radices.

Vltima concluſio eſt, quòd vbi feudum eſt hęreditarium, ſiue ſit ſimpliciter hæreditarium, ſiue compoſitum, vel (vt alii dicunt) mixtum, tam filius quàm agnatus non poſſunt obtinere feudum, niſi exiſtant vltimo morienti hæredes, neque eis inuentarium iuuat, & quod legitimè eſt a prædeceſſore de feudo diſpoſitum, eis nocet, tenenturque ratum habere, quod ab eo geſtum eſt; Poſſunt tamen prędictis aſſignari non nullę vtiles limitationes, quæ non ſic de facili reperiuntur.

SAEPE IN SVPERIORIBVS DE FEVDIS quaternatis & alijs, quæ plana, & de tabula dicuntur mentionem fecimus, ſupereſt: vt de ipſorum differentijs aliqua attingamus.

SVMMARIVM.

1 *Feudum quaternatum quod dicatur.*
2 *Feuda plana & attenaſia quę ſint.*
3 *Feuda quaternata in quibus differant ab alijs feudis, quę plana & de tabula nuncupantur.*
4 *Succeſſio qualis ſit in feudis quaternatis & non quaternatis & emphyteuticis & feudo redititijs.*
5 *Aſcendentes & cognati an ſuccedant in bonis feudo redititijs, emphyteuticis, vel cenſualibus.*
6 *Aſſenſus vtriuſque requiritur in alienatione feudi quaternati, ſcilicet & Regis & Baronis, quod ſecus eſt in alienatione feudi plani & de tabula.*
7 *Aſſenſius Regis requiritur in refutatione vel retrouēditione feudi quaternati in perſona prioris domini, ſecus in feudis non quaternatis.*
8 *Magna curia ſola cognoſcit de feudis quaternatis: de planis autem cognoſcit iuſticiarius prouinciæ.*
9 *Aprutina audientia cognoſcit de feudis quaternatis & planis ex priuilegio.*
10 *Balius datur filio feudatarii habentis feudum quaternatum a regia curia. quod ſecus eſt in planis.*
11 *Minor ętas in feudatario poſſidente feudum quaternatum finitur in 14. anno. in planis autem 18.*
12 *Feudatarius feudi quaternati annui valoris vnciarũ 20. aſſiſtit in parlamēto, ſecus in feudis planis.*
13 *Parium iudicium habet feudatarius poſſidens feudũ quaternatum: planum autem non.*
14 *Collecta non ſoluitur pro feudo nobili, ſed pro ruſtico.*
15 *Feudum ruſticum non dicitur verè feudum.*
16 *Aſſenſus debet eſſe in ſcriptis, quando alienatur feudum quaternatum, in aliis autem ſufficit probari per teſtes.*
17 *Aſſenſus in alienatione feudi quaternati requiritur expreſſus & non tacitus, ſecus in aliis.*
18 *Reuocatio ante impetratum aſſenſum fieri poteſt in alienatione feudi quaternati, non in aliis.*
19 *Inueſtitura feudi quaternati ſi non petatur infra annum & diem, fit compoſitio cum curia. In aliis autem perditur feudum.*
20 *Aſſenſus tacitus pręſtitus per Regem in fauorem mulierum non habet locum in feudis planis.*
21 *Poſſeſſio feudi, quę apprehendi ſolet per curiam, quãdo non apparet legitimus ſucceſſor virtute capituli ex præſumptuoſe. non habet locum in ſubfeudo Baronis.*
22 *Matrimonium non contrahit feudatarius habens feudum quaternatum ſine licentia Regis, ſecus ſi feudum eſt planum.*
23 *Feuda quaternata aut ſunt hæreditaria, aut ex pacto*

ƈo & prouidentia. in feudis autem planis, et de tabula non eſt dare pactum nec prouidentiam.

24 *Morę purgatio an & quando admittatur in non ſoluente adhoam, redditum, vel cenſum, ſiue ſeruitiũ, quod eſt onus feudi.*

25. *Seruitium qualiter pręſtari debeat pro feudo quaternato, & qualiter pro feudo plano.*

26 *Feudum quaternatum, & planũ, cui debeat applicari propter culpam feudatarij.*

27 *Frater an & quando ſuccedat fratri in feudo nouo quaternato vel plano & de tabula.*

28 *Hæres intelligitur de deſcendente ex diſpoſitione iuris feudorum.*

29 *Feuda quaternata cenſentur iure feudi huius Regni non quaternata iure communi feudorum.*

30 *Mulier non ſuccedit in feudis planis, & de tabula. ſed bene in quaternatis.*

31 *Mulier habens feudum nobile, in quo vtitur iure Lõgobardorum, non agit ſine cõſenſu mundualdi, in ruſtico ſecus.*

32 *Aſſenſus in alienatione feudi plani, et de tabula præſumitur ex poſſeſſione 30. annorum. quod ſecus eſt in quaternato.*

33 *Feuda quaternata in Regno cenſentur iure feudi ſecundùm leges Regni. Plana verò iudicantur ſecundùm leges feudales.*

34 *Caſtrum cenſetur eſſe feudum quaternatum.*

35 *Iacobus de Beluiſio fuit conſiliarius Caroli II. Regis.*

36 *Dominus Caſtri licet non habeat cauſas appellationum poterit tamen cognoſcere de ſuſpicione allegata cõtra ſuũ officialem. & ſi ipſe fuerit allegatus ſuſpectus, poterit cãs ſuſpitionis alteri cõmittere.*

37 *Suſpicio pſonã ſugillat, ſed iuriſdictionẽ nõ remouet.*

38 *Dominus Caſtri poteſt creare aſſeſſorem.*

39 *Exequutio an poſſit fieri in terra Baronis per officiales Regios ſine licentia Baronis.*

40. *Officialis Regius ſi delinquit in terra Baronis, ad quẽ ſpectat cognitio, ad Regem, vel ad Baronem.*

INTER quaternata feuda, & alia quæ plana & de tabula appellãtur, conſtat plures eſſe differẽtias quę a noſtrorum nemine in vnum collectæ leguntur, quaſdam tantùm attigit Capicius in l. Imperialem. & d. Affinis meus: ſparſim iacent in viridario & orto feudorum· pro cõmuni omnium vtilitate, quas potui, a fontibus & riuolis aquarum excepi, & legendas veluti vtiles ad modum ac ꝓ cauſarũ deciſionib. neceſſarias offero.

1 Sciendum tamen eſt. † ꝙ feudũ quaternatum illud in Regno dicitur, quod de per ſe ſcriptum repetitur in quaternionib. vel quod a Rege tenetur immediatè & in capite: vt habetur ex no. per Andr. in c. 1. de controuerſia feudi apud pares termin. vel quia ſit Caſtrum, Villa, Oppidum vel Caſale, habens ſub ſe homines & vaſallos inhabitantes in eo: vt habetur ex dictis per glo. & Andream in conſtit. Regni iuſtitiarij nomen & normam. Illud autem feudum, quod a Rege tenetur, non eſt neceſſe in quaternionibus annotari: ſed illud tantùm, quod tenetur a Barone, ſecundùm d. Bar. in conſti. honorem, per illum tex. Fit etiam feudum quaternatum, ſi Rex ſuper conceſſione ipſius præſtat aſſenſum, ſecundùm Andream in conſti. ſi aliquis Baro. de quo dicam Hoc tñ eſt ex vſu Regni, ac vtentium more, non quod a iuris cenſura procedat, & ex approbatione Regum & ſuorum interpretatione prudentũ cum hæc non habeamus in vſibus feudorum. benè tñ ſunt ex conſuetudine illa feuda de curte, & extra curtem. quæ adinuicem differunt, & alterius ſunt naturæ: vt no. in c. 1. §. fi. quib. mo. feu.

2 amitta. † Alia autem feuda plana & attenaſia, quæ ſint: ſatis plenè habetur per glo. in conſtit. Regni, vt de ſucceſſ. & per Puteum in ſuo inordinato tractatu. & in principio operis: & in rubrica de verb. ſignifi. Quomodo autem fiant feuda quaternata aliquid ſupra attigimus, & ſi præſumantur, & cui onus probandi incumbat, & ſi intelligantur eſſe nobilia, eo ipſo ꝙ ſunt quaternata colligã, ſi potero, curioſus lector interim perquirat alibi.

3 Prima. † Inter hæc feuda differentia eſt feudo
4 rum ſucceſſio. † Cum de iure Regni in feudis quaternatis in tranſuerſali linea ſucceſſio eſt viſque ad tertium gradum, not. glo. per tex. ibi in dicta conſti. vt de ſucce. In alijs aũt feudis planis & de tabula, quę tñ tenentur ſub lege, & natura feudi, ex quo in feudum conceſſa ſunt, erit ſucceſſio ſecundũ ius cõe, & ſecundũ aliquos vſque ad ſeptimũ gradũ: vt no. in c. 1. de gradibus ſucceſſ. in feud. gl. notat hoc in d. conſti. vt de ſucceſ. quam Andreas ibi, & Moderni ſequuntur. idem Andr. in c. 1. 5. col. ibi, Conſtitutio tñ Regni Siciliæ. de natura ſucce. feudi. & in c. 1. 3. col. de controuer. feudi apud pares termin. & in rubrica de conſuetu. recti feudi. Feudum autem quaternatum, qđ a Barone tenetur, regulatur ſecundùm conſtitutionem prædictam, vt in ea ſit ſucceſſio vſque ad tertium gradum ſecundùm Lucam de Penna in l. 1. C. de impo. lucra. deſcrip. & Andr. in d. ca. 1.
5 ſed in bonis non conceſſis in feudum, † ſed reddititijs, emphyteuticis, vel cẽſualibus erit ſucceſſio ſecundùm ius Romanorum, & non ſecundũ conſtitutionem Regni, vel conſuetudinis feudorum, ita quòd aſcendens linea & cognatorũ non excludit per l. Federici, ſi qñ. in titulo de hominibus Baronũ. & ibi gl. Andreas & Petrus de Monteforte, & Paris in tractatu de reintegra. feudo. fol. 122. & hoc iure vtimur in Regno, & ſępe in ſacro Conſilio iudicauimus, admittendo. ad ſucceſſionem tam oſtendentes patrem, matrem, & auum, quàm cognatos, in his bonis, feudo, redditijs, etiam emphytheuticis, niſi qñ alia eſſet conſuetudo feudi, per quã ẽt excluſimus fratrem vt in Caſali Iugliani, & illius de Mormili.

6 Secunda differentia eſt † quia quando alienatur feudum quaternatum in ipſius alienatione, tam domini mediati, quàm immediati aſſenſus requiritur, videlicet tam Baronis, quam Regis. vt no. per Andream in capitul. imperialem. in quinta columna, de prohibita feudi alien. per Federicum, licet poſtea dicat, verius eſſe, quod vtriuſq; requiratur, tamen rationes ſuę in quaternato militant, & idẽ ſentit in conſtitutione conſtitutionẽ diuę memoriæ, plenè per Paridẽ fol. 55. & fo-

lib. 58. & per Modernos in dicto capitulo imperialem, quando autem feudum eſt planum, & de tabula, ſufficit aſſenſus Baronis per capitulum Honorij, ſi contingat. Andreas in conſtitutione poſt mortem, & hoc ſeruari in Regno teſtatur Collector deciſion. Neapolita. 243. & habuimus in Conſilio pro certo, licet multa hinc inde adduci poſſint. & meo iudicio ratio ſatis eſt diuerſa a primo caſu: cum poſſet fieri fraus in multis ex præſtatione aſſenſus faciendi per Baronem, conſiderata qualitate amplioris feudi, & præſertim Caſtri, quod poſſet peruenire ad potentiorem, vel Domino Regi inimicum: & non ita de facili rehaberi poſſet a Rege: ſed alia feuda plana, quę vt plurimũ sũt tenimenta feudorum, ſi ad alium perueniant: poſſunt facilius recuperari, & Rex donando Baroniam cum ſubfeudis, quæ ab ipſo recognoſcuntur, Baroni intelligitur conceſſiſſe licentiam aſſentiendi alienationibus feudorum, quia ſic ius diſponit, ſed quando concedit feudum quaternatum, licet in concedendo videatur pręiudicium ſibi feciſſe in vno, in alio non cenſetur derogaſſe iuri ſuo, quia hoc non expreſſit, retinet naturam ſuam, ſecundùm legem Regni municipalem, vt etiam ipſe Rex debeat requiri in alienatione ipſius. Feuda etiam plana cenſentur minima, de quibus Rex non intelligitur ſic cogitaſſe, argumen. l. ſcio, de reſtitutione in integrum, & valde grauarentur ſubditi habere recurſum ad Regem pro aſſenſu obtinendo ab eo, vel eius Vicario, & plus forte expenderent, quàm eſſet in redditu, & hoc ęquius cenſetur, præſertim quòd iſta feuda ſolent a ruſticis poſſideri. & vt plurimùm ſoluunt redditum & non præſtant ſeruitium militare, & hæc feuda non compręhenduntur in legibus Gulielmi vel Federici Imperatoris, qui fuit valde rigidus in ſuo iure conſeruando.

* Licet ſi pater emat feudum planum & de tabula, in quo ſuccedit primogenitus, debetur alijs fratribus portio pretij, ex rationibus Bartol. in l. prima §. ſed nec caſtrenſe, de caſtren. pecu. & Mayn. in l. cętera. §. primo, de legatis primo, viget eadem ratio, & audio fuiſſe ſic determinatum in Conſilio ſub diuo Ferdinando Primo, ſuper quo cogita. *

Tertia differentia eſt † quòd vaſallus feudum quaternatum non poteſt ſine aſſenſu Regis ſuo domino refutare, quia Rex ipſe confert tenendum a Barone: vt not. in conſtitutione poſt mortem, eſſet hæc quædam illicita alienatio retrocedere ſuo Baroni, qui non poteſt ſolus concedere, & núquam ad Regem reperueniret. ex dictis per Andream in dicto capitulo imperialem, in quinta columna, & in capitulo primo de vaſallo, qui contra conſtitutionem Lotharij feudum alien. in ſecunda columna, & in capitulo primo, de controuerſia feudi apud pares termin. & in capitulo primo. §. finali. de Capitaneo qui curiam vendidit. & alibi ſępe. Sed quando feudum eſt planum, & de tabula, poſſet illi cedere & refutare ſine alio Regis aſſenſu: vt Andreas dicit in dictis locis, & in capitulo primo, §. ſancimus, vndecima columna, quo tempore miles, & in capitulo primo, de alien. feudi paterni. Ratio diuerſitatis aſſignatur in hoc caſu: cum ipſe Baro poſſit ſolus concedere hæc feuda: nihil Regi refert, ipſe an alius poſſideat, & ſic videmus ex magnitudine feudorum, aliud in vno eſſe ſtatutum, quàm in alio. Hoc autem procedit de iure Regni per conſtitutionem Federici poſt mortem, quę de hoc feudo loquitur: Sed de iure feudorum aliud crederem: cum non reperiatur prohibitum, an vaſallus poſſit domino feudum refutare, eo tamen volente: vt dicitur in capitulo primo, de vaſallo qui contra conſtitutionem Lotharij. & per ſummiſtas in hac rubrica: nec diſtinguitur, feudum ſit amplum de curte, vel extra curtem, ſed an domino refutet, qui habet in eo directum dominium, ſecundùm aliquos, vel ſubalternum, & iam reſpectu primi domini non dicitur extranea perſona in feudo immitti. magis puto ex Regum auaritia proceſſiſſe, quàm aliqua ratione fulciri, poſtquam eſt ſubditus Baro ratione Baroniæ. quare vaſallus ſuus nobile & quaternatum feudum eiuſdem Baroniæ non poſſit retrocedere, rationem non video, cum vſufructuarius poſſit ſuo proprietario cedere vſumfructum, vt in l. ſi vſufruct. de iure dotium. nota gl. in l. arboribus in §. primo, de vſufruct. potuit tamen ſic legem condendo ſtatuere, & nemini affertur iniuria, cum habeat feudum ex múnificentia, eo tantùm caſu limitata & reſtricta, debuit recipiendo apertius cauere, imputet ſibi Baro, qui non prouidit in hoc.

8 Quarta, ſola magna curia † cognoſcit de feudis quaternatis, vt not. in conſtitu. Regni ſtatuimus. & notat Andreas in capitulo primo, de controuerſia feudi apud pares termin. vt in conſtitutione iuſtitiarij, de feudis autem planis cognoſcit iuſtitiarius Prouincię. vt dicitur in conſtitutione. Præſides. plenè Moderni in capitulo

9 primo, apud quem vel quos. † habet tamen ex priuilegio a dientia Idruntina poteſtatem de vtroque cognoſcendi & determinandi, & capta fuit informatio, & habuimus ratam diffinitionem ipſius reſpectu poteſtatis procedendi, & iudicandi ſuper ipſis feudis.

10 Quinta, vaſallo poſſidenti feudum † quaternatum datur a Regia Curia Balius iuxta conſtitutionem Regni, minoribus. & notatur in conſtitutione poſt mortem. Vaſallo autem poſſidenti feudum planum non datur Balius, quia lege feudali hoc non cauetur, & lege municipali non exprimitur, ſtamus regulæ iuris communis, vt detur ei tutor & non Balius licet in plurimis conueniant tutoris datio ac Balij. Caſſaneus in conſuetudine Burgundiæ. folio 214.

SEXTA, feudatarius habens feudum
11 † quaternatum finito decimoquarto anno efficitur ſui liberi iuris. tam in iudicijs, quam in contractibus, vt not. Andreas in conſtitutione minorum iura. per legem Federici minoribus. in titulo de iure Balij. ſed ætas vaſalli tenentis feudum planum intelligetur in Regno anno decimooctauo completo, per dictam conſtitutionem minorum iura. ratio diuerſitatis aſſigna-

tur

tur ex nobilitate, quę iaſurgit ex feudo quaternato, quod poſſidet, & in nobilibus præſumitur induſtria, ſecundùm gloſſam, & Andream ibi, & nobilibus virtus contingit ante diem. & 14 anno finito habebit curatorem vſque ad 18. completum.

12 Septima, habens feudum † quaternatum annui valoris vnciarú viginti, aſſiſtit in parlaméto Procerum & Magnatum, & dabit vocem, cum alijs feudatarijs & Baronibus Regni tenens feudum planum, & de tabula non aſſiſtet: neque dabit vocem, cum pro feudo, quod ipſe poſſidet Baro, ſuus erit in parlamento: quia aliàs multa ſequi poſſent abſurda, & pro illo feudo contingi poſſet, duas dari voces & contrarias: vt diximus in prima parte operis. in verſiculo ſed alia fuit quæſtio: niſi quando aliter appareret de voluntate domini Regis.

13 Octaua, habens feudum † quaternatum in regno conuentus iudicio criminali, aut ciuili ſuper feudo a paribus condemnatur, vel abſoluitur iuxta legem Federici, vt vniuerſis, feudatarius feudi plani non habet iudicium parium per illã legem, ex qua colligitur, poſſidentes feuda de tabula non eſſe milites, neque militares viros.

14 Nona, pro feudo nobili † non ſoluitur collecta, cum pro eo pręſtetur Regi ſeruitium: Sed pro feudo ruſtico, pro quo ſoluitur annuus redditus

15 ſic † cum non cenſeatur verè feudum. Andr. in titulo quæ ſint Regalia, in verbo & planſtrorũ. Lucas de Penna in l. prima, de impo. lucr. deſcri. & in l. cum diuus. C. de omni agro deſerto, lib. 11. & dicit Cardi. In capitulo primo. §. quid ergo, de inueſtitu. de re alien. fa. quod feudum non ponitur in cataſtro, de quo per Albertum Brunum in conſilio 103. & Neapol. in cõſuetu. Neapol. ſi quis, in ver. tenetur. de alimen. præſtan. dicit, patrem de bonis feudalibus non teneri alere filiũ, quia ſeruitium diminuunt ex mente Andr. in conſtitu. cõſtit. in princip. Bartol. in l. vt iuſiur. §. ſi liberi. de oper. libet. hoc non pono pro conſtanti.

Decima, quando alienatur feudum quaterna
16 tum † aſſenſus debet eſſe in ſcriptis, ſed in ruſtico ſufficit probatio per teſtes, Dominus Afflictus latè proſequitur in capitulo primo, de prohibi. feu. alie. per Lotha. & in deciſionibus ſuis. 254. 143. & 361. addo Bald. in conſilio 310. ad euidentiam, in tertio lib. Affl. dec. 398.

17 Vndecima, hodie in alienatione † feudi quaternati aſſenſus debet eſſe expreſſus, & cum ſpeciali licentia à Rege confirmari, tex. in dicta conſtitutione, conſtitutionem, ſed in alienatione feudi plani ſufficit tacitus inſpecto iure feudorum: vt per Andream in capitulo primo, de proh. feu. alienati. per Lothar. & ibi gloſſa. & Iacobus Camaleus.

18 Duodecima, vbi alienatur † feudum quaternatum, antequam ſuper ea alienatione aſſenſus interponatur, poteſt alienans ex poteſtate conſtitu. Regni, conſtitutionem diuę memoriæ, iure proprio reuocare alienationem. ſecus vbi eſſet feudum planum, & de tabula. Moderni ibidem in nona columna.

19 Decimatertia, ſi vaſallus † non petit inueſtituram infra annum & diem a die aditæ hæreditatis perdit feudum: vt in capitulo primo, quo tẽpore miles, & in Regno. hæc pœna remiſſa eſt. ſit tamen compoſitio cum curia: vt Andreas dicit ibi, & eſt capitulum Regni apud Fogiam. Si vaſallus tenens feudum planum, & de tabula non petit a domino ſuo renouationem inueſtituræ prędicti feudi, quia lex Regni nona non loquitur de his feudis, neque tenetur Baro facere gratiam ſuo vaſallo: quia Rex ſibi ſimilem fecit: vt Andreas dicit in capitu. primo, §. ſed nec eſt ꝗ ſit prima cauſa benefi. amitten. & lex antiquata manet incorrecta, quæ priuat vaſallum ex culpa non petendo inueſtituram.

20 Decimaquarta, per capitulum † Catholici Regis conceſſum huic fideliſſimæ & Inclitę Ciuitati Neapol. & confirmatum per Cęſaream Maieſtatem ſub die quinto Octob. 1505. Sagoniæ, mulier habet aſſenſum ſuper bonis feudalibus ſui viri pro reſtitutione dotium & antefati: hoc non haberet locum in feudis, quę recognoſcuntur a Barone: quia capitulum non loquitur de his feudis: ſed de illis, quæ tenentur a Regia curia, quã uis illa gratia fuerit expedita ad ſupplicationem Baronum: attenditur illud, quod fuit conceſſum dixi ſupra in materia aſſenſus.

21 Decimaquinta, quando moritur † feudatarius in Regno ſine legitimo ſucceſſore ex iure ſcripto ſecundùm Andream in conſtitutione violentijs, curia capit poſſeſſionem de facto, & detinet per annum, donec appareat legitimus ſucceſſor, per capitulum Regni, quod incipit, ex præſumptuoſe, de quo capitulo per eundem Andream in capitulo illud, quarta columna, de prohib. feudi alien. per Federicum, & per Lucam de Penna in l. nulli. C. de fundis patrimonialibus libro 11. & per Dominos de Rota noſtra, deciſiona 197. Hoc non habet locum in ſubfeudatario Baronis: quia verba illius capituli non poſſunt referri ad Baronem, & ita aliàs audio fuiſſe iudicatum, quia illud capitulum eſt factum in fauorem fiſci, vt per Lucam in l. facultas. C. de iure fiſci, & non debet ad alios extendi: vt per Albericum de Roſata in l. 2. C. de petio. hęreditatis.

22 Decimaſexta, quando habet feudatarius † feudum quaternatum: non contrahit matrimonium ſine licentia Regis, ſecundùm legem Regni fratribus. & conſtitu. honorem, quando nõ habet feudum quaternatum ſecus.

23 Decimaſeptima, feuda quaternata † aut ſunt hæreditaria, aut ex pacto & prouidentia, vt in inueſtituris dicam, aut verò mixta: quia de vtroque ſunt compoſita, ſecundùm Dominum Gulielmum de Perno, à quo in Regno didicimus. In feudis verò planis & de tabula non eſt dare prouidentiam & pactum, ſecundùm Dominum Paridem in tractatu, de reintegratione feudorum, folio ſexageſimoquarto, cum in illis ius feudorum aut Romanum attenditur. Sed ego de hoc dicto dubito per ea, quæ notat Andreas in capitulo primo, de his, qui dar. poſſunt. & in prælaudijs in quarta quæſtione, & quia etiam in minimis feudis, ſecundùm ius feudorum

 rum

rum datur prouidentia ex beneficio Corradi. vt in §. cum verò, eodem titulo: non ſit diſtinctio militum, aut minorum valuaſorum: & debet in his feudis inſpici qualitas Baroniæ, vbi non appareret inueſtitura ipſorum: cum membra a capite regulentur, ſecundùm Dominum Loffredum conſilio 39. numero 33. & ad quæſtionem vnam per Decium conſilio 390. tertia columna, ſecundo volumine, benè tamen in his tertulis, quæ non detinentur iure feudi, ſed ſoluitur redditus. illas veluti non feudales, non puto in regulari prouidentia computari. Sed merum ius Romanum ſpectari, tam in ſucceſſione ipſarum quàm alienatione. vbi aliter de inueſtitura & cõſuetudine non conſtaret, ſed in his conſuetudo Baroniæ intuenda eſt. & hoc etiam cognouimus in ſacro Conſilio.

24 Decimaoctaua, de iure Regni † ſi vaſallus Regis non ſoluit ſeruitium & adhoa: quod de feudo debetur, vel ſi diminutum, & non integrum non perdit feudum, licet de iure feudorum eſſet ſecus, quia Rex in Regno remiſit ſuis vaſallis, & eos ad compoſitionem admiſit, per capitulũ Roberti, de quo Andreas meminit in ca. primo, quo tempore miles. & habeo aliud a penna, originale eſt in regiſtro. ſi tenens feudum a Barone non ſoluit, perdit: quia ius feudorum remanet in correctum. debet tamen Baro id ſeruare in ſuo vaſallo, quod Rex ſibi: vt per Afflict. in c. quoniã de prohi. feud. aliena. per Lotharium; neque ex hac culpa vidi iudicatum, feuda eſſe deuoluta. quando autem ſolueretur redditus, vel cenſus, etiam in hoc ſpectamus conſuetudinem: & cum magna æquitate procedimus admittendo ad purgandam moram. & ſi debetur vt redditus, quia feudum, vel vt emphyteuſis feudi. hanc quæſtionem doctores poſt Andr. plenè ponunt in c. 1. §. ſed nec eſt alia iuſtior: quæ ſit prima cauſa bene. amittendi, & Paris in tract. de reintegra. feudorum, ſolio 250. dixit non admitti purgationem moræ, propter ritum magnæ Curiæ: hoc non ſeruamus in Conſilio, niſi quando ſic eſſet conuentum, quia tunc contra expreſſam conuẽtionem ab æquitate recedimus, & ſeruamus rigorem: niſi aliqua cauſa probabilis excuſaret: vt propter paupertatem, ſecundùm Andr. in capitulo firmiter. de prohi. feud. alien. per Federicũ, in verbo & plauſtrorum. & in conſti. Regni, ſi vaſallus culpam vel ſi qua alia. Dominus Antonius de Alexand. in d. ca. ſed nec eſt alia. ſequitur opinionem Laudenſis in c. 1. de his qui feu. dat. poſſunt. quod vbi præſtatur redditus magnus, habito reſpectu ad rem conceſſam perdat, ſi non ſoluit per triennium, quia videtur conceſſiſſe nedum in gratiam vaſalli: quàm ob ſui vtilitatem, ſecus ſi ſolueretur quid modicum, puta par chirotecarum, aut modicum piperis, vel quartũ gallinæ: & ad materiam vide per Zabarel: conſi. 92 Fulgo. conſilio vltimo. Cuma. conſilio. 164. Ale. conſilio 5. & conſil. 11. 5. vol. & per Alber. Bru. conſilio 41.

25 Decimanona, quando feudum † eſt quaternatum, præſtatur ſeruitium Regi pro ſingulis 20. vncijs, decem, & parum plus, quando eſt cum vaſallis, & quando non, ſoluũtur 6. vnc. ſed quando Rex exigit ſeruitium perſonale, ſeruiet feudatarius ſuis expen. per menſes tres a die monſtræ, ſecundùm Andr. in conſti. Regni, hoſtici, in fine vel ſecundùm Luc. de Penna in capitulo Regni. item ſtatuimus, quòd Comites a die quo ſubmoniti deſcenderint ad locum, in quo iniunctum eſt eis, quando verò feudum eſt planum, & de tabula ſeruiet vaſallus per dies. 40. ad expenſas, & equos domini, niſi aliter ſe inueſtitura habeat per capitulum Regni, quod incipit, habuit ſubfeudatariorum, ego habeo a penna, illud etiam refert Afflic. in capitulo 1. §. ſed nec eſt alia iuſtior 4. col. quæ ſit prima cauſa benefi. amit.

26 Vigeſima, ſi vaſallus † tenens feudum quaternatum committit culpam, per quam feudum amittere debet, illud applicatur Regiæ Curiæ detinendum, donec viuit feudatarius, vt dicit Andr. in conſti. ſi quando, & eius filij, & ex eo deſcendentes, per oo. per Andr. in c. 1. ſi vaſ. feud. priuetur, & ſic in Regno limitatur tex. in c. illud de prohi. feud. alie. per Feder. quia feudum quaternatum ſolus Rex confert tenendum a Barone per conſtit. Federi. poſt mortem. Andr. in c. 1. §. ſi quis hominem, de pace tenenda, & in c. 1. qualiter vaſal. ior. deb. do. fid. quando verò feudum eſt planum, & de tabula, deuoluitur ei, a quo tenet: vt dicit And. in c. 1. §. ſimiliter. 6. colu. de capi. Corradi, & in c. 1. 4. col. ſi vaſal. feu. priuetur. & in c. 1. hic finitur lex. & in cap. 1. qualiter dominus feudo priuetur. quando non eſt directè contra Regem: ſed quando ſubfeudatarius Baronis offendit Regem. vide in conſtitutione Regni poſt mortem, & per Bal. in capitulo imperialem, & in conſilio 221. nonnulli. in tertio vol. & in conſilio 251. nonnulli. in primo volu. vbi ſequitur glo. in d. §. illud. & eam dixit eſſe auream, & non alibi.

Vigeſimaprima, ſecundùm ius commune feu
27 dorum. † ſi frater recipit feudum pro ſe & hæredibus, frater non ſuccedit fratri: vt in capitulo primo, de duobus fratribus de nouo benefi-
28 cio inueſtit. † Quia verbum hæredibus, exponitur pro deſcendentibus ab ipſo acquirente: vt in capitulo primo. §. & ſi clientulus. de alienatione feudi, & in capitulo finali, ſi de feud. fuer. contro. & ſæpe dicit Gul. de Perno, quòd feudũ nouum non habet agnatos, & ſecundùm iſtud ius in feudo plano, & de tabula frater non ſuccedit fratri, niſi aliter ſe habeat feudi conſuetudo, ſi feudum eſt quaternatum, frater ſuccedat fratri, ex prouidentia conſtitutionis, quæ admittit fratrem ex interpretatione prudentium, nulla facta diſtinctione ſi feudum ſit paternum vel nouum, text. eſt Federici in ſua conſtitu. vt de ſucceſſio. & ibi Andr. & Moder. & in deciſ. Rotæ Neapol. 293. etiam ſi frater non ſit ex vtroque latere coniunctus ex verbis dictæ conſti. quę generaliter loquitur ſecundùm Andr. ibi, & in conſtit. ſi quando. vbi de fratre vterino. & ſecundùm Bal. in conſ. 10. inter conſilia Ang. linea Collateralis in Regno eſt cauſa acquiſitionis feudi, dum ponderat, & declarat eandem conſti. ibi, ex Collaterali linea venientes. dictio, ex, cauſam pro-

ximam,

ximam,& immediatam ſignificat, vt in l.1.§. ex
incendio,de incendio,ruina,& naufragio.ideo
ea conſtitutio non poteſt intelligi de feudo an-
tiquo ſed nouo.& Bal.nemo ibi allegat, qui in-
terpretatur eandem conſti.hoc addo, quòd fra-
ter,qui ſuccedit fratri in feudo nouo ex proui-
dentia dictæ conſtit.dicitur venire ad feudum ,
vt hęres,& niſi ſuccederet fratri in eius hęredita
te,non poſſet habere feudum,cum lex Regni vo
cet ipſum vt ſucceſſorem,neceſſe eſt.vt veniat iu
re hęreditario. cum lex feudalis ipſum non ad-
mittat,& forma inueſtiturę relata ad ius feudo-
rum ipſum non includat explicitè, ſed ex vete-
rum interpretatione beneficio legis nouæ ſuc-
cedat.ita ſingular.Corneus conſi.199.in 2.vol.
qui declarat plenè eandem conſtitutionem , &
capitulum volentes,Regni Siciliç:& miror,quod a
noſtris Regnicolis ſcribentibus in eorum Le-
cturis , Conſilijs,& Tractatibus non allegetur,
filius autem fratris non ſuccedit in feudo no-
uo: quia de eo non loquitur eadem conſtitutio
neque capitulum Honorij, & eſt caſus omiſſus:
& remanet ſub diſpoſitione iuris antiqui, vt in
l.commodiſſimè,de vulg.& pupill.

Vigeſimaſecunda,parua feuda. † non ceſen
tur iure feudi, vt in capitulo primo,§.notandũ,
de his qui feudum dare poſſunt , nec habent cõ
ſuetudinem feudi, vt in capitulo primo,quis di
catur Dux,Comes,vel Marchio.& dicuntur feu
da parua ea feuda,quę ſunt plana, & de tabula,
feuda autem quaternata cenſentur iure feudi.&
habent conſuetudinem feudi ſecundùm glo.pri
mam in conſti.Regni, vt de ſucceſſio. quod in-
tellige, vt parua feuda non cenſeantur iure feu-
di ex conſuetudine feudi , ſcilicet municipalis
huius Regni.non autem iuris communis feudo
rum:cum in illis ius feudorum attendimus. vt
ſupra diximus, & niſi in rebus particularibus
conceſſis ſub canone, vel redditu, & non ſub
onere feudali , vt tunc ſeruetur ius commune
Romanorum.

30 Vigeſimatertia, in feudis planis † & de tabu
la in Regno fœmina non ſuccedit parentibus ,
ſecundùm Modernos Neapolitanos in conſtitu
tione Regni. vt de ſucceſſionibus, prima colum
na:ſed in feudis quaternatis ſic,& nobilibus, per
tex. in d.conſti. & hodie in ſuccedendo habili-
tatus eſt ſexus fœmineus , ſicut maſculinus , tam
in feudo paterno, quàm materno , per illum tex
& per tex.Federici in aliquibus, & illud hodie
dicimus de fœmina , quod de maſculo , vt ip-
ſa etiam excludat patruum per ſubingreſſio-
nem loci paterni , vt Andreas dicit in capitu-
lo primo , de eo qui ſibi , & hęredibus ſuis.Sed
mihi videtur,quòd tex. dictæ conſtitutionis in
aliquibus , admittat fœminas ad ſuccedendum
in omni feudo , tam Franco, quàm Lombardo,
tam plano , quàm quaternato, & tam nobili,
quàm ruſtico,verba illius legis ſatis aperta ſunt
cuiuſcunque conditionis pater fuerit , Fran-
cus videlicet,aut etiam Longobardus, vel Bur-
genſis.licet rubrica ibi ſit. de ſucceſſione filio-
liorum , Comitum & Baronum, & in exordio
legis,in nobilibus dicat.prouiſio tamen ſit vni-
uerſaliter admittendo fœminas non extantibus
maſculis ad ſucceſſionem patris in bonis omni
bus feudalibus . idem tenet Afflictus in capitu-
lo primo,§.filia verò,de ſucceſſio. feudi,& in §.
ſequenti dicit, filiam matri ſuccedere in feudo
materno,per tex.in dicta conſtitutio. in aliqui-
bus,& contrarium dixit in dict. conſtitutio . vt
de ſucceſſionibus , vt fœmina non ſuccedat in
feudis planis : ſed ibi non aduertit ad tex. prçce
dentis conſtitutio.in aliquibus, & Andreas idẽ
tenere videtur in dicto capitulo primo,§.& quia
de his qui feudum dare poſſunt , dum generali-
ter loquitur, allegando tex.in d.l.in aliquibus.

31 Vigeſimaquarta,mulier habens feudum † no
bile.in quo viuitur iure Longobardorum , non
agit ſine conſenſu mundualdi, ſecundùm Lucam
de Penna in l.prima,quarta col.C.de impenen-
da lucra.deſcriptio.in ruſtico ſecus , ſuper quo
cogita,quia Lucas ibi non firmat.

32 Vigeſimaquinta , prçſumitur † aſſenſus in
alienatione feudi plani,& de tabula ex poſſeſſio
ne triginta annorum:cũ de iure feudorũ ſuffi-
ciat tacitus, vt not. Andreas in l.hac edictali,de
prohibita feudi aliena.per Lotharium , & quod
ex tempore inducitur, tacitum , eſt & præſum-
ptum,quod poteſt tacitè fieri ex tempore, poteſt
tacitè induci,quando verò feudum eſt quaterna
tum ex poſſeſſione triginta annorum in aliena-
tione feudi non præſumitur domini aſſenſus .
quia requiritur expreſſus, & verus cum confir-
mationis decreto , vt dixi in materia aſſenſus ,
quęſtione.28.in fine.

Vigeſimaſexta, feuda quaternata in Regno
33 † cenſentur iure veri feudi ſecundùm leges Re-
gni. Feuda autem plana iudicantur ſecundùm
leges feudales : & inter iſta differentia eſt , de
34 qua aliàs dixi. † Caſtrum autem feudum eſt
quaternatum in Regno per legem Federici.iuſti
tiarij nomen,& normam.prope finem,quare au
tem hoc ſit,nemo noſtrorum peritorum ſcribit
puto ego hoc eſſe propter homines , qui in ca-
ſtro habitant, nam ſi non eſſent in eo homines
vaſalli Caſtrum habitantes, non eſſet quaterna-
tum feudum, etiam quòd aliàs fuiſſet,niſi ex for
ma aliter appareret, inſpecto tempore , quo de
feudi qualitate diſceptatio ſit. feudum , in quo
ſunt homines vaſalli, mares ſeu fœmellæ, eſt no
bile,& ex eo contrahitur paradogium, ſępe An-
dreas dixit.& in capitulo filij nati , ſi de feudo
fuerit controuerſia,& in capitulo primo,de feu
do marchiæ. per legem iuſtiſſimè :de æditiuo edi
cto.cum homo ſit digniſſima creatura, licet poſ
ſit feudum eſſe nobile, quod recognoſcatur a Ba
rone quò ad quid erit,& non per omnia,in du-
bio nobilia feuda Regis eſſe præſumuntur,& le-
ges & conſtitutiones Regni de nobilibus feu-
dis loquuntur , vt paret ex titulis illarum in
tertio libello, & in titulo de ſucceſſione nobi-
lium in feudis,& per gloſſam in lege vt de ſuc-
ceſſionibus , nulla poteſt maior eſſe nobilitas ,
quàm dominari hominibus,quorum cauſa cun
cta,quę ſunt creata a Deo optimo maximo ,
ſiue in terra, ſiue in mari, ſiue in cœlo conſiſtant
parata,& ordinata aũt dominari ab hominibus ,
&

& in eos iuriſdictionem exercere plus eſt, quàm
ſeruitium pro vinea, vel pro caſtro, vel redditũ
exigere. Ex iſta ratione caſtrum feudum quater-
natum iudicatur in Regno, poteſt & ſecunda ra
tio aſſignari, quę forte in idem videtur, propter
publicam, & ſacram authoritatem, quę cohæret
in caſtro: ſcilicet propter facultatem iurisdicen
di inter homines. hoc nõ poteſt eſſe ab homine,
ſed tantùm à Rege in Regno: poteſtas iurisdicen
di de publico eſt, ſecundùm Vlpianum in l. 1. §.
huius autem ſtudij, de iuſtitia & iure. quatenus
in iudice reſidet, publicũ eſt, licet priuatam vti-
litatem concernat reſpectu exercitij & admini-
ſtrationis concernentis priuatos. Facultas crean
di magiſtratum publica eſt, vt ibi, quod Federi-
cus Imperator in titulo quæ ſunt Regalia. inter
Regalia annumerauit in eo verbo. poteſtas creã
dorum magiſtratuum, & eſt in ſacris, quia ſuper
hoc homine leges ſancitæ, & ordinatę ſunt, &
quia ipſi ſacra tuentur, vt ſunt ſacerdotes, tem-
pla, vaſa, & alia publica ornamenta, non vilis
portio reipub. eſt. ideo propter hanc poteſtatem
deputandi magiſtratum ſuper illos homines in
caſtro habitantes, Rex ſibi aſcripſit, vt feudum,
quaternatum non infimum, non planum, neq;
de tabula, feudum hoc de publico eſt: vt in §. o-
ptimum. publica autem vel ſacra non poſſunt à
priuato fieri, erigi, vel cõſtitui: nullam habet à le
ge authoritatem: priuatus priuata facit, & priua
ta proſpicit, niſi quantum lex ſuperior, aut con-
ſuetudo ſibi permiſit, ar. eorum quę ſcribit In-
no. in capitulo cæterùm, de iudicijs, in ea diffe
rentia. & in capitulo cum ad ſedem. de reſtitu-
tione ſpoliatorum, & in capitulo in literis. & in
rubrica de iure patronatus, quem refert, & pro
ſingulari Dominus. G. de Perno. in nota. feudo-
rum. Illa ergo iuriſdictio, quam dominus exer-
cet inter vaſallos in caſtro habitantes, ciuilem di
co, alio non apparente documento, non poteſt
iudicari vt de plano feudo propter ſubiectum,
in quo verſatur, ſcilicet inter homines. iuriſdi-
ctio etiam in dubio ſemper præſumitur feudum
ſecundùm dominum Iacobinum in ſilua ſuæ in
ueſtiturę, in verbo de caſtro. & dominum Paulũ
de Caſtro in conſi. 163. in cauſa, quâ habet ma-
giſtratus. primo volumine. & dominus Caſſa-
neus ſuper conſuetudine Burgundiæ, in titulo,
de feudis. §. quarto. folio. 110. col. 1. nu. 18. niſi
forte teneat illam eccleſia, ex authoritate Andreę
& peritorum Regni, ex cuius dicto quidam præ
latus pretendebat a ſententia lata per Capita-
neum Caſtri, quòd in allodium eccleſia poſſide
bat, ad eum eſſe appellandum alio priuilegio
non exiſtente: quia enim Caſtrum, & iuriſdictio
eſſent penes eccleſiam in allodiũ, quod idem eſt
dicere, quod francum, & liberũ, vt not. in prelu-
dijs feudorũ. & in capitulo primo. §. ad hæc, de
allodijs, omnis iuriſdictio cauſarum pro ſuo ar-
bitrio ad eum pertinebat, tam in prima, quàm in
ſecunda inſtantia, coram Domino Laurentio Po
lo Regio Conſiliario, viro doctiſſimo, & acutiſſi
mo, & nunc primario Regiam Cancellariam Re
gente, erat cauſa Domini Epiſcopi Caſſanen.
hoc pretendentis; fuit cauſa mihi poſtea com-
miſſa, & alio non apparente contrarium ſentie-
bam, per tex. in dicto §. ad hoc, quia non exclu-
ditur ab ea libertate ius ſuperioris iuxta quali-
tatem rei, ibi hoc ſentit.
35 † Dominus Iacobus de Beloiſo, qui fuit Cõ
ſiliarius Caroli Secundi Regis Regni, & Rex nõ
intelligitur conceſſiſſe in eccleſiam, quãdo aliud
nõ apparet, niſi primas cauſas, ar. l. bones, §. hoc
ſermone, de ver. ſig. & ſupra dicit. conceſſio in al
lodium reputabitur quò ad onera feudi. vt Rex
non imponat ſeruitia. exigat vel ſtatuat ſuper te
ad eccleſiam tranſlata, eo tamen iure, quo data
eſt, vel donata eſſe preſumetur, appellatur a pre-
latis Regni ad Regem & magnam curiam Vica-
rię, & alios Iuſtitiarios, quando ipſi non habent
ex priuilegio, vel inueterata conſuetudine. pro
quo vide dominum Philippum Francum in ru-
brica de appellatio. & Sandæum in capitulo ſoli
tę. de maiori. & obediẽtia: Omnis iuriſdictio pe-
nes Regem reſidet. Bal. in conſi: 333. ad intelli-
gantiam, 1. vol. niſi quę in altum tranſlata eſt:
ius ſupremũ & Regiũ ab eo nunquam amoue-
tur, ſiue eccleſię, ſiue Ciuitati concedat. Quę iu-
riſdictionalia ſunt, non mutatur ius poteſtatis
ſupremæ à corona, quędam ſunt connexa niſi ex
36 tracta ſint. † Dominus autem Caſtri, & ſi nõ
habeat cauſas appellationum, quando dictũ nõ
eſt. quando ſuus officialis ſuſpectus recuſatur,
poterit de ſuſpicionis cauſa cognoſcere, & ipſũ
vt ſuſpectum remouere, vel ei adiunctum dare,
ar. tex. in capitulo ſi quando, de officio delegati
in 6. per quẽ ita firmat dominus Boerius in ſuo
ſingular. in verbo ſuſpicio, numero primo, &
quando ipſe dominus in cauſa eſt ſuſpectus: po-
37 teſt alteri cauſam committere. † Suſpicio enim
perſonam ſugillat iuriſdictionẽ autem non tol-
lit. l. pretor. vbi Paulus de caſtro & alij, de iuriſ-
dictione omnium iudicum, niſi in caſu legis pri
mæ. vbi no. Bal. C ſi quacunque preditus pote-
ſtate. vel quando dominus vt inimicus repelle-
retur, per tex. in l. ſi pariter. ff. de liberali cauſa,
ibi, niſi iuſtam cauſam afferat, quare ad eum mit
ti non debebit, forte ſi cum iudicem inimicum
ſibi eſſe affirmet. Quod non admittimus in ſa-
cro Conſilio, quia vbi dominus inimicus eſſe cõ
probatur, non perdit ex hoc facultatem delegã
di, habet ipſe iuriſdictionem in feudum, & in vti
le dominium, non autem in officium, quod faci
lius tollitur, & ad aliũ poteſtas deuoluitur. De of
ficiali loquuntur leges non de domino. Sæpe
hoc decidimus. & quando in delegando quò ad
certam perſonam eadẽ ſuſpicio procederet, nos
in cauſa certum iudicem deputamus, qui nomi-
ne domini procedat, cognoſcat, & faciat iuſtitiã
38 in cauſa. † Dominus Caſtri poteſt etiam crea-
re aſſeſſorem. c. ſtatutum. §. aſſe. de reſcriptis in
6. Afflictus in l. imperialem 13. no. nu. 51. & no
tantum in cauſa: vt in dicto capitulo §. fi. & per
Andream in verbo poteſtas creandi. & in §. ſcri
ba verò, taxare ſalarium, creare ſeruientem, exe-
cutores, & alia facere, quæ ſunt pro iuſtitia admi
39 niſtranda inter partes. An † autẽ in oppido do-
mini poſſit fieri executio per officiales Regios ſi
ne requiſitione domini, vide dominũ Amanel-
lum

lum de Clarisaquis in ſuis ſingularibus. & tex. in l.ſecunda. C.de his qui latro, occultant. & in §.ſi verò. in authentico de exhibendis reis, ipſe tenet quòd non: & idem dominus Petrus Iacobus doctor Gallicus in ſua practica folio. 183. 40 col. tertia. Quid in Regno cogita. † & an ſi officialis Regis delinquit in terra domini, poſſit ipſum punire ratione delicti, vel debeat remitti ad Regem, per eundem dominum Petrum Iacobum in titulo de ſtatutis vniuerſitatis, cha. 83. 1. ſecunda, & tertia col. & char. 118. per dominum Manſuetum in ſuo tractatu, & per dominum Iacobum Rebuffum in l. ſecũda. C. de nup. lib. 12,

DIFFERENTIAE INTER FEVDA REGALIA TITVLATA, ET ALIA FEVDA NOBILIA, ET QVAE IVRE FEVDI CENSENTVR.

SVMMARIVM

1 *Feuda Regalia, Ducatus, Marchionatus, & Comitatus inter hæredes non diuiduntur, ſed vni hæredum in ſubſidium applieantur.*

2 *Feuda, quę non ſunt Regalia, nec titulata, diuiduntur inter hæredes de iure feudorum.*

3 *Feuda de iure Regni in viuentibus iure Francorum ſpectant ad primogenitum tantùm: cum alijs fratribus ſola vita & militia aſſignetur.*

4 *Reuocatio illicitę alienationis feudi competit feudatario alienanti ex perſona domini, & ex ſua auctoritate, qui ſolus poterat reuocare, quod facit ad intellectum conſli. Regni diuæ memoriæ.*

5 *Feuda Principatus, & Archiprincipatus quare nõ leguntur in vſibus feudorum, & de ipſorum origine in Regno.*

6 *Aſſenſus præſtitus alienationibus, vel obligationibus bonorum feudalium non extenditur ad illud feudum, quod eſt caput Comitatus, vel Baronia, niſi ſpecialiter ſit dictum.*

7 *Filius Regis, Ducis, Marchionis, vel Comitis viuente patre aſſumit nomen dignitatis patris. quod ſecus eſt in filijs aliorum feudatariorum, vel Baronũ*

8 *Inueſtito patre cenſetur inueſtitus filius, cum ſola ſibi deſit adminiſtratio in vita patris.*

9 *Teſtes ruſtici, angarij, vel habitantes in uillis non admittuntur contra Barones in criminalibus, niſi in crimine lęſę Maieſtatis.*

10 *Filij Baronum præſumuntur noti, & cogniti Domino Regi, propter nobilitatem, illuſtrem familiam, viſitationem, & ſeſſionem apud Regem, quod ſecus eſt in filijs aliorum feudatariorum.*

11 *Comites, & Barones in cauſis criminalibus & feudalibus habent iudicium parium cum alijs iudicibus ordinarijs, & quomodo.*

12 *Pares, qui aſſumuntur ad iudicandum in cauſis Baronum, debent habere feuda quaternata a Rege, nõ a Baronem: cum debeant eſſe eiuſdem qualitatis, cuius eſt conuentus.*

13 *Feuda quaternata, quæ tenentur a Barone, non ſunt eiuſdem effectus quoad omnia cum ijs, quę tenentur a Rege, ſed ſecundùm quid.*

14 *Feuda quaternata, quæ tenentur à Barone cum ijs, quę tenentur a Rege, in quibus differant, & in quibus conueniant.*

15 *Barones, & feudatarij, & Magiſtratus, qualiter & quo ordine ſedeant penes Regem in parlamento generali.*

16 *Seſſionis gradus in Conſilio, ſeu in parlamento generali, & apud perſonam Domini Regis, & quis ordo, ſeruetur inter Imperatores, Reges, Proceres, Magnates, Principes, Duces, Marchiones, Comites, Barones, Feudatarios, Magiſtratus, Sindicos, Epiſcopos, vel Abbates, & alios.*

17 *Sindicus Inclitæ, & Fideliſſimę Ciuitatis Neapolis pręcedit oẽs Magnates. & Proceres Regni. ac omnes officiales etiam ſupremos in parlamento. generali.*

18 *Ordo ſedendi inter officiales Regni penes Regem, vel eius locumtenentem generalem.*

19 *Magiſtratus quo ordine ſedeant penes Regem, & quid de ipſorum ſubſtitutis, & locumtenentibus.*

20 *Scriba portionis, ſeu rationis, quomodo ſedeat penes Regem*

lex illa prohibet caſus de iure feudorum permiſ
ſos.dulcius autem punit, cum dat alienanti fa-
cultatem, quæ propria erat Regis reuocandi: vt
ipſeidem alienans reuocet, ne incurrat in pœ-
nam.recipiens autem non poterit: quia ſibi non
apparet attributa poteſtas: nec eſt de illis contra
hentibus, qui feudum alienant. & in eo ratio di
5 uerſa viget, vt dixi. † Feudum etiam Principa
tus, & Archiprincipatus non ponitur in dicto,
§.preterea. neque in capitulo primo, de feudo
marchiæ, neque de eo legitur in vſibus feudo-
rum. Forte à primis Longobardis non fuit co-
gnita tunc dignitas hæc tam ſublimis, quia de
illa feciſſent aliquam mentionem in legibus ip-
ſarum, aut in vſibus feudorum. In Regno hoc Si
ciliæ apud Sãnites primò cœpit Beneuenti Pri-
ceps nominari in tota regione Samnitum, po-
ſtea apud Campanos, & dictus eſt Princeps Ca-
puæ. & deinde apud Picentinos Princeps Saler-
ni. Neapoli poſt per Imperatores græcos Prin-
ceps Neapolis, & etiam apud Barum Princeps
Bari: Hi primi Pincipes in Regno, qui & poſt-
modum diuerſis Oppidis, & Ciuitatibus conſti
tuti ſunt. Rex creat in ſuo Regno nouas digni-
tates, prout vult; ſed non deberent niſi in celebri
Ciuitate deputari, & ex genere illuſtri, ac proſa-
pia Magnatum.
6 Secunda differentia eſt; † quia ſi Rex dat li
centiam alienandi feuda, vel ipſe præbet aſſen-
ſum obligationi bonorum feudalium, non in-
telligitur de illo feudo, quod eſt caput Comita-
tus, vel Baroniæ per legem Regni, ſiquis Baro,
per Dominos noſtræ Rotæ deciſio ne 265. col.
3. per eundem Collectorem in lege Regni præ-
ſes. & dominus Lo fredus conſi. 39. numero 36.
quod ſpeciale nomen habet, debet ſpecialiter ex
primi, ſecundùm Andream in capitulo primo,
prima col. Epiſcopum vel Abbatem: ſicut di-
ſtinguuntur de equo demonſtrãte quadrigam. l.
peculium, §. quadrigæ, de legatis ſecundo. Lucas
de Penna in l. omnes, C. de fundis patrimoniali
bus, libro 11. de qua die vt dixi in dicto capitu-
lo primo, facit pro aſſenſu per Regem Catholi-
cum præſtito pro dotibus, vt non intelligatur,
quò ad caput Comitatus, vel Baroniæ, quia non
dixit, Ciuitas titularis, vel Oppidum non venit,
quando non eſt dictum ſpecialiter, ar. tex. in ca-
pitulo ſecundo, de præbendis in 6. & ibi gloſſa, &
in capitulo quia periculoſum, de ſenten. excom-
mun. in 6. niſi forte illud feudum nominaret, li-
cet illam dignitatem non exprimeret, ſecundũ,
dominum Bertrandum conſi. 78. tertio libro, al-
legat Bal. in §. cum Vrbem, quò ad Regem iam
dicitur expreſſum, & tollitur obſtaculum iuris
municipalis, licet non narretur, eam Ciuita-
tem, vel illud Caſtrum caput eſſe dignitatis Re-
galis, vel in Regno Baroniæ, hoc eſt ex lege Re-
gni, per tex. in dicta. l. ſiquis Baro, quæ ſumpta
eſt ex theorica iuris communis.
7 Tertia differentia eſt: † Filius Regis, Ducis
Marchionis, vel Comitis, patre viuente dicitur
Rex. Dux, Marchio, vel Comes, ſecundùm gloſ-
ſam in capitulo fin. 24. quæſtione prima, quam
Andreas allegat in capitulo primo, quis dicatur
Dux. & in præludijs feudorum quarta colum. &
Corſetus in tractatu de poteſtate, & excellentia
Regia, quæſtione. 25. non tam propriè vt dixi ſu
pra, & ſequuntur Moder. Galli ſuper conſuetu.
pariſien. folio 124. Filij autem aliorum feudata-
riorum non dicuntur propriè neque impropriè
patre viuente feudatarij, vel Barones. ex dictis
per Andream in dicto loco, & in lege Regni pro
ſequentes. filius quamuis patre viuente cenſea-
tur dominus. l. in ſuis. de liberis & poſthumis, &
in feudo ſibi ſola adminiſtratio deſit, ita quòd
patre moriente non dicitur capere feudum, ſe-
cundùm Bal. in capitulo primo, an mutus vel
aliàs imperfectus. & ibi ex gloſſa nota ſapidum
modum loquendi: tamen non habet nomen feu
datarij, vel Baronis in vita patris: hoc habetur
ex dictis per Andream, qui facit differentiam in
dicta. l, & neſcio qua ratione, fundatum eſt in
hac diſtinctione, cum vtroque caſu vel propriè
vel impropriè debeat vocari Baro, vel feudata-
rius. ſicut ſi eſſet filius Comitis, vel Ducis; cum
patre eſt eadem caro, reputatur eadem perſona.
8 † & patre de feudo inueſtito filius etiam habe-
tur pro inueſtito, etiam ſi eſſet feudum dignita-
tis, & Regale, per tex. in capitulo primo, de feu-
do marchiæ, ſola ſibi deeſt adminiſtratio in vita
ſiue feudum ſit magnum, ſiue paruum, aut titula
tum, quò ad concedentem eſt de feudo inueſti-
tus, & quò ad feudum habet quaſi dominium,
quæri non poſſet nominari Baro vel feudatarius
in vita non eſt dare bonam rationem diuerſita-
tis. glo. & alij, qui poſuerunt de filio Regis, &
Comitis, dixerũt gratia exempli, & de alijs filijs
Baronum & feudatariorum ſi fuiſſent interroga
ti, idem dixiſſent, ſi filius Baronis iuuatur bene-
ficio Baronis. ex hac concluſione inſurgit multa
vtilitas in Regno vt infra dicam.
Quarta differentia eſt, ex lege Regni, quæ inci
9 pit proſequentes. † Cum Baro accuſatur, cri-
minaliter, aut de omnibus bonis ſuis, aut maiori
parte bonorum, non habet contra ſe teſtes ruſti
cos, vel angarios, aut habitantes in villis, idem
in Comite, contra Comitem, duo Comites, aut
quatuor Barones, contra Baronem, duo Baro-
nes, aut quatuor Milites, & contra Milites nu-
merus in dicta lege aſſignatus per Federicũ Im-
peratorem. crimine læſæ maieſtatis excepto, in
quo teſtium, & perſonarum eadem eſt condi-
tio. fuit lex illa fauorabilis viris militaribus, ſed
non per multam rationem ex diſtinctione per-
ſonarum, quamquam in multis viri notabiles,
ſint à lege exempti, argum. l. iuriſperitos. §. fin.
ibi, valde diſciplinatos, de excuſatio. tutorum
hodie tamen illa lex nõ obſeruatur, ſed pro qua
litate cauſæ, & perſonarum bonus iudex ſu-
mit arbitrium.
10 Quinta differentia eſt: † quia filij Baronũ,
præſumuntur noti, & cogniti Domino Regi, ſe-
cundùm Andream in capitulo primo, col. 9. quo
tempore miles: alij autem filij feudatariorum
non præſumuntur cogniti penes Regem, & eius
curiam, ſolent aſſiſtere magni valuaſores. qui eo
demmet ordine eorum filios dimittunt ad ob-
ſequia, & ſeruitia Regis, ſunt noti Domino Re-
gi,

gi,quia nobiles ſunt,& ipſi es familia Illuſtri,ha
bentes magna ſeuda,caſtra, & oppida:alij autem
feudatarij cum & ipſi non ſoleant viſitare Domi
num Regem:nequa ipſis pateat aditus,non ſunt
apud Regem cogniti:minimè & filij ipſorum ha
bent talem modum adeundi Regem,quando,&
ipſi de longinquis partibus orti ſunt, vetuſtio-
ribus temporibus poſt Normannos Sueuùm tē-
pore& Reges ipſi habebāt libellos , ſeu breuia
omnium feudatariorum , vaſallorum,& filiorū
eius.legi ego in archioo primo,ſub Henrico Im
perarore,Federico filio,&Carolo Primo.& ſecū
do,omnes nobiles familias,quę erant in Ciuita-
tibus & terris Apruꝫij,Apulię,Calabriæ,& ſeria
tim nomina filiorū nobiliū,& nobiles ſeparatim
à popularibus diſtinguebantur. Rex ex illis non
nullos ad curiam ſuam euocabat , & etiam pro
temporum qualitate ad aliam ciuitatem euoca-
bat Campanię nobiles & gentiles familias agri
quoque Picentini,in quo Salernum, Amalphia,
& Surrentum,Metropoles,Rauellum , Scalæ,Li
tera, & nonnullæ aliæ ſunt conditæ Ciuitates,
ſub quodam antiquo libello deſcriptę ſunt:quē
penes aliquos vidi,& penes me extant in vetuſto
codice monomenta,ſeo inſcriptiones in mar-
moribus gentiliom earundem Ciuitatum , qui-
dam ciuis recollegit in vnum,& mihi conſeruā
das aſſignauit.

Sexta differentia eſt. † Comites , & Baro-
nes Regni cum pro criminibus accuſantur , per
iudices ordinarios non damnantur , aut abſol-
uuntur,niſi cum interuenſu aliorum Parium:vt
ſi eſt Comes cum interuentu duorum Comitū,
ſi eſt Dux cum interuentu Ducum, & ſi eſt Baro
cum aſſiſtentia Baronum. Federicus ſtatuit hoc
in lege Regni,vt vniuerſis, idem ſi ciuiliter pro
caſtro,aut bonis feudalibus,vt ibi dicitur.Federi
cus ibi voluit fauere nobilitati Comitum,& Ba-
ronum.& aliorum qui militariter viuunt, vt in
principio illius legis,lex in multis fauet nobili-
tati,vt in l.tertia C.vbi ſenatores vel clariſſimi,
plura poſt Moderniores poſuit Dominus Caſ-
ſaneos in tractatu gloriæ mundi 8. parte per to
12 tum. † Pro Paribus ad iudicandum vel abſol
uendum hi tantùm admittuntur,qui tenent ſeu
da quaternata à Rege,ille autem, qui feuda te-
nēt in capite à Barone,quamuis quaternata ſint
non recipiuntur pro Paribus,hoc Imperator de-
creuit in dicta lege,cuius dicti non aſſignatur ra
tio à ſcribentibus : ſed cum conuentus te-
neat feudum à Rege,conſequens eſſe debet:vt iu
dex illius ſit qualitatis,cuius eſt conuentus , te-
nens feudum quaternatum a Barone,licet Baro
ſit ſicut eſt conuentus,vel acuſatus,non eſt vaſal
lus Regis,ſed eſt feudatarius Baronis, quamuis
feudum quaternatum conſeratur à Rege, per le
gem poſt mortem, verè tamen eſt vaſalius Baro-
nis,qui eſt vaſallus Domini Regis , vterque eſt
vaſallus Regis,Baro immediate,ſuus vaſallus me
13 diate ex perſona ſui Baronis.† Ex hac lege duo
ſingularia colliguntur . Primom,quòd feudum
quaternatum,quod tenetur a Barone,non eſt ve
rè feudum quaternatum, ideſt quò ad omnia, &
14 quò ad omnes effectus,ſed ſecūdùm quid,† quò
ad quędam habetur regulariter vt feudum pla-
num,& de tabula , ex quo tenetur ſub Barone:
& de eo iudicandum eſt, prout de feudo plano,
& de tabula.niſi in his, in quibus ſpecialiter eſt
prouiſum : vt de feodo quaternato , videlicet,
circa alienationem,circa collationem,circa ſuc-
ceſſionem,& circa certum releuium & ſeruitium
& circa conceſſionem. vbi lex Regni de eo pro-
uidit, vt de quaternato:pro tali eſt tenendum.&
pro quaternato,iudicabitur,quia ſic placuit cō-
ditori legum Regni,& vſus ac cōſuetudo decla
rauit,alia ratio verè reddi non poteſt,quò verò
ad alia,pro quibus per legem aut conſuetudinē
Regni non apparet ſpecialiter prouiſum, etiam
quod in quaternionibus ſcriptum , & annota-
tum ſit,habendum , & tenendum eſt pro feudo
plano,& de tabula, poteſt haberi in quaternio-
nibus quò ad quædam,& pro illis deſcribi,& an
notari,nec poterit videri inconueniens:quia lex,
vſus,& conſuetudo Regni approbauit,& in vna
re quò ad diuerſos effectus poteſt iudicari diuer
ſo iure:& ab eo denominabitur , de quò magis
participet,ſeu cui magis incaleſcit,ex regula le-
gis quæritur.de ſtatu hominum.duę repręſentā-
tur perſonę in hoc feudo : Regis& Baronis,qua
tenus Regi debetur. & perſonam Regis tangit,
vel reſpicit,dicitur quaternatū,nobile,ſeu mili-
tare,quatenus verò applicatur Baroni , ſeu pro-
uiſio ad Baronem ſpectat,habendum eſt vt feu-
dum planum,& de tabula. notandū eſt hoc,quia
Peritiores Regni non explicant huncarticulū.
Secundum colligitur ex dicta lege. vt vniuerſis,
quòd parilitas in feudo cōſideratur reſpectu feu
di,& non reſpectu perſonę, quæ feudum poſſi-
det:nam tenens feudum quaternatum ſub Baro
ne non admittitur pro iudice ad iudicandum te
nentem feudum quaternatum ſub Rege,non eſt
parilitas feudi ex diuerſitate perſonarum ſubdi-
tarum , cum vnus ſubditus eſt Regi, alter verò
non , ſed Baroni, Rex non habuit eum pro con
fidato propter ſubiectionem,quam debet ſuo Ba
roni, cui aliquid poteſt imprimi per Baronem
dominum ſuum,ſic placuit Federico conditori
illius legis,ſufficit dare inſtantiam:vt in capitu-
lo ſicut vrgeri,prima quæſtione prima. quomo-
do autem iudicetur parilitas in feudo , credunt
aliqui a perſona poſſidente illud eſſe iudican-
dum,in capitulo primo de lege Corradi. dicitur
poſſe feodatarium alteri donare in feudum ſin-
cerè,bona fide pari ſuo, vel ęquali, vt ſi habens
feudum ſit Comes, vel Marchio, velit alteri in-
feudare, debet eſſe feudatarius ſuus , Comes vel
Marchio,quia habens feudum illius erat digni-
tatis,& qualitatis : illiuſmet debet eſſe ſubſtitu-
tus,qui eſt ſuus ſubſeudatarius,argum.l.parabo
lani.C.de epiſcopis & cleri. & ibi Bal. notat.
hoc tenet Paul.de Caſt.in conſilio 335.laodatio
primo libro.Sed ego aliud ſentio: vt ſufficiat eſ-
ſe parem reſpectu qualitatis illius feudi , quod
conceditur non autem perſonę concedentis.ſe-
quitur Maynus in præludijs.c 2.columna,Domi
nus Blaſcus Lancea in repeti. capitoli volentes.
Regni Sicilię 26.col.ac l.ſecundæ.§.ſi tamen,de
libero homine exhibendo,& in l.ſi plures,de ac
cuſatio

c[illegible]ſſio. debet tamen eſſe nobilis. c. Titius. ſi de f[illegible]o fuerit controuerſia. ſi ille, cui conceditur f[illegible]tum, habeat, & poſſideat feudum nobile, & q[illegible]ternatum: ſicut eſt illud, quod ei conceditur & nabilis ad illud feudum poſſidendum pro qua litate recipientis ad ſeudum, non autem conce dentis: vt ſi vnus Comes, vel Dux vellet alteri infeudare, ſcilicet Comiti, aut Duci, rarò vel nũquam hoc eſſet: quia dedignaretur vnus Comes eſſe ſubfeudatarius alterius, licet poſſit eſſe etiã vous Rex: vt per Andream in capitulo ſiquis deceſſerit, ſi de feudo fuerit controuerſia, in fine, allegat. l. hæres per ſeruum, de acquiren. poſſeſſio. D. de Neuizanis inter conſi. Brun. plenè con ſilio 1 2. col. 11. ſufficit eſſe parem pro illo ſeudo, non pro perſona cõcedente. Bal. in capitulo ſan cimus. col. vltima. de renuntiatione. pro hoc alle gat tex. in ar. in l. cum hi. §. in perſona. de tranſa. quem ſequitur idem Maynus in conſilio 1 27. in ſecundo libro. & idem Bal. in autheo. ei qui, co lum. 5. nu. 3 1. C. de bonis autho. iudi. poſſiden. & in capitulo quæ in eccleſiarum, de conſtitu- tionibus, iſta non declarantur in dicto capitulo primo.

15 Septima differentia colligitur † ex ſeſſione, quam faciunt domini & feudatarij in ſedendo,
16 in Conſilio, ſeu parlamento. † Nam quando fit generale Conſilium hoc ordine ſedent.

Primò Imperator Romanorum.

Secundò Rex Romanorum.

Tertiò Imperator Græcorum.

Quartò ſedent aliqui Reges pro more, inter quos lõgum & periculoſum eſſet eorum locum deſcribere.

Quintò. principes.

Sextò, Marchiones, Duces, Comites & poſtea Barones.

Colligitur hoc ex textu capituli fundamenta. de electio. in ſexto, & per dominum Corſetum, Caſſaneum, & Mod. Gallos. In Regno autem Siciliç hoc ordine ſedent poſt Regem.

Primò, primogenitus Regis, & qui de genere Regis orti ſunt.

A dextera Regis illi, qui tenent ſeptem officia Regni ſuprema, videlicet.

Dominus Comes ſtabilis. Dominus Magnus Admiratus. & Dominus Prothonotarius.

A ſiniſtra, Dominus Magiſter Iuſtitiarius, Dominus Magnus Camerarius, & Dominus Magnus Cancellarius, Dominus Magnus Siniſcalcus ſedet in pede Regis, quando ibi Dominus Rex aſſiſtit in Conſilio generali ſuo, vel parlamento. aliàs ſedet ipſe in ſexto loco, poſtea Principes Regni ex ordine antiquitatis Duces, Marchiones, & Comites ex ordine ipſorum, prout dignitatem Comitalem, aut Marcionalem, aut Ducalem adepti ſunt. Poſtremò Barones, inter quos non ſolet fieri diſtinctio, quis eorum antiquior, nobilior, aut ditior ſit, propter copioſum numerum ipſorum, & omnes aſſident in Scannis, & Tabellis, prout inter ſe ipſos melius valent accomodare, deinde alij feudatarij tenentes feuda quaternata.

17 At Sindicus huius noſtræ inclitę, & fideliſſimę Ciuitatis præcedit omnes Magnates, & Proceres Regni, nec non & hos Dominos tenentes ſuprema hęc officia, pluries vidimus à capite omnium Sindicum noſtrę Vrbis. & poſtea ſedent alii qui ex Dominis his ſupræmis officialibus Regni. Principes, Duces, Marchiones, & Comites. Poſt hos Dominos Barones titulares ſedent Venerandi Epiſcopi, & Abbates. Primò Maior Cappellanus, deinde Vicarius Reuerendiſſimi Archiepiſcopi Neapolitani. Archiepiſcopi, Epiſcopi, & Abbates, ex ordine & antiquitate promotionis ipſorum, niſi eſſet aliquis in aliqua eccleſiaſtica dignitate conſtitutus, puta Legatus Sedis Apoſtolicę, vel Nuntius Sanctiſſimi Domin Noſtri Papæ. Et nota rationem quare Prælati aſſident à dextera Regis, per Abbatem in capitulo ſolitæ, de maiori. & obedientia. per Angelum in l. cum ſalutatus, C. de ſentent. paſſis, & per Dominum Nicolaum Boerium in additioni. de authoritate Magn Conſilij.

18 † A tergo Domini Regis, vel Proregis ſedent Domini Collaterales Conſiliarij, eorum ordine & promotione ad Conſilium, niſi inter ipſos eſſet aliquis Baro, titularis, Comes, vel Marchio, ipſe enim & ſi poſterior ſit admiſſus, prçcedit omnes Dominos Regentes primo loco ad Conſilium admiſſos, & promotos. Inter ipſos autem Barones titulares idem ordo temporis attenditur, per regulam. l. qui prior. de regulis iuris, ſupra nonnulla poſt alios dixi in quæſtione Principis.

19 † Poſt Regentes ſedet Prçſidens noſtri Sacri Conſilij, quem candidatum Principis vocat Capitius, ſed aliud eſt officium candidati Principis, qui vacat in Epiſtolis legendis in Senatu, vt in l. ſecunda. §. deinde cum ęrarium, de origine iuris. Feneſtella ibi, & alij Moderni, poſt Pirrum, Principis Cancellarius, de quo ibi per Cagnolum, Caſſaneum, & Pirrum Et an de iure deberet alios prçcedere ex authoritate, & dignitate ſui officij, ipſe etiam veluti Prçſidens Sacri Conſilij a latere Conſiliarius appellari poſſet. hodie tamen eſt innouatum. vt in eo loco ſedeat. Poſt Prçſidentem ſedet Locumtenens Magni Camerarij. Poſt Locumtenentem ſedet Regens Magnam Curiam Vicariæ, Locumtenens Magiſtri Iuſtitiarij, fuiſſet dubitandum, ſi deberet prçcedere Dominum Locumtenentem Magni Camererarij: cum Magiſter Iuſtitiarius præcedit Magnum Camerarium, ergo & Subſtitutus, & Locumtenens eius, qui deputatur à Domino Rege, debet prçcedere Subſtitutum, & Locumtenentem, deputatum à Rege in officio Magni Camerarij: non debet eſſe deterioris conditionis Locumtenens ſui principalis quò ad alium Locum tenentem alterius, qui in ordine eſt poſterior, ambo agunt locum alterius, & ambo conſtituuntur a Rege, & dignitas, & authoritas Magiſtri Iuſtitiarij quanta ſit, dixi in officio eius, & in officio Magni Camerarij. Credo ego rationem eſſe, quia Regens Magnam Curiam

Oo non

non eſt perpetuus, ſed annalis. Dominus autem Locumtenens Cameræ eſt perpetuus ad vitam, vnde ſi eſſet amouibilis eo modo, quo Regens, aliud eſſet, & inter officiales ille præfertur, qui perpetuus eſt in regimine, quamquam magna & grauis ſit dignitas, & præeminentia ſua, dum patrimonij Regij curam gerit, & pro viuere Regis & ſuſtinenda Corona, ac bellicis diſtributionibus continuam, & peruigilem operam impendit, penes ipſos ſedent Domini Conſiliarij bellici, qui in Collaterali Conſilio aſſiſtunt, dum res bellica tractatur, qua finita à Collaterali Conſilio recedunt, nec vllam habent aliã authoritatem vel iuriſdictionẽ, niſi eam quã illis D. Prorex delegat aut cõmittit, & vulgò nominã a tur. *El conſiglieri della guerra.* † Poſtea ſedet ſcriba portionis, qui vulgari lingua dicitur, *lo ſcriuano de ragione.* Vtraq; ſiquidẽ ſignificatio apud veteres dignitatis, & authoritatis eſt. Et primò de ſcriba, erat apud Romanos ſcribarum ordo, honeſtus hominum ſanctiſſimorum, & innocentiſſimorum, quorum fidei leges, & tabulæ publicæ committebantur, & apud græcos honorificum ſcribę munus: ad id nemo probus, vt Æmilius ait, admittebatur. niſi honeſto loco, fide atque induſtria cognita: cum eſſet neceſſe omnium conſiliariorum eum eſſe participem, idque officium magnos viros exercuiſſe. & explorata fide eorum dignitatem auxiſſe. Diocletianũ Imperatorem ſcribæ filium fuiſſe plerique affirmant, Eutropio authore: vt Dominus Alciatus refert in rubrica. C. de primario. libro 12. & Dominus Zaſius in l. ſecunda. in §. deinde, de origine iuris. Iouianus etiam Imperator creatus eſt ex ſcriba ſeu domeſticorum primicerio. Euſebio teſte: vt idem Alciatus tradit. Eumenes Cardianus ſcriba Regis Philippi. & poſt Alexandri Magni tanta creuit honoris eminentia, vt inter primos græciæ Principes poſt mortem Alexandri integritate, & bellicarum rerum gloria fulgeret. Regis quoque Porſennæ ſcriba eo ſplẽdore fuit: vt a Rege ipſo non admodum differret, & pro Rege a Sceuola interficeretur. Creſcente autem apud Romanos ſcribarum numero eum ordinem immoderatius excedentem Cato Vticenſis quæſtor coercuit. hæc de ſcribarum ordine & alia quæ ex Cicerone, Liuio, Plinio, Aulo Gellio, Eraſmo, ac Cagnolo haberi poſſunt. dicitur enim ſcriba portionis; quia vnicuique miniſtrorum, & officialium Regis portionem ſuã aſſignari mandat, prout vnicuique contingit, ſiue domi ſeruiat, aut in caſtris militet, hoc ſuũ eſt officium iubere. Erat apud Romanos officium huius ſcribę, cui cura erat vectigalium, Romani populi & ærarij, quod cuique erogandum eſſet. Polibius libro tertio de vrbanis quæſtoribus, ait. Negotioſa, & plena ſolicitudinis, fuit adminiſtratio illa, nam & ærarij & vectigalium populi Romani curam gerere, tum ſi quid pecuniarum publicè vel priuatim erogari, vel in ęrarium condi deberent, cunque exercitum ſcribere, & legiones eductas in campum perſpicere quęſtoribus mandabatur, qui ſingulos milites, Duces, & ſigna tenebantur notare. Conſules idcirco in expeditionibus comitando, hodie huc exercet munus portionis ſcriba, per ſe & per ſuos officiales, poſſet hac de cauſa vocari quęſtor vrbanus, magis à materia quàm a loci dignitate: ſuum eſt quęrere, notare, & ſcribere, cũ monſtra fit ſeu luſtratio, cum pręfecto exercitus aſſiſtere, perſpicere, & pecuniam militibus aſſignari facere, acquirendi curioſitate, prout ad ſuum ſpectat officiũ appellari poteſt: præeſt quoque quęſtoribus Regijs ac ſacri ęrarij, & ſuo interuentu diſtribuenda vnicuique impartiuntur partitionum præpoſitus à Macedonibus dictus eſt ſecundùm Didimum. Prouet. tertio. quod apud alios prępoſitus partionum, & portionis ſcriba. Liuius libro ſecundo, de Cn. Mutio loquens ibi, cum militibus ſtipendium forte daretur. & ſcriba cum Rege ſedens pari ferè ornatu multa ageret, & paulò poſt, ſcribam pro Rege obtruncat, & ærarij ſcribæ, qui rationes inſcribit, expenſi lati, & accepti relati, ſecundùm Ciceronem pro Cluentio nonageſimotertio, & Doletum ſecunda parte, portio dicta eſt, quaſi partitio, ſecundùm Papiam, quem allegat Lucas de Pen. in l. ſecunda prima columna, C. de metatis, libro 12. & ratiociniorum pręfectus: cui ratio redditur omnium expenſorum, quæ ad ęrarium ſunt repoſita, prout eſt in ſcriba portionis Regni huius, ex quo officium tenet in generali theſauraria, annotandi omnes cedulas, introitus, & exitus menſtruos, & cedulę in officio ſuo conſeruantur, vt illas comprobet in Regia Camera Summariæ cum computu dando in eadem Camera per generalem quęſtorem, idemque ſcriba cuſtodis officium tenet, dum in eadem generali theſauraria vnum habet officialẽ, qui controſcribit omnes Regios introitus ordinarios, & extraordinarios, vulgò *el credenzero*, appellatur, hic cuſtos latinè dicitur, ſecundùm Budeum in l. fi. de ſenatoribus, ſeu obſeruator, per l. 3. §. 1. in fi. de admini. tuto. ſequitur Caſſaneus in catalogo 6. parte. conſidera. 30. quæſtor non erogat pecuniam ſine ſuo interuentu, neque recipit, neque militibus leuis, aut grauis armaturæ, aut caſtellanis. ipſe enim liberantiam facit, iubet, & ordinat ſolui magiſter computorum, ſecundùm Budeum in titulo de officio quęſtoris, & per Pirrum in tracta. de quęſtorijs magiſtratibus, vel Pręſidens ſacri ęrarij, iuxta. l. vltimam. C. de aduocatis fiſci, vel antigraffeus greco vocabulo, eo quòd controſcribat geſta quæſtoris, hodie rotulator, & contrarotulator inſtitutus eſt, ne publicæ pecuniæ interuertantur, & qui nomina recipit militum, dum fit monſtra, ſecundùm latinos, luſtratio, ſecundùm Budeum tranſuectio, ſecundùm alios, oſtenſio, & ſecundùm aliquos expiatio. quæ tripliciter efficiebatur. & ex eo dicta eſt. ſcriba nominũ datorum, ab his, qui ſunt in monſtra, glo. non intellexit tex. in l. 1. de officio conſulis, & in l. 2. §. primo, ad tertullia. Budeus interpretatur ad delectum ſeſe exhibere: vt in l. 3. de re militari. hodie rollum appellatur communi voce ea pagina, in qua militũ nomina ſcripta ſunt, vel forte officiorum magiſter, cum gerat ipſe officiũ,

quod

quòd ſpectabat ad plures. Iſtis ferè ſcriba portionis comparari poteſt, quos ſupra expræſſimos, cum ex ſuo officij inſtituto in iſtis opus continuum præſtet per ſe, & plures miniſtros eius. Vernacula autem lingua portionis ſcriba dicitur, *el ſcriuano de ragione*. Hæc quoque vox, & ſi latina ſit, à veteribus exordium traxit; nam cũ antiquitus pauperibus darentur ſportulæ; quæ vel erant eleemoſinæ, ſecundùm aliquos, vel obſonium, quod diuites Romani ſalutatoribus dabant ſecretò ipſi cenantes, ſecundùm Budeũ, in l. & ſi mulier. de donatio. inter virum & vxorem, & quandoque nummi loco ſportularum: diuites poſtea etiam ſportulam captare, & expoſcere cœperunt. Scribę inſtituti ſunt, qui de iſtis ſportulis rationem redderent. quid, quantum, vel cui erogatum eſſet: ſcribæ rationum erogatarum ſportularum, vel à communi aulico verbo, cum Principes ſuis alumnis, & officiarijs cœperunt erogationes facere diurnas pro victu eorum, & equorum. quas vulgari lingua liberatas vocant. alij liberationem appellant: nonnulli rationem dicunt, prout ferè eſt dicere, hodie talis dominus dat, *la ragione de pane, vino, orgio*, & aliorum. Ratio dicta eſt, vel à numero perſonarum, quibus diſtribuitur pro tot perſonis, vel à multitudine recipientium: vel à qualitate, & valore diſtributionis. pro quo miniſterio deputantur officiales domus, qui deſcribant hanc rationem à Principe inſtitutam: vt ratio reddi poſſet. ſecundùm Iuuenalem.

Sportula quid referat: quantum rationibus addat,

Cui hæc ſpecialis cura demandata eſt, ſcriba rationis dictus eſt, hæc eſt (vt arbitror) quędam vocis alluſio, ſeu imago ſub vulgari nomine, *ſcriuan de ragione*: quia dat vnicuique quicquid pro ratione officij debetur, iuxta attributionem Regiam. Gerit etiam in Regno ſcriba portionis officium mareſcalli quò ad quid? cum militibus grauis, & leuis armaturę, & peditibus, cuiuſuis ſint nationis hoſpitia tradi, & aſſignari prouidet, Mareſcalli munus eſt. ſecũdùm Luc. de Pen. in rubr. C. de metatis & epidematis, lib. 12. & Caſſan. in ſua gloria, nona parte 17. conſide. & 21. & G. Benedicti in c. Rainu. numero 504. de teſta. Cagno. in l. 2. verſi. quò ad magiſtratus, de orig. iur. ſimiliter illis, qui Continui nominantur in Regno, aſſignant hoſpitia milites cohortis prętorię Capitius vocat hos. Continuos, quod ego non ſequor, ex his quę Budeus ſcribit in l. 1. de offi. præfe. pręto. Erat cohors quædam militum congregatio apud antiquos, quę Cõſuli, aut Pręton in Prouincia ſemper pręſto erat. ab eo nõ diſcedebat, quaſi quòd latus eius cingebat. Prætura appellata, quòd à prætoribus, quo nomine magiſtratus oẽs quibus præeſſet exercitus, apud veteres dicebantur: non diſcederet. Cętero militari munere immunes, aucta fuit poſtea ex tempore poteſtas, & authoritas eius: eum Romanũ imperiũ ad monarchiam deueniſſet: vt per Coraſium ibidem: puto magis eos celeres dicti, quia Continui ſunt pro præſidio. D. Regis, aut Proregis: ad ſimilitudinẽ illorũ trecentorum equitũ, quos Vrbe condita Romulus ad ſui corporis cuſtodiam primò aſſumpſit: ex Liuio in primo ab Vrbe condita. Feneſtella, & Pomponio Læto, de tribuno celerum fuerunt que varijs nominibus nuncupati. vt per Purpura. in l. 1. col. 11. de offic. eius cui man. eſt iuriſ. d. Cagno. in d. l. 2. §. fi. & Caſſan. in 9. parte. Hi. n. Cõtinui ad hæc continuo incũbũt, nobiles ſunt, milites dicuntur & Equites, his celeribus poſſunt ferè comparari eorum primus, qui Vexillũ defert; vulgò, *el Guidone* appellatur. vt in Gallia ſcribit Caſſa. in d. loco. conſider. 20. eorum origo in Regno, quomodo fuerit à Principibus inſtituta, non legitur, plures habet in ſuo officio pręeminentias portionis ſcriba. neq; alium ſuperiorem habet præter Regem, aut Proregẽ eius neq; de geſtis ſuis alteri rationem tenetur reddere. quomodo autem fuerit ordinatum officium hoc & à quibus Principibus, certum non habemus: plura quæ ex regula officij exercet à multis officialibus, & exercebantur, ſub Sereniſſimis Regibus Aragoneis: & à Dino Alfonſo primo ſ ſtirorum puto ex more Hiſpanico, cũ ſub veteribus Regibus Domini tenẽtes ſeptẽ ſuprema officia ex habebat munia, quæ ex tabella ſcrib æper ipſum adminiſtrantur: & alij ſingulariter ex iuncto onere. Diuus autem Ferdinandus Aragoneus, Hiſpaniarum, & Siciliæ Rex dominus noſter grauitatem officij prælibati conſiderans: cum ab eo tota Regni moles pendeat, atque gubernationis patrimonij in eodem conſiſtat, Illuſtrem Don Hectorem Pignatellum Ducem Mõtiſleonis ſcribam portionis creauit ac fecit: meritiſque id ſuis expoſcentibus fidei candorem, dexteritatem ingenij, in bellicis prudentiam, atque in pace ſapientiam, contemplatus, in Siciliæ Inſula Prorogem conſtituit. ac in eodem ſcribę officio Baroli Priorem germanum ſuum inſolidum adiecit: & eo defuncto Illuſtr. Burrelli Comitem filium ſuum genitori ſimilem in eodem officio adiunxit, quo ſimiliter patre viuente in domino migrante. Illuſtr. Don Hieronymo Pignatello, ex filio nepoti inſolidum vices officij commiſit. idẽq; fratri ſuo Illuſtr. Don Hectori Montiſleonis Duci, Cęſaris in bellicis Conſiliario Collaterali, & nunc Calabriæ Proregi, morum, fidei, ac Religionis Viro nemini ſecundo: reſtituit. ac demum ex cauſis idem officium prędicto fratri ſuo retroceſſit: Cæſaris Inuictiſſimi, ac Potentiſſimi Imperatoris Diui Caroli D. Noſtri accedente licentia. Illudque hodie cum admirabili omnium laude exercet, a progenitoribus clariſſimę & vetuſtiſſimæ proſapiæ deſcendens fœlicitatem atque gloriam maiorum ſuorum, ſua virtute confirmat. hęc de officio ſcribę portionis, prout a me antiquioribus comparari potuit, rudis paucis expleo.

21 † Sedet poſtremò Secretarius, cui nota, & ſecreta ſunt, quę in Collaterali Conſilio peraguntur, & concluduntur, qui deberet eſſe notarius, vt illi fides adhibeatur in contrahendo, & notando quę à partibus geruntur. eſt ipſe in dignitate, & magna: cum ſit notarius Domini Regis: ſicuti eſt notarius Cameræ Apo-

22 ſtolicæ. † quem legi fuiſſe Dominum Bartholo-

tholomęum de Capua tempore Regis Caroli
Primi,priuſquam à Rege Carolo Secundo eius
filio fuiſſet aſſumptus in Logothetam, & Pro-
thonotarium Regni,Notarij magnę curiæ Prin
cipes magiſtri ſcrineorum dicuntur:vt per Luc.
de Pen.in rubrica.C.de præpo.ſacri cub. libro, *
12.& Dominus Iacobus Rebuffus in l.prima.
C.de prox.ſacro.ſcrineorum. alio nomine graf
ſarij,& chartularij appellantur, plenè per Pur-
pura.in l.prima,de officio eius cui man.eſt iuriſ
dictio.Cagnol.in dicta l.a.§. exactis. Caſſan. in
gloria mundi,par.6.conſidera.8.&.par.7.conſi-
dera.16.& parte 11.conſidera.18.in Regno au
tem, quę per Secretarium expediuntur, ad ma
gni Cancellarij officium pertinebant. Idque
Diuus Ferdinandus Aragoneus inſtituit, & Se-
cretarij propriè adiutores ſunt magni Cancel-
larij.vt dicit Petrus Cothoreus in ſuo ſedata-
rio magiſtratuum:officium Secretarij penes Il
luſtr.Proregem,& Collaterale Conſilium omni
fide & integritate exercuit Bernardinus Marti-
nus Cuſentinus nobilis,ac hodie exercet Corio
lanus frater religioſiſſimus in hoc ſubſellio, in
quo prædicti ſedent:nemo alius aſſiſtit in ſeſ-
23 ſione. † Ex dorſo autem horum collateraliũ
ſedent domini Conſiliarij ex ordine ipſorum,&
Domini Præſidentes Regia Cameræ Summariæ
etiam qui Doctores non ſunt,ſed idiotæ Præſi-
dentes nominantur:& poſt eos Iudices Crimi-
nales Magnę Curiæ.Iudices Ciuiles eiuſdem,&
Iudex Magnæ Curiæ Admiratiæ, Aduocatus Fi
ſci,& Pauperum Aduocatus.

A dextera manu Domini Proregis in alio ſub
ſellio ſedent Domini Decuriones, ſeu Electi
huius noſtræ Vrbis,& inter eos vltimus eſt Tri
bunus Plebis: & nemo alius: Poſtmodum ſub
alijs ſcabellis ſedent feudatarij nobiles, Mili-
tes & alij ſine tamen delectu: ordinem ſeſſio-
14 num & modum Vſcerius habere debet. † qui
alio vocabulo dicitur Hoſtiarius Palatij: & Ar
chitriatus, vt per Lucam in l.prima.C. de Co-
mitibus & Archi.ſacri palatij. libro duodeci-
mo,& in rubrica. & per Caſſaneum in ſua glo-
ria ſexta parte.13.conſideratio. quem non ſine
grandi offenſione honeſtatis reprehendit Do-
minus Andreas Tiraquellus in ſuo tractatu no
bili.capitulo 31.numero ſextodecimo,char. 101
dicit enim archiatros Principes eſſe medicorum
Capitius Iunior Vſcerium, vulgò Hoſtiarium,
magiſtrum dicit eſſe officiorum: meo iudicio
aberrat:neque id authoritate, vel ratione com
probat: diſſimile officium eſt, dum nunciat
Proregi,talis eſt Comes,Dux,vel Princeps, qui
modò venit, Nomenclator dicitur, quamuis
alia ſit nominis interpretatio: cum venienti-
bus Dominis locum ſeſſionis aſſignat,vulgò di
ci poteſt Magiſter Cerimoniarum, & ſecũdùm
Budeum deſignator. Dum autem ipſe aſſiſtit
cum baculo ante hoſtium, vel atrium dicitur
Hoſtiarius, vel Vſcerius. Vertitur modò in
Collaterali Conſilio controuerſia inter Illuſtr.
Principem Biſiniani,& Illuſtriſſimum Ducem
Amalphæ eodem tempore aſſumptos bellicos
Conſiliarios de ipſorum pręcedentia: cum Prin
ceps Domini noſtri Caroli ordinem ſancti Mi-
chaelis habeat, vulgò *del Toſone*. & frater Do-
mini dicatur. Dux autem Magiſter Iuſtitiarius
ſit in Regno:ab ore Cæſaris deciſio pendet, re
& nomine Dux bellicus.

* Aliqua ſcribit caſſa.ſuo catal.par.9,conſi. 10.
& à Philippo duce burgundiæ inſtitutũ ordinẽ,
& in libello ordinis dicitur fuiſſe anno domini
1429.10.Ianuarij.& c.17.ſcribitur milites ſede-
re & pręcedere.Iuxta priorẽ eorũ electionẽ,niſi
inter electos eſſet Imperator,rex aut dux,digni-
tas tunc pręualeret,& ordinis dignitas attendi
tur ſolùm in ſpectantibus ad ordinem: hęc ſta-
bilimenta additis & detractis multis Diuus Ca
rolus vt Max.Imperator nepos huius, Philippi
Tertij anno domini 1556.Imperiali auctoritate
firmauit, recens opuſculum venit in manus,
ex quo patet principem magiſtro Iuſtitiario nõ
eſſe pręferendum. *

Sed de ſeſſione Dominorum & officialium
Regni annotaui,dum ſæpe controuertitur, &
facilior ſit indagatio eorum, quæ occurrunt,
prout vidi & legi in codicibus Regni.

SVMMARIVM

1 *Appellans a ſententia lata ſuper magno feudo ſex habet hebdomadas ad iter arripiendum ad Regem,& cogit iudicem perſonaliter comparere coram Rege ad diſcutiendum cauſam.*

1 Octaua † vbi appellatur à ſententia lata in
magno,feudo ſex dãtur hebdomadæ, infra quas
appellans iter arripiat ad Regẽ,& appellans co
git iudicem perſonaliter venire ad Regẽ ad di-
diſcuttendum cauſam, nec ſuffi cit alium mitte
re, capitulo fi.quo tempore miles,in alijs feudis
non. Andreas ibi in tertia col. Iacobi.in c.&.di-
cti vaſalli.penul.columna.

SVMMARIVM.

1 *Succeſſio in Principatu, Ducatu, & Marchionatu fit reſpectiuè ad commodum vaſallorum, non inſpecta pręrogatiua ætatis, vel gradus, quod ſecus eſt in alijs feudis.*

1 Nona † in ſucceſſione Principatus, Ducatus,
& Marchionatus non inſpicitur pręrogatiua
ætatis,& gradus,ſed commodum ſubiectorum.
Lucas in l.a palatinis.in fin.col.in fi.C.de priui.
eorum,qui in ſacro palatio milit.lib.12. non ſic
in alijs feudis,& Baronijs.

SVMMARIVM.

1 *Succeſſio in Regnis,& alijs magnis feudis defertur ad agnatum, etiam ſi eſſet in milleſimo gradu, in alijs feudis vſque ad ſeptimum gradũ,& in Regno vſque ad tertium in viuentibus iure Francorum, & hodie vſque ad quartum ex Cæſaris munificentia.*

2 *Agnati vſque ad quartum gradum ſuccedunt in feudis, tam de iure antiquo quàm nouo, tam in magnis quàm paruis feudis, & etiam in Regnis.*

1 Decima † In Regnis, & alijs magnis feudis ſuccedit agnatus, & ſi eſſet in milleſimo gradu, vt in domo Borbonia exemplificat Bal. in capitulo primo, de feu. mar. Curtius in tertia parte. Taurinenſis in verbo Dux. in alijs feudis vſque ad ſeptimum gradum: vt in capitulo primo, de gradibus, & in Regno vſque ad tertium in viuentibus iure Francorum: vt in conſtitutione, vt de ſucceſſio. & vſque ad quartum hodie ex Cæſaris munificentia per capitulum Neapolitanum.

SVMMARIVM.

1 *Primogenitus Regum & magnorum Dominorũ non priuatur ex omni culpa & cauſa, ex qua alij feudatarij, ſed requiritur cauſa grauis, & potens.*

1 Vndecima: † Primogeniti Regum, & Magnorum Dominorum non priuantur ex omni culpa, & cauſa, ex qua alij feudatarij, ſed requiritur cauſa grauis, & potens. ita Lauden. in tracta. de primogenitura, no. 6. vide.

SVMMARIVM

1 *Inſtrumenta dotalia de neceſſitate conficiuntur in matrimonijs Baronum.*

1 Duodecima: Magni † Barones non ducunt vxorem ſine confect. nue inſtrumentorum dotaliũ: vt in §. quia verò, el primo, in authentico. vt liceat matri & auię. Purpura. in l. prima, de officio eius, numero 146. Caſſaneus parte ſeptima tertia conſideratio. alij non ſic. quid in Regno, vide conſtitutionem Federici.

SVMMARIVM.

1 *Barones titulati in ius vocati, & accuſati habent facultatem ſedendi coram Prætore, etiam ſi propriam cauſam defendant.*

1 Decimatertia: † Magni Barones in ius vocati, & accuſati habẽt facultatẽ ſedẽdi, etiam ſi propriam cauſam defendãt. l. ſi. §. ſedẽdi. & ibi Bal. vbi ſena. vel clar. quod alijs non permittitur, vt in l. prima. in verbo honorati. C. de offi. ciuil. iudi. Sand. in Rubrica de maio. & obe. quarta col. Caſſan. in dicto loco, verſi. r r.

SVMMARIVM.

1 *Conceſſio generalis alicuius iuriſdictionis non comprehendit magnos Barones, & perſonas Illuſtres.*

1 Decimaquarta. † In generali conceſſione iuriſdictionis nõ comprehenditur aliquis magnus Baro, vel perſona Illuſt. Decius diſputat in l. prima. de officio eius, allegat tex. in c. 2. iuncta. gl. de offic. vica. in 6. vide Purp. ibi: & Caſſan. in dicta. 7. parte. vide Luc. in l. in ſacris. in fi. C. de prox. ſacrorſc. libro. 12. quod in generali.

SVMMARIVM.

1 *Legitimatus ad feuda, non intelligitur ad feuda nobilia, & dignitatum.*

1 Decimaquinta † Legitimatus vt ad feuda ſuccedere poſſit, non ſuccedit in feudo nobili. Bal. in l. eam quã. C. de fideic. omnino Ancharan. in conſi. 308. prima facie. col. ſecunda. neque ad feuda dignitatis. vide conſilium Bal. 295. factũ ponitur, in ſecundo libro, non potui hoc ſero inuenire. & ſic eſt ſcriptum in meo. Andreas ſuper capitulo releg. Andreas Tiraquellus in tractatu nobilitatis. c. 23. char. 81. numer. 18 & Moder. Gal. ſuper conſuetu. Pariſi. §. 8. folio. 130. in 8. q.

SVMMARIVM.

1 *Collecta non præſtatur pro feudis nobilibus ſicut pro alijs.*

1 Decimaſexta: † pro feudis nobilibus non præſtatur Collecta, pro alijs ſic. Lucas de Penna in l. ſecunda. de bon. vaca. & plenè in l. tertia, de ſuudis limitrophis. vide Andream. quæ ſint regalia. in verbo & plauſtrorum.

SVMMARIVM.

1 *Feuda dignitatum cohærent perſonæ.*

1 Decimaſeptima † Feudum dignitatis cohæret perſonæ. Bal. in l. prima. §. cum autem. C. de caducis tollendis, & non tranſit ad filios. licet ſit vſurpatum contrarium. vt in capitulo primo, de feudo marchiæ.

SVMMARIVM.

1 *Feuda dignitatum cohærent ſanguini, & ideo vadunt ad filios vt filios, & non vt hæredes.*

1 Decimaoctaua † Feudum dignitatis cohæret ſanguini, & ideo vadit ad filium: vt filium, & nõ vt hæredem, cum non ſit ius hæreditarium. Bal. conſi. & in l. eam quam. C. de fideicom. Pirrus in conſuetu. aurel.

SMMARIVM.

1 *Filius Baronis gaudet priuilegio Baronis, filius verò militis non gaudet priuilegio militis.*

1 Decimanona. † Filius Baronis gaudet priuilegio Baronis, at filius militis non gaudet priuilegio militari. Andreas in capitulo primo ſeptima columna, de Capitaneo, qui curiam vendidit.

SVMMARIVM.

1 *Filius primogenitus citari quoque debet, dum citatur Rex, vel magnus Baro ad iudicium.*

Vigeſima: † Quando Rex, vel magnus Baro citatur ad iudicium, debet etiam citari primogenitus eius. Oldra. conſi. 114. cum primogenitus caſus cenſetur Rex, Dux, vel Comes patre viuente ſecundùm Andream in preludijs conſtitu. ſecunda quæſtione. & in capitulo primo, §. fi. de alie. feu. Taurinenſis in verbo Dux, prima colum. non dicit primum.

S V M M A R I V M.

1 *Filius Comitis vel Ducis gaudet priuilegio patris. Baronis autem filius non gaudet.*

1 Vigeſimaprima: † Filius Comitis, vel Ducis gaudet priuilegio conſtitutionis Regni proſequentes, filius Baronis non. Andreas in conſtitutione prædicta ex authoritate glo. in capitulo cœpit, 24. quæſtione prima. cogita.

S V M M A R I V M.

1 *Rei uendicatio non datur pro feudo titulato ſicut in quaternatis, ſed officium iudicis.*

1 Vigeſimaſecunda: † Pro feudo titulato non datur rei uendicatio, ſecundùm Innocentium in capitulo cum venerabilis. de religio. domibus, ſed ſolùm datur officium iudicis. at in alijs feudis quaternatis ſic: vt patet in capitulo Abbate ſanè. de re iudi. hoc dixit Dominus Mathæus in deciſione. 265. in tertia fallentia. vide & conſidera bene.

S V M M A R I V M.

1 *Filij appellatione in feudis titulatis non intelligitur de filio vt hærede, ſed vt filio.*

1 Vigeſimatertia: † in feudis titulatis appellatione filij non intelligitur de filio vt hærede, ſed de filio vt filio. Bal. ſentit conſilio 361. primo volumine, in alijs feudis ſecus: hoc conſilium allegant Moder. in conſtitutione proſequentes, in 8. q. vide eundem in c. cogita ad multa.

S V M M A R I V M.

1 *Dotarium non conſtituitur in capite Baroniæ ſine licentia Regis.*

1 Vigeſimaquarta: † in capite Baroniæ non conſtituitur dotarium ſine ſpeciali licentia Regis. In alijs poteſt Baro. tex. in conſtitutione ſi quis Baro.

S V M M A R I V M.

1 *Illuſtris perſona citatus criminaliter non præſtat cautionem de iudicio ſiſti: ſed ſtatur eius iuratoriæ cautioni.*

1 Vigeſimaquinta: † Illuſtr. perſona in cauſis criminalibus citatus non præſtat cautionem de iudicio ſiſti, ſed ſtatur iuratoriæ cautioni. Modern. in conſtitutio. humanitate. in tertio nota. Caſſan. gloriæ mundi.

S V M M A R I V M.

1 *Procurator in cauſa criminali admittitur pro perſona Illuſtr. ſiue agat, ſiue conueniatur actione iniuriarum.*

1 Vigeſimaſexta: † Illuſtr. perſona ſiue agat, ſiue conueniatur in cauſa criminali iniuriarum agit, & comparet per procuratorem. Moder. in conſti. qualitas. Caſſaneus gloriæ mundi.

S V M M A R I V M.

1 *Libellus neceſſarius eſt, dum conueniuntur magni domini.*

1 Vigeſimaſeptima, † Magni Domini non conueniuntur ſine libello, & olim in cauſis ciuilibus non afferebatur niſi voluntariè. Dominus Iacobus Rebuffus in l. quoties. C. de dignitat. libro 12.

S V M M A R I V M.

1 *Matrimonium non contrahitur inter habentes feuda nobilia niſi de ſpeciali licentia Regis.*

1 Vigeſimaoctaua, † Habens feudum nobile nõ contrahit matrimonium maritando filiam, vel vxorando filium, niſi de ſpeciali licentia Regis. ita ſtatuit Federicus in conſtit. honorem, quod tamen hodie eſt innouatum per Honorium Secundum, & per Carolum Secundum: dum tamẽ feudum non detur in dotem.

S V M M A R I V M.

1 *Feudorum fructus capit creditor, quando aliter non poteſt ſibi ſatisfieri a feudatario.*

1 Vigeſimanona. † Creditor mittitur in poſſeſſionẽ feudi ſui debitoris, quando non poteſt aliter ſibi ſatisfieri à debitore, vt in l. ſi finita. §. ſi de vectigalibus, per Bar. & Alexan. de damno infecto. & habetur in capitulo primo, §. quid ergo. de inueſt. de re alie. facta: tamen in feudo dignitatis, vt Comitali, aut Ducali non fit immiſſio in poſſeſſionem. ſed tamen fructus Comitatus percipiet creditor. Bal. ſingulariter in authẽtica, ei qui, C. de bonis autho. indi. poſſi. ſequitur pro nota. Iacobi. in ſua inueſtitura feudali in verbo Comes, & poſt eũ Caſſaneum in conſuetudine Burgun. in proœmio, tertia char. Landen. in tractatu de principibus nu. 290.

S V M M A R I V M.

1 *Iuriſpatronatus Regis non comprehenditur in conceſſione beneficiorum facta per ſummũ Pontificẽ, per quã derogatur iuripatronatus laicorum.*

1 Trigeſima, † Si Papa in cõceſſione beneficiorum derogat iuri patronatus laicorum, etiam nobi-

nobilium:non veniunt, neque comprehendun- tur iurapatronatus Regum, Ducum, Comitum, vel Marchionum. Sand. in tract. quando apoſtolicę literæ derogent patronis.4.colu. ver.ampliatur octauò: ſequitur Caſſan.in ſuo cathalogo 8.parte, conſidera 46.

S V M M A R I V M.

1 *Monacus feudatarius ingrediens monaſterium habet fructus feudi durante eius vita, niſi ſit feudum Ducatus, Marchionatus, vel Comitatus.*

1 Trigeſimaprima, † ſecundùm communem aliquorum, ſi aliquis monacatur, monaſterium habebit fructus feudi durante vita monaci: tamē ſi Dux, vel Comes monacatur, non tranſibit Ducatus, vel Comitatus in monaſterium. gloſ. in c. ſcripſit nobis, 27.q.2. Taurinen.in ſua inueſti.in verbo Dux.in verſi.quid ſi Rex: Alberi. in auth. ingreſſi.C.de ſacroſ.eccle. Laud.in tract.de principe.notab.91.& numero 284. Afflict. dec. 365. 35. fal.

S V M M A R I V M.

1 *Teſtes in contractibus Comitum, & Baronum vbi agitur de magno preiudicio debent eſſe eiuſdem qualitatis cum contrahentibus.*

1 Trigeſimaſecunda, † in contractibus Comitū & Baronum vbi agitur de magno præiudicio, teſtes debent eſſe eiuſdem qualitatis ſicut ipſi contrahentes. ſic ſtatuit Fede. in Regno in conſtitu. proſequentes, de quo per Luc.de Pen.in l.1.C.de pęis poſtulatis, libr.10.fi.col.

S V M M A R I V M.

1 *Patruus an excludat vel excludatur a primogenito in ſucceſſione feudi.*

1 Trigeſimatertia, † ſi filius primogeniti excludat patruum in ſucceſſione feudi, in quo viuitur iure Francorum, peritiſſimi doctores diuerſa ſenſerunt iudicia. at vbi tractamus de ſucceſſione Comitatus, Marchionatus, vel Ducatus, patruus excludit filium primogeniti. ita Luc.de Pen. in l.1.col. 2.C. de priuileg.eo.qui in ſacris.lib.12. Soci.in conſi.264.in 2.libro. hanc opinionem impugnat.d.And.Tiraq. in tract.primogenituræ, 40. q.nu. 23. & poſt eum Iacobus Luſitanus modernus doctor ſub eodem articulo.

S V M M A R I V M.

1 *Feudum dignius an poſſit alienari per feudatarium data ſibi licentia infeudandi per Regem.*

1 Trigeſimaquarta, † ſi dat licentiam Rex Petro, vt poſſit dare feudum, non poterit infeudare feudum, quod habet titulum alijs digniorem. c. 1.& ibi Andr.& Bal. Epiſcopum vel Abbatē. idem de prælato, qui non dabit in feud um, quod nomine dignius eſt, ſecundùm Lucam de Pen. in l. omnes.C.de fundis patrimo.lib.12.

S V M M A R I V M.

1 *Illuſtr.perſona non comprehenditur in generali ſermone.*

1 Trigeſimaquinta, † dicit Bal.in c. 1. qualiter vaſal.proprie.feu.priuetur, quòd ille text, vt priuetur dominus proprietate, ſi aliquid in vaſallum commiſit, non habet locum in magnis dominis, quia magni domini non includuntur in generali ſermone.tex.in c.quia periculoſum.de ſenten.excom.in 6.& in c.2.de præben.in 6.

S V M M A R I V M.

1 *Nepotes non veniunt in conceſſione feudi titulati facta pro ſe, & filijs.*

1 Trigeſimaſexta, † quando conceditur Comitatus, Ducatus, vel Marchionatus in feudum Petro, & filijs, non tranſit ad nepotes. glo.in capitu lo primo. §.& quia.de his qui feud. dar. poſ. ſequitur Iacobus de Beluiſio in capitulo primo, in fi.de alie.feudi.& Bald. in capitulo primo, de feudo Marchiæ: quia inſpecta primęua natura hęc feudá facilius, & citius reuertūtur ad ius primeuum, argumen.l.filiam, de liberis & poſthu. Socin.in conſilio 68.viſis inueſtituris.4.columna, primo libro. Alia feuda conceſſa Petro, & filijs vadunt ad nepotes, & alios deſcendentes in infinitum, vt in capitulo primo, de gradibus. & in capitulo primo, de natura ſucceſſion. feudi. vide quæ dixi in 13.no.ſupra.& conſidera, quādo forma non apparet, & cogita hodie ſuper vtroque, & dicam in formulis inueſtiturarum.

S V M M A R I V M.

1 *Diſpenſatio facta in filijs natis ex ſoluto cum ſoluta non valet, ſi coniugata ſit nobilis nata ex Comite, Duce, vel Barone.*

1 Trigeſimaſeptima, † ſi Papa diſpenſat cum genito ex ſoluto & ſoluta, aut ecōtrario, non valet diſpenſatio, ſi coniugata ſit nobilis, nata ex Comite, Duce, vel Barone, niſi hoc fuiſſet expreſſum. quia ſi expreſſiſſet, difficilius conceſſiſſet, argument.l.ſi qua illuſtris.C. ad orficia num. Hoſtienſ.Ioan.Andr. & Antonius de Butrio in capitulo fina.de filijs presbiterorum. Sandæus in capitulo poſtulaſti.4.columna de reſcriptis. ſequitur Andreas Tiraquellus in tracta.nobilita.cap.24.folio 83.nu.20.

S V M M A R I V M.

1 *Fideicommiſſum an & quando extinguatur per natiuitatem filiorum naturalium.*

1 Trigeſimaoctaua, † deficit fideicommiſſum ob natiuitatem filiorum naturalium: vt in l. ex facto.

facto. §.ſiqnis rogatus.& ibi docto.ad trebel.Si tamen teſtator erat nobilis, puta Comes, Baro, vel vir eccleſiaſticæ dignitatis, ex natinitate oaturalinm ooo extiogoitor fideicommiſſnm: quia ex dignitate teſtantis ooo videtur veriſimile de his ſenſiſſe.ex not.in dic. anthen. ſiqoa illuſtris. Bal. conſi:303.puoctus,quidam ſubſtituit,5. volu.Carnlus Ruinus conſilio 27.columna tertia. & io conſilio 36.in cauſa feudali,primo libro.& per eundem io conſilin 161. viſo themate. 10. col.libro 2.de qno vide plenè per docto.in d. §. ſiquis rogatus: quia alij cnotrarium teneot. & in §.cũ auté.io l. generalitar.C.de inſti.& ſubſti.

S V M M A R I V M.

1 *Feudum Principatus,Ducatus,& Comitatus totum cenſetur legitima primogeniti.*

1 Trigeſimanona † Fendũ Comitatus,Ducatus, & Principatus, totum & integrum eſt legitima primogeniti. glo. Ionnc.& alij in c. licet.de voto,licet ibi text.loquatur de Regno.Paootm. in conſilio 12.vt clarè memoria.libro 1.Paul.de caſtro conſilio 179.col. 2.1.vnl. Guidn Papæ conſilio 140.per Aodream io cooſtitn. dignum. Alia feuda nnn ſic quò ad quædam,quę proſeqoere in q. per Tiraquellum in tracta.primoge.q.5. & q.52.cum alijs,& dicam,ſi capit, vt hęres.in 19. diffcreotia.

S V M M A R I V M.

1 *Arma deſerre non poteſt miles ad palatium Comitis,niſi eſſet Comes,Marchio,vel Dux.*

1 Quadrageſima † Nemo Miles poteſt deſerre arma ad palatium Comitis niſi rogatos: vt in capitnlo 1.§.nemo,de pace tenenda, fallit vbi eſſet Comes,Marchio,aut Dux.vt no. ibidem.

S V M M A R I V M.

1 *Filiorum appellatione veniunt nepotes & deſcendentes.*

1 Quadrageſimaprima † Si Prioceps concedit alicui feudum pro ſe,& filijs,appellaoone filiorum veniunt oepotes,& deſcendentes: cum ſua conceſſio ſit beneficinm, ſecundùm Curtium in tracta.feud.in 2. parte.in 7.q.in verſi.circa hanc materiam 3.col.ſecus in alijs inferioribus: quia conceſſio ad filios tantùm reſtringitur. ſecoodũ Imolam in l.quod dicitur,col.10. de verb.obli. de quo dicam alibi.& ſupra tetigi.

S V M M A R I V M.

1 *Collecta non ſolnitur pro bonis redditicijs Regię Curiæ,ſecus ſi reddunt Baroni.*

1 Quadrageſimaſecunda † Pro bonis, quæ Regiæ Curiæ reddititia ſunt, noo ſolnitur collecta ſecus ſi Barooi.Lucas de Penoa in l.agros. C. de fundis limimitrophis,libro vndecimo.

S V M M A R I V M.

1 *Campio admittitur ad pugandum pro Comite prouocato ad duellum,ſecus pro Barone.*

1 Quadrageſimatertia † Comes prouocatus ad duellum pognat per campionem, alius Baro nõ vt in conſtitutio.Regoi innouantibns.

S V M M A R I V M.

1 *Pacem ſi frangit Baro, acrius punitur, quàm minor feudatarius.*

1 Quadrageſimaquarta † quando pax violatur maior pœna imponitur Baronibus, qui pacem frangunt, quàm minoribus feudatarijs: vt in capitulo primo.§.ſiquis antem,de pac.iur.fir. cum maior ſit cootumacia illius,qui eſt in dignitate cõſtitutns, quàm inferioris: vt in l.nemo clericus.C.de ſum.trin.& fid.catho. & licet magna & parua fenda a pari pcocedant, in hoc tamen differunt ſecundùm d. Iaco. Camaleum Gallicũ io c.1.prima col.de natura fendi.

S V M M A R I V M.

1 *Inueſtituram petere poteſt Baro infra annum,& menſem: alius feudatarius infra annum & diem.*

1 Quadrageſimaqninta † Baro habet annum & menſem ad petendam inueſtitnram, alius feudatarius annum & diem: vt in capitulo primo, qnn tempore miles,& io capitulo primo, de capi. Corradi.& an hodie idem ſit tempus in vtroque, diſcutit Camaleus in d.c.1.in 4.col.

S V M M A R I V M.

1 *Titulum ſuæ iuriſdictionis vel Caſtri ab altero poſſeſſi oſtendere tenetur, dum agit reiuendicatione, agens verò pro recuperanda poſſeſſione non tenetur exhibere.*

1 Quadrageſimaſexta † Quando quis poſſidet iuriſdictiooem, vel caſtrum tenetur exhibere titulũ, ſi petatur ab eo.Luc.de Pen. io l. quicunq; C.de fuo.limit. libro 11.idem ſi tenet fortaliciũ, vel paſena: vt dicit Luc.ibi.cum hæc cenſeantur inter regalia. & nnt.per Andr.in cooſti.ſi quando, licet oon clarè,ſecus ſi ageret pro recuperanda poſſeſſione feudi: cum noo ſit res poſſideri ꝓhibita,ſecundùm Aodr.io c. imperialem.§.illud qooque: quinta colo.de prohi.feud.alie. per Fede.& ibi diſi,& fuit pluries iudicatum pro hac parte,vide Petrum,de Anch.in conſi.310.omnino io 3.col.ſi petenti reſtitutionem iuriſdictionis obſtet exceptio,ſi noo exhibet titulum.

S V M M A R I V M.

1 *Illuſtr. perſonæ condemnari non poſſunt inconſulto Principe ab eius vicario,abſolui autem bene poſſunt.*

1 Quadrageſimaſeptima † Illuſtr. perſonæ non poſſunt condemnari Principe inconſulto ab eius vicario, abſolui autem ſic, Io. de Plat. in l. ſi grauius. C. de legatio. lib. 12.

S V M M A R I V M.

1 *Illuſtres perſonæ inquiſitæ pro cauſis criminalibus ſedent coram iudice in loco inferiori, alij feudatarij non ſedent.*

1 Quadrageſimaoctaua † Comes vel Marchio de crimine capitali inquiſitus antequam ſit conuictus non ſtabit coram iudice, ſed ſedebit, in loco tamen inferiori, & non in eo, in quo ſtaret, ſi non eſſet inquiſitus, tex. in l. ſi. C. vbi ſena. vel clariſſi. Caſſa. alius poſſeſſor feudi ſtabit coram iudice, dum interrogatur, & ſua cauſa diſcutitur, & etiam hodie capite denudato, vt alij in Conſilio Regis ex ordinatione Proregia.

S V M M A R I V M.

1 *Regalia in feuda data dicentur caſtrenſia, alia verò bona quaſi caſtreſia.*

1 Quadrageſimanona † quando Regalia in feudum conceduntur, feuda dicuntur eſſe caſtrenſia, ſecundùm Bal. l. ſi vxor, in fine. C. de condi. inſertis. quando verò non regalia ſed alia bona donantur, tunc quaſi caſtrenſia reputantur. Bal. ibi. & in capitulo 1. §. ſi duo fratres. de duobus fratribus. hoc refert ſcire propter multa, & ſi patri quæratur vſuafructus.

S V M M A R I V M.

1 *Agnati licet ſuccedant in feudo ob delictum feudatarij contra dominum excluſis filijs, non tamen ſuccedunt in feudo Marchionatus, vel Ducatus, vel alterius dignitatis.*

1 Quinquageſima † ex delicto patris contra dominum filij feudo priuantur: vt in capitulo primo, ſi vaſ. feu. priueiur, & in eo ſuccedunt agnati, vt in capitulo 1. §. denique, quę ſit prima cauſa benefi. amit. & ibi plenè no. ſi feudũ eſſet Marchionatus, & Ducatus, vel alterius dignitatis regalis in eo non admittuntur agnati, ſecundùm Bal. ind. §. denique, ex quo ea non obueniunt in re hæreditario, de quo dicto cogitabis.

S V M M A R I V M.

1 *Reuccatio alienationis feudi titulati infra annum tantùm conceditur alienanti, poſt annum verò Fiſcus tantum admittitur.*

2 *Alienans feudum non titulatum ſine aſſenſu non priuatur feudo, niſi prius data ſibi dilatione ad reuocandum.*

1 Quinquageſimaprima † Andr. in capitulo primo, de feudi marchię, dicit, quòd alienans feudũ ſine aſſenſu. idem alienans infra annum tantùm poſſit reuocare alienationem, poſt annum non, ſed fiſcus tantùm admittatur. In alijs feudis nõ Regalibus non priuatur feudo per alienationem niſi fuerit aſſignata dilatio ad reuocandum, iuxta no. per Andream in capitulo primo, fin. col. de vaſallo, qui contra conſtitutionem Lotharij feud. alien. de quo per Paridem in tractatu, in verſic. ſed iuxta prędicta quæritur. Eſſet hic magna reſtrictio ad legem Regni, quæ generaliter loquitur: & non fecit in hoc differentiam, & ratio poſita ibi viget in vtroque feudo.

S V M M A R I V M.

1 *Illuſtres perſonæ excuſantur a tutela.*

1 Quinquageſimaſecunda † Dux, Marchio, vel Comes non tenetur tutelam ſuſcipere: cum hodie ex generali conſuetudine habeantur vt perſonæ illuſtres, & perſona illuſtris excuſatur a tutela. l. ſpadonem. §. ſcire. de excuſa. tutorum. & in l. iuriſperitos. in principio eodem titu. Caſſaneus parte 7. conſideratione tertia, folio tertio. cogita an de his Illuſtribus intelligatur, ex ratione illa cum legum, vt ſi eſſet Comes in Oppido non nobili, & quaſi deſerta eſſet habitatio a vaſallis, nõ dicuntur vacare pro muneribus reip.

S V M M A R I V M.

1 *Epiſcopus cenſetur perſona Illuſtris.*

2 *Epiſcopus habens feudum, ſeu iuriſdictionem a Rege iudicat, & iudicatur vt laicus: & quò ad illud eſt de iuriſdictione Regis.*

3 *Epiſcopus habens iuriſdictionem in allodium ab eo appellatur ad donantem.*

1 Quinquageſimatertia † Epiſcopus cenſetur
perſona illuſtris, & ſi habet feudum a Rege in
eo loco ſedebit vt alij feudatarij, cum non ſe ha-
beat vt Epiſcopus, ſed vt feudatarius: & illa qua-
litas attenditur, dum habet feudum, eo reſpectu
cenſetur eſſe inferior: vt not. in capitulo nimis.
de iureiurando. & ſi habet iuriſdictionem in Ca
ſtro: & appellaretur a ſententia ſui Vicarij, ad Re
gem deuoluitur appellatio, & non ad Metropo
2 litanum: quia † ratione iuriſdictionis, quam ha-
bet à Rege, iudicat vt laicus, & non vt Epiſco-
pus, glo. & docto. in capitulo Romana. §. debet.
de appellatio. in 6. Sandæus vt in capitulo ſoli-
tę. de maiori. & obedientia, idem ſi Epiſcopus il
lam iuriſdictionem a nemine recognoſceret, q̃a
haberet ipſam in allodium, ſecundùm Carolum
Carcanoſſum in libro Regalium Gallię, libro 2.
14. iur. char. 281. licet cõtrarium teneat Bal. Ab-
bas, & alij, in rubrica de appellationibus. per
tex. in capitulo ſi duob. §. denique, de appellatio
3 nibus, aliàs dixi, quòd † iuriſdictio tranſit in allo
dium ſub natura ſua, vt appelletur ad donantem:
quia de ſecunda cauſa non eſt expreſſum, in ex-
preſſis facta eſt alteratio rei, in nõ expreſſis reti-
net, nec inconuenit ex qualitate rei, vt per Bar. in
l. ſi quando. C. de appellationibus.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Comites & Barones non torquentur, niſi pro crimine leſæ Maieſtatis.*

1 Quinquageſimaquarta † Comites & Barones non torquentur niſi pro crimine leſę Maieſta. ſecundùm Andr. in verbo actor & reus, Caſſa. parte ſeptima, malè ſeruatur.

SVMMARIVM.

1 *Feudum Regale durat, quantum durat caſata.*

1 Quinquageſimaquinta † Feudum Regale durat quantum viuit caſata. ſecundùm Baldum in capit. primo, de feudo Marchię, columna 3. & in §. boc quoque.

Differentia inter feuda ex pacto & prouidentia & feuda hæreditaria.

PLVRIMAS in vnum collegimus inueſtiturarum formulas; ex quibus dignoſcuntur feuda ex pacto ab his, quę hæreditar ia nuncupantur. Et inter ſe ipſas veluti nomine differunt, ſic & effectu magnopere diſtant. Volui (& non ſine grandi labore) fruges huius ſeminis in vnum congerere: vt quiſq; auidius, ac facilius ex hoc tritico ædat, ac ſine piſtoris impenſa.

SVMMARIVM.

1 *Feuda hæreditaria ſpectant ad filios, vel agnatos per mortem patris, vel agnati, in quorum locum ingrediũtur: quia vna perſona cenſentur cũ defuncto*

2 *Feuda ex pacto & prouidentia deferuntur vocatis non vt hæredibus defuncti, ſed ex prouidentia concedentis.*

1 PRIMO: quando feudum † eſt hæreditarium, filius, vel agnatus patris locum: vel agnati ſubingreditur. Baldus conſilio 261. primo volumine, & ipſius cũ defuncto vna eademque perſona reputatur. Andreas in capitulo primo, de ſucce. feud. prima columna, & in capitulo primo, an agnatus, & in capitulo primo, in fin. qui ſucce. tenean. & hoc voluit: cum ſępe dicit hæres hęredis teſtatoris eſt hæres, per l. final. C. de impuberum. & illud, qđ poteſt defunctus, poſſit etiam hęres ex perſona illius. & quod defunctus non poteſt, minimè hæres eius in feudo poſſit. Ideo culpa defuncti nocet hæredi, vt ſi inueſtiturã non petit, ut ipſe dicit in capitulo primo, ſi vaſ. feu. priue. & in capitulo ſi vaſal. culpam, ſi de feu. ſue. contr. & in capitulo primo de cap. Corradi, aut ſi alienat ſine aſſenſu & tradit, de iure feudorum perdit, dum dominum contemnit, & hęres eius. ex no. per eũ in capitulo Titius. ſi de feu. fue. contr. & in hoc nulla eſt differentia inter defunctum, & hæredẽ eius, ſiue ſit filius, ſiue ſit agnatus, dum tamen hęres ſit ex forma inueſtitur, vel ex forma pręſumpta. diſcurr. d. G. de Perno in quãplurib. cõſilijs, & in not. feud. qñ cũ alio vellet admitti in locũ. vt in c. 1. §. his verò. de gradib. & in c. 1. de ſucc.

2 feu. † Qñ aũt feudũ eſt ex pacto & prouidentia: tunc filius vel agnatus non ſubingreditur locum defuncti: regulariter tenet locũ ſuũ in feudo, & non hẽt ex perſona moriẽtis, quia ius illius per mortem intercidit, arg. l. vxor patrui. C. de lega. & in l. quod in terũ. §. ſi vſumfr. de leg. 1. & in l. ſacro. de vſu. leg & feodum intelligitur datũ primo. & poſt mortẽ ipſius ſecũdo. & alijs ſucceſſoribus ex ordine gradus, & ſtatim primo moriente fingitur feudũ ad dñm reperueniſſe, & ab eodem de nouo eſſe conceſſum, no. Andr. in d. c. 1. verſ. & olim. 3. col. ibi dum dicit, in quo poſt diẽ mortis erit donatio & conceſſio de per ſe, & dabitur vtilis rei vendicatio. & ibidem dicit, ꝙ feudũ cenſetur datum ad vitam, quod fieri poteſt. idem notat in c. 1. 3. col. Imperator Lotharius. & in c. 1. ſi vaſal. feu. priuetur. & in c. 1. ſecunda col. de eo qui ſibi, & hæred. ſuis, & in c. 1. §. prętetea 4. col. de prohi. feu. alie. per Federicũ, & hoc modo intelligatur donatio de per ſe, ſcilicet de nouo facta per occultationem vnius actus intermedij ab intellectu iuris, vel vt ſint tot infeudationes a principio tamen factę in perſona cuiuſque ex ordine gradus: idem erit, vt vniuſcuiuſque per ſona noua ſit in feudi acquiſitione eius vita durante tantùm. & hoc voluit ibi in d. c. 1. in 6. co. dũ dicit. vnde & ſic feudo aperto videtur tũc cõceſſum, qñ inueſtitura facta fuit, ar. ff. de diuerſis & tempo. præſcrip. l. de acceſſionib. in fi. & in d. §. prętetea. allegat tex. in l. duob. §. vendidi. e. ti. moriẽte enim feudatario fingitur nunquã illius fuiſſe, qui ſub vita tenebat, quaſi conditionaliter donec viuit. dicit ipſe in d. ca. 1. de eo qui ſibi & hæredib. col. 2. allegat tex. in l. qđ ſi pendente. de periculo & cõmodo rei venditæ. & in l. ꝑ inde. ſi cer. pet. ſemper hẽt a primo acquiſitore ob mortẽ tñ vltimi, ar. l. cohęredi. §. cũ filiæ. de vul. & pu. Subingreſſio etenim fit, qñ ex eo iure morientis ad poſteros loci fiat acceſſio: vt not. Docto. in l. qui ſuperſtitis. de acq. hæred. ſed quando ob mortẽ iuris loci, & perſonæ fit extinctio, nulla põt eſſe acceſſio & repreſentatio. Vñ dicit Io. Ant. Rubeus in l. Gallus. §. quidã rectè. fo. 14. col. 3. de liberis & poſthu. ꝙ vbi feudum eſt ex pacto & prouidentia, filius non ſubintrat in locum patris. & ita dicit fuiſſe iudicatũ. Corneus conſi. 24. col. fi. & pen. 2. vol. ad materiã. & Soc. cõſ. 252. 2. vol.

SVMMARIVM.

1 *Reuocatio non poteſt fieri per hæredem alienãtis cũ aſſenſu, quando feudum eſt hæreditarium.*

2 Hæres

2 *Hæres non poteſt vendicare rem propriam a defun-*
cto alienatam.
3 *Feudum hæreditarium nihil differt ab allodio, niſi*
quò ad aſſenſum domini,

SECVNDO, quando fendum eſt.
1 hęreditarium † filius vel agnatus
hæres non admittitur ad reuo-
caodam alienationem feudi fa-
ctam a defuncto cum aſſenſu do
mini,not. Andr. in locis ſupra
allegatis: quia ſi defunctus viueret, ipſe non re-
uocaret, quod legitimè factum eſt,oec & eius hę
res poterti reuocare: huius dicti triplex eſt ra-
tio. Prima: qnia hæres cum deſuncto vna & ea-
dem perſona reputantur: vt lo princi. in anth.
de lur.iu. a mor.præſtito. Secunda,ex regula le-
gis,ex qua perſona.de regu. iur.ex qua perſona.
dicit in. conſ. ibi,lucrum capit, eius factum im
pugnare non poteſt.Tertia,ex regula legis vendi
cantem.de euictio. quia,quem de euictiooe te- 1
net actio, eundem agentem repellit exceprio.
2 † Vnde ſi defunctus alienaſſet rem propriam hæ
redis. hæres eius vendicare noo poſſet, per l.cũ
a matre.C.de rei vendi.ergo oec & rem defuncti
cuius ipſe eſt hæres,& hoc arg.ſæpe ſe Andr.rue
rur in lectura feudorum,& in locis ſupra allega- 1
3 tis. † Feudum enim hæreditariũ verè res eſt ꝓ
pria deſuncti,ſub regula tamen feudali, quò ad
dominum: quo aſſentiente ab allodio oihil dif-
fert.dixit idem Andr. io cap.1.quinta colomoa,
ibi,in tali feudo ſicut In burgeoſaticis,ſic erit ſuc
ceſſio.de natura ſucceſ.feu. quem ad hoc allegat
Decius conſilio 395. in ſecundo volunine, ſed
de allodio diſponit, pront vult,vt l.ſed ſi lege.§.
cooſuluit,de peti.hære.ergo ſic & de feudo:cum
dominus præſtat aſſenſum.nam cum D.Rex: cõ
ceſſit fendum Titio & hæred.ſuis, ſoli Titio pro
ſpexit,& hęred.ſuis,ſcilicet ex perſona Titij, &
noo ex perſooa hęredis,& hæreditas nihil aliud
eſt, quàm ſucceſſio in vniuerſum ius, quod de-
fuoctus habuit tempore mortis ſuæ: vt in regu-
la iur. quando antem alienatur in vita, tempore
mortis in hęreditate non reperitur:cum exiſt.
de patrimon.exijt propter alienationem factam
& traditionem cum aſſenſo domini, facit tex.in
l.ſiquis Titio & hæredibus ſuis, de vſuſr. accre-
ſcen.per quem dicit Bald.conſilio 306.domina
Ioanna,libro primo,caducatur ius in perſona hę
redis, & de illo tex.per Andream in capitulo pri
mo,ſecunda columna,de ſucceſ. ſeudi. & illum
tex.declarat Zaſius libro reſponſorum,ſolio 110
hęc formula inueſtiturę non prouidet poſteris.
ſæpe dixit G.de Perno In cõſilijs ſeudalibus: ſed
recipienti tantùm & ſuis hęredibus, ſi recipiens
vult,& ſi non vult, quia in vita diſtrahit, non lę
ditur hæres de ſuo, ſi dominus illius perſonam
non reſpexit,ſed defuncti, potuit recipiendo ſi-
bi taotùm, vel certo hæredi. vel certo generi per
ſonarum conſulere, contractus ex conueotione
legem accipiunt.l.prima.§.ſi conueniat.depoſi-
ti,ſed ſi feudum eſt ex pacto,& prouidentia: filius
in vita ſoluendo pretium ſi vult, & poſt patris
mortem & agnatus ſine pretio feudi alienatio-
nem reuocant, & vtili quidem reiueodicatione,
nam cum feudum ſit datum tunc recipieoti io vi
ta taotùm: eo moriente ius ſuum extinguitur, &
illius, qui capit ab eo, per text. in capitulo pri-
mo. §.rurſus, quibus modis ſeudum amit. & in
l.lex vectigali.de pignoribus, & penes recipieo-
tem plus iuris transferre oon potuit, quàm ipſo
habebat, vt io regula iuris, eo mortuo nullum
ſupereſt obſtaculum filio vel agnato ad vendican
dum. cum ad feudi petitionem veniat ex gradu
& ex perſona propria & non aliena.beneficio do
mini,ex pacto ac prouidentia, primi mortui per
ſona pro nihilo eſt habenda, vt ſupra diximus
huic cooclusioni ſcribeotium ocmo diſſenſit:cõ
ſuleotium etiam & tractaotium rem feudalem
coras ooo pooam,quæ commuoes ſunt & vulga
res præſertim apud Regoiculos.

SVMMARIVM.

1 *Subuentio pro emenda terra non poteſt peti per hæ-*
redem, quando pręſtita fuit defuncto, & hoc quã
do feudum eſt hæreditarium, ſed ſi fuerit ex pacto
& prouidentia, vnuſquiſque ſucceſſor petit ſubuen
tionem.

1 TERTIO † prouidet cooſtitutio.
Regoi quamplurimum.vt domi
nus a vaſallo poſſit habere ſub-
uentionem pro terra emeoda,
& ſemel tantùm. ſi defunctus e-
mit terram,& fuit ſibi facta ſub
ueotio, hęres eius,ſi aliam emerit,non habebit
aliam ſubueotiooem: quia patri eius.præſtita eſt:
& ſi ipſe eam peteret, repelleretur ex illo canone
& ex illa lege.ſic.& hæres eius. oot. Moderni in
dicta conſtitutione.Quando verò feodum eſt ex
pacto, ſubuentiooem petet vtriuſque deſcenden
tium: quia cum mortuo feudatario feudum
cenſeatur de oono conceſſum deſcendenti ex or
dine gradus, vel ex pręambula conceſſione, vel
ex fictione iuris de nono: factum defuncti habeo
tis ſubuentionem a vaſallis noo obſtabit deſcen-
deoti, qui in feudo oon habet cauſam ab eo: oc-
que vt eius hęres, vel ex perſona, vel facto illius
oona eſt perſona in dominio ſendi,& noua eſt in
ueſtitura: habet tamen hic nouus ſucceſſor feu-
dum vt nouum quò ad hnc: vt non afficiatur dã-
no prędeceſſoris ſui, ſed cum illis oneribus, quæ
proceduot ex natura,& regula feudi: vt eſt dare
dotem ſorori, militiam fratri,& ad alia, ad quæ
etiam teneretur dominus, ſi feudum ad illum re
perueniret: vt pluries dixit Andr.& in d.ca.1.§.
quid ergo.& in capitulo primo, an agnatus.& in
capitulo ſi vaſallus.ſi de feud.fue. contro.el ſecũ
do, cum alijs.remanet tamen feudum paternum
vel aotiquum, quateous eſt commodum & fauor
ipſorum deſcendentium: vt not.io capitulo pri
mo. §.hoc quoque, de ſucceſ.feu.& io capitulo
primo, de gradibus. & io capitulo primo, de eo
qui fioem fecit agnat. & io capitulo primo, de
vaſallo decrepitæ ętatis, ne aliàs quod indultum
eſt in fauorem, retorquatur in odium: vt io regu
la iuris. habet feudum paternum vel antiquum
plus

plus in fructu quàm nouum, veluti arbor nouel
la ab antiqua. quæ plures radices & ramos pro-
tulit, eiuſdem naturę eſt feudum, licet qualitas
ſit diuerſa: vt Zaſiùs ſcribit in epitome feudali.
12. parte, colu 2:6. non poteſt fieri antiquum,
quin prius non fuerit nouum, ideo eadem eſt na
tura, licet ex tempore prorogauerit radices, & li
cet illa conſtitutio loquatur generaliter, nec di
ſtinguat qualitates feudorum; & per hęc dicta re
ſtringeretur, quia tamen lex noua eſt, debet à ra
tione recipere intellectum. & a lege antiqua in
terpretari: vt no. in l. ſciendum. qui ſatiſ. cog. di-
xit vna vice tantùm. ergo defuncto & hęredi ſuo
ſemel præſtari debet: vt ſi vni ipſorum præſtita
ſit, cæteris ſucceſſoribus denegetur, qui veniunt
ex iure & perſona illius: cum omnes ipſi pro v-
no habeantur, & vna eademque ſit perſona, &
vt hæredi in feudo, quod obſtaret defuncto, ob
ſtaret etiam hæredi, illa lex eſt, vel præter, aut cō-
tra rationem, vnum grauare pro alio, quod non
licet, etiam vbi maxima eſt perſonarum coniun-
ctio: vt vxor pro marito, & pater pro filio: ſatis
erit ſatisfactum tenori illius conſtitutionis per
vnicam ſubuentionem factam ſiue defuncto, vel
hæredi, aut ſucceſſorib. ſuis, vt redeamus ad ius
commune, & vires non porrigat in perpe-
tuum. not. Andr. in capitulo primo, ſecunda
columna, de eo qui ſibi & hęredibus ſuis. & in ca
pitulo primo. §. quinetiam. epiſcopum vel abba
te.n. in multis deterior eſt conditio feudi hære-
ditarij: & in hoc quoque quia lex ſemel tantùm
præſtari voluit, quaſi in modico grauaret vaſal-
lum, argum. l. ſcio. de reſtitu. in integr. & dicit Se
neca in libro de remedio aduerſæ fortunę. in l.
graue eſt, quod ſemel eſt.

S V M M M R I V M.

1 *Præſcriptio feudi facta contra patrem nocet filio in feudo hęreditario, quod ſecus eſt in feudo ex pacto & prouidentia.*

1 QVARTO † ſi pater habeos feudū
hæreditarium patiatur feudum
ab alio poſtea poſſideri & præ-
ſcribi ſecundùm regulam capi-
tuli ſi quis per 30. ſi de feud.
fue. contro. & in Regno eſt con
ſtitutio Federici, conſuetudinem prauā, non poſ 1
ſet poſtea hęres eius vendicare feudum: quia ob-
ſtat ſibi exceptio præſcriptionis tricennalis, per
quam excluditur ab agendo, vt not. Bar. in l. ſi. ff.
pro ſuo, & dum pater eius paſſus eſt feudum præ 2
ſcribi, cenſetur ipſe alienaſſe feudum, vt in regu
la, cum is. vnde ſi pater ipſe peteret, iam excludere-
tur, eodem modo & filius hæres. hanc concluſio
nem firmat Andreas in capitulo primo, §. quid 3
ergo. 2. columna, de inueſtitu. de re aliena facta.
& ibi eam ſequuntur omnes ſcribentes, & Mo-
derni poſt eūdem in dicta conſtitutione conſue 4
tudinem. Bal. in l. prima, 22. quæſtione, de rerum
diuiſione. Paris in tracta. de reintegr. feudorum,
folio a penna 266. an ſi pater. Quando aūt feu
dum eſt ex pacto & prouidentia, præſcriptio pa-
tris non nocet filio, non hæredi agnato, nec etiā
domino. idem Andr. in dicto capitulo, quid er-
go, dat rationem, quia dum pater poſſedit, filius
non hæres agere non potuit, & non valenti age
re præſcriptio non currit. ut in l. ſi. C. de anna. ex
ceptio. eo mortuo non potuit in feudo deterio-
rem conditionem facere, cum ipſe erat grauatus
reſtituere feudum, quaſi quodam onere fideicō-
miſſi alienare non potuit. vt in l. ſi. & in auth. res
quæ. C. communia de legatis, & ibi dicit nota-
bile verbum, quòd vnus non habet cauſam ab a-
lio & ideo non fit acceſſio temporis, iuxta l. Pō-
ponius. per totam. l. de acquir. poſ. habet a domi
no concedente cauſam, & ab eo capit, & tempus
intermedium illi nō nocet, quia eo tempore feu
dum eſt penes alium de voluntate eiuſdem domi
ni, & cū in præiudicium agnati non potuiſſet a-
lienare, nec præſcriptionem pati. ſecūdùm Bal.
in l. liberti, libertæque, penultima columna. C.
de operis libertorum. gloſſ. eſt in l. ſi mulier. §.
primo, in verbo ratum, quod metus cauſa. Mo-
derni plenè in §. diui. Præſcriptio habet vim cō
tractus, & ęquiparatur pacto, ſecundùm Bal. con
ſilio 11 a. de generali, vltima columna, ſecundo li
bro, & in l. prima, prima columna. C. de ſerui. &
aqua. nec diceretur habere cauſam a vero domino
ille, qui præſcribit, vt excludat filium vel agna-
tum, ſed tantùm a tradente, vt not Alberi. per il
lum text. in l. ſi alienam, in principio de donatio
ne cauſa mortis, & eſt tex. in l. indebiti. ponit Bal
bus in tractatu præſcriptionum, prima parte, in
quinta quęſtione principali, prima columna, &
poſt eum Tiraquellus in conſuetu. Pctonum. fo
lio 87. numero 252. & ideo ſi dominus euincit a
pręſcribente, ab eo non aufert feudatarius, qui
præſcriptionem paſſus eſt quò ad ipſum pro alie-
nante habetur, tradit Ioānes Andreas poſt Pileū
in additio. Speculi, in titulo de feudis. verſic. 28.
ſequitur Panor. in capitulo ad audientiam, tertia,
columna, de præſcriptio. & Cardinalis Alexan-
drinus in capitulo primo. §. præterea ſi inter
duos, vltima columna, de prohibita feudi alien.
per Federicum.

S V M M A R I V M.

1 *Exequutio ſuper fructibus feudi hæreditarij poteſt fieri pro debito defuncti feudatarij deducto onere feudi, ac etiam deducto ne egeat feudatarius, in feudo verò ex pacto & prouidentia ſecus.*

2 *Feudum quamuis non ſit obligatum pro debito, poteſt tamen diſtrahi & exponi venale plus offerenti per ſacrum Conſilium impetrato prius aſſenſu Regio, ad hoc vt creditoribus poſſit ſatisfieri.*

3 *Reuocatio non admittitur, quando fit alienatio ex cauſa neceſſaria authoritate pretoris: cum illa fiat etiam contra voluntatem feudatarij.*

4 *Diſpoſitio feudatarij nulla valet ſuper feudo ex pacto & prouidentia etiam in vna candela pro eius anima.*

QVI

QVINTO, pro debito † defuncti feudatarij fit executio ſuper fru
ctibus feudi hæreditarij vt not.
omnes in dicto capitulo quid ex
go:& Moderni plenè in conſtitu
tione Federici, ſi quis poſt litem.
& Domini de Rota Neapoli.deciſione 26: 111.
240.& 265.in ſubſidium tantùm, quando alia
bona allodialia non exiſtunt: vt dicunt ſcriben-
tes in l.ſi finita.§.ſi de vectigalibus, de damno in
fecto.Paul.de Caſtr.in l.pro hærede. §. ſi tamen,
de acquirēda hæreditate.Curtius in tractatu feu
di, quarta parte. 12.quæſtione. & Taurinenſis in
verbo & dicti inueſtiti, propè finem,& per Ale-
xand.conſilio 19. in quinto libro, deducontur
tunc onera feudi, &.victus feudatarij. ſecundū
Angelum in l.eorum, de damno infecto.& Sali-
ce. in authentica ei qui. C.de bonis authori.iu-
di.poſſidendis, aliter Paul.de Caſt. in l. pro hæ-
rede.§.primo,& Alex.in dicto §.& probatur ex
tex.capituli primi, verſi. ſed ſi feudum. Epiſco-
pum, vel Abba. vbi quando feudum eſt magnū,
& auocatur a poſſidente propter perpetuum im
pedimentum,& non habet vnde ſe alat, debet tā
tum ei relinqui de feudo, vt ex illo ſe enutriat ex
æquitate, not. Andr.in conſtitutione Comitibus
in q. vitæ & militiæ, quanta ſit pro ſecundogeni-
to, vt primogenitus viuat decēter, no. Im.in l.cō
modis, de re iud.miles ē feudatarius: vt i c.1.quo
tempore miles, qui non exigitur, niſi inquantū
facere pōt, ſecundū gl.in l.2.& ibi Bald. C.quod
2 cū eo.nos † vtimur in ſacro Cōſilio, qū debitum
eſt magnum,& non poteſt breuiori tempore ſa-
tisfieri, decernere feudum exponi venale,& Re-
gio aſſenſu prius obtento plus offerenti liberari,
3 nec † tunc admittitur reuocatio debitoris: quia
eo inuito diſtrahitur, & ex authoritate magni
prætoris, qui eſt in Regno ſacrum Conſilium. &
reuocatio ceſſat, quando contra voluntatem de
bitoris, ex prouiſione tū legis feudū deducitur pe
nes alium nomine tamē Regis, vt ſupra diximus
in limitationibus conſtitutionis Regni, conſtitu
4 tionem diuę memorię. Si † feudum eſſet ex pacto
quamuis in eo eſſet executum, ſtatim extinguitur
executio iam facta, nec poteſt alia de nouo in-
choari ſuper fructibus ipſius, quia de eo neque
pro anima poſſet candelam relinquere, dixit An
dr. in c.1.ſi.co.an agnatus, licet aliud eſſet de vr
banitate.idem Andr. in d.c.imperialem, per il-
lum tex.in 2.col.& per Bal & Card.in c.1.§.hoc
quoque.de ſucceſ.feudi.& eſt ratio, quā Andreas
ſæpe aſſignat, quia ſi feudum ad dominum de-
uolueretur, ipſe non teneretur ſuper fructibus
illius ſatisfacere, minimè etiam agnatus, cuius lo
co prior eſt filius: liberè redit ad dominum, dixit
ipſe in dicto §.quid ergo: nec a vaſallo dicitur ha
bere cauſam, cum veniat ad ipſum ex reſolutio-
ne iuris ſui. & in capitulo ſi vaſallus.el ſecundo,
ſi de feudo fuerit controuerſia. notant feudiſtæ
ibidem & in ſumma, vtrum poſſit feudum capi
in cauſam iudicati, niſi poſt Cal. Martij deceſſiſ-
ſet, fructus ſpectarent ad ſucceſſorem in burgen-
ſaticis.& hoc ex conſuetudine & iuxta tradita in
capitulo primo.§.his conſequenter. hic finitur
lex,& aliàs ex decreto ſacri Conſilij tempore Fe
derici Regis Aragonei deuoluto feudo Lanciani
& Trentulæ ad Regiam curiam ob mortem Do-
mini Franciſci Brancatij de menſe Iunij fuerunt
fructus relaxati hæredibus ipſius. de qua quæ-
ſtione, cuius ſint fructus feudi illius anni, quo de
functus moritur, plenè Alexan.conſi.18.& con-
ſilio 29. quinto volumine. Albertus Brunus cō
ſilio 106.Cuma.conſi.99.quædam,& conſi.129.
Signorolus conſi. 12. Aluarottus conſi.64. inter
conſilia Alberti Bruni, aliqui putant, quòd dicta
diſpoſitio.§. his conſequenter. procedat in do-
mino tantum; ſecus in agnato: vt debeat fieri
diuiſio iuxta regulam.l. diuortio.ſolu.matrimo.
vt dicit Cuma.ibi,& ſequitur Alexan. quia cum
loquatur, quando domino aperitur, & nihil di-
cit de agnato, eſt caſus omiſſus a lege feudali: &
remanet in diſpoſitione iuris antiqui. & nemo
doctorum ponit in dicto §.his conſequenter, de
quo plenè de omnifariam diuiſione fructuum
per dominum Andream Tiraquellum in conſue
tudine Pictonum. folio . . . ſtat ergo con
cluſio, quòd vbi feudum eſt ex pacto, executio nō
poteſt fieri ſuper fructibus feudi mortuo feudata
rio,& facta retractatur, a die mortis.& huic de-
ciſioni adduci poſſent omnes aliæ rationes allàs
politę in ſuperioribus, cum ratio diuerſitatis mi
nimè aſſignari poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Diſpoſitio feudatarij ſuper feudo ex pacto & pro-
uidentia nulla eſt in feudo vero hæreditario in qui-
bus caſibus valeat.*

1 SEXTO † quando feudum eſt hæ
reditarium, feudatarius poteſt
facere fideicommiſſum de feu-
do, vt concludit Alexand. poſt
alios in l.ſi patroni.ad trebel. &
vbi fideicōmiſſarius eſt de agna-
tis. Taurinenſis in ſua ſilua feudali, in verbo &
cū poteſtate teſtādi. Nulla valet regulariter diſpo
ſitio defuncti in feudis, tex.dicit in c.1.de ſucceſ
ſione feudi. niſi fiat ad commodum filij, ſecun-
dùm Afflictum in c.1.an agnatus.col. 11. & niſi
filius æqualiter inſtituat. Decius conſi.262.ſecū
do volumine. Collector noſtrę Rotę deciſione
111.& quando pro conſeruatione feudi. Alber-
tus Brunus conſilio 105.& quando filius appro
bat teſtamentum. per Curtium ſeniorem conſil.
76.in 2.col.& vbi pater de feudo in filiam diſpo
ſuit,& filius habuit ratum, per Lucam de Penna
in l. iubemus.C.de proxi. ſacrorum ſcriniorū,
libro 11.vel niſi data eſſet licentia diſponendi, p
Socin.conſi.252.2.libr.plenè: potuit tunc diſpo
nere, ſed non ſubſtituere: quia de prima intelligi
tur diſpoſitione, per l. boues.§.hoc ſermone.de
verbo.ſigni.& in l.hæc conditio.de condi.& de
monſtra.& quando vulgariter ſubſtitueret, per
Mayonum conſilio 7.in tertio libro, & ſi non va-
let quò ad feuda, teneat quò ad allodialia. Bald.
conſilio 275.quod pro natura, ſecundo volu.&
in conſilio 170. eodem volumine, & in conſi-

lio 330.tertio libro.& ſi valeat conſuetudo, vt poſſit diſponi in teſtamento. & ſi filius vel ſucceſſor approbanit, obligetur in vim pacti, per Bald.conſilio 356. ſi vaſallus deceſſerit.in quinto volumine,& ſi detrahant falcidiam,per Paul. de Caſtro conſilio 179.in cauſa, quam. ſecundo * volumine,& ſi deducat legitimam, per Ancha. conſilio 151.plura dubia.per Decium conſilio. 17.poſt ſecundum volum.omnino per Curtium conſilio 76.& per Iuannem Antoniū Rubeum conſilio 27.& prædicta ſunt addenda ad ea,quæ ſcribit Curtius in tractatu feudi,in quarta parte in pen. quæſtione,& in conſilio 55.& Alex.conſilio 30.in primo volumine.& in conſilio 18. ſecunda col.& conſi.52.fi. col. in quinto volumine,quando autem feudum eſt ex pacto & prouidentia,nulla eſt diſpoſitio defuncti in feudo,per 1 tex.in d.c.1.G.de Perno conſilio 2.cum ſequē. cum eo moriente ius ſuum extinguitur.Andreas 1 Tiraquellus in tractatu primogeni. quæſtione 76.folio 415.quò ad feudum,& perinde eſt,ac ſi nunquam fuiſſet in mundo: ratio autem diuerſitatis in vtroque caſu eſt: quia feudum hæreditarium, quando dominus præbet aſſenſum, cenſetur,quò ad ipſos poſteros deſcendentes, vel agnatos libera allodialis,& res merè burgenſatica ſecundùm Andream ibi in dicto capitulo primo, & Bal. in l.cum virum.C.de fideicommiſſ. & hę res grauatur in feudo,proui diſponit de re ſua, oportet eſſe hęredem,velit,nolit,ſi vult ad feudū admitti, vel ad hæreditatem defuncti, ſecus vbi eſt ex pacto, vt ſupra diximus. Campegius conſilio 11.col.7.inter conſilia Bruni.

S V M M A R I V M.

1 *Inuentarium non prodeſt quò ad feudum hęreditariū ſed bene quò ad feudum ex pacto & prouidentia.*

1 SEPTIMO† in feudo hęreditario nihil prodeſt inuētarium ab hęrede confectum, Andreas in c.1. in fi.qui ſucce.tene.& in c.1. 2. col.an agnatus,& in c.1.de alie. feu.paterni:quia quò ad feudum cenſetur vna & eadem perſona cum defuncto, propter aditionem hæreditatis.& in §. quid ergo, de inueſti.de re alie. facta,& in capitulo imperialem,colu 9.de prohi.feud.alien.per Federicū & in capitulo primo,quarta col.Imperator Lotharius,feudum cenſetur res defuncti, & non hęredis qui venit non ex perſona ſua ſed defuncti, teneretur ad omnia,ad quæ defunctus, vt ſupra diximus,de quo per Curtium in conſilio 83. in quarta colu.Alex.conſilio 16.in quinto volumine.& per Iuniorem Curtiū conſilio,primo, poſt tractatum feudi.& per Dominum G.de Perno in no.& conſilio,feudalibus,& per d.Blaſcū Lanceá in repetitione capituli volentes, Regni vlterioris Siciliæ,quando autem feudum eſt ex pacto,prodeſt inuentariū: vt Andr.dixit in dictis lo-1 cis,& ceſſant rationes contrarię. Qñ autē feudū eſſet ex pacto & prouidentia,ſed nouum acquiſitum a defuncto, magna eſt controuerſia inter ſcribētes & conſulentes ſuper Andrēm,qui vario modo legitur.Dec.conſi.185.1.vol.cōſi.194 eod.vol.& conſi.78.ibidem,& in cōſi.208.3.co. & conſi.289.3.vol.& alibi per multos,dicam infra ſuo loco:quia eſt notabilis quæſtio, & requirit totum hominem.Corneus conſi.199.2.vol.

Quando eſt contentio inter agnatum & filiā defuncti ponitur interim filia in poſſeſſione,quia præſumitur allodium c.2.ſi de feud.fuer.contr. vide And.& cæteros,hoc verum, ſi diceretur feudum eſſe hæreditarium.ſecus ſi ex pacto & prouidentia,Cur.Iun.in l.fi.C.de edic.diui Adr.tollen.plura per Alcia.reſpon.257.verſi.3.principaliter limitatur. *

S V M M A R I V M.

1 *Feudum hæreditarium venit in petitione hæreditatis tanquam res hęreditaria.*

1 OCTAVO† feudum hæreditariū venit in petitione hæreditatis,ſecundùm Andr.in c.1.de contr. inter vaſallum & epiſcopum. & in c. in generali,ſi de feudo fuerit cōtr.allegat gl.in l.nō tantū. de petitione hęreditatis. idem dixit in d.c.1.& in d.§. quid ergo, & in capitulo primo. §. huius autem generis, ex quibus cauſis feudum amit. & in dicto ca.primo, an agnatus; in prima col. hoc prodeſt ad duo. Primò: vt petendo quis hęreditatem, intelligatur etiam petere feudum, quod eſt in hæreditate repertum,ſi petitor ſit de ſucceſſuris in feudo ex regula iuris, vt not. Doctores in dicta l.ſi patroni.poſt Alexan. & conuentus condemnatus ad reſtituendam hæreditatem teneatur etiam relaxare feudum hęreditarium,ex quo feudum cenſetur eſſe res hæreditaria:vt not.docto.in dicta l.non tantùm. Secundò,vt ſiquis hęreditatē repudiet,vel refutet, vel poſſidenti de hæreditate faciat quietationem, intelligitur etiā repudiare,ac refutare feudum,& de feudo quietationem facere,notat Dynus in dicta l.non tantùm.& in l.item videndum,eodem titulo,per Bar.Paul.de Caſtr.& alios, Maynus in l.ſi non ſortem.columna decima. de condi.indebiti. Bal. conſilio 437. quædam puella fuit dotata. primo volumine.& in conſilio 369. in tertio libro. Venit etiam in diuiſione hęreditatis. Zabarel.conſilio 14. doctores in capitulo omnes filij, ſi de feudo fuerit controuerſia.Quando autem feudum eſt ex pacto, tunc ſecus: quia tunc non cenſetur quid hæreditarium, licet ſit in hęreditate repertum. Alexan.conſilio.tertio,in fi. quarto volumine, & in conſilio 119. in quinto libro, in materia per Decium conſilio 78.& conſilio 185.in primo libro,& in conſilio 390.ſecundo volumine.Socinus in conſilio 19.primo volumine.& conſilio 74.penultima columna, in tertio volumine. Ioannes Antonius Rubeus in l. Gallus. §. quidam recte, de liberis & poſthumis. Albertus Brunus conſilio vndecimo, & per Curtium conſilio 50. columna 15. & Cotta in verbo emphyteuſis,vbi plenè loquitur: non venit tunc feudum ex pacto in reſtitutione fideicommiſſi,neq; in quietatione generali, neq;

in pe-

in petitione hæreditatis, ex quo per mortem intercidit fideicommiſſum, velnti in re aliena factum, in quietatione non venit, quia non eſt res hæreditaria, nec in petitione hæreditatis: quia in eo defunctus non habet hæredem, & decedit ſine hærede: cum morte ius finiatur: & noua incipiat acquiſitio in perſona poſterorum renouãda de generatione in generationem: vt Bal. ſingulariter dicit in l. executorem. col. 7. C. de executio. rei. iudi. quòd poſteri veniunt ad feudum iure pactionis. & in eis non eſt feudum paternũ, ſed nouum tenouandum poſt mortem: vt ſupra diximus. nouum dico reſpectu defuncti, qui paulò ante migrauit, ſed quò ad dominum concedentem. & agnatos antiquum & paternum eſt, ſub natura & regula paterni & antiqui feudi: qa hoc eis prodeſt quò ad multa, & in multis feudum paternum vel antiquum differt a nouo, & de nouo acquiſito quò ad ſeruitia, gradus ſuccedendi, refutandi & alia. vide Andream in capitulo primo, in verbo aut nupta filio, ſecunda columna, quibus modis feudum ami. & in §. cum verò, de his qui feudum dare poſſunt. & in capitulo finali, quæ ſit prima cauſa benefi. amit. & in capitulo primo, Imperator Lotharius. poteſt tamen feudum nouum concedi iure paterni, & antiqui feudi. Maynus diſcutit in præludijs feudorum, & tunc qualiter agnati ſuccedent per Bal. in capitulo primo, de aliena. feudi paterni. Curtius con ſilio 49. plenè, & per Alex. conſilio 10. in 3. lib.

S V M M A R I V M.

1 *Sententia lata ſuper feudo hæreditario afficit omnes heredes, & ſucceſſores in feudo, quod ſecus eſt in feudo ex pacto & prouidentia.*

1 NONO † ſententia lata ſuper feudo hæreditario ſemper nocet filio & agnatis hæredibus, ſecundùm concluſionem Doctorum in capitulo primo. §. ſi vaſallus. el ſecundo, ſi de feudo fuerit cõtrouerſia, quia ipſi veniunt ad feudum ex perſona defuncti, qui ſuccubuit in cauſa, & ſi ipſe ageret, repelleretur: quia obſtaret ſibi exceptio rei indicatæ, ſic & eius ſucceſſoribus; qui plus iuris non habent in feudo quàm victus haberet, ſi viueret. Si verò feudum eſt ex pacto & prouidentia, ſecus cẽt: quia ipſi veniũt ad feudũ ex prouidentia primi, vt in l. ſi arrogator. de adoptio. ac ex cõtractu & non iure hæreditario, ſententia tñ nocet ei, qui eſt victus, & ſuis in iudicio, vel illi, qui habet cauſam a victo, vt in l. ſi a te. §. Iulianus. ff. de exceptio. rei indicatæ. & l. quod ipſis. de regu̾lis iuris. Andreas in capitulo primo, ſecunda columna, de controuerſia inter vaſallum & alium de beneficio. Cardi. in capitulo primo. §. ſi. quib. modis feudum amit. & per Curtium in tractatu feud. in quarta parte. 24. quæſtione. agnatus non gerit vicem perſonę defunctæ. ſed primi, qui nõ fuit in lite, neque habuit ſententiam contra, prima acquirens liberè & ſine exceptione tranſtulit in poſteros, & limitauit ius in perſona cuiuſque, donec viuit: quo moriente extinctus eſt omnis vigor & authoritas rei indicatę, ex defectu iuris illius, qui modo deceſſit, venit liberè ad filium & agnatos, ideo dicimus, quòd in feudis ſẽper vertimus oculos ad primum acquirentem, ſecundùm Cardi. conſilio 9. in titulo de feudis. & & in capitulo primo. §. quinctiam. epiſcopũ vel abbatem, & in capitulo primo, ſecunda column. de vaſallo decrepitæ ætatis. & in capitulo primo §. & quia, tertia columna, de his qui feudum dare poſſunt. & in præludijs feudorum. & dicit Baldus in capitulo primo, an agnatus, quòd feudũ venit ad poſteros & agnatos ſicut fons ad riuulos. idem in capitulo primo, de eo qui ſibi & hęredibus ſuis. & plenè per Curtium in conſilio 50. quarta columna, idem in conſilio 137. ſecundo volumine, quod feudum ad poſteros magis ex conuentione defertur, quàm ſucceſſione. & in conſilio 275. in eodem libro. quando verò ſciuiſſet cauſam tractari, & notus eidem eſſet ſtatus cauſæ & litis, tunc ex alio capite ſibi noceret: quia ius agnationis paſſus eſt diſcuti, per l. ſæpe. Andreas plenè in dicto capitulo ſi vaſallus. & in §. quid ergo. & per dominos noſtrę Rotæ Neapolitanæ 345. & 396. & per Socinum conſilio 87. quinta colum. in tertio volumine & plenè per dominum Andream Tiraquellum in tractatu primogeni. q. 35. folio 352.

S V M M A R I V M.

1 *Feudum quando eſt hæreditarium ſucceſſor debet eſſe hæres vltimi morientis*

1 DECIMO † Vbi feudum eſt hæreditariũ ſucceſſor, debet eſſe hęres vltimi morientis, arg. l. fi. C. de impuberum & alijs ſubſtitu. notat Andreas in capitulo primo, de ſucce. feud. nam cum feudum cœperit adimplere ſua forma effici hęreditarium: quia in eo primus acquirens habuit hęredem, & morientis eſt effectum patrimonium: vt nota. per Andream in capitulo imperialem. 8. col. & in capitulo primo. 6. col. de natu. ſucce. feudi, & no. per Docto. in l. prima. § veteres, de acquirenda poſſeſſione. debet vltimo morienti ſuccedere vt poſſit habere feudum. & ita tenet Curtius in conſilio 138. in penul. columna, in ſecundo vol. aliter tamen videtur voluiſſe Albertus Brunus in conſilio 18. quòd ſufficiat fuiſſe hæredem primi, vt admittatur ad feudum, licet vltimo moriẽti non ſuccedat, allegat Alexand. in conſilio 26. in quinto lib. idẽ dixit in conſilio 25. placet mihi opinio domini Curtij ex dictis per eundem in dicto conſilio 138. nam licet Alexan. ibi non firmet. quod ipſe dicit: tamen rationes pro iſta par te magis concludunt: vt vltimo debeat eſſe ſucceſſor, etiam vt per hoc primò dicatur ſucceſſiſſe, quando aliter ei non extitiſſet hæres: & aliàs tota feudalis diſpoſitio ſubuerteretur. durum mihi videtur, reſtringere formã inueſtituræ ad primũ hæredẽ, & nõ extẽdere ex ſui natura ad oẽs hæredes, pſertim vbi inueſtitura dictat ꝓ hæredib. & ſucceſſorib. in perpetuũ, prout cõſueuit eſſe formã cõis iuris: & ei priuilegiorum pro hæredibus & ſucceſſoribus ex corpore legitimè deſcendentibus.

tibus. Iſta eſt forma tradita feudo: vt omnis, qui
vult in feudo ſuccedere, debeat eſſe hæres, ſingu
lare eſt verbum Andreæ in capitul. prim. §. quid
ergo, in fine, de inueſtitu. de re alie. facta. primus
qui ſucceſſit, adimpleuit formam quò ad ſe: oō
reſtringit formam quò ad alios ſucceſſores: oon
fuit perſonalis forma pro primo hærede: ſed pro
omnibus heredibus & ſucceſſoribus. vnuſquiſ-
que ſibi & heredibus ſuis proſpexit: vt in capitu
lo primo, de duobus fratribus. hæc eſt forma
iuris communis, tibi & hæredibus. dixit Andre-
as in capitulo primo, tertia columna, de alie. feu.
paterni. & io conſtitu. Regni, vt de ſucceſſioni-
bus. ab homine data eſt eadem forma. ita quòd
iuris & hominis coocurrit oorma: fortius ligat;
vt in autben. itaque. C. communia de ſocceſſio.
noo debet in primo finiri, quòd eſt ad omnes
tranſitorium, qui vult ſuccedere, debet habere
qualitatem appoſitam in inueſtitura, ſcilicet vt
hæres ſit illi, cui ſuccedere vult: quando à do-
mino petit inueſtituram, quæ veteris eſt confir-
matio: vt in capitulo primo, per quos fiat inue-
ſtitu. non primi inoeſtiti dicet ſe eſſe heredem,
oeque ob mortem primi denunciabit mortē Re
gię cutię ſed vltimi, vt per Andream in capitulo
primo, quo tempore miles, & ideo mihi videtur
quòd vltimi ſit hæres: vt primo ſuccedat, aliàs re
pudiata hereditate vltimi habeas feudum preci-
puum, & creditores & alij, qui cum defuncto
contraxerunt eſſent excluſi. Forma feudi, eſt he-
reditaria non tā ex diſpoſitione iuris, quàm tra-
dentis & acquirentis. illa non poteſt omitti, arg.
l. cum hi. §. prætor. de tranſa. eſt aſſignata vita in
feudo: ineſt ei ſpiritus formæ, & qualitatis, quæ
ſicut adimplenda eſt in primo, ita & in omnibus
ſucceſſoribus ſecundùm voluntatem vltimi mo
rientis, quid enim ſi alium inſtituiſſet hæredem
in allodialibus & in ſua hæreditate, qui non eſſet
ſucceſſurus in feudo: filius vel aguatus habebit
feudum, etiam quòd non ſit heres: cum ipſe non
poſſit habere hæreditatem alio inſtituto hærede
regulatur à diſpoſitione defuncti ſucceſſio: & p
ipſum ſucceſſorem non ſtat, ſingulariter ſcribit
Bald. in capitulo primo, ao agnatus, ſequitur do
minus Guil. de Petno in ſuis no. feudalibus. non
tamen requiram, quòd vltimus ſit heres ex aſſe
totius hæreditatis illius, qui poſtremò defunctus
eſt. ſed ſufficiat vel pro virili, aut aliqua parte ſuc
ceſſiſſe, vt ſit ſatisfactum formę, quę regulatur à
voluntate defuncti. ex nota. per Bat. in l. vt inſtu
tandi. §. ſi liberi. de operis libertorū. Decius con
ſilio 268. quinta columna, ſecundo volumine. A
lex. conſilio 8. tertio volumine: Maynus in l. ſe-
cunda, idem Albertus Brunus io d. cōſ. 18. & in
d. cōſ. 25. notat Bal. in capitulo 1, quarta col. de
ſucceſſio. feudi. quando autem feudum eſt ex pa-
cto & prouidentia, ceſſant prædicta, quia habet
feudum etiam non heres, vt dicit Andreas in ca-
pitulo primo, in fi. qui ſucce. tenea. iuxta regulā
capituli primi, an agnatus, de quò dicam infra.
ſufficit eſſe agnatum pro feudo obtinendo, vt in
capitulo Titius, ſi de feudo fuerit cootro-
uerſia, & per Decium conſilio 78. ſecunda col. in
primo vol. debet eſſe ex primo deſcendens, vt in
capitulo primo, de gradibus. & in capitulo pri-
mo, de natura ſucce. feudi, & legitimè deſcendēs
vt not. in capitulo naturales, ſi de feudo fuerit
controuerſia. & ibi plenè per Andr. & Docto.

SVMMARIVM.

1 *Renunciari poteſt feudum hæreditarium in manibus
domini in præiudicium filiorum & agnatorum. in
feudo autem ex pacto & prouidentia renunciatio
patris non nocet poſteris.*

1 VNDECIMO † poteſt renunciari
feudum in manibus domini, quū
eſt hæreditarium, vt io c. 1. §. rur
ſus ſi fidelis, quibus modis feu-
dum amit. & tā filij quàm agna-
ti in poſterū excluduntur, vt no.
in c. 1. de vaſallo decrepitæ ætatis. & in c. 1. de eo
qui finem fecit agna. & per Cardi. & alios in d. c.
rurſus, ſed vbi feudum eſt ex pacto & prouiden-
tia, renunciatio patris non nocet poſteris, quia al
teri per alterum non debet iniqua conditio affer
ri, vt in regula iuris, & in l. ſi cum Hermes. C. lo
cati. ita Bald. io conſilio 250. ad euidentiam, in
ſecundo libro. & in conſilio 72. primo volumi-
ne. Albertus Brunus conſilio quarto. & ideo eo
moriente ſtatim reuertitur ad agnatos. etiam q
a domino fuerit alius inueſtitus, ſecundùm Bal.
in conſilio 118. in primo volumine, & in conſi-
lio 389. conſuetudo, tertia col. ſecundo libr. &
in l. qui ſe patris. C. vnde liberi. Alex. conſil. 19.
tertia col. quinto volumine.

SVMMARIVM.

1 *Legato feudo hæreditario, quod non tenetur in pro-
prietate feudi, hæres tenetur præſtare æſtimationē
feudi, quod ſecus eſt in feudo ex pacto & prouiden
tia.*

1 DVODECIMO † quando legatur feu-
dum hæreditarium, quod oon tenet
in proprietate feudi, per capitulum
primum, de ſucce. fendi. debetur ta-
men ab herede æſtimatio fendi, vt oo. in capitu-
lo primo. §. donare. qualiter olim poterat feu-
dum alienari, nam licet feudum non ſit in com-
mercio hominum ſine diſpenſatione Principis.
& ideo etiam ęſtimatio non debeatur, per no. in
l. apud Iulianum. §. fi. de legatis primo. oon tamē
eſt res omnino poſſideri prohibita. vt campus
martius, forum, vel Baſilica. l. cętera. §. fi. ita An
dr. in c. 1. §. fi. de inueſt. de re alie. facta. vbi cōclu
dit, q ſi in feudo ſit conſtituta quarta in teſtamē
to vxori, quę poterat inter viuos conſtitui ex mo
re viuentiū iure Francorū, & non poterat in teſta
mento relinqui, debet vxori ęſtimatio quartæ,
tāq̄ res illa ſit euicta. & Andreas ibi, ſequitur Nea
politanus in conſuetu. ſi aliquis, in verbo coo-
ceſſa, in quib. cauſis liceat ꝓpria auth. pignora-
re. Bal. in l. dotalē. de teſt. mili. May. in l. vxor pa
terni. C. de leg. Io. Fabri in §. 1. inſtitu. de lega. Io.
Faſioli in ſumma feudali, in rubrica qualiter feo
dum acquiſitum poſſit alienari, Barbatia io ru-
brica

bri.a de rebus eccleſ.alien.vel non. & idem ſequitur ex ſola authoritate. Andr. Afflictus in dicto §.fi. Paris de Puteo in tractatu de reinteg.feudorum, folio 173.an tenẽs bona, Et licet hic articulus ſit diſputabilis: nam contrarium multi tenuerunt, vt per Sandæum in capitulo, quæ in eccleſiarum, columna 27 de conſtitut. Curtius in tractatu feudi, in quarta parte, pe. quęſtio. folio 44. Taurinenſis in ſua inueſtitura, in verbo & cũ poteſtate. folio 20.& idem Afflictus in dicto §. donare. & Capicius nihil decidat deciſio 64. & Andreas in l.cõſtitutionem diuę memoriæ, poſt glo.ibi, tamen communem cõcluſionem firmat eſſe in contrarium, videlicet vt æſtimatio debeatur. Curtius Iunior in conſilio 30.in primo volumine.& reſpondet omnibus argumentis contrarijs, quæ adducuntur per Doctores in dicto §.fi.& breuitatis cauſa non refero pro nunc,& alibi dicam.

Quando autem legaretur feudum ex pacto & prouidentia: tunc nõ deberetur æſtimatio: quia tunc cenſetur teſtator legaſſe ius, quod habet in feudo, vt in dicta l. vxor patrui,& cum finiatur per mortem, minimè debetur ęſtimatio: quæ ſuccederet loco rei. Andreas ſentit in dicta l.conſtitutionem: tunc enim debetur ęſtimatio, quando res præſtari non poteſt ex natura rei: quę nõ eſt regulariter in communi commercio, ſecus quando extinguitur ius in re, ob defectum iuris legantis, ſingulariter Bal. in conſilio 275. quod pro regula, in principio, in ſecundo volumine, allegat text.in dicta l. vxor patrui. & in l. Sticho.de vſufr.legata. Si tamẽ ſimul diſponeret in teſtamento, tam de feudalibus, quàm allodialibus, valeret quò ad allodialia, argum.l. ſi arrogator. §.impuberi, de adoptionibus. ſecundùm Bal.ibi. In ſacro Conſilio recepta eſt ea opinio: vt æſtimatio debeatur. Quando bona fide diſponit de feudo purè deuotè & ſine fraude, & domini honor intactus remanet, ex dictis per Andream in dicto §.fi.& per Docto. in locis ſupra allegatis. Quando feudum eſt hæreditarium, & die 14 Iulij. 1554 Sab. per idem ſacrum Conſilium fuit determinatum cum Nobilibus de Rota & Illuſtr. Aſcanio Columna deberi æſtimationem certorum Caſtrorum donati promiſſorum Domino Antonio Rotæ, per quondam Illuſtr. Fabricium Columnam pro remuneratione ſeruitiorum eidem præſtitorum per dictum quondam Dominum Antonium Rotam, Genitorem dictorum de Rota.

SVMMARIVM.

1 *Hęredes qualiter teneantur contribuere pro hæreditarijs portionibus, & qualiter primogenitus ex eis ratione feudi, & quid in feudo ex pacto & prouidentia.*

1 DECIMOTERTIO † omnes filij pariter ſucceſſerunt patri in allodialibus, & primogenitus habuit feudũ, in quo iure Francorum viuitur. & fratribus ſola vita & militia competit: ſi in hæreditate onera, & debita ſuperexiſtunt. pro hęreditarijs portionibus fit diſtributio a lege 12. tabularum, per l. ſecundam. C. de hereditarijs actionibus. & filius primogenitus contribuet etiã pro rata bonorum hæreditariorũ, & computabitur in appretio bonorum feudum, in quo ipſe ſolus ſucceſſit non habita alia diſtinctione onerũ, vnde proceſ-
3 ſerunt. Capicius refert ſententias arbitrales ſuper hoc latas deci. 198. Lofr. aliqua allegat, & non decidit, in c.1.1.col. Imper. Lotha. quibus addo Bal. conſi. 331. fœmina. in 3. vol. nouorum. lo. Liceriũ in tra. primogenituræ. 2. lib. 5. col. qui idẽ firmat: vt in plus contribuat primogenitus, per text. in l.1.& ibi Bar. C. de anno.& trib. Martinus de Lande. idẽ cõcludit in eo. tra. Andr. in ca. 1. an agnatus. Alber. Bru. conſi. 104.& in tra. de excluſio. fœm. fo. 58. 11. arti. verſi. 60. Alex. conſi. 31.1. vol. Albericus in auth. itaque, C. cõia de ſucceſſio. Caſſan. in conſue. Bur. fo. 253. & per Moder. Gallos in conſu. Pariſ. tit. 1. §. 11. ſecundũ Gul. de Cuneo, & Pau. de Cà. in l. hinc quęritur. §. põt de peculio, deberet fieri ſeparatio bonorũ bur- 1
genſaticorũ a feudalibus, per l. certarũ. §. 1. de militari teſta. tñ in Conſilio nos ſeruamus hãc opinionem, pro qua aliàs fuit iudicatũ: vt primogenitus contribuat in oneribus hæreditarijs, etiam quæ non proceſſerint occaſione feudi. & pro rata valoris feudi, qđ ipſe primogenitus præcipuũ hẽt: quia, cum ipſe plus conſequatur de hęreditate defuncti, plus debeat onerari, vt pro rata emolumenti ipſe etiam ſentiat oneris, per regulã iuris: hẽt in ſuꝯ rre magnã æquitatẽ, quã ſemper bonus iudex debet prę oculis habere, vt in l. qđ ſi Epheſi. §. fi. de eo quod certo loco. Qñ. n. feudũ eſſet ex pacto & prouidentia, ego dico, quod iſta ęquitas non eſſet ſeruanda a ratione ceſſante. Nã cũ feudũ ex pacto ipſe ſucceſſor non habeat vt hęres defuncti, neque vt illius bona, ſed per mortem occupat iure primi inueſtiti, ex quo ab eo non honoratur in aliquo, minimè ipſe onerari poteſt ex facto ipſius. l. 1. §. ſciendũ. de leg. 3. l. ab eod. C. de fideicom. fit iſto caſu ſeparatio bonorum, quia ſucceſſor capit feudum vt peculium caſtrenſe, per d. l. ſi certarum. §. 1. & procedunt allegata pro parte contraria, qui ita diſtinguebat; & hoc ſentit And. in d. c. 1. 1. col. ibi, de fructibus feudi, quando deceſſit poſt calendas martias, debet ſolui ad hæredẽ, quia fructus ſunt hæreditarij. & ibi debitũ feudi, quod eſt onus feudi, tranſit in agnatum, quia & in dominium, quamquam non rectè poſſit fieri adęquatio cum milite habente & paganica, & caſtrenlia, qui a principio & tempore vitæ habebat duo patrimonia, & cum feudatario, qui tenet feudum, in quo viuitur iure Francorum cum qualitate hęreditaria, & haber etiam bona allodialia, cum ſemper & a principio dicatur habuiſſe vnicum patrimonium, licet diuerſa bona, vt in l. iuriſperitos. §. cum oriundus. de excuſa. tutorũ, & idẽ ſequitur dominus Andreas Tiraquellus in tractatu primogenituræ in 35. q. fol. 335. qui dicit fuiſſe in magna Camera inquæſtarum determinatum: vt frater ſecundogenitus pro rata bonorum teneatur: & confirmata ſententia in cauſa appellationis, & intelligo eius dicta procedere

ſecondùm priorem concluſionem. Quando feudum eſt hæreditarium, & Prælatus eſt primogenitus in ſucceſſione feudi: ſed vbi feudum eſt ex pacto & prouidentia, fit ſeparatio bonorum non quò ad hoc, vt feudum ex pacto computetur in patrimonio defuncti, ſed quò ad qualitatem onerum: vt ſi ex cauſa feudi onus ſit legale, ſolus ipſe primogenitus teneatur, qui ſolus poſſidet feudũ & ſolus percipit fructus. habet tunc cum ſoa cauſa veluti onus rei annexæ ſolum ſequatur poſſeſſorem, vt in l. ſi. C. ſi ſine cenſu vel reliquis, ſi nõ ex cauſa feudi, ſed ex debito à defuncto contracto minimè teneatur poſſeſſor feudi ex pacto: nec in aliquo contribuere, ſed pro modo hæreditarij valoris quilibet ſoluat, vti poſſidet.

S V M M A R I V M.

1 *Feudum an & quando computetur in legitima.*

1 DECIMOQVARTO, † Magna eſt controuerſia inter Doctores, ſi feudum computetur filio in legitima: nam aliqui tenent ꝙ ſic, vt G. de Cuneo, Bal. Salyce. & alij in l. omnimodo. §. imputari. C. de inoffi. teſtam. per illum tex. Nicolaus de Neapol. in l. pater. la. tertia, ad l. falcidiam. Alij autem quòd non, vt per Alexan. in conſilio 19. in fi. colom. quinto volumine. & in l. in quartam. & per Moderniores ibidem & alibi. ideo diſtinctionis fędere concordabitur, quòd aut feudum eſt hæreditarium, & imputatur filio in legitima, quatenus capit ſummam pro ſua legitima, cum capiat illud iure hæreditario, & eodem modo cẽſetur prout alia bona allodialia, vt in l. prima. §. ſciendum. de ſeparatione bonorũ, & iudicatur eſſe corpus patrimonij, vt in l. ſed ſi plures. §. filio. de vulg. & pupillari. Aut verò feudum eſt ex pacto & prouidentia, & tunc non computetur filio in legitimam, ex quo non capit vt rem hęreditariam, ſed iure ſuo & ex contractu primi. p l. ſi arrogator. §. primo. de adoptionibus. & lo perſona ſua cenſetur nouum feudum, vt in l. ſtipulatio iſta. §. ſi quis ita, de verborum obligationibus. & notat Andreas in dicto capitulo primo, in fine, qui ſucce. teneantur. & in dicto capitulo primo. §. hoc quoque, & ſupra dixi. Hoc feudum non habet iudicio defuncti. ideo non debet ſibi imputari, no. Bar. in l. 1. §: ſed nec caſtrẽſe. de collatio. bono. Alex. in l. ſi patroni, ad trebel. Cur. in tract. feu. 4. par. verſi. tertia poteſt decidi quæſtio. & vide, quę ſcribit Bal. in conſi. 56. commune Aſt. in tertio libro, quia dicit duo eſſe patrimonia. hęreditarium, & feudale, & vnum non ſapit naturam alterius, per dictam l. ſi arrogator. §. ſed impuberis. hoc prodeſt ſcire, ſi creditores vellent habere recurſum, vel ſuper fructibus feudi. aut in corpore bonorum hęreditariorum. & filius velit vt præcipuũ deducere, & eſt, quęſtio de facto cum hæredibus Illuſtris Domini ſuper remiſſione ſententiæ latę per ſacrum Cõſilium.

S V M M A R I V M.

1 *Iudicium cœptum cum procuratore per litis conteſtationem poteſt & cum ipſo finiri poſt mortem domini in damnum vel commodum hęredis, quod procedit etiam in feudo hæreditario: ſecus in feudo ex pacto & prouidentia.*

1 DECIMOQVINTO † lite conteſtata cum procuratore poteſt finiri iudicium cum procuratore, per l. nulla dubitatio. C. de procura. ad commodum, vel damnum hæredis, prout quotidie practicamus in ſacro Conſilio. & hoc habet locum etiam in cauſa feudali: vt ſcribit Capicius fuiſſe iudicatum in ſacro Conſilio deciſione 186 dicit tamen Dominus Zaſius in l. in ſumma. col. quarta. de re iudicata, citandum eſſe hæredem, vt fiat translatio inſtantię in ipſum, & vt confirmetur mandatum, vel infirmetur, ſi iuſta cauſa ſuper eſſet. & ita debere intelligi dictam. l. nulla dubitatio. per tex. in l. prima, & ſecunda. C. de ſi pen. appella. mors interuenerit. cuius authoritas licet grauis ſit, mihi tamen non placet; quia in dicta l. prima & ſecunda, non erat lis conteſtata p procuratorem. vel quid ſi deceſſit defunctus in longinquis partibus, & ignoratur hæres, & deliberant agnati, an velint adire, imputandum eſt ei, qui maluit conſtituere procuratorem. ideo nõ debet differri expeditio cauſę in ea inſtantia, in qua procurator eſt dominus, lex illa prouidet, vt non grauetur actor vel reus perquirere futurum hæredem, & interim morari. vel forte deciſio domini Zaſij poſſet procedere, quando procurator cum quo lis eſt conteſtata, hoc peteret non ad finem differendę litis, ſed vt informetur ab eo, ſi habet hęres alia iura, vltra deducta in proceſſu, & ſecum aſſiſtat in lite, & ſubminiſtret expẽſas dicat tamen hæredem adijſſe hæreditatem. & prædictæ deciſionis ratio eſt, nam procurator gerit vicem perſonę defuncti, & effectus ſententię reſpicit futurum hæredem. Quando autem feudum eſt ex pacto & prouidentia, dico non procedere dictã l. nulla dubitatio, neque quod ſcribit Capicius in dicta deciſione, qui nihil validum allegat in hoc articulo. & hoc probatur per text. in clem. ſi. de procuratorib. & rationes, quæ ibi traduntur a doctorib. vt poſt mortẽ dñi ſit extinctum mandatũ procuratoris in beneficialib. cũ quo alìàs potuiſſet de iure ꝓcedi, & hñt locũ in feudo ex pacto & prouidẽtia, quia nõ potuit defunctus conſtituendo ꝓcuratorẽ, quẽ nõ vult, & ille quaſi contractus, ꝗ oritur in iudicio, finietur mortuo feudatario, & ſicuti ſibi nõ obſtaret ſnīa quando ignorauit cauſam pertractari, vt no. in c. ſi vaſallo 2. ſi de feu. fue. cõtr. ita nec quaſi contractus geſtus per procuratorem, qui habet originẽ a defuncto, qui ipſum deputauit in cauſa.

S V M M A R I V M.

1 *Hæres in feudo altero de tribus modis conſideratur, ſcilicet hæres feudi, hęres ſanguinis, & hęrẽs hæredatis, & de ſingulis vide per diſcurſum.*

2 *Caro-*

Carolus Primus Rex fuit inueſtitus ab eccleſia
de Regno Siciliæ pro ſe & hęredibus ſuis.
3 *Regnum Siciliæ ſub qua forma inueſtitura fuit con*
ceſſum Regi Carolo Primo.

1 DECIMOSEXTO Hęres poteſt in feu
dis † conſiderari altero de tribus mo-
dis. aut vt hæres feudi, aut vt hæres ſan
guinis, aut vt hæres hæreditaris, ſecundùm Do-
minum G. de Perno in nota. feudorum. Hæres
feudi dicitur, quando Rex concedit Titio & hæ
redibus, eo ipſo in feudo ex conceſſione præam-
bula dicitur hęres in feudo, allegat ſingulare ver
bum Andr. de Iſer. in capitulo primo. §. quid er
go, in fin. de inueſt. tura de re aliena facta. ibi. de
2 conceſſione † Regni Carolo Primo facta ab ec
cleſia Romana ſibi & hęredibus ſuis, qđ in mul
tis partib. dicit ſicut in Regno hæredes. vnde
in feudo ſunt hæredes, quando ſic conceditur. &
hod dictũ Andreę ſignauit Loffredus tacito au-
thore, & idem Andreas in capitulo primo. §. do
nare, quinta col. qualiter olim poterat feudum
alienari, ibi. ſi ergo feudum eſſet hęreditarium:
& filius in eo eſſet hęres: formula hæc facit ip-
ſum hęredem in feudo, ſecundùm interpręta-
tio nem prudentum: & poteſt eſſe proficua reci-
pienti, & hæredi ſuo recipienti, vt de eo poſſit
diſponere pro voluntatis arbitrio, cum tranſ-
mittat ad alium in morte, ſi vult, & ſi non vult
alienabit in vita; vt ſupra dixi. hæredi etiam ſi
defonctus alium facit hęredem in patrimonio,
vt poſſit habere feudum etiam non hęres bono-
rum, & hæreditatis iudicio morientis, feu-
dum autem habebit proximior filius: vt hæ-
res feudi ex ipſa conceſſione, ne excludatur a
feudo, in quo ipſe eſt hęres, iuxta doctrinam
Siculorum, in repetitione capituli volentes. & ſe
quitur ibidem Dominus Andreas dictus Lope-
traccqui dicit ſic fuiſſe iudicatum. & iſto modo
conſideratur hæres feudi. Sed licet hęc ſit ſubti-
lis conſideratio, non tamen fundatur iure feu-
dali, ſed ex quadam ponderatione, quam An-
dreas facit ex inueſtitura Caroli Primi, qui ha-
buit conceſſionem Regni à Clemente Quarto
in Anno Domini 1266. quarto Cal. Iulij, in Ci-
uitate Romæ, primo anno ſui Pontificatus, &
coronatus Romæ fuit in eccleſia Lateranenſi, p
duos Cardinales à Pontifice miſſos, ſub die Epi-
phaniæ 1265. hoc meo iudicio in eadem inueſti
tura non legitur a Pontifice Maximo, & ſede
Apoſtolica Carolo Primo conceſſum, vt induce
ret formam faciendi hęredes Regni, vt Andreas
3 colligit argumentum. † Sed inueſtitura Caro
li eſt ex verbis & ſubſtantia merè hęreditaria. ibi
in principio narratur. Regnum conceſſum Ca-
rolo cum quibuſdam pręſeruationibus: & vo-
lens complere negotium, dicit hæc verba in ca-
pite inueſtituræ. videlicet in feudum perpetuò
tuiſque hæredibus ex te legitimè deſcendenti-
bus prædictum conſumando negotium ſub pręę
dictis conditionibus ibi plenius expreſſis &c. in
ueſtiuimus te per veſillum &c. & ibi ſequitur.
Nos igitur volentes tibi, & hęredibus tuis in
poſterũ ſuper his ſalubriter prouidere: tuis ſup-
plicationibus inclinati collationem, conceſſio-
nem, & inueſtituram prędictorum Regni, & ter
rę ſub conditionibus, & forma prędictis à pręfa-
tis Cardinalibus tibi & hęredibus tuis. & inſeri
tur etiam bulla Clementis cum omnibus condi-
tionib. quę vnà cũ alijs inueſtituris Regũ Regni
eſt in meo poſſe, & pro bono fine nolui compla
cere multis expetẽtib. impreſſionem ipſarum. &
ibidem dicitur concedere Regnum in feudum.
Carolo vobis, veſtriſque hæredibus ex vobis legi
timè, ſicut infra dicitur, deſcendentibus, & ibi,
conditiones autem ſunt hæ. ſi in veſtro, & hęre
dum veſtrorum obitu Sedes Apoſtolica conce-
dit Regnum in feudum Carolo Primo, & eius
hęredibus, & ſucceſſoribus ex corpore legitimè
deſcendentibus in communi forma, vt deſcen-
dentes legitimè ex ipſo Carolo ſint hæredes ip-
ſius Caroli immediate, vt in ipſo Regno ſucce-
dant mediate ex perſona defuncti. hæc forma,
tibi, & hęredibus ex corpore, facit feudum hæ-
reditarium, ſecundùm communem ſententiam
ſcribentium, vt dixi in formulis inueſtiturarum,
de qua per Andreã in capitulo primo, an agna-
tus. & ibi plenè Docto. & ibidem dixi, & in ca-
pitulo primo, §. hoc quoque, de ſucce. feudi, per
Alexan. conſilio. 21. in quinto volumine. & per
Albertum Brunum conſilio ſecundo, cum ſe-
quen. non inducit eadem ſedes Apoſtolica ali-
quod ſpeciale, vel iuris miſterium in eadem in
ueſtitura, vt faciat hæredes in ipſo Regno pro-
pter aliquem effectum irregularem: ſed tantum
in communi forma concedit Regnum Caro-
lo, & hęredibus ex corpore, prout eſt forma cõ-
munis feudorum, vt de iure communi feudo-
rum, vt in capitulo primo, de eo qui ſibi & hę
redibus ſuis. & in capitulo primo. §. & ſi clientu
lus, de aliena. feudi. & in capitulo ſi. ſi de feudo
fuerit controuerſia. & idem exprimitur in inue-
ſtitura, quod iam erat de iure communi, ſcilicet
vt hęres in feudo ſit deſcendens ex ipſo acquirẽ-
te, aliàs non ſuccederet, vt in capitulo primo, de
ſucceſ. feudi, & in capitulo primo, de natura ſuc
ce. feudi, & in capitulo primo, de gradibus. item
vt legitimè deſcendat: quia naturalis non admit
titur, in capitulo naturales, ſi de feudo fuerit cõ
trouerſia, & ponitur vtrunque. vt ſit legitimus,
& deſcendens, ad excludendos filios adoptiuos,
eodem titulo, hęc omnia expreſſa ſunt, eo modo
quo de iure communi feudorum inhærerant,
non mutant, nec alterãt naturam feudi, per l. ter
tiam. d: legatis primo, expreſſa nocent, quando
alio modo exprimuntur, ſecundùm eundem An
dream in capitulo primo, §. huius autem gene-
ris. prima col. ex quibus cauſis feudum amit. Iſta
igitur inueſtitura non facit immediate hæredem
Regni in Regno, ex his verbis quæ communia
ſunt, ſed hæredem defuncti principaliter, qui
erit etiam ſucceſſurus in Regno, quatenus erit
hæres Regni, hoc non ex pacto, conceſſione, vel
inueſtitura fundatur: ſed de iure communi: illa
enim verba interpretabuntur, prout ius intelli-
git ſæpe, idem Andreas hoc dixit in capitulo pri
mo, quarta col. qui ſucc. tenea. & in dicto, §
huius autem generis, & in capitulo primo. ſecun
da

1.e col. qualiter vaſallus iurare debeat domino fidelitatem: & alibi ſæpe: lex prouidet in caſu omiſſo à contrahentibus, ſcilicet vt deſcendens ex primo acquirente, qui recepit pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus ex corpore, ſit hæres ipſius acquirentis in omni hæreditate: & primò in hæreditate ſanguinis: vt Bal. dicebat in capitulo primo. de eo qui ſibi & hęredibus ſuis, allegando Innocentium in rubrica de iure patro. Secundò, vt ſit hæres immediate in hęreditate morientis. Tertiò, vt ea his duobus ſit hęres feudi: ideſt, vt habeat feudum, vtrinſque hęreditatis concurſus accedat: hoc ego colligo ex verbis conceſſionis Regni factę Carolo per Sedem Apoſtolicam. Nec obſtat ponderatio Andreę, quod in dicta cõceſſione dicatur ĩ multis partibus: ſicut hæredes in Regno. Vnde ex illis verbis erit hęres in ſeudo, quando ſic conceditur, nam verum non dicit, ibi, dum exprimit in ſequentibus verbis, videlicet, quòd, ſi vos vel aliqui veſtrum in Regno hęredum, ſtudentibus & procurantibus, ibi in Regno hęredum, & ſcribitur ibidem. Si verò ad vos, vel veſtros in dicto Regno hæredes, & ibi, cæterùm ſi contigerit aliquem de veſtris hęredibus, qui deberent in prędictis Regno Siciliæ, & terra ſuccedere in Regem, vel Imperatorem Romanum, & ibi, ſi autem vos, vel aliqui veſtrũ in Regno hęredes contraherent, & ibi, tam per vos, quàm per veſtros in dicto Regno hęredes. & ſequitur in alia pagina. Si verò vos, vel veſtri in dicto Regno hęredes & ibi. dictorum in Regno hæredũ ſumptibus, & ibidem, exceptuata conceſſione Regni Ciuitate Beneuentana, cum eius diſtrictibus, iuribus, & pertinentijs antiquis, dicit. Vos autem & veſtri in Regno Sicilię hęredes, & ibi, quam vtique libertatem vos & veſtri in prædicto Regno hæredes manutenebitis. & ibidẽ, ſaluo vobis & veſtris in Regno hæredibus iurepatronatus, & deinde ſequitur. deinde omnes ꝑmiſſas conditiones, quæ in perſona veſtra apponuntur: circa veſtros etiam in dicto Regno hæredes, & ſucceſſores intelligimus & volumus eſſe dictas: nam iſta verba per Andream inducta pro forma inducenda in ipſo ſeudo non diſponunt aliquid de nouo ſuper qualitate ſeudi: ſed ipſi hæredes in Regno, qui ſint, & qualiter accipiantur, apertè patet ex ipſa conceſſione. cum Regnum concedatur Carolo, & ſuis hæredibus & ſucceſſoribus ex corpore. hoc principaliter diſponit Sedes Apoſtolica, & hoc exprimit in pluribus partibus, quas ſupra expreſſi. illa ſequentia verba regulantur à præcedentibus, cum magis præcedentia influant ad ſequentia, quàm e contra: vt in l. ſi ſeruus plurium. §. fin. de legatis 1. Quando nominat hęredes Regni, iam exprimit eos, qui ſupra erãt nominati declaratiuè ſeu expoſitiuè ſub qualitate hæreditaria, item eadem verba ſunt appoſita in executione conceſſionis: quæ illam in aliquo non immutant, vt in cle. prima. de præben. notat Curtius in conſilio primo, poſt tractatum feudi, cum Papa apponit conditiones in conceſſione Regni, ne ſępius repeteret hæredes, & ſucceſſores deſcendentes legitimè ex corpore Caroli: illos nuncupat hęredes in Regno, vel hæredes Regni, & bene exprimit, cũ hęrede ex corpore legitimè deſcendentes ex ipſo Carolo erant ſucceſſuri in ipſo Regno. Secundò clarius hoc apparet ex verbis ſequentibus illius conceſſionis. cum Sedes Apoſtolica, quod perpendit in expreſſione illarum conditionum, & qualitatum, quòd Carolus potuiſſet habere alios hæredes, qui non ſucceſſiſſent in Regno, noluit ipſos ligari ea lege adiecta in conceſſione Regni, neque illis conditionibus ibidem inſertis legitur hoc expreſsè ibi in ſequentibus, dũ dicit. Hoc autem intelligimus de illis hæredibus veſtris, qui vobis in eodem Siciliæ Regno ſuccedent. Nolumus autem, quòd delictum aliorum hæredum, qui ſuccedunt vobis in Comitatibus, & alijs terris veſtris in pœnam hæredis: qui eſt vobis ſucceſſurus in Regno aliquatenus extendatur. Hoc apertum eſt ex his verbis, contra declarationem Andreæ in dicto §. quid ergo: dum diſtinguit de pluralitate hæredum inter ſucceſſuros in Regno: & eos qui non ſunt ſucceſſuri. ergo intellexit de illis hętedibus ſucceſſuris in Regno, qui Caroli eſſent hæredes, & in eodem Regno ſuccederent. patet quoque in ſequentibus verbis ibi. vt videlicet. nulli etiam huiuſmodi aliorum hęredum veſtrorum. Forte iſta inueſtitura non fuit recognita a peritioribus, qui ſub fide, & authoritate Andreę aliquid de nouo induxerunt in qualitate feudorum. Vel certius credo, eo tempore hanc conceſſionem fuiſſe receptam a prudentibus Regni, vt ſit ex pacto & prouidentia, cum Regnum infeudatur Carolo, & suis hæredibus legitime deſcendentibus, cũ his conditionibus, quòd deſcendentes ex eo, & ſuis hæredibus Siciliæ Regibus mares, & fœmine ſuccedant, ſic tamen quòd de liberis duobus maribus eodem gradu per eandem lineam concurrẽtibus primogenitus: & de duabus fœminis primogenita, & de mari & fœmina in eodem ſimiliter concurrentibus maſculus omnibus alijs prę feratur, verba ſunt Papæ, & Sedis Apoſtolicę in eadem inueſtitura. Vidi allegationes doctiſſimorum virorum pro Regno diſputantium ex his verbis Regnum deferri ad ſucceſſores ex pacto, & prouidentia, & non ex qualitate hæreditaria: & quòd illa verba, hæredibus & ſucceſſoribus, recipiant interpratationem à iure feudorum ſub declaratione iuris, & impropriatione verborũ, & quidam doctor Romanus Aduocatus Conſiſtorialis hoc affirmabat pro Carolo. Tertio in ſucceſſione primæ Ioannæ Reginæ huius Regni. & filiæ primogenitæ quondam Caroli Illuſtris Vicarij Roberti Regis ſui patris: & inoleuit hęc opinio per nõnulla tẽpora, de qua diximus in primis formulis inueſtiturarum. Satis ego dubito de tam eleganti & ſublimi concluſione facta per Andream in dicto §. donare. & alibi, quia mihi non congruit ex verbis dictæ conceſſionis, quæ clarius loquitur de legitimo hęrede, & de non hærede feudi: & ibidem apparet, dum dicit. Conditiones autem ſunt hæ. Si in veſtro, & hæredum veſtrorum obitu legitimum, prout ſequitur, hæredem vos aut ipſos (quod abſit) nõ

habere contingeret, Regnum ipſum ad Romanam eccleſiam, eiuſque diſpoſitionem liberè reuertatur, vel procedat dictum Andreę, vbi feudum conceditur. Tertio & hæredibus in feudo ſucceſſuris, & hoc teneo in hac inueſtitura. Veritas huius dicti poterit prodeſſe ad multa, an ſit hæres in ipſo feudo immediatè ex forma conceſſionis: vel ſit hæres ſecundùm ius commune in hęreditate defuncti: cogitent domini mei: cum ſufficiat prędicta tetigiſſe, & non alibi reperientur. Secundo modo capitur, hæres vt hæres ſanguinis: vt dicit Bal. in dicto c. 1. de eo qui ſibi & hæredibus ſuis, & hoc eſt regulare in feudis: vt vt debeat eſſe de eodem ſanguine, quo fuit primus acquirens, & non ſufficit fuiſſe de eadem familia & agnatione, vt ſupra dixi, & hoc plenè proſequuntur dominus Gulielmus de Perno & Moderniores repetentes capitulum volentes. Tertio modo ſumitur hęres, prout hęres & ſucceſſor allodialium & hæreditatis: vt in l. hęredū appellatione. de verborum ſignificatione. & de hoc etiam hærede tractatur in capitulo primo, an agnatus: & de hoc hærede nonnulla diximus vt ſucceſſor feudi ſit immediatè etiam hæres allodialium defuncti, quando vult, ex qua qualitate ſuccedendi alteratur in multis natura feudi: vt ipſe lector percipis ex differétijs, quas deduximus. Siquis autem legiſſet librum inueſtiturarum factarum per eundem Carolum Primū. poſtquam fuit Regnum adeptus, prout ego in archiuo perlegi tam feudorum, Caſtrorum, quàm Comitatuum ab eodem conceſſorum, multa argumenta ſcribentium cognoſceret, pro errore vel opinione temporū proceſſiſſe, & non de iuris cēſura fundari ex illis formulis.

S V M M A R I V M.

1 *Succeſſor feudi hæreditarij mittitur in poſſeſſionem feudi ex edicto l. fi. C. de de edict. diui. Adr. tollen.*

1 DECIMOSEPTIMO† Vbi feudum eſt hæreditarium, ſucceſſor mittitur in poſſeſſionem, feudi ex edicto. l. fi. C. de edict. diui Adriani tollen. quod habet locum in feudis. ſecundum Doctores ibidem Antiquos & Modernos: quia cū feudum ſit quid hæreditarium, veluti habet locum in hæreditate defuncti, quando hæres ſcriptus venit iure aperto, ſic & in feudo, quod eſt defuncti, & hęres capit vt de bonis illius, quando habet teſtamentum non abolitum, neque cancellatum. Domini de Rota noſtra Neapoli. deciſio. 119. Andreas in capitulo primo. ſi de feudo fuerit controuerſia, & Docto. in capitulo inter filiam, eodem titulo. Albertus Brunus conſilio ſecundo. Bal. in capitulo primo. de controuerſi. inter maſculum & fœminam, & in capitulo primo. de ſucceſſio. feud. Quando autem feudum, eſt ex pacto & prouidentia, ceſſat prouiſio legis finalis, cum in eo non veniat vt hęres, ſed iure proprio, & ex pacto primi acquirentis, & prouidentia concedentis. eſt tamen fauor agnati: quia ſibi eſt commodum.

S V M M A R I V M.

1 *Licentia alienandi feudum an tranſeat ad hęredes, & quid in feudo ex pacto & prouidentia.*

DECIMOOCTAVO, Si tenemus illam opinionem, quam periti Regni
1 ſequuntur, quòd ſi eſt data† licentia alienandi feudum, ex eadem poſſit alienare hæres, per l. ſi pactum, de probatio. & videtur tex. in l. lient. §. ſi debitori, quibus modis pignus vel hipo. ſoluitur, Moderni, Afflictus Capitius, & Loffredus in dicto capitolo Imperialem, cum hæres & defunctus cenſeantur eadem perſona ex fictione iuris. per tex. in §. primo in authentico de iureiuran. à moriente præſtito: hoc non procederet, vbi feudum eſſet ex pacto & prouidentia, tunc licentia iudicaretur perſonalis, & non realis, & per mortem eſſet extincta poteſtas alienandi, non quòd ex ea licentia agnatis in feudo fieret prędiciũ, ſed vt de nouo dominus pro aſſenſu, & licentia requiratur, vt dixi in dicto capitulo Imperialem, & hoc modo poſſet procedere contraria opinio, de qua dixi in quæſtionibus aſſenſus: vel niſi tempore conceſſionis feudi fuerit hæc poteſtas conceſſa cum facultate alienādi, quaſi reſtringatur in hoc feudi natura reſpectu domini, & quòd ad alia ſuam naturam, & pactum, & prouidentiam retineat, vt in capitulo primo. de feudo non habente propriam naturam feudi, & ibi per Andream, & in dicto. §. huius autem generis,

S V M M A R I V M.

1 *Legi ima cenſetur primogeniti totum feudum, in quo viuitur iure Francorum.*

2 *Vita & militia nō datur loco legitima, nec portionis feudi.*

3 *Feuda licet ſit legitima primogeniti, tranſit tamen cum onere ſoluendi debita hæreditaria, niſi, ſit ex pacto & prouidentia.*

1 DECIMONONO Communiter† dicunt in Regno, quòd totum feudū in quo viuitur iure Francorum, eſt legitima ipſius filij primogeniti. notant Moderni in conſtitu. vt de ſucceſſionibus, in fine. & in conſtitu. Comitibus, ex dictis per Andream in conſtitutione Regni dignum, in ſecunda col. & in capitulo Imperialem. §. prętere a Ducatus, de prohibi. feudi alien. per Federicum. quem ſequitur Andreas Tiraquellus in tractatu primogeniturę, in quinta quæſtione, folio 179. & folio. 416. & monetur Andreas ex not. per Ioan. And. & Hoſtienſem in capitulo licet. de voto. per illum tex. vbi dicunt, totum Regnum eſſe legitimam Regis, qui eſt ſucceſſurus in Regno. Panormita. conſilio 12. vt clarè. in tertio dubio, in primo libro, & in conſilio 3. circa, ſecundo volumine, per Boerium deciſion. 104. Ripa in l. in quartam col. 25. num. 123. ad legem falcidiam.

cidiam,& per dominum Gulielmum in tracta.
de ſucceſſione Regum. Rationem autem, quare
totum feudum ſit legitima ipſius primogeniti,
plenè non aſſignant, neque bona eſt, & æqua
comparatio Regni ad feudum, hoc facit feudi
natura, quod eſt indiuiduum,& fauor publicus
ne ſcindatur in plures: non quod habeat a genere
præcipuum, neque eſt ſucceſſoris dignitas, ſed
2 rei natura, aut domini fauor. † Ex hac ratione
colligitur, quòd illud, quod datur fratri ſecun-
dogenito pro vita,& militia, non ſit loco portio
nis feudi, à quo ipſe excluditur propter primo-
genitum, neque pro legitima, quæ deberetur in
feudo: quia cum totum feudum ſit legitima ip-
ſius primogeniti, non poteſt ſecūdogenitus por
tionem, quotam, aut legitimam ſuper feudo præ
tendere, & cum ipſe excluditur à proprietate
feudi, non poteſt dici, quòd ſit portio valoris,
ex glo.& Andrea in dicta conſtit. comitibus, in
repetitione. & ideo datur loco alimentorum,
quæ extinguūtur cum vita ipſius fratris ſecundo
geniti,& portio illius vitæ & militiæ non accre
ſcet alijs fratribus, ſed tantùm domino, qui eſt
primogenitus, per tex. qui non allegatur ibidem
à ſcribentibus in l. dominus, §. fi.& ibi gloſ. de
3 vſufructu. † Ex hoc credunt aliqui imperiti,
quòd cum feudum primogenito delatum totū
ſit legitima ipſius, quòd in eo a defuncto non re
cipiat aliquod onus, vel grauamen, per l. quo-
niam nouella, C. de inoffi. teſtamen. & illud pe-
nes primogenitum perueniat liberum,& ſrācū
a creditis contractis per defunctum,& confecto
inuentario vltra vires non teneatur. Errant ta-
men. nam licet ipſe in eo ſit ſolus ſucceſſurus, te
netur tamen ad omnia, ad quæ teneretur defun
ctus, quia ipſe capit vt hæres defuncti, vt dicit
Alberi de Roſate in proœmio digeſtorum. ip-
ſum ius primogenituræ capit filius ſucceſſor iu
ra hæreditaria, firmat dominus Ioannes Lice-
rius in tractatu primogenituræ, ſecundo libro, in
quinta quæſtione, allegat Oldradum conſilio. 93
& Abbas aliquid diſcutit in dicto conſilio tertio
& Oldrad. in dicto loco allegat dominus Loffre
dus conſilio primo, numer. 15 t. qui per alia me-
dia conatur impugnare opinionem affirmātū,
feudum totum legitimam eſſe filij primogeniti
& poſtea hæc declarare conatur. Dico, quòd feu-
dum totum,& integrum eſt legitima ſucceſſio ip
ſius primogeniti, non legitima aliqua naturalis
quæ nunquam fuit conſiderata in feudis, vt di-
cit acutiſſimus Mod. Gall. in conſue. pariſien. fol.
126. legitima ſucceſſio ex more,& conſuetudine
Francorum, qui primogenitum tantùm admit-
tunt in feudo, non quòd ſit legitima iuris natu-
ralis, ſuper qua non admittatur onus, & vt ipſe
totum capiat præcipuum, eadem met conſuetu-
do facit ipſum hæredem in feudo vt de feudo vl
timi morientis,& non primi acquirentis. & de
hoc articulo dixi in inueſtituris, ſi feudum, in
quo viuitur iure Francorum, ſit ex pacto & pro
uidentia, quando nō exhibetur inueſtitura, hoc
tractari poteſt per argumenta, vbi feudum eſt
hæreditarium, ſi ſit legitima portio aut legitima
ſucceſſio, aut imputetur in legitimam. Quando
autem feudum eſt ex pacto, hæc omnia decidunt
cum ſucceſſor capiat iure ſuo ex contractu,& in
ueſtitura primi,& non curamus de vltimo dece
dente, aut alio intermedio. quod enim in bonis
illius, aut eius contemplatione non eſt, in legiti
mam illius imputari non poteſt, vt dicunt in di
cta. l. in quartam. ius primogenituræ, quando
non apparet inueſtitura. eſt beneficium legis, vel
conſuetudinis. dicit Bal. conſilio 360. quantum
ad punctum, ſecundo libro, & cum ea qualita-
te, qua lex eo more viuentium, aut feudi inueſti
ta detulit.

SVMMARIVM.

1 *Succeditur in feudo hæreditario, tam ex teſtamen-
to, quàm ab inteſtato. In feudo verò ex pacto &
prouidentia, neque ex teſtamento, neque ab inte-
ſtato ſucceditur, ſed iure proprio tantùm.*

1 VIGESIMO † in feudis hære
ditarijs defuncto hæres ſuccedit
tam, ex teſtamento, quàm ab in
teſtato. Vnde ſi defunctus fecit
teſtamentum,& in eo filium pri
mogenitum fecit hæredem, vel
ſi omnes filios,& feudum eſſet diuiduum, quia
in eo viuitur iure Longobardo, in feudo dicitur
filius ſuccedere ex teſtamento, poſtquam in bo-
nis allodialibus ex teſtamento ſuccedit, quando
teſtamentum feudi eſt conditum ſecundùm re-
gulam iuris feudalis, ex dictis per glo. in conſtit.
conſtitutionem. Moderni Neapol. in cap. 1. col.
22. de ſucceſſione feudi.& in capitulo primo, an
agnatus. Decius conſilio. 252. in ſecundo volu
mine,& ſi defunctus deceſſit ab inteſtato, quia
ſucceſſio feudi eſt hæreditaria, hoc eſt, regulatur
ab ipſa hæreditate, vt acceſſoria,& in hæreditate
comprehenſa.& non dicetur vno iure ſuccede-
re in hæreditate,& alio in feudo hæreditario, ſed
eodem titulo hæreditario:& eodem iudicio de-
functi, quando eſt ſecundùm regulas feudi. vt
quia in omnibus ſucceſſuris diſpoſuiſſet. ſecus
ſi in vnum, quando in plures; vel econtra: hoc
eſt in legitimum,& reprobatur a iure per capitu
lum primū. de ſucceſſione feudi. & quò ad hoc
ille tex. poteſt allegari: qui tantùm loquitur in
feudo ex pacto & prouidentia, vel niſi prætor ius
diſpoſuiſſet,& hæres expreſsè approbaſſet. ſecū
dùm Bal. in capitulo primo, §. donare, qualiter
olim poterat feudum alienari, quem ſequitur Ia
ſon conſilio 57. primo volumine.& aliquid per
Aimonem vltimo conſilio, primo libro. Sed vbi
feudum eſt ex pacto, tunc non dicitur ſuccede-
re, neque ex teſtamento, neque ab inteſtato: ſed
iure feudorum ſucceſſorio,& in capitulo primo.
§. & quia. & ibi Iacobus de Beluiſo, de his qui
feudum dare poſſunt, & per Campegium inter
conſilia Bruni, conſilio ſecundo 6. columna, de
cuius dictis dicam,& ſecundùm Andream in di
cto. §. donare. quarta columna. hoc non debetur
ex iure ſucceſſionis, ſed ex vi contractus,& con-
ceſſionis feudi,& ius ſucceſſorium intelligetur
quò ad ordinem,& gradum. vt ſupra diximus,

vt

vt primo deficiente veniat ſecundus ex quodam fideicommiſſo: vt dixit in dicto, §. hoc quoque & in capitulo primo, de eo qui ſibi & hæredibus, quia in feudo ex pacto & prouidentia defunctus nullum habet hęredem, neque ex teſtamento, neque ab inteſtato: cum ius ſuum per mortē fiat caducum, per l. vxor patrui. & hæreditas nihil aliud eſt, quàm vniuerſum ius, quod habuit defunctus tempore mortis ſuæ, & omni die fit controuerſia inter Aduocatos, quando agit pro recuperando feudo, vt declaret actor, ſi venit ex teſtamento, vel ab inteſtato. & ille dicit, quod ad feudum venit iure feudorum ſucceſſorio: vt bene dicat: ſi petit feudum vt ex pacto & prouidentia, ſufficiat ſibi narrare eſſe agnatum primi: vt in capitulo Titius, ſi de feodo fuerit controuerſia. & in l. quodcunque, §. primo, & l. quòd dicitur, de verbo. oblig. Bal. in authenti. ſi quas ruinas, tertia col. C. de ſacroſanct. eccleſ. declarando primum concedentem, & primum inueſtitum, & ſe ex eo legitimè deſcendentem, producendo priuilegium obtinebit, ſi alia non obſtant ſibi, non tenetur de alio certiorem reddere reum: cum poſſit facta declaratione prędicta deliberare, an velit cedere vel contendere. Si verò feudū eſſet hæreditarium, declarare debet, an ad feudū veniat ex teſtamento, vel ab inteſtato, quia cum feudum ſit hæreditarium, debet inſtruere reum, veluti ſi actione petitionis hęreditatis agat: vt notatur in l. prima. de petition. hæred. eo magis ſi tenemus eam Andreę ſententiam. Quando ſic appareret in inueſtitura: feudū eſſe conceſſum Titio & hęredibus in feudo: alia eſſet ſpecies, & diuerſa, propter aliquos iuris effectus, non deberet vagari reus in ancipiti: & licet vbi feudum eſt hæreditarium: ſiue ex teſtamento veniat: ſiue ab inteſtato, eadem ſit cenſura iudicij, tam reſpectu actoris, quàm rei, rei tamen poteſt intereſſe, quò ad iudicium deductum etiam reſpectu defenſionis faciendę. & ideo ſi petatur ab actore, vt declaret, ſi petit feudum, vt hæreditarium, & ex cuius perſona, vel vt ex pacto, debet reddere de hoc reum certiorē, cū vario, & diuerſo modo poſt, vbi deliberauerit, poterit ſe defendere: & ſi dicet illud eſſe ex pacto & prouidentia, anguſtatur ſibi in multis defenſiones, quod eſt ſecus, vbi eſt hæreditarium. multi doctores ad iſta non aduertunt, & fabulantur doctrinam Baldi in omni feudo. Ego autem ſic diſtinguo, & decreui in cauſis coram me pendentibus, quamuis non recordor in ſacro Conſilio fuiſſe meo tempore determinatum, quod puto perpetuò menti tenendū, quia non legi apud ſcriptores Regni, ſed à Baldo hæc allegatio ſumpſit exordium, dum dixit, hęredem in feudo eſſe anomalum, & venire iure feudorum ſucceſſorio, pro quo vide Bal. conſ. 265. quinto volumine. & Decium in rubrica, C. de ſucceſſorio edicto, in feudis datur ſucceſſorium edictum, quod intellige ſecundùm prędicta. & eſt ſucceſſorium hominis & non legis. Bal. in l. ſi aliquam. C. de fideicom. & illud eſt de gradu in gradum:

SVMMARIVM

1 *Hæres an & quando repræſentet perſonam defuncti; in iure nondum creato tempore mortis actiuè vel paſſiuè.*

1 VIGESIMOPRIMO † in iure nō creato tempore mortis actiuè, vel paſſiuè hæres non dicitur repręſentare perſonam defuncti. Aretinus ſingulariter tradit conſil. 123. in cauſa quę vertitur, prima col. & ideo ex ea obligatione, ex qua non tenetur defunctus, ſed noua incipit a perſona hæredis, non dicitur hæres eadem perſona cum defuncto, allegat tex. ſingularem in l. ſi hęres, la terza, ad trebellianum. vbi actio, quæ hæredi competit ex ſua prouiſione non transfertur facta reſtitutione per trebellianum, ſed noua ceſſione opus eſt, ex quo illa non erat penes defunctum. & in l. prima & ſecunda. C. de hęreditarijs actio. & in l. cum à matre. C. de rei vendicatio. Quando defunctus alteri obligatur, vel alium ſibi facit obnoxium, procedit regula, de qua ſępe diximus, quòd hæres cum defuncto ſit eadem perſona. & quando actus, qui fit à defuncto eſt nullus ratione formæ, vel ſolemnitatis, in eodem non obligatur hæres ex illa ratione, quia non obligatur defunctus, vt dicit Aretinus ibi. & ideo quando feudum alienatur ſine aſſenſu, poteſt fieri reuocatio per hæredem, ſecundū Andream in dicta l. Imperialem 6. col. quia poterat defunctus reuocare, eiuſdem iuris debet eſſe hęres eius per l. hęredem. de regulis iuris. & ibi Decius, vel ſi forte defunctus diſpoſuit fraudando hęredem, hęres venit contra factum defuncti, cum in eo non repreſentat perſonam illius. Bal. conſilio 82. proponitur. primo volumine. & in l. defuncto. C. ſi quid in fraudem patroni. per tex. in l. prima & ſecunda, eodem titulo. ſequitur Afflictus in capitulo primo, 40. col. de ſucceſſio. feudi. Loffredus conſilio primo, & cōſilio ſeptimo. G. de Perno in notabili. feudorū Andreas Tiraquellus in tractatu de vtroque retractu, ſolio 60. qui plurimos adducit, cui ego addo Bal. conſilio 148. in quarto volumine. Blaſcum Lanceam in repetitione capituli volentes. in octaua limitatione, Mod. Gall. in conſuetud. Pariſien. folio 127. & dicit Paul. de Caſtr. conſi. 197. viſis dubijs, col. ſecunda. ſecundo volumine, quòd ea regula non procedit, quando liberè pro voluntatis arbitrio non poteſt diſponere: idem conſilio 448. tria dubia, ſi. col. eodem libro quem ſequitur Aymo in dicto conſilio vltimo. primo volumine. ſuper quo cogita, quomodo ſit intelligendum, vel niſi a lege ſibi vt coniuncto ſit permiſſum, vt in capitulo conſtitutus. de reſtitutione in integrum. vbi filius retrahit, qd a patre eſt alienatum beneficio iuris protbomiſeos, etiam quod illi ſit hęres. Henricus Boich ibi plenè diſcurrit, & dicit ita fuiſſe deciſum, per tex. nota. in l. debitor, §. vltimo. ibi: quia nō quaſi hęres, ad trebellianum, & idem tenuit Mānſuerus in titulo de retractu, §. item ſecundum.

&

& alij etiam quos refert dominus Andreas Tiraquellus in dicto loco per plures columnas diſcutit, & declarat hunc articulum, & per Caſſaneum in conſuetudine Burgundiæ. folio. 332. & dicit dominus Blaſeus in dicto capitulo volentes, quòd filius reuocat alienationem factam à patre ſoluendo pretium feudi alienati, iuxta determinationem capituli Tirius, ſi de feudo fuerit controuerſia, quia alio iure venit. vt alius, & hæres poteſt reuocare iure proprio rem venditam a defuncto: licet is non potuiſſet. l. Seia. de euictionibus. & l. ſi tibi, & l. vltima. C. eodem titulo: quod intelligo, niſi defunctus ſe de euictione obligaſſet: nam tunc hæres repellitur, ex nota. per Bal. in capitulo primo, §. hoc quoq; de ſucceſſio. feudi. & in conſilio 89. dominus Thomas in fin. primo volumine dominus Zaſius in Epithome feudali, nona parte, quarta charta. Sed poſſet de hoc dubitari: cum euictio ſequatur ex natura rei, niſi ſit dictum in ſpecie, ſecundum gl. ſingularem in l. ſi familiæ. C. familiæ erciſcundę, de qua per Ripam libro primo reſponſorum folio ſexto.

SVMMARIVM.

1 *Feudum hereditarium altero de duobus modis dicitur, ſcilicet aut ex forma inueſtiturę: aut per viā ſucceſſionis.*

2 *Agnatus, qui ſuccedit agnato tranſuerſali, quo iure veniat ad ſucceſſionem.*

1 VIGESIMOSECVNDO, poteſt feudum † dici hæreditariū altero ex duobus modis. Primò ex forma: quia datum ſit Titio, & hęredibus ſuis, tex. eſt ſingularis in l. familiaria. §. primo, de relig. & ſumptibus funerum. ibi, hæreditaria autem, quę quis ſibi, hæredibuſque ſuis conſtituit. hic tex. non ſolet allegari à ſcriptoribus Regni, neque ab Andr. didici eum a G. de Perno in conſilijs & notabilibus feudalibus: & eſt ſimilis in l. ſepulchri. C. de ſepulchro violato, quem And. allegat in c. 1. de alien. feu. pater. 5. col. ſed non eſt litera alibi tam aperta, quæ referri poteſt ad vtrūque feudum, tam hæreditarium, quàm ex pacto & prouidentia. Secundò feudum dicitur hæreditarium ſucceſſione, vt quia in eo hæres ſucceſſit. Campegius conſi. 2. col. 6. inter conſilia Bruni dixit, quòd † quando agnatus venit ad ſucceſſionem feudi agnati tranſuerſalis, non venit, iure pacti contractus vel conuentionis: ſed venit iure ſucceſſionis, quæ defertur ex conſuetudine feudorum & Imperatorum: vt in §. cum verò. de his qui feu. dar. poſſ. ſicut hæreditas à lege defertur, l. lege obuenire. de ver. ſign. & tñ dicitur deferri de iure ciuili. & non iure gentium. ſecundùm glo. in l. 1. in verb. noſtra. de acquir. rerum dom. Bar. in l. ex hoc iure de iuſti. & iur. & in l. interdum. de condic. indeb. idem in alijs bonis, quæ in noſtro ſunt patrimonio, & quęruntur pactis & contractibus etiam de iure gentium: vt in toto titulo de rer. diui. & in tit. de acqui. rer. domi. & tranſeunt poſtea ad hęredes & ſucceſſores de iure ciuili. Sic etiam & feuda quæruntur pactis & conuentionibus, ad hęredes iure ſucceſſionis feudalis veniunt, & non ex pacto priorū. Sed hæc allegatio Campegij poſſet procedere, quando non appareret inueſtitura. & ſic intellige tex. in d. §. cum verò Corradus, ex quo prius fuit feudum quàm inueſtitura, vt not. in c. 1. de eo qui ſibi & hære. ſuis. & in c. 1. quid debeat pręcedere, tunc venit feudum ad agnatos ex cōſuetudine feudali (vel vt rectius dicam) ex prouidentia Imperatorum. Cum eo tempore nō erāt feuda perpetua. Sed vbi eſt inueſtitura, regulariter feuda magis veniunt ad ſucceſſores ex contractu inueſtiturę, quàm ſucceſſione, ſecundùm Bal. conſi. 137. D. Iordanus 2. lib. & in c. 1. 1. col. de eo qui ſibi & hęre. ſuis. & in l. qui ſe patris. pe. col. C. vnde liberi. & vbi feudum eſt ex pacto, defertur ex pacto, quod recipit fomētum ex prouidentia domini. Bal. conſi. 475. Bartholomæus 5. vol. & ſumpta eſt hæc forma dicendi ex. l. ſi arrogator, ibi. ſed ex principali prouidentia, de adoptionibus, & non habemus tex. in vſibus feudorum, qui hoc dicat, niſi quātum ex verbis magiſtralibus Pilei, & Bulgari, quos habeo ad pennam, Andreas hoc compoſuerit. Conſuetudo feudalis etiam defert ad poſteros, quia pactum hoc poſteris proſpexit, benignitas, & liberalitas Corradi Imperatoris ex militum merito omnes ex primo acquirente deſcendentes ad ſucceſſionem admiſit. iſta fuit prouidentia primi Cęſarum, vt milites ad ſeruiendum reipublicæ redderet promptiores, Sed non in omni feudo poteſt dici Corradi prouidentia, cum in feudis dignitatum veterem ſanctionem non mutauit, donec per quandam vſurpationem, & ex Alexandri clementia, ſeneritate poſtpoſita in dignitatum, feudi ad filios, & poſtea ad poſteros cœpit deferri ſucceſſio, vt dicitur in c. 1. de feudo marchiæ. & in §. præcedenti illius tituli. & vbi non apparet, quomodo feudum ſit conceſſum, conſtat eſſe conceſſum, ſed de modo, & qualitate ſua non legitur inueſtitura. procederet opinio Campegij, vt deferatur ex conſuetudine feudali, quę idem eſt in hoc, quod prouidentia Principis, quò ad ipſam delationem. modus autē & qualitas delationis ſi vt hęredibus, vel vt ex ſanguine deſcendentibus ex iure ipſorum proprio, ex pacto primi, hoc eſt inueſtigandum, & diſcutiendum. Vbi autem feudum eſt hæreditarium, non benè diceret Campegius, quia ſecundùm eum nunquam eſſet dare feudum hæreditarium. & Doctores vagarentur in hoc articulo, qui nonnulla ſcripſerunt: & contraria plerique, vt curioſus Lector certior eſt. ſi inueſtitura non appareret. & primus ſucceſſor habuit feudum, vt hæres, dicam feudum eſſe hęreditarium, ex ſucceſſione ipſa, quæ qualiter fuerit conceſſum ipſa ſucceſſio declarauit. tex. ſingularis in l. vel quę pater familias. de religio. & ſumptibus funerum. Caius Iureconſultus in præcedenti lege declarauerat, quæ nam eſſent familiaria ſepulchra & quæ etiam hęreditaria, quando quis familiæ ſuæ vel ſuis hæredibus conſtituit. addit Vlpianus

nus ibi alium caſum: quia quis ſuis hæredibus
conſtituit: vel quę paterfamilias iure hęredita-
rio acquiſiuit. hic tex. eſt ſingularia in hac mate
ria, & non ſolet allegari à peritis, neque ad hoc
ponderari, meo iudicio eſt menti tenendus: nam
licet magna ſit contentio, ſi argumentum proce
dat de feudo ad ius patronatus: & ad operas liber
torum, & ad ius ſepulchri: vt per Andream, Iaco
bum de Ardizono, Bal. & alios, & nouiſſimè per
Andręam Tiraquellum in tractatu primogeni-
turæ, fol. 369. & per doctiſſimum Zaſium, & in
§. libertus. tamen eſt ea dicendi forma, quam Iu
reconſultus poſuit in dicta l. multum confert ad
declarationem terminorum feudalium in tertia
ſpecie ſui, vbi non apparet feudum eſſe hęredita
rium, vel ex pacto & prouidentia: ſed hęres ſuc-
ceſſit iure hęreditario: & idem ſi non vt hæres
ſucceſſit, ſed vt ex pacto repudiata hęreditate, &
fuit toleratus: & hic caſus meo iudicio non tan-
gitur apud feudiſtas.

SVMMARIVM.

1 *Exhæredari poteſt filius in feudo hæreditario, ſi ingra tus extitit patri: & quid ſi feudum eſt ex pacto & prouidentia.*
2 *Matthæi de Afflicto laudes, origo, & familia.*

1 Vigeſimotertiò, Filius poteſt † exhęredari in
feudo, quando eſt hæreditarium, ſi culpam in pa
trem commiſit. Andr. in c. 1. verſ. & filius fratris
3. col. Imperator Lotharius. per l. ſi operarum iu
dicio. de operis libertorum, & in l. ſi. §. fin. C. de
ſecundis nuptijs, ꝙ habet locum in omni agnà-
to ſucceſſuro: cum in tali feudo agnatorum &
& filiorum eadem ſit lex & cenſura, vt not. Do-
ctores in c. 1. an agnatus. idem Andr. in c. omnes
filij, ſi de feudo fuerit contro. & in c. 1. in fin. de
aliena. feudi paterni. Si verò feudum eſſet ex pa-
cto & prouidentia, aliqui dicunt, quòd non po-
teſt à patre filius exhæredari in feudo, cum illud
habeat à primo: de quo vide per dominum Iaco
bum de Ardizono in ſumma in rubrica vtrum
filius. & per Andræam in c. 1. de alienatione feu
di. & in c. 1. §. ſciendum. de feudi cognitione. &
in c. 1. de ſucceſſione feudi. & in cap. primo, an
agnatus. & ibidem per ſcribentes, & in cap. pri-
mo. §. & quia. de his, qui feudum dare poſſunt.
Et quid de nepote ex filio, per Andream in cap.
primo. §. præterea, quæ ſit prima cauſa benefic.
amittend. & ibidem per Dominum Matthęum
2 de Afflicto affinem meum. Fuit † dominus
Matthæus de Afflicto vir religioſus, veritatis a-
mator, pro ingenij natura ſtudioſiſſimus, ſæpe
Conſiliarius, pater venerandus, & affinis: pro-
genitus ex ſtipite Illuſtr. Ferdinandi de Afflicto,
Triuenti Comitis: cuius origo ex veteribus Ro
manis colonis, ad Scalarum Ciuitatem, quæ
prius Camenſis dicta eſt, Picentini agri deducta
eſt: ex Euſtachio martire flicti nomen tuliſſe fer
tur. Legimus in vetoſtis monumentis in æde
prædicti martiris, à nobiliſſima hac familia con
dita in eadem Ciuitate, cuius ex vera linea orti
patronatus honorem habent Flicti nomen in-
ſcriptum, proceres ex ea progeniti ſunt. Neapo
li inter Patricios ſub Henrico, & Federico Im-
peratoribus Siciliæ Regibus recepti ſunt. Ma-
gnum habuit Regni Cancellarium Dominum
Leonardum & alios: rerum euentu mutato, ali
quando in paupertatem delapſa eſt: gens patri-
tia mihi ſæpe affinitate coniuncta eſt: & primò
quando nobilem Dominam Clementiam Frec-
ciam vxorem duxit Dominus Albertus de Fli-
cto, Anno Domini 1189. teſtes inſpiciuntur
documenta marmorea. Ea nobilitatis denomi-
natio tunc omnibus non dabatur: ſed his, qui
ex claro ſanguine nati eſſent: quod & antiquio-
ribus à Caroli Primi & Secundi, ac Roberti Re-
gum rectè obſeruatum fuit. at hodie rerum om-
nium colluuies prolapſa eſt.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum vaſalli ligat omnes filios hæredes in feudo hæreditario, quod ſecus eſt in feudo ex pacto & prouidentia.*
2 *Iuramentum eſt quid perſonale.*

1 Vigeſimoquartò; ex iuramento † pręſtito
per vaſallum, omnes filij hæredes aſtringuntur
ad obſeruantiam iuramenti, vt habetur in capi-
tulo veritatis. de iureiurando. & in capitulo om
nes filij, ſi de feudo fuerit controuerſia. Gerunt
vicem perſonæ defuncti, quæ ſicut ipſe teneba-
2 tur ſeruare iuramentum. Ita & eius hęredes. †
Hoc non habet locum in feudo ex pacto & pro-
uidentia, cum iuramentum ſit quid perſonale,
vt dicitur in dicto capitulo veritatis. & finita
perſona noua delatione opus eſt. vtilitas eſt iſta,
quia ex primo capite poſſet ex contrauentione
ſequi amiſſio feudi: ex ſecundò non, cum ex illo
iuramento ſucceſſor non obligetur, ex feudo
non, quia non capit feudum ab eo, ex ſucceſſio
ne non, quia illi non ſuccedit vt hęres.

SVMMARIVM.

1 *Refutatio feudi hæreditarij in proximum ſucceſſurum an & quando valeat ſine aſſenſu, & quid in feudo ex pacto & prouidentia.*

Vigeſimoquintò, Dominus Loffredus in ca-
pitulo Titius, tertia columna, ſi de feudo fue-
rit controuerſia. dixit ſæpe in animo dubitaſ-
1 ſe. Si, quod † de refutatione dicitur inter
coniunctos permiſſa, vel à patre in filium, ha-
beat locum in feudo hæreditario? multa addu
cit: &, meo iudicio, non videtur ibidem hoc
decidere. Ipſe enim vir facundiſſimi ingenij,
eloquij candidiſſimi, memoria, doctrina, reli-
gione, & genere celeberrimus. Dominus mihi,
& pater obſeruandiſſimus ſæpe dubitabat pro
acumine iudicij, & cogitandam more ſapien-
tum relinquebat. Iſtam quæſtionem tetigit
quidam Doctor Siculus in capitulo primo, §.

ſed & res, per quos fiat inueſtitura. & ponderabat verba Andreæ in eodem loco, quem oblitus non adduxit Dominus Regens Loffredus. dicit ibi Andr. hęc verba. Item hęc conſuetudo hodie locum habet: vt proximiori agnato poſſit quis vendere. & alienare: quia non eſt alienatio, cum ſucceſſurus ſit ei eo inuito: non obſtante ordinatione ſi quã faceret in teſtamento alij relinquẽdo. de ſucceſſi. feu. cap. 1. Ex his videtur ſentire And. vt tunc valeat refutatio, qñ eſt feudum ex pacto, poſtquam inuito feudatario eſt habiturus feudũ, ꝙ non procedit, vbi feudũ eſt hereditarium: cum de eo diſponit pro arbitrio voluntatis cum aſſenſu domini, & allegabat Bal. in l. 1. C. de falſa cauſa adiecta legato. eadem verba And. Afflictus ibi declarare videtur. & in hoc eodem fuiſſe ſpiritu, quo Loffredus, & Siculus. ego etenim & ſi aliorum authoritati ſemper deferam, neque fur ſim alienæ laudis, dubitationem veluti ſublimem extollo. Pro reſolutione autem dico, ꝙ feudum ſiue ſit ex pacto, ſiue ſit hæreditarium, tam filio, quàm agnato refutari poteſt, neq; alium requirit aſſenſum, cui lex feudalis aſſentit, nec noua Federici ſanctio in Regno hoc corrigat. regulariter omne feudum cenſetur ex pacto: ſecundùm Andream in c. 1. 1. col. de aliena. feudi paterni, quem ſequitur G. de Perno in no. feudorũ, quò ad dominum concedentem eadem eſt natura feudi, qualitas autem hereditaria illa eſt, quæ feudũ alterat, quò ad ſucceſſores, vt dicãtur venire ex iure & perſona defuncti. Si feudum eſt hæreditarium, & pater donat filio, datur ei, qui eſt ſucceſſurus in feudo. & qui eſt proximior in inueſtitura comprehenſus, vel ſi frater fratri, quando ipſe non habet filios, non fit commutatio feudi de vna perſona ad aliã perſonam extraneam: qualitas hæreditaria quò ad dominũ concedentem non tollit regulam iuris communis, neq; ex hoc minuitur ſeruitiũ, quę duæ ſunt cauſæ, ex quibus ſine domini licẽtia feudũ non alienatur, & ſi placet donare, vel in vita refutare proximo ſucceſſuro: vbi de eius voluntate procedit, non expedit quęrere, an eo inuito ſit ſucceſſurus in feudo. & ſi aliter diceremus, in multis lęderemus legẽ feudalem, quia ſi feudũ eſſet nouũ & non antiquum, minimè poſſet ſine aſſenſu pater donare inter viuos filio primogenito: quando in eo viuitur iure Francorum. In hoc paſſu concordat feudum hæreditarium cum feudo ex pacto, quia lex loquitur generaliter, & non diſtinguit, debet generaliter intelligi. l. de prætio. de publicia. & ſi tex. in capitulo 1. de aliena. feudi paterni, loquatur in eo feudo pacti & prouidentię, ſi benè ratio illius literæ conſideretur, in vtroq; feudo militat, ſiue ſit iuris ceſſio, qđ habebat defunctus in vita. ſiue repræſentatio quædam, ſiue ſit noua acquiſitio fructuum feudi, nihil domini intereſt, ſi accedit in hoc voluntas illius, qui interim eſt dominus, ipſe enim legitimã voluntatẽ impugnare nõ poteſt, vt ſentit in §. donare, col. 6. Nec credo Andreã ex illis verbis totã voluiſſe perſtringere refutationis materiam, ſed potius declarare illũ tex. in dicto §. ſed & res qui intelligitur ſecundùm peritos in feudo ex pacto. & ſecundùm ea tempora in feudis rectis regalibus, & non degenerantibus. & idem diſſet in feudis hęreditarijs, quæ ſecundũ quid habebat aliam naturam ſeu regulam, quò ad ſucceſſores in feudo ipſo. & de vtroque eſt eadẽ cẽſura. vbi non reperitur aliqua particularis differentia. & benè dicat Andr. capiẽdo eius ſenſum, vt non dicatur alienatio, quando eo inuito eſt ſucceſſurus, cum alienatio ſumatur pro iure perpetuo, quod habet alienans. at quando feudum eſt ex pacto, non dicetur alienatio propria, quæ fit in coniunctum, ſecundùm Andream in §. & ſi libellus, 2. col. ſed quaſi quędã refutatio, quod eſt verbum Longobardũ, neque reperitur in iure ciuili, aut probatos authores, ſed in tex. dicti capituli primi. dico igitur, ꝙ hęc refutatio habet locum in omni feudo, ſiue ſit ex pacto, ſiue hæreditario, ſiue ſit nouum vel antiquũ. Qñ aũt refutatio fieret in fraudẽ domini, tunc non valeret in præiudiciũ domini, ſed benè ad dãnũ & præiudiciũ refutantis. no. ex dictis And. in c. 1. §. ſed & res. & habetur per Caſſaneum conſi. 33. & per Bal. conſi. 215. proponitur, ꝙ inueſtitura. x. col. 2. vol. aliàs fuit iudicatũ in Camera facta relatione in collaterali Cõſilio 1533. cum Illuſt. Comitiſſa Capacię, quæ emerat a Regia Curia terrã Argentij, cum pacto de retrouendendo, & ceſſerat eandem Terram Illuſtriſſ. Principiſſæ Salerni eius filiæ in fraudem legis, ne ipſa poſſet conueniri actione perſonali ad retrouendendum, quia ea actio non datur contra ſingularem ſucceſſorem, ex dictis per Alexan. conſilio. 10. tertio volumine. & Curtij ſenioris conſilio 12. & plenè per dominum Tiraquellum folio 3. quòd ipſa Domina teneretur relaxare eandem Terram, & ea refutatio non fuit habita pro legitima & valida, permittitur refutatio: quando fit ſine fraude, lex ipſa punit fraudem, & non ſuſtinet fraudatores. idem de iure feudorum poteſt vaſallus dare alteri in feudum, intelligitur vbi bona fide eadem lege ſincerè, & ſine fraude infeudat, vt in capitulo primo, §. profecto, de lege Corradi, & in capitulo imperialem, aliàs ſi in fraudem ſimularet infeudare, perdit feudum, quia fecit alienationem illicitam, vt dicitur in l. Imperialis. de prohib. feudi alienatio. per Lothar. & in titulo ſeq. in §. callidis. idem in Regno ſi alienat vaſallus feudum fraudem committendo ipſe idem non reuocat, ſed perdit feudum. vt dicit Collector Rotæ noſtræ Neapoli. deciſi. 290. & ſupra dixi, non videtur Rex illi ſuam facultatem reuocandi conceſſiſſe, qui dolo, & fraude verſatur in contrahendo, vt dixi in limita. dictę conſtitut. ſupra, ex ea fraude puniri debet, qui dominum callidè lędit. & ſub colore liciti committit illicitum. dicit Bal. conſilio 95. mortuo Gregorio, ſecunda columna, tertio libro, qui quadam verborum arte dominum deludit, & ex rei effectu animi conſilium detegit, duriorem ſe facit domino aduerſarium, allegat tex. in l. ſi ita fidei. de iure fiſci. Albertus Brunus conſilio xx. quod intellige, quando callidè eſt verſatus, vel animo fraudandi dominum facit commentum, & nulla poteſt excuſatione iuuari. ſecus

ſi igno-

ſi ignoranter liqueret incidiſſe in fraudem, vel non directò voluit dominum fraudare. & in dubio ſummenda eſt ea coniectura, quæ excludit delictum: vt in l. meritò, pro ſocio. in qua re bonum eſt iudicem habere beneuolum: ad coniecturas eundum eſſet. vbi vna aliam conterit. l. diuus. de reſtitu. in integrum: vendere rem feudalem vt burgenſaticam, eſt dominum negare, capitulo ſi vaſallus, ſi de feudo fue. contro. eſt etiam priuare dominum iure ſibi ex feudo debito, vt in capitulo primo. §. ſed nec eſt alia iuſtior, quę ſit prima cauſa benefi. amit. cauſa eſt probabilis, ex qua feudum amittatur, cum cogitat domino damnum facere. vt in l. 1. de aliena. iudicij mu. cauſa fa. nihil penes eum remanere debet ex re, in qua feſellit. l. quinta. poſt principium, de lege commi.. Hoc verum, vbi directò hoc agit. ſecus ſi probabiliter crederet, rem eſſe allodialem, vt quia aliàs fuerat, neque pertinaciter reſiſtit hnc contendendo, non dicitur ab ignorante culpa committi: ita limitat Decius in capitulo cęterùm. de iudicijs. ignorans non delinquit. ſecundùm Andream in dicto capitulo imperialem. & in capitulo ſcriba. conſummata debet eſſe iniuria & perfecta: vt cadat ſecundùm Andream in capitulo. 1. quid iuris ſit, & dolo debet mentiri. vt in §. callidis, quod deſignat animi cōmentum, & fallaciam. & in dubio non præſumitur dolus, etiam ſi mentitur. Iacobi. in l. quoties. §. qui dolo, de probationibus. & ideo dicunt, quòd debet hoc in ſpecie aſſerere. ſecundùm Iacobinum in verbo, dictique vaſalli promiſerunt non committere felloniam. col. nona, aliàs ſi conuinceretur ex probatione coniecturata. vel ſi domini iuramento nō perderet, vt dicit ſingulariter Iacobus de Beluiſo in dicto capitulo vaſallus, ar. tex. in l. eum qui. de iureiurando. & ille tex. habet locum, etiam ſi res feudalis detur in burgenſaticum. ſecundùm Paridem in tract. de reintegra. feudorum, folio. 65. in libro à penna. in verbo vaſallus contendens, cum ab iſta culpa non cenſeatur liberum, cum vnus directò directum, & alius directum vtiliter habeat. Bal. in l. prima. C. vnde legitimi. & glo. in proœmio conſtitutionum Regni.

S V M M A R I V M.

1 *Refutatio feudi, quę fit à patre filio, vel à fratre fratri, vel ab alijs agnatis, debet fieri cum ſpeciali titulo donationis vel venditionis, & cum traditione poſſeſſionis.*

2 *Filius habet dominium in feudo, etſi à domino non fuerit renouata inueſtitura.*

1 Vigeſimoſextò: ſi pater † filio feudū refutet in vita, vel frater fratri, debet hoc facere cum titulo, & poſſeſſionem aſſignare, no. And. in c. 1. §. & ſi liuellus. 2. col. de aliena. feudi paterni. & ideo oportet, φ refutatio habeat aliquod nomen ſpeciale venditionis vel donationis, vt in l. nunquā nuda. de acquir. rerum dominio. & in §. interdū de rerum diuiſione, aliàs nō valeret. cum cōceſſio rei non poſſit fieri ſine titulo, vt not. in gl. in l. arboribus. §. 1. de vſufru. & in l. per diuerſas. C. mandati. & And. ibi ſequuntur omnes, & D. Loffre. conſi. 5. hæc deciſio Andreę ex his rationibus videtur habere locum in feudo hęreditario, ex quo in nouo titulo videtur donatarius acquirere dominium feudi, vel ſi ipſe emeret à patre, vel coniunctus à coniuncto, dum allegat. l. traditionibus. C. de pactis. Sed quādo feudū eſt ex pacto, non procederent rationes Andreæ, cū dominium non habeat ab ipſo, ſed a primo, & ille, qui refutat. nil aliud facit, quàm cedere loco, qđ poteſt fieri ſine aſſenſu in coniunctū, patre inueſtito, iā eſt filius inueſtitus, vt in c. 1. de feudo marchiæ. idē And. dixit in c. 1. quo tpe miles † φ filius habet dominiū in feudo, & ſi a domino non

2 habuerit renouationē inueſtituræ. & in c. 1. & ibi glo. & Bal. de feudi cognitio. quòd filius non dicitur acquirere feudū ſed acquiſitū capit, cum videatur quaſi poſſidere feudum, & quodammodo dicitur dominus propter ſpem probabilē. l. in ſuis. de liber. & poſt. ſola ſibi deeſt adminiſtratio. Eo magis in feudo ex pacto, quod ſubiacet fideicommiſſo, nec credo fideicōmiſſariū, ſi ante tempus voluerit reſtituere fideicommiſſum, φ in ea reſtitutione requiratur titulus, vel cauſa. ſufficit dicere reſtituo, aſſigno, vel cedo fideicōmiſſum, ſi ipſe præſens ſit, & ratum habeat, dominium habet a teſtatore. l. cohæredi. §. cū filię, de vulgari & pupillari, reſoluitur ius illius tantùm. & quod erat velatum, incipit eſſe apertum. hæc eſt fictio legis. & in feudis. & donationibus ſubrogandis de gradu in gradum, & de perſona in perſonam, lex vtiliter dat, & transfert. l. quoties. C. de donationibus quæ ſub modo, quā Andreas allegat in capitulo primo. §. hoc quoque, tertia col. de ſucceſſione feudi: & eſt ſpeciale, vt ſine traditione habeat dominiū ſecundùm Caſſaneum conſilio 53. & conſilio 59. & conſilio. 65. & ibi ſequitur opinionem Decij. de quo dicam. idem ſi primus donatarius vult prępenire in reſtituendo rem donatam ſecundo, ſufficiat dicere, cedo donationi factę per Titium, vt illam habeas. l. poſt mortem. C. de fideicom. Ripa lib. 3. reſponſorum. q. 65. fol. 20. nemini fit iniuria, nec damnum, vt in l. patrem. de his, quæ in frau. credi. hoc dominium non erit in ſuſpenſo ante traditionem, cum lex prouidit vtiliter illud transferendo ſine noua apprehenſione. cauſa habilis eſt neceſſaria, quū nulla præcedit ab initio. ſic erat in l. nūquā nuda. titulus etiā pręcedit ideo nouus nō requiritur. ſic erat ēt in l. per diuerſas, erat præſumptio ſimulationis, cū ab exordio, neq; cauſa, neq; origo ipſius, vel ab alio procedebat, at vbi feudum eſt ex pacto, ſubeſt cauſa propter pręcedens fideicommiſſum, titulus primi acquiſitoris. alius de nouo non requiritur: cum titulus domini nequeat multiplicari, vt in l. tertia §. ex pluribus, de acquirenda poſſeſſione, idem Andreas in dicto. §. & ſi liuellus, dicit, φ alienatio in coniunctum eſt impropria, per l. campanus, de operis libertorum, ſecundùm eundē præſumitur donatio, quia erat naturaliter obligatus, fortius ex ſola refutatione, quæ operatur reſolutionē iuris refutantis in eū, qui eſt do

minos, licet poſt mortem debet operari donationem illius iuris ſine alio titulo, aut ſpeciali nomine: cum iura per Andream allegata procedant, quando in eum, in quem fit ceſſio, aut refutatio, nulla poteſt præſumi cauſa habilis, vel titulus, niſi ea cauſa, & titulus obueniens ex eo contractu. & ſi bene aduertatur ad textum in dicto capitulo primo, non probatur ibi titulum cum cauſa eſſe neceſſarium, ſed coniunctio: immo titulus ibi habetur pro non titulo ibi. tex. dicit, ſi libellum fecerit vnus alteri de feodo pater no, non eſt libellus: ſed quaſi refutatio. & ſi deciſio Andreæ procederet in omni feudo ex ea cauſa & titulo nouum efficeretur feudum in perſona filij, vel coniuncti, quod nõ eſt verum: quia remanet antiquum: vt not. in capitulo primo. de vaſallo decrepitæ ætatis. etiam quòd habeat ex titulo inter viuos, ſecundũ Afflictum in c. 1. fin. li columna, de vaſal. decrepitæ ætatis, & in capitulo primo. de eo qui finem fecit agnat. multùm referi dicere, quòd illud ius refutans cedat cum titulo & tradat. At verò ipſe etiam dominus remaneat: vt ſi culpam interim committeret, non noceat agnato, vel filio, niſi tantùm quò ad illud, quod ſibi competebat in vita: vel vt ex ea culpa ipſi excludantur, quando aliàs excluderentur, ac ſi refutatio facta non eſſet, & quàmuis ex mente Andreæ poſſet dici, idem eſſe in feudo ex pacto: tamen ex rationibus ſupra narratis idem poſſet concludi in feudo hæreditario. Quando pater vel agnatus voluit verè refutare & cedere feudum filio, vel agnato. quia non omnes ſciũt formare verba contractus. & rudi modo quandoque exprimunt, quod intendunt. Sępe vidimus in inſtrumentis de longinquo in Regno venientibus: & ſequitur ex dictis per Andream, quòd etiam ſi pater cum titulo & cauſa refutaret puta donando inter viuos, traditio eſſet neceſſaria. & tex. ibi hoc non aduertit, ſed tantum contractum, ſeu alium modum, quo ille deſinat eſſe dominus feudi. Lex feudi ab initio tranſtulit dominium. interim ille refutans eſſet loco poſſeſſoris, vel detentoris feudi quò ad fructus, & obuentiones ex feudo occurrentes illi in alium cederent, & non vtilis feodi proprietas, quę beneficio legis reſidet in eum, cui cum titulo donationis facta eſt refutatio. Hanc quæſtionem non inueni tractam ab alio: & habeo ipſam pro difficili. Supplex rogo ſuper veritate ipſius plenius cogitemus. Vide Bartol. & Docto. in l. poſt mortem. C. de fideicommiſ. quòd ſi donatarius poſt mortem reſtituere grauatus cedat in vita, vel donet interim, non dicitur habere ex donatione primi, ſequitur Ripa in dicta q. 65. numero 118. quò ad illud quod in vita percipit. & conſidera ad rationem. l. pattem, cum l. ſequenti, de his quæ in fraudem creditorum, de quo per dominum Zaſium libro reſponſorum folio 170.

S V M M A R I V M.

1 *Licentia vendẽdi feudum extinguitur re integra per mortem feudatarij in feudo ex pacto & prouidentia: quod ſecus eſt in feudo hæreditario.*

1 Vigeſimoſeptimò † ſi habens feudum ex pacto daret licentiam ſuo vaſallo, vt poſſit vendere feudum: quia ipſe haberet poteſtatem a Rege (& vidi in Principe Antonello de ſancto Seuerino) & antequam feudatarius venderet, decederet dominus feudi, ex illa licentia non poſſet feudatarius vendere feudum, quia fuit gratia extincta per mortem re integra, ex not. in capitulo relatio. de offic. legati. & in l. & quia. de iuriſdictione omnium iudicum. & illa licentia non fuit ex regula officij feudalis, ſed ex diſpenſatione, & contra regulam feudi. & ſucceſſor venit ad feudum iure ſuo. Quando autem feudum eſſet hæreditarium, ſecus eſſet, quia dominus, qui habebat poteſtatem dandi licentiam ſuper alienatione feudi, non dicitur facere actum inualidum ſeu illegitimum, ſed validum, ex quo ipſe ligatur, & pariter eius hæres, per regulam. l. cum a matre C. de rei vendica. dixi ſupra in materia aſſenſus in quæſtione 27.

S V M M M R I V M.

1 *Adulterium commiſſum in perſona vxoris feudatarij per agnatum proximum ſucceſſurum in feudo ex pacto & prouidentia non eſt cauſa priuationis feudi, ſecus eſt in feudo hæreditario.*

1 Vigeſimoctauò † Quando agnatus ſuccedit in feudo ex pacto & prouidentia, & moriens relinquit vxorem, quæ fuit adulterata a vaſallo feudali, non poteſt ex illa culpa priuare vaſallum, quia ſuccedenti ex iure ſuo non infertur ſibi iniuria. At quãdo ſuccederet illi vt hæres, ſecus eſt, quia reuerentia, quæ debetur viuenti, debet ei mortuo exhiberi. vt l. apud Celſum. §. aduerſus, de doli mali exceptio. Andreas in capitulo ſecundo, de feudo ſine culpa non amit. & ibi plenè per Doctores, ex perſona mortui habet iniuriam a vaſallo, qui adulterauit vxorem illius, cuius ipſe eſt hęres. not. tradit Modern. Gallus in conſuetudine Pariſien. §. trigeſimo, folio ducenteſimoſeptuageſimoſeptimo.

S V M M A R I V M.

1 *Inueſtitura debet peti infra annum & diem a tempore mortis feudatarij in feudo ex pacto & prouidentia: in feudo verò hæreditario infra annum, & diem a tempore aditæ hæreditatis.*

1 Vigeſimonono † Vbi feudum eſt ex pacto, ſucceſſor infra annum, & diem petit renouationem inueſtituræ, vt in capitulo primo, quo tempore miles, & in Regno ſoluet releuium ex more pro obtinenda renouatione, & tunc annos currit a die mortis, vt not. in dicto capitulo 1. & in c. 1. de capitulis Corradi. Qñ autem eſt hęreditarium feudum, annus currit nõ

a die

a die mortis,ſed a die aditę hęreditatis.ſecũdùm Bal.in d.c.1.& io conſi.361.dicit tex.3.libr.

* Et ſi coocedit vaſallus feudũ viuentis en præmoriente,ſucceſſor tenetur habere ratam conceſſionem feudo aperto, ſi feudum eſt hęreditarium, ſecus ſi ex pacto, Andr.io c.1. qui ſucceſſ.teo.ca.in fi.ca.*

SVMMARIVM.

1 *Inueſtituræ renouatio in feudo ex pacto & prouidentia debet peti per ſucceſſorem feudi, in feudo verò hæreditario per poſſeſſorem.*

1 Trigeſimò † ſi feudum eſt hæreditarium,renouatio inueſtiturę debet peti a poſſeſſore hæreditatis,ſecundùm dominum Iacobum de Ardizono in ſumma.verſiculo quid ſi d no.char.13. Quando eſſet ex pacto,tunc a ſucceſſore feudi, qui eſt dominus:vt not.in d.c.1.per quos fiat inueſtitura.& domino feudi,& non hęredi,qui incumbit in hęreditate defuncti,ſoluendum eſſet releuiũ.

SVMMARIVM.

1 *Hęres dicitur ſuccedere in feudo hæreditario per ſucceſſionem,in feudo verò ex pacto & prouidentia ex pacto primi.*

1 Trigeſimoprimò † vbi hęres ſuccedit in feudo quia eſt hæreditarium,feudum dicitur per ſucceſſionem haberi,notat Andr.in c.1. in verbo ſucceſſione.de feudi cognitio.tex.eſt quem non allegat Andr.in l.familiaria,cum l.ſequenti,de religio. & ſumptibus funerum. At quando feudum defertur ex pacto & prouidentia,ſecus eſt, eum noo dicitur ex ſucceſſione deferri, ſed ex pacto primi.& exhæredatus in eo feudo admitteretur, ſecundùm Andream ibi:& in capitu.1.de ſucceſſin.feudi. Ex hoc infertur,ꝙ conſuetudo feudalis non habet locum in his feudis, quò ad quædam, quæ non ſunt de natura, & regula feudali, ſed de ſubſtantia ipſius feudi:quia ea non cenſentur iure feudali,cum ſint extra feudum, & procedant ex determinatione patrisfamilias, ſecundùm Andr. in c.1.3.col. quid ſit inueſtitura.

SVMMARIVM.

1 *Filius feudatarij habentis feudum hæreditarium titulatum viuente patre aſſumit nomen dignitatis patris,quod ſecus eſt in feudo ex pacto & prouidentia.*

1 Trigeſimoſecundò † quando pater habet feudum hæreditarium, & titulatum: filius eius io vita poteſt vocari Dux, Comes, vel Marchio,ſicuti pater. ſecundùm Andream in capitulo primo.quis dicatur Dux. At vbi feudum eſt ex pacto,ſecus videtur: quia agnatus ſuccedens in feudo capit iure ſuo,& noo iure hęreditario, licet habeat fortius ius. nulla poteſt ceoſeri repreſentatio in vita feudatarij etiam in ouncupatione nominis, prodeſt hoc ad plura, & cogitandum relinquo.

SVMMARIVM.

1 *Feudum hæreditarium iudicatur vt res allodialis, quando in diſpoſitione ipſius accommodatur aſſenſus domini.*

2 *Feudum quando iudicatur hæreditarium, & quando ex pacto.*

3 *Feudum,quod emitur pecunia,impropriè dicitur feudum, cum feudum propriè acquiritur amore, ſanguine, merito, vel ſeruitio.*

4 *Pretium feudi empti, & omnium rerum qualiter cõſideretur ex tempore, & quod tempus attenditur.*

Trigeſimotertiò poteſt ex pręd ictis firmari 1 † regula:quòd feudum hæreditarium iudicatur vt res allodialis, quando in diſpoſitione faciendo per feudatarium accommodatur domini voluntas:nemo tuoc læditur, cum fiat diſpoſitio ab eo, qui poteſt liberè diſpooere accedente licen-2 tia domini. Forma † hęc inueſtiturę pro Titio & hęredibus Titij,proſpicit recipienti & ſuis hæredibus:alius non admittutur, qui non ſit heres: neq; ꝗ futurus erit hęres,contrauenerit,vel impugnat voluntatem illius, cuius ipſe hęres eſt, ſuã perſonam gerit. Quando datur feudum Titio,& liberis, vel deſcendentibus, Rex prouidet liberis,vt liberis & deſcendentibus,veluti ex eorum propria perſona feudum capiant. in hoc nullus eſt ſauor acquirentis. Finitur ius ſuum morte,& ſi feudum nouum ſit ſecundùm aliquns. Primus acquirens non diſponit in damnum futuri deſcendentis, cooſeſſo iouentario. dicam in formulis,& ſuper hoc articulo,proq no vide p Corneum conſi.299.ſecundo libro.ad vſum Regni, & ad intelligentiam Andreæ. Quando autem dicit inueſtitura ,ꝙ io feudo primogenitus ſuccedat: vt quia ætatis & ſexus vult prerogatiuã ſeruari,Rex prouidet feudo,ne diuidatur in plures & redigatur ad nihilum. Proſpicit Rex ſibi ſecũdùm primam regulam feudorum. Quando cœpit feudum ad poſteros propagari, mos deinde Francorũ nõ facit ſucceſſorem in feudo ſub alia regula,quàm ea, quæ eſt ex forma introducta fauore ipſius Regis, ſi vult illos admitti, qui primogeniti erunt ſub hęreditaria qualitate,de quo etiam dicam in ſuo articulo. & quid in dubio: Triplex eſt forma.Prima recipienti conſulitur, cum pro ſe habet,& hæredibus ſuis, hęc fauet acquirenti.Secũda,quando pro liberis fauet generi & poſteris.Tertia,quando eſt dictum, ꝙ primogenitus ſuccedat, dñm reſpicit,&in ſuũ cõmodũ ꝑſumitur.Quarta,poſſet eẽ mixta, vt inſra di-3 cã.Si dñs † emit feudũ,erit hoc feudũ impropriũ cũ amore acquirať,ſanguine,ſeruitio,merito, & oõ ꝑtio cõcedi ſoleat. cõcedeos magis videtur reſpexiſſe precium, quàm meritum, niſi ꝑto viliſſimo pretio dediſſet,arg.§.donare. Iudicabitur in dubio hęreditarium, ſecundùm Andr.io ca. 1.§. quid ergo,in fin.col.de inueſti.de re aliena facta ibi

ibi dum dicit. item & quando eſſet datum eo tenore: vt filij ſuccederent ſicut hæredes, non ex prouidentia concedentis feudum, vel ſi emit, vel ſi alio modo acquiſiuit. ſuper cuius intelligentia longè, laté, diffuſéque dominus Loffredus in primo conſilio pertractauit. at Andr. loquitur ibi, quò ad ea, quę ſupra proximè expreſſerat in eo verbo. Quando dicit, quòd loquitur in ipſo, quod pro habendo feudo pater expendit pecuniam, omnibus hæredibus videtur proſpexiſſe: vt illi habeant feudum, qui hæredes erũt, ſicut ſi pecunia fuiſſet in hęreditate reperta, omnes filij pariter ſuccederent: feudum emptum nõ dicitur ob amorem à domino traditum. vt in capitulo primo, de feudo dato in vicem legis cõmiſ. ſed propter precium: in hoc non erit regulare: habet tamen quò ad alia naturalia feudi: vt in §. huius autem generis. per Andream, & alibi dixi. duplex concurrit qualitas. quia nouum. & quia pretio redemptum: præſumitur patrem uno apparente forma proſpexiſſe ſibi primò, vt oẽs eos habeat hęredes in feudo, quos vult, quia in eo conſideratur pretium erogatum, & dominus quò ad hoc videtur dediſſe pro quodam allodio, ſub regula & natura feudi. Baldus ſingulariter dicit in conſilio 56. commune Aſt. libro tertio: quòd feudum emptum videtur cum alijs iuribus incorporalibus incorporatum, & ideo in trebellianicam vel legitimam imputatur. l. omnimodo. §. imputari. C. de inofficioſo teſtamen. & eodem modo cenſetur, quòd bona reliqua hæreditatis. l. prima. §. ſciendum, de ſeparatione bonorum, & vt corpus patrimonij. per l. ſed ſi plures. §. filio. de vulgari, & pupillari, duo cẽſentur patrimonia hęreditaria & feudalia, quando gratuitò feudum habet, & vnum non ſapit naturam alterius, arg. l. ſi arrogator. §. ſed impuberis. de adoptio. quod eſt notandum ad declarationem l. ſi ceterarum. §. primo. de militari teſtamen. de qua per Bald. in conſilio 332. fœmina. tertio volumine. per Albertum Brunum conſilio 104. & per eundem in tractatu de excluſione fœminarum. folio 58.
4 facit etiam hoc pro ea quæſtione † ſi debeat conferri pretium, quo feudum fuit emptum, an prout valet tempore mortis, ſi auctus ſit valor vel diminutus, per Andream & Modernos in capitulo imperialem. §. præterea Ducatus. de prohi. feu. aliena. per Federicum. Bal. Paul. de Caſtr. & Mayn. in dicto §. imputari. & ibi per Modern. Neapolitanos. Abba. in conſilio 85. primo volumine, per Fulgo. conſilio 228. Antonius de Morando. Alexan. conſilio 27. quinto libro, & dominus Iacobus Rebuffus in l. prima. C. de periculo ſucceſſo. parentis. libro decimo. Iſta ratio non conſideratur per ſcribentes in dictis locis, ex irregularitate feudi, quod non fuit amore a domino traditum, ſed pretio aſſignatum, & ex ratione Baldi videtetur ſpectari tẽpus mortis: cũ illud cẽſeatur eſſe in valore. quo tũc valet, qñ feudatarius decedit, & non contractus, cõſideratur tẽpore contractus valor rei, quò ad contrahentes. l. ſi voluntate. C. de reſcind. vend. quo ad defunctum & hæredes eius tempus mortis inſpicatur: quia illo tempore defertur ſucceſſio vniuerſi iuris, quod defunctus habebat l. hæreditas de regulis iuris. videtur oriri inter hęredes quidam quaſi contractus adeundo hæreditatem. l. apud Iulianum. §. fi. ex quibus cauſis in poſſe. eatur. l. ex maleficio. §. hæres quoque, de actio. & obligatio. ſi tempore contractus fuiſſet magni pretij, & tempore mortis eſſet minimi pretij: vt quia emiſſet terram populoſam, quę poſtea à Piratis capta eſt, & omnes homines & fœmellæ venere in captiuitatẽ infidelium. Prout fuit hoc anno 1554. Menſe Iulij, quo Drauctus Pirata fidei Chriſtianæ cœpit Ciuitatem Veſtarum, & deſolata Ciuitate omnes Ciues & pueros, ac bona aſportauit ad Velonam pro ſeruis: non deberet ratio haberi pretij, quo feudum eſt emptum: cum tempore mortis feudum non ſit illius valoris, neque penes defunctum, nec penes hæredes eius illud dicitur eſſe in patrimonio, quod valet & tanti reperiret emptorem, non quanti eſt emptũ cum pretia rerum mutentur ex tempore l. pretia rerum. ad legem falcidiam. & econuerſo. ſi feudum eſſet auctum, vel ex induſtria, & opera feudatarij, vel ex tempore: contrariorum debet eſſe eadẽ ratio: hoc pretium deberetur, poſtquam ex natura rei, res ipſa non poteſt aſſignari omnibus hęredibus: vt ſi eſſet feudum, in quo viuitur iure Longobardorum vel feudorum, quod idem eſt, quò ad hoc, oẽs filij pariter ſuccederent in feudo. & haberent partem valoris feudi, in proprietate feudi non conſiderato pretio, ſed re ipſa, quę in hęreditate reperta eſt, qualitas rei propter impoſſibilitatem iuris non alterat rem ipſam, quæ eodem iure debet cenſeri quò ad hęredes. ſicut erat penes defunctum: vt in l. ſecunda. §. ex his. de verborum obligationibus. penes defunctum erat in tanto valore, vel pluri. vel minori reſpectu corporis, non reſpectu pretij, quo fuit emptũ quamuis ſi fuiſſet mortuus feudo non empto, pecunia illa fuiſſet in hæreditate reperta. hoc non deberet attendi, cum non ſit pecunia tempore mortis, ſed alia res ſubrogata ex pecunia, non per hoc pecunia in hæreditate repreſentabitur. prout erat in ſubſtantia pecunię, ſed prout eſt in corpore rei, ſiue mobilis ſit res, ſiue ſtabilis: quò ad valorem feudi gerit vicem defuncti, non pecuniam: eſſent alij in damno, qui dum non poſſunt habere partem feudi fauore domini, qui induxit ius Francorum, ne feudum ſuum redigatur in partes, fraudentur valore rei ipſius, quæ ſicut poteſt augeri, ſic etiam & diminui, nullum habent certum commodum propter temporis incertitudinem. l. ſi pater puellæ. C. de inofficioſo teſtamento, & in l. de fideicommiſſo. C. de tranſactio. non reperitur aliqua lex, quæ ſuper hoc fingat aut diſponat: vt aſſignetur portio pretij, ſed contraria lex adducitur diſponens; vt ſeruetur ęqualitas inter filios. lege, vt liberis. C. de collatio. hęc eſt ęquitas vtriuſque iuris, ne ſit inter fratres inuidia: ex qua oritur inter ipſos odium, rancor, & inimicitię ſemel contractę. ex compendio hæreditatis ſolent eſſe hæreditariæ inter ſucceſſores & hęredes ipſorum, dum aſſignatur portio valoris. omnia contraria ceſſant, omnis inuidia ſubtrahitur de me

dio

dio, & neuter læditur ſuccedẽtium, cum habeat primogenitus facultatem portionis feudi exhibere partem vel ęſtimationem ipſius: Quid ſi pater feudum per ipſum emptum in teſtamento legaſſet alteri bona fide ſine aſſenſu Regio, cuius feudi debetur ęſtimatio legatario ſecundùm cõmuniorem ſententiam ſcribentium, de qua dixi ſupra. & ſacrum Conſilium determinauit, deberi æſtimationem: cuius temporis attenditur valor, an temporis emptionis feudi, an temporis mortis, licet in corpore feudi trãsferẽdo expreſſa ſit voluntas teſtatoris, quia magis vult legatarium habere quàm hæredem. & in re legata plus diligit legatarium, quàm hęredem. l. prima. de donatione cauſa mortis: quia diſpoſitio ſua redditur nulla, propter obſtaculum iuris in re legata: quò ad pretium, & valorem nulla adeſt prouiſio legantis, omittit, non prouidet expreſsè, ſed lex ſupplet, ſi cogitaſſet ſuum hæredem teneri ſoluẽre prætium feudi. prout valet tempore mortis. forte illud non legaſſet, quia habuit forte in mente legare in valore prætij, & non in valore feudi quò ad legatarium non conſideratur prętium, ſed valor rei, quò ad prætium non eſt ſucceſſio, ſed quò ad rem ipſam, quæ reperitur in hæreditate. iſta ſunt aduertenda vltra ſcribentes in hoc articulo, pro veritate dubiorum, quæ occurrunt, cum feudum emptum vnicum reputatur patrimonium, etiam quò ad dominum vendentem, qui plus dilexit pecuniam, quam feudatarium, vel ſi ab alio feudum emptum ſit. Dominus autem aſſenſum dedit, dicitur defunctus habere feudum ex cõtractu, & ex illo prætio hęres illius habet ex ſucceſſione, & non ex contractu, proximior eſt quò ad hæredem ſucceſſio, quàm contractus, hęc cauſa inſpicienda eſt. vt Bal. dicit in l. ex placito. C. de rerum permutatio. alias dixi, quod ſi aliquis emit prędium, quò ad emptorem, dicitur ipſe habere ex contractu iuris gentium, hæres eius habere dicitur de iure ciuili, per quod illi ſucceſſio defertur.

S V M M A R I V M.

1 *Succeſſio in feudo hæreditario fit in ſtirpes, in feudo ex pacto fit in capita.*

2 *Primogenitus præteritus, vel exhæredatus à patre in ſucceſſione feudi an conſequatur partem pretij à fratre, vel alio hærede inſtituto.*

3 *Feudum hæreditarium poteſt a patre vni filiorum integrum aſſignari, ſecus ſi ſit ex pacto.*

4 *Quarta in teſtamento poteſt conſtitui pro dotario in feudo hæreditario, ſecus ſi ſit ex pacto.*

5 *Nepos concurrit cũ patruo in ſucceſſione feudi hæreditarij non autem in feudo ex pacto.*

*

1 TRIGESIMO QVARTO † quando feudum eſt hęreditarium fit ſucceſſio in ſtirpes, quando autem eſt ex pacto, fit in capita ſecundùm Bal. in l. 2. in fi. C. de ſuis & legi. quem ſequitur Alex. de Neuo conſ. 63. in 1. col. dicam in formu

2 lis. † An ſi pater inſtituit alium hæredem prętereundo, vel exheredando primogenitum ipſe teneatur ad partem prætij fratri hæredi inſtituto, vel extraneo. vide allegationes meas & in tertia forma inueſti. hic non ſuccedit in feudo iudicio patris ſed magis fortuito, ita quòd teneri non debet, arg. l. quęſitum. §. fi. de leg. 1.

3 Trigeſimoquinto † Poteſt pater vni filiorum totum feudum aſſignare quando eſt hęreditariũ ſecundùm Bal. in capitulo 1. in verſ. decedenti, qui feu. dar. poſ. amplè diſcutit Iaſ. in emphytheuſi l. 2. C. de iur. emphy. aliud ſi ex pacto, Natta conſi. 159. num. 253. in 1. libro.

4 Trigeſimoſexto † in feudo hæreditario poteſt in teſtamento quarta conſtitui pro dotario, ſecus ſi ex pacto, plura per And. & ibi Affli. in c. 1. § . donare, qualiter pote. olim feu. alie. poſui plures differentias reſpectu quartę, & inter ius Francorum & ius regni & etiã nobilium Capuanę. & uidi, ſingularia quidem, ſunt & ſuo ordine reponenda.

5 Trigeſimoſeptimo † In feudo hæreditario nepos cum patruo concurrit in ſucceſſione ipſius, ſecus in feudo ex pacto & prouidentia, tex. in c. 1. §. his verò, de gradibus, quẽ ſic declarat Natta conſi. 129. poſtquam 1. volumine, ſentit Bar. in auth. poſt fratres. C. de legit. hę redi. & And. in c. 1. 1. col. de nat. ſucceſ. feud. nõ ſentit cõtrariũ, & in c. 1. 2. col. de ſucceſ. feud. ſi tractaretur de ſolutione debitorum, fit contributio tunc quò ad valorẽ feudi pro rata bonorum, omnes rationes ceſſarent quò ad ipſos creditores.

DVM inter Dominos Electos, & Dominos Barones exorta eſſet differentia de præcedentia ipſorum, rogatus Author vt ſcriberet, quid ſibi videretur, ac de Vrbis dignitate, ac antiquo regimine ipſius, præcibus nonullorum Nobilium deuictus infraſcripta poſuit.

S V M M A R I V M.

1 *Sindicus Ciuitatis Neapol. in parlamento generali præcedit omnes alios in quacunque dignitate conſtitutos.*

2 *Decuriones Ciuitatis an debeant præcedere Barones Regni titulatos in parlamento generali.*

3 *Sindicus quaſi ſingulorum cauſas dicens, & qualiter totam Ciuitatem, ac totum Regnum repræſentet, ac omnimoda poteſtas Vrbis in ipſum ſit tranſlata. & numero 41.*

4 *Dignitas alteri ceſſa videtur à cedente abdicata.*

contrarium vide numero.17.& 40.

5 *Sindicus cenſetur totum corpus Ciuitatis.*

6 *Sindicus cenſetur eſſe pater Ciuitatis, cum nomine Ciuitatis agat, & adminiſtret.*

7 *Rectores Ciuitatis, veluti primiores cæteris honorantur.*

8 *Rectores Ciuitatum eliguntur de nobilibus ac melioribus.*

9 *Domi ſuæ quilibet priuatus Rex eſt, eique omnes obedire tenentur.*

10 *Filij nulla eſt dignitas ſuperior patre.*

11 *Populi appellatione veniunt Barones, & perſonæ Illuſtres.*

12 *Barones, & perſonæ Illuſtres ſunt de Ciuibus Vrbis, contra quam non poſſunt venire, & patriæ, eorumque Officialibus, & miniſtris parere tenentur ſicut alij Ciues, & num.15.*

13 *Sindicus, & Electi qualiter ſedeant penes Regem.*

14 *Rex dum recipitur in Ciuitate, deputantur Electi à Ciuitate purpureis veſtibus, & pretioſis ornamentis decorati, qui exultantes, & iubilantes, & cum ramis palmarum ipſum recipiant.*

16 *Maior, & minor quis eſſe poteſt diuerſis reſpectibus*

17 *Ciuitas Neapol. qualiter regatur à quinque Sedilibus Nobilibus & Tribuno Plebis.*

18 *Honor eſt prius incedere, prius loqui, propius apud dominum ſedere &c.*

19 *Platea pars Ciuitatis dicitur authoritate, & vtilitate publica, non priuatorum ſedes, aut Collegium.*

20 *Platea via latior Ciuitatis dicitur, vt puta Militaris, Prætoria, ſeu Conſularis. Item eſt Area in Ciuitate, in quam populus conuenire ſolet. Neapol. ſedilia ſunt numero 34.*

21 *Platea græcè, latitudo dicitur latinè.*

22 *Robertus Rex Siciliæ arbiter aſſumptus à Ciuitate Neapol. ſtatum Ciuitatis in tres partes diſtinxit.*

23 *Romulus Vrbem Romam in tres Tribus diuiſit.*

24 *Ciuitas Neapolis Romanorum tempore quo ordine regebatur.*

25 *Neapolis Ciuitas vnde dicta, & quibus nominibus nuncupata.*

26 *Sedilia porticus alio nomine dicta ſunt, & quid ſignificent: & vnde dicta.*

27 *Porticus quid ſignificet.*

28 *Angiportus quid ſit.*

29 *Vicus quod dicatur.*

30 *Platea quæ ſit, & qualiter deſcribatur.*

31 *Ottiua dicitur optima pars Vici.*

32 *Optimates dicuntur primates, & meliores facientes ottinam.*

33 *Extaurayitarij qui dicantur.*

34 *Sedilium Ciuitatis Neapol. magna abuſio, ex qua multa abſurda, & inconuenientia, non ſine maximo Reipub. præiudicio. & numero 36.*

35 *Ciuilitas contracta in vna Ciuitate non operatur amiſſionem nobilitatis, quam quis retinet in alia.*

37 *Ciuitas Neapolis quo ordine in præſentiarum regatur poſt pronunciationem Regis Federici de Aragonia.*

38 *Neapolis Ciuitas caput totius Regni Siciliæ, ac mater omnium Ciuitatũ Regni dicitur, & ipſius exemplo reguntur.*

39 *Federicus Secundus Rex generale, ac ſolemne ſtudium omnium ſcientiarum Neapoli inſtituit.*

42 *Electi Ciuitatis etiam creato Sindico retinent dignitatem: & in publicis feſtiuitatibus Ciuitatis præferuntur Baronibus.*

43 *Illuſtriſſimi Domini Marchionis Piſcariæ Legati Sereniſſimi Regis Philippi aduentus in Regno Neapolitano, vbi deſcribuntur ordo Ciuitatis, & Equitum, & ſolemnitates adhibitæ in capiendo iuramẽto Fidelitatis, Ligij, homagij a toto Regno, & feſtiuitates factæ.*

44 *Sindicus, & Electi Ciuitatis Neapo. Regniq; Barones quo ordine deambulauerint per Vrbem, ſederint in parlamento generali, ac iuramentum Fidelitatis, Ligij, Homagij præſtiterint in manibus Illuſtriſſimi Marchionis Piſcariæ Legati Sereniſſimi Regis Philippi, quibuſue veſtibus & ornamentis decorati inceſſerint.*

45 *Pecuniam effundere in publicum pro triumpho mos erat apud veteres Romanos.*

46 *Abolitio generalis delictorum facta fuit in Regno Neapolitano per Sereniſſimum Regem Philippũ.*

47 *Quæſtio orta in Parlamento generali inter Illuſtriſſimum Principem Biſiniani ex vna, & Illuſtriſſimum Ducem Montis Alti ex altera de præcedentia ipſorum.*

48 *Deſcendentes ex ſanguine Regali præferuntur cæteris in omnibus apud perſonam Regis.*

49 *Principatus dignitas maior eſt, quàm Ducatus, & quæuis alia Baronali.*

50 *Principatus dignitas præcedit Ducalem, licet Ducalis dignitas ſit Antiquior.*

51 *Familiæ Sanſeueriniæ origo, Magnates, & Barones ex illa deſcendentes.*

52 *Procuratores Baronum abſentium an debeant admitti ex ordine dignitatum ſuorum principalium inter conſimiles Barones præſentes, vel inter alios Procuratores.*

53 *Procurator fungitur Vice domini, & verè repræſentat dominum, & debet ſedere in loco Domini.*

54 *Subrogatus vtitur iure illius, in cuius locum ſubrogatur.*

55 *Iuramentum fidelitatis poteſt præſtari per procuratorem.*

56 *Ius honorificum, quod cohæret perſonæ in alium eius nomine cedi non poteſt, niſi fiat ſubſtitutio authoritate legis, vt in Capitaneis, & Gubernatoribus. & numero.57.*

58 *Barones tenentes Caſtra cum pacto redimendi, quo ordine ſint vocandi in parlamento.*

59 *Ciuitas antiquior præfertur in parlamento generali*

60 *Doctor antiquior iuniori præfertur.*

61 *Prior in tempore potior eſt in iure, tam in honoribus, quàm in ſeſſionibus.*

62 *Quæſtio de præcedentia inter Ciuitatem Capuæ, Salerni, & Surrenti, de quibus plurima laudes.*

SINDICVS † Inclitæ Vrbis Neapolis præcedit omnes Proceres, Barones, & Magnates Regni, ac etiam Dominos tenentes aliquod de Septẽ ſupremis Officijs, necnon & eos, qui de ſanguine Regio deſcendunt. Vidi ego in parlamento Sindicum præcedentem Illuſtr. Dominũ Ducem Montisalti, qui de familia eſt Aragonea filius

filius Sereniſſimi Ferdinandi Primi Regis huius
Regni.
2 † An autem Domini Electi ſeu Decuriones
eiuſdem Vrbis præcedere debent Barones Re-
gni titulatos, prout ſunt principes, Duces, Mar
chiones, & Comites Regni, Domini de Collate
rali Conſilio decreuerunt pro tunc vltimo O-
ctobris. 1554. Mer. In aduentu Illuſtr. Marchio
nis Piſcariæ deputati per Sereniſſimum Domi
num Principem Hiſpaniarum ad capiendum
iuramentum ab omnibus Baronibus, Caſtella-
nis, & Militibus, Tribunis vigore teſutationis ſi
bi factæ per Diuum Carolum Quintum Maxi-
mum Imperatorem, & Regem Dominum no-
ſtrum eius patrem, quòd non. Illi autem prote
ſtantes reclamauerunt me præſente, & quàplu-
3 rimis alijs. Videtur † Sindicus gerere omnem
ordinem Ciuitatis, & ſingulorum cauſas agere,
vt in l. prima, §. quibus, quod cuiuſque vniuerſi
tatis nomine. & in l. munerum, §. defenſores. de
mune. & hono. Ob id eligitur, & creatur Sindi
cus, vt totius, Populi, & Ciuitatis dignitatem ſu
ſtineat, & ad eum omnem authoritatem Popu-
lus cenſetur deferre, ar. l. 2. §. 1. ibi. ei & in eum
omnem, de origine iuris. & in §. ſed quod Prin-
cipi. inſti. de iur. natu. gen. & ciuili. per deputa-
tionem Sindici omnis dignitas officialium Ci-
uitatis ad eum videtur tranſlata: quia ipſe eſt,
qui totam agit Ciuitatem, & vniuerſi ordinis
nomen repreſentans, Nobilium: Illuſtrium, Ci-
uium, Plebeiorum, & habitantium in Ciuitate
ſiue indigenæ ſint, Ciues, Accolæ, vel Forenſes,
qui in Ciuitate habitationem ducũt. l. mortuo.
de fideiuſſo. & l. proponebatur. de iudicijs. Per
vnum omnes videntur loqui, dum nomine om
4 nium in vnum conueniunt. Cęteri † alij pro
eo actu dignitate exuti ſunt, & vt priuati repu-
tantur, veluti eorum loco, & dignitate cedentes
ar. l. dominicis. C. vbi cauſæ fiſca. quòd cenſetur
ab alio adempta, quando alteri datur, & in l. ſi
duo. de admini. tuto. videtur tex. in capi. ſtudui-
ſti. de offi. deleg. & quod not. Bal. in l. 1. C. de of
ficio conſul. & in authen. habita. col. 5. C. ne fi-
lius pro patre, & quod habetur in l. teſtamenta
omnia. C. de teſtamen. per Angel. Habent digni
tatem alios pręcedendi, quando nomine ipſo-
rum alius non eſt, qui omnium vices gerat, aliàs
daretur progreſſus in infinitum, & Ciuitas de-
putando plures & alios, aliorum locum vendi-
caret. Dum electi conſentiunt creationi Sindici
ſibi ipſis præiudicium afferunt: cum Sindicus
pręcedat eos, ergo ipſi in eorum loco non conſi
ſtunt. prout de creditore dicimus, qui ſecundo
conſentit, ipſe fuit poſterior, vt in l. ſecunda. &
in l. Paulus. §. final. qui potior. in pigno. habea-
tur. & de Canonico permittente alium in Col-
legium Canonicorum admitti, vel in aliud Col
legium, vt notat. in l. finali, de colleg. illicit
& in capitulo cum omnes. de conſtitutionibus,
& in capitulo ſcriptum. de electione. Meritum
illius non debet verti in pręiudicium alterius. l.
vir ab eo. de iure dotium. l. ſi pupillus. de admi-
ſtratio. tuto. & l. final. C. de ſtatuis & imagi.
5 Sindicus † cenſetur totum corpus Ciuitatis in
in eo loco & regimine, ad quod deputatur, vt no.
ta. in dicta l. 1. §. primo. quod cuiuſque vni. no
& per Specula. in titulo de Sindico. Alij. non
ſe intromittunt cum de eorum conſenſu videa
tur omnis dignitas, & poteſtas adempta ab eis,
arg. eorum, quę habentur in l. quod in rerum. §.
fin. de legatis primo. & in l. prima. C. de officio
pręfecti prætorio Africæ. & per Modernos in ca
6 pitulo paſtoralis. de officio ordinarij. Sindicus †
videtur eſſe pater Ciuitatis, cum ipſe nomine
Ciuitatis agat, & adminiſtret. l. qui conditioni,
C. de his qui ſponte munera publica ſubeunt, li
bro 10. & in l. prima, C. de operibus publi. & in
§. eos. in authen. vt iudices ſine quoquo ſuffra-
gio. Vbi pater comparet pro regimine, filius nõ
habet vocem, neque locum, vt no. in l. munerũ,
§. primo. Eo iure debet haberi Sindicus, quo om
nes illi, qui Ciuitatem agebant, veluti in eorum
locum ſubrogatus, ar. l. filię. §. fin. de conditio. &
demonſtratio. l. ſi donat. §. ſponſus. de donatio.
inter virum & vxorem, & in §. fuerat. inſti. de
actionibus. Impoſſibile videtur, quòd Sindicus
agat Ciuitatem, & etiam Electorum vices ſuſti-
neat in eo actu. Electi etiam ſint in eadem digni
tate, in qua alius eſt aſſumptus. magis videtur eo
rum dignitas extincta, quàm durare, aut ſaltem
ceſſar propter alium in eorum locum aſſumptũ.
At aliter legitur obſeruatum, quando idẽ Diuus
Carolus ingreſſus fuit hanc Principem Vrbem.
28. Nouembris. 1535. In his ſpectanda eſſet con
ſuetudo, vt no. in l. prima. C. vt dignitatum ordo
ſeruetur, & in l. fi. §. pen. de mune. & honor. &
quod poſtremò eſt geſtum. l. item. Mela. §. primo
7 de alimentis & cibarijs legatis. † Rectores Ci
uitatis veluti primiores cęteris honorãtur, quia
eorum Ciuitatem repræſentant, & munus pu-
blicum de neceſſitate ſuſcipiunt. l. ſiquis magi-
ſtratus. de mune. & hono. l. ex omnibus. C. de de
8 curio. lib. 10. & l. Lucius, ad municipales. Ad † id
munus ſemper nobiliores, & meliores eligi con
ſueuerunt, vt in capitulo primo, de pace iura.
firma. l. honor. de mune. & hono. & in §. interim
in authen. de defenſo. Ciuita. & in l. ad ſubeun
dam, C. de decurionibus. In proprio oppido ip
ſi omnibus alijs ſunt digniores, ſecundùm glo.
ſingularem in l. apud eum. de manumiſſi. de qua
per Bal. conſilio. 378. primo libro & per Rauen
nam in ſuo alphabeto folio 27. dixi plenè in
9 quęſtione Principis. Primarius † quilibet in do
mo ſua Rex eſt, & omnes obedire tenentur ei ve
luti inferiores. Electi venientes ad Vrbem velu-
ti in propriam domum recipiunt, & admittunt
Ciuitas, vel oppidum eſt mater Ciuium, & habi-
tantium in ea, & vindicat eos cauſa adiecta de
iure quiritum, vt in l. prima. §. 1. de rei vendi. &
not. in l. generali. C. de decurionibus. & in §. pri
mo. in authen. de quęſtore, ibi. Ciuitas noſtra po
puloſa diuerſarum gentium. filius non debet pa
trem, neque matrem præcedere, cum illis reue-
rentiam debeat, niſi officium publicum gerat, vt
10 ibi plenè dixi. Nulla † eſt penes filium digni-
tas, quæ patri non fiat inferior, cum & ipſum di
gnitatis gradum propter patrem habeat, vt ait
Seneca libro ſecundo de beneficijs. & primò pa-
ter

ter quã filius ad ſeruitiũ euocatur.l.ſi ille.& l.à ſuc
11 ceſſione,C.de decur.Barones † & perſonę illu
ſtres veniunt appellatione populi. §. plebs au-
tem.inſti.de iure naturali,gentium,& ciui.& de
illa glo.per Barba.in c.accedens.col.3.vt lite nõ
conteſtata.Corneus conſi.149.col.ſi.2.lib.& D.
Cagno.in l.2.in verſi. quicunque conſules, ſin.
12 col.de orig.iur.Sunt † & ipſi Barones de gre-
mio,& corpore ciuitatis, & lex generaliter pro-
uidens,eos compræhendit,niſi ſit de eis ſpeciali
ter prouiſum.l.in fraudẽ,§.ſi.de mili.teſt.non fa
ciunt ipſi aliud corpus & membrum in Ciuita-
te in his,quæ ad Ciuitatem pertinent,veluti Ma
gnates,Barones,& perſonæ Illuſtres:patriæ pare
re tenentur.l.fallaciter.C.de abolitio.& in l.ve
luti.de iuſt & iur.quando Ciuitas creat Sindi-
cum,& Electos,ipſi in eorum creatione conſen-
tire cenſentur,cum ſint aut nobiles in Ciuitate,
aut Ciues.factum à maiore parte ratum habere
tenentur,per regulam.l.quod maior. ad muni-
cipal &c.cum omnes de conſtitutio. Non eſt
hoc ambitioſum, & in eorum perniciem, iuxta
tradita in l.ambitioſa. de decretis ab ord. facien
dis.Decuriones in proprio oppido oẽs antece-
dunt,cum oppidi nomine ſeu Reipubli.quan-
tumuis paruulæ omnibus ſint digniores. Baro-
nes,& illuſtres viri habent honorem & pręroga
tiuam,vt Ciues in oppido: non poſſunt contra
patriam exercere,arg.l.poſt mortem.§.ſi.de bo
no.poſſeſſio.contra tabul.& ar.l.ſi tutela circuo
uento.de minoribus,habent natales in patria, a
qua ipſi,& eorum maiores originem trahunt,pa
trię cedere debent.patriam venerari tenentur,
& officialibus,ac miniſtris ab ea deputatis cede
re aſtringuntur à cõditione Ciuitatis.l.ſi vt pro
ponis.C.de municip.& origin.libro 10.& ſi ipſi
exteri eſſent,& in Ciuitate reperiuntur, indeco
rum videretur,peregrinos potiores eſſe in ho-
noribus,& Ciues aut ſedere,aut inferiores habe
ri.Nunquam exteri Ciuibus præferuntur, prę-
ſertim in honoribus,& dignitatibus, vt ibidem
dixi,quamquam vt corpus integrale,& colle-
gialiter ſuperellent, quò ad hoc non habentur
pro aliquo corpore ſupremo in Ciuitate, ſunt
potiores in honoribus inter ſe ipſos, vel cum
de re ad eos vt Barones ſpectante tractabitur.
Quò ad Ciuitatem nudi ſunt priuilegio virorũ
illuſtrium,cum non exhibeant à lege, vel ab ho
mine,aut a conſuetudine ſpeciale priuilegium,
neque ad honores ſunt vocandi, quia habitant,
cum domicilium non conſtituunt.l.eſt verum,
C.de incolis,& in l.ſcire.eodem titulo.Non de
bent membra diſtare a capite,ſed vti coniuncta,
& connexa vnum corpus,aut vnum hominem
efficiunt.Sindicus in hoc videtur,vt caput ele-
ctorum, cum ipſos pręcedat, Membra debent
ſuo capiti adhęrere,præſtò eſſe, reuereri,coadiu-
uare debent, immediate ſequi,ſi adeſſet ingens
Baronum numerus,quorum Dei gratia, & Cęſa
ris munificentia locuples eſt cœtus.via dari poſ-
ſet locus Dominis Electis,vt inſpiciãt eorum ca
put.& illud coadiuuent.Ipſi ſunt quaſi Suffraga
nei,& Coadiutores Sindici, & Ciuitatis recto-
res,ac Gubernatores,ſeu Decuriones,quando ſe
dent in eodem loco penes Proregem,aut Domi-
num Regem,ſi pręſens eſſet.Alia ratio eſt.Sindi-
13 cus † ſupra omnes Proceres,Magnates, & Of
ficiales ſupremos.Electi autem in alio ſubſellio
ſoli ipſi Nobiles cum Tribuno Plebis ſedent in
vltima ſubſelij,ſeu ſcabelli parte,ſic obſeruatum
eſt de conſuetudine, neque tunc vniuerſitas re-
præſentatur, neque actus vniuerſitatis geritur,
diuerſa eſt ratio cum ibi in digniori loco Baro-
nes,& Illuſtres ſedere cenſeantur,ſufficit in iſtis
dare diſtantiam,capitulo ſicut vrgeri,prima quę
ſtione prima.Hæc diſſimilia ſunt, & ex vno non
14 infertur ad aliud.Recipere † Regem,aut Pro-
regem,aut alium Magnatem in Ciuitatem veniẽ
tem illius nomine, ad Ciuitatem pertinet,& ad
ipſum deſtinare deputatos, ornatos veſte etiam
purpurea,vt ſcribitur ſecundo Regum, capitu-
lo 19.& illos mittere præcioſis ornamentis, &
pulcherrimis decoratos,exultantes,& dicentes,
Benedictus Dominus, vel qui venit in nomine
Domini, iubilantes cum ramis palmarum, vt
de Domino Ieſu Chriſto legitur in eius aduen-
tu in Ciuitatem Hieruſalem. Iſta ſolent fieri a
populo Ciuitatis congregato,& non a priuatis,
vt dicit glo in Longobarda.l.primæ, de Appu-
lis qui acclamant.Viuat Rex noſter. & Domi-
nus Boerius in tractatu de cuſtodia clauium Ci-
uitatis,char.11.& de acclamatione Populi voce
magna ad laudem alterius, per pręconem, per
Odofredum in l.Illuſtriſſimos.C. de officio re-
ctoris Prouinciæ,& dominum Iacobum Rebuf-
fum in l.fin.C.de quæſtoribus & magiſtris offi-
ciorum, libro. 12. Iſta fiunt a populo in vnum
congregato cum publica lætitia, vt notat. in l.
prima.C.publicę lętitię,eodem libro. Populus
15 † & Ciuitas, non repręſentatur in Baronibus,
qui in populo reperiuntur, neque ipſi faciunt
mediam,aut tertiam partem populi, niſi aliter
conſuetudo introduxerit.Populus & Ciuitas du
cit eos,eos regit,& de eis diſponit veluti de ſuis
Ciuibus,qui ad onera Ciuitatis, tam realia quã
perſonalia aſtricti ſunt.Eorum authoritas & di
gnitas eſt per accidens, non ex natura loci, non
liberãtur ab eo onere quo proprię origini aſtrin
guntur,& ad duplicia tenentur onera & patriæ
pro eorum origine,& Regi pro titularis feudis
rerum & perſonarum,duplex eſt & obligatio,&
actio,habent ipſi duplicia emolumenta, vnum
ratione patrię,alterum ratione titulati feudi,cõ
ſequens eſt,vt vtroque modo teneantur,a maio
re minori reuerentia debetur, cum in ſua eſt do
mo,ſecundùm Lucam de Penna in l.nihil, pri-
ma col.per illum tex.C. de palatinis ſacrarum
largitionum,libro.12.allegat tex.in §.non vo-
lente.in authen.de defenſo.ciui.& in §.è.diuer
ſo.in authen.vt iudices ſine quoquo ſuffragio,
& per tex.in dicta.l.nihil.dixit Ioannes de Pla-
tea ibi,quod Cardinalis ſeu Archiepiſcopus de-
bet honorare Epiſcopum loci,& Rector Studij
præcedit Epiſcopum ſcolarem, dum eſt in ſtu-
dio,vt Abbas dicit in capitulo auditus.col.ſecũ-
da de electione,& in capitulo poſtulaſti.de con
ceſſione præben.quòd Epiſcopus non præcedit
capitulum,quando ſedet vt Canonicus, ſed eſt

eo inferior. Sedebit ſecundo loco, quando eſt illins loci Epiſcopus, aliàs ſuo ordine quando eſt alterins loci, per glo. in capitulo à collatiooe. de appellatio. in 6. & ibi per Geminianum, & alios. & hoc io his tantùm, quæ Collegium tangunt.
16 Poteſt † quis maior & mioor eſſe dinerſis reſpectibus, ſecundùm glo. in capitulo quæritur, ſecunda quæſtione ſeptima, per tex. in capitulo perlectis. 25. diſtinctione: quã ſequitur Dominus Caſſaneus in cathalo. gloriç mundi, 11. parte, conſide. 12. Ciuis primariç Ciuitatis præfertur nobili Ciuitatis mediocris, ſecundùm Decinm in capitulo clerici, 16. col, de iudicijs, & in proprio loco præfertnr Primarius illius loci. per no, per gl. in dicta l. apud. Ideo fertur, Cæſarem dnm eſſet in alpibns, oppidulum prætereũtem, amicis quærentibus, an illic ſeditiones aliquæ forent de Principatu, reſpondiſſe mallem, (inquit) hic eſſe primus, quàm Romæ ſecũdus.
17 Nec † obſtat, quòd Siodicus totam agat Ciuitatem. & ipſe eam ducat, nam non ideo deputatur vt electi eorum ſint dignitate priuati, & illo diç & in illo actn pro nihilo habeantnr, accumulatur perſona cum dignitate, & electorum poteſtas non irritatur. Regulare eſt hoc: vt in l. prima C. de officio præfecti vrbis, quod per creationẽ noui officialis nõ derogatnr veteri. & in l. fi. ver. ita tamen C. de iuriſdi. omn. iudic. & in l. fin. vbi glo. C. vbi cauſç fiſcales, vbi licet Comiti domorum detur ſpecialis iuriſdictio in colonos, aut inquilinos Imperiales & per verba taxatiua, nihilominns circa eaſdem perſonas non intelligitur adempta iuriſdictio Præſidi Prouinciæ, cui vt maiori magiſtratui circa eaſdem perſonas iuriſdictio collata eſt, vt in l. cum aliquis. eodem titulo. Plura poſſent allegari, quç habentur per Romanum conſilio 393. Præſens conſultatio, per Modernos in dicts l. qnod in rerum. §. primo, & in dicto capitulo paſtoralis, & alibi dixi. Decuriones ſeu electi Ciuitatis, eam qnam habent authoritatem, & prçeminentiam a lege obtinent, & non ex aliquo Principis oraculo, vt no. in l. obſeruare, & in l. nominationum. C. de decurio. Habent ipſi regere & gubernare corpus vniuerſitatis & publici Collegij approbari. Lex illi dat adminiſtratores, ſicuti priuatus poſſet in ſuo, ar. d. l. primæ. §. quibus. & in l. fi. de collegijs illicitis. & in l. item magiſtri. de pactis. & procedit nedum in populo, qui habet Epiſcopum in Oppido, Terra, vel Caſtro, ſed etiam io qualibet Villa, ſeu Caſale. Ideo dicitnr eas habere Rẽpublicam licet impropriè, vt no. C. de iur. reip. l. prima, & in l. rempublicam. C. eodem titulo, ſi Ciuitas, vel Oppidum alium pro regimine Ciuitatis adiungat, vel cum pro capite conſtituat in negotio vno vel pluribus, non derogatur ex hoc alijs Officialibus Ciuitatis, vel Oppidi, quia hoc Ciuitas priocipaliter non intendit, ar. l. ſiquis nec cauſam, neque eſt actus, qui ex hoc neceſſariò inſurgat, vt poſito vno, aliud emergat. Item Ciuitas melius per plures regitur, quàm per pauciores. Ideo intereſt plures admitti ad defendeodum. l. prima, de procurato. & ſi plures in vnius officio admittuntur, oon derogatur officio illius in aliquo. l. binos, C. de aduocatis diuerſorum iudicum, niſi officium voluerit ſuperior in plures diuidere, ar. l. ſi eadem. de officio aſſeſſ. Ciuitas ideo Sindicum creat, vt ſuum particulare negotium honorificentius expleat, & ad coadiuuandum Electos, qui officio etiam cõſiſtant, ar. tex. in l. quoties. §. conſtat. de adminiſtrat. tuto. & ibi loquitur in tutore, qui tenetur etiam regere, quod pupillo adauctum eſt. & illũ tex. in materia officialium allegat Roman. in dicto conſilio 393. & Maynus in dicto. §. ſiquis poteſt, cum deputatur ad ampliorem cuſtodiam, non debet ſumi coniectura, quòd ideo eligatur Sindicus, vt ab omnibus authoritas & præminẽtia adimatur, cum ſint plures contrariç coniecturç, & alia aliam trudit. l. diuus. de in integrũ reſtitutione. Sed vt Sindicus per Electos coadiuuetur, & per eos vti in regimine priuatos decentius aſſocietur.

18 Status Regiminis † huius Almæ Vrbis videtur dnbitationem abſoluere, nam cum regatur per quinque Nobilia ſedilia, & etiam a Tribuno Plebis nomine Populi: huiuſmodi electionis fit diſtributio per vices nobilium ex ordine ipſorum, vt vnumqnodque ſedile in creatione Sindici ſuam habeat præeminentiam, quando de ſuo ſedile contingerit eligi, iſto reſpectu ab omnibus creatur & eligitur Sindicus. gerit tamen Ciuitatem, ſed non ideo & eo modo, vt ab alijs ſuis Officialibus eorum dignitatem abſtulerit. Sed vt ipſe veluti caput electorum officium gerat. Illi autem veluti Ciuitatis in regimine primates comitentur eum. Sed cum non poſſint omnes pariter in eodem loco conſiſtere, pariter incedere & deambulare, & eadem manu comitari. Conſtitutus eſt Sindicus, qui prior vadat & incedat a manu Regis vel Proregis, aut cuiuſuis potentis domini ſiue Secularis ſit, vel Eccleſiaſticus, aut Apoſtolicus, qui veniat in Vrbem, vel ſi intra Vrbem alia feſtiuitas, vel caſus occurrerit, pro quo
19 Sindicus deputari conſueuerit. Honor † eſt, priorem incedere, priorem loqui, l. fin. C. de Tironibus. l. ſecunda. C. de primicerio, & in l. ſecunda. C. de præfecti prætorio, libro 12. Priorẽ nominari. l. ſeruus communis, ita. de ſtipul. ſeruo. & in capitulo ſiquis inſtitu, de electio. in ſexto, priorem offerre, ſecundùm Domioum Ioan. Fabr. in §. aliam, inſtitu. de bonorum poſſeſ. & dominum Andream Tiraquellum in tractatu primogenituræ, in principio. Honor eſt iuxta Dominum aſſidere, ſecundùm glo. io dicto §. aliam. & habetur in dicta l. ſecunda, de officio prçfect. prçto. & in l. prima. C. de conſulibus, libro 12. Immediate poſt dominum ſedere, ſecundùm Sandænm in rubrica de maiori. & obedien
19 iſtæ honorificẽtiæ debẽtur Sindico, eas recipit a ſua nobili Platea deputatus, & Ciuitatis nomine. Publici ſunt Ciuitatis honores, & † Platea pars Ciuitatis dicitur authoritate, & vtilitate publica. Non eſt priuatorum ſedes, neque ex re familiari in vnum priuatorum Collegium reducta, ſed certo Ciuitatis loco publici Gubernato-
20 res deſignati. † & Platea via latior Ciuitatis ferè militaris, Prætoria, ſeu Conſularis, vt Plautus

ait

ait menich. 18.5. & Teren. in andr. 46. t. in hac
habitaſſe Platea dictum eſt Cryſidem, & Platea
area eſt in Ciuitate, in quam populus conueni-
re ſo et, ſecundùm Lampridium in vita Helio-
gabali Plateas in Palatio ſtrauit Lacedemonia,
21 & Porfiteis ſaxis, † & platea gręcè latitudo, in-
de Platea, quia lata eſt. Has prętogatiuas magni
faciunt ſibi Prouinciales ſeruari, Vlpianus dixit
in l. obſeruare. §. hoc etiam. de officio procon.
& legati. & in l. ſi in aliquam. eodem titulo. & in
l. fin. §. pen. de mune. & honor. Hæc eſt cauſa pri
maria deputationis, vt ſolus ipſe honoratior ſit.
Electi autem vt electi primates, & Decuriones
eum adiuuent, & comitentur in eodem loco, &
dignitatis gradu quo erant, vt & ipſi alijs cęte-
ris digniores incedant. Hęc eſt vehemētior con
iectura, & fortior contraria, quę allegatur, aliàs
ſequeretur, quòd ipſi, ſi non poſſent pręcedere
Barones, & Magnates, minimè etiam haberent
certum locum, & cœtum pręcedendi aliòs Ba-
rones, & Dominos, cum ipſi vt ſimplices nobi-
les haberentur, & non competeret contra eos re
cuſantes aliquod officium iudicis; cum in iſtis
pręoccupationi locus ſit, Epiſcopi, & Pręlati
22 omnes antecederent. Non † ſine cauſa mos hic
in tam celebri Vrbe inoleuit, ac talis diſtributio
emerſit, cum ſæpe pro regimine, & honoribus
Ciuitatis veteribus temporibus iurgia, ſcandala,
cedes, & homicidia prolapſa ſunt, vt teſtatur
diuæ memorię Robertus Siciliæ Rex, die 29. Iu-
nij. 7. Indict. 1339. Sub pagina ſecreto ſuo anu
lo firmata, & vt aſſumptus arbiter ſtatum Ciui-
tatis pro pace, & concordia inter partes tres di-
ſtinxit, vt duæ Platęę vnam habeant, omnes aliæ
cum alijs obtinerent duas, prout ipſe pronuncia
uit ſub die quinto Iulij eodem anno, cum inſer
tione nonnullorum capitulorum, & declaratio-
23 num. Sapiens † Rex Romulum ſequutus eſt
Regem, qui conditam Vrbem in tres Tribus di-
uiſit eam è tota illa multitudine, vt Modernio-
res tradunt in l. 2. de origine iuris, neq; quiſque
Ciuis Romanus erat, qui non eſſet alicuius Tri
bus. Procedente deinde tempore eadem aucta
ad quinque & triginta peruenerunt, Senatores,
Equites, & Plebei erant diuiſi, & à Senatoribus
patritij, & ipſi patritij Senatores, & à plebe E-
quites, medius poſt Senatores ordo, Equites di-
cti, quòd publicis equis mererent, quorum inſi
gne fuerat aurei anuli, quibus à plebe diſtingue
rentur. apud quos & Indictorum poteſtas erat
Equeſtria in Theatro loca. 14. gradibus conclu-
debantur, qui & ipſi ordines dicuntur. Zaſius,
Oldendorpius, Cagnolus, & alij Neoterici, ne-
ceſſarium fuit numeroſo populo nouos ordines
inſtituere, cum veteres non omnia poſſent, ne-
que decens videbatur eiſdem legibus regere pau
ciores, quibus vniuerſi ſuſtineri non poſſunt, nō
uis rebus, nouum eſt remedium neceſſarium, ſi-
cut magna flumina ex paruis fontibus orta ſunt
ita ex parua re magna quandoque ſuccreſcit im-
menſitas, ex parua ſcintilla ingens ignis, & ex te-
nui populo, ampliſſimus populus. Cumque ve
ra pax, & concordia non conſiſteret in regimine
& cædes quotidie prodirent, prout in monu-
mentis antiquis inſpexi. Ioanna Regina, quam
Primam vocant, nonnulla in eodem Ciuitatis
regimine innouauit, 1343. primo anno ſui Re-
gni, cum inter plateas vnus, & in alijs vnus alius
eſſet Aerarius, & ſæpe ordo mutatus eſt, prout
Athenis Sparti, alibi & ſæpe Romæ creſcente
multitudine & dignitate Ciuium, noui magiſtra
tuum ordines, & pro plebe promiſcuè creati
24 ſunt. Romanorum † tempore alius erat mos,
quia ordo & populus omnia exequebantur. Le-
gi in quodam marmore ſedilis Montaneę inſcri
ptionem hanc, quam inſerere mihi viſum fuit
pulchrum eſſe, vt alias omittam. Pijſſimæ, ac ve
nerabili dominæ noſtræ Helenæ Auguſtæ matri
Domini noſtri Victoris ſemper Auguſti Con-
ſtantini, & Auiæ Dominorum noſtrorum Beatiſ
ſimorum Cæſarum, Ordo, & populus Neapoli-
tanus. Liuius etiam primo libro ſcribit duabus
Ciuitatibus Palepolis, & Neapolis eundem po
pulum habitare, Marcus Tullius Cicero libro
13. Epiſtolarum Familiarium ad Atilium Pro-
conſulem Neapoli Decuriouem creari dicit. Nea
polim etiam Romanorum municipium græcam
Vrbem, & Rempublicam Neapol. Liuius in hęc
verba primæ Decadis libro octauo. & Decadis
quartæ libro quinto, fol. 226. Mino. dum ait. ſpe
cioſo titulo vti vos Romani gręcarum Ciuita-
tum liberandatum video, ſed facta veſtra oratio
ni non conueniunt, & aliud Antiocho iuris ſta-
tuiſtis, alio ipſi vtimini. Quid enim magis Smyr
nei ampſaceniq́ue gręci ſunt, quàm Neapolitani,
& Rhigini, & Tarentini, à quibus ſtipendium,
à quibus naues ex fœdere exigitis, &c. Tempore
Romanorum Conſulum erat Reſpublica ſocia
Rom. Cum enim Romani cum Annibale bel-
lum gererent, vt inquit idem Liuius Decad. ter-
tiæ; libro ſecundo, fol. mihi 116. Neapolitani le
gati Romam venere, ab ijs quadraginta pateræ
aureę magni ponderis in curiam illatę. Atque
ita verba facta, vt dicerent ſcire, ſe Roma. Popu.
Aerarium bello exhauriri, & cum iuxta pro Vr-
bibus, agriſq; ſociorum ac pro capite, atque arce
Italiæ Vrbe Romana, atque Imperio geratur,
ęquum cenſuiſſe Neapolitanos, quòd auri ſibi
cum ad ipſorum ornatum, tum ad ſubſidium
fortunæ à maioribus relictum foret, eo iuuare
populum Romanum, ſi quam opem in ſe ſe cre-
derent. eodem ſtudio fuiſſe oblaturos, gratum ſi-
bi patres Romanos, populumque facturum, ſi
omnes res Neapolitanorum ſuas duxiſſent, di-
gnoſq; iudicauerint, à quibus donum animo ac
voluntate eorum, qui libentes darent, quàm re
maius, ampliusq; acciperent. Legatis gratię actę
pro munificentia, curaque, patera quæ ponderis
minimi fuit accepta, Suetonius in Auguſto. c. 42.
apud Inſulam Capreas Veteriimę Ilicis dimiſſos
iam ad terram languenteſq; ramos aduentu ſuo
adeo lętatus eſt, vt eas cum Republica Neapoli-
tanorum permutauerit, enaria data &c. Ex † par
25 uulo vnius virginis tumulo, aut Syrenæ Parthe-
nopę dicta eſt Ciuitas, ad cuius tumulum quo-
tannis Neapolitanos faces tuliſſe, & Palepolis
dormitio vetus Ciuitas, & deinde Neapolis, no-
ua Ciuitas dicta eſt. Parthenopę, Palepolis, &
Neapolis

Neapolis, celeberrima Vrbs Campaniæ, & ho-
die totius Italię pulcherrima, potens, florentiſſi
ma, Chriſtianę fidei religioſiſſima, fidiſſima Do
mini Regis Caroli Maximi Imperatorum, at-
que Cęſarum, Vrbium Princeps, atque Regina
primariam ſedem tenet.

Conſtantino penes Pontificem Maximum
Sylueſtrum Romanum cedente Imperium Nea
poli ſibi pro Camera Imperij retenta, Neapo-
li Princeps ab eo conſtitutus eſt, qui per ſuos
patricios gubernandæ Vrbis curam habebat, &
omnem ditionem, atque poteſtatem obtinebat
Rebus illorum Græcorum imperatorum colla
pſis, aut eorum incuria, aut ſeditione, extinctis
Principibus, Ciuitati eligendi Ducis poteſtas à
Græculis tradita eſt, & per aliquod tempus Dux
creari à populo obtinuit, prout etiam in alijs
maritimis Ciuitatibus. Patrem Sancti Athena-
ſij, Ioannem aut Sergium nomine Neapoli Du
cem fuiſſe, lego in quodam hiſtoriali, & alios
duos in Cronico Sancti Vicentij & Anaſtaſij de
Vulturno. Amplum & vetuſtiſſimum eſt volumẽ
Longobardis autem rerum potitis, & Beneuen
ti eorum Regia conſtitutis Campaniæ Principi
bus, Neapoli Comes deſignatus eſt ex Caſinen
ſi regeſto. Nulla quidẽ ratione, ſed odio celeber
rimæ & pulcherrimæ Vrbis, & ſub Gothis quan
doque Dux, quandoque Comes Vrbem regebat
& oram maritimam: Græculis quandoque ex re
rum euentu dominantibus, & Apulia, & Cam-
pania pulſis, Normani Regionum omnium Vi
ctores & Dominatores effecti ſunt, Neapolis
per viginti quattuor Conſules, Milites, & Co
meſtabiles gubernari & regi cœpta eſt. Aliqua
circonſeruntur ab eis tradita priuilegia, & illud
in Archiuo, quo Amalfitani, Scalenſes, & alij tri
duo in Vrbe fumantes Ciues ſint. & Conſules
ſibi eligant. quod hodie ad ciuilitatẽ viget. dũ
incolatum faciunt, & ibi iſta eſt inſcriptio. in
nomine Dei æterni amen. Anno incarnationis
Dominicę. 1190. die octauo menſis Maij &c.
Nos Aliernus Cotonus, Comeſtabili Milites,
& vniuerſus populus egregiæ Ciuitatis Nea-
pol. prouidæ. &c. & ibi, ſaluo in omnibus priui
legio generali libertatis Neapol. quod eſt inter
Nobiles. & populum eiuſdem Ciuitatis. & in an
tiqua Regali ianua verſus.

Egregia Nidi ſum Regia porta plateæ.
Mœnia nobilitas Vrbis Parthenopeæ.

Non tam Conſulum, quàm Electorum ha-
betur mentio in inſtrumentis, ſed non tam fre-
quentis numeri. iſti forte erant à plateis Electi,
& Conſules veluti Conſiliarij Ciuitatis, ſic
enim Decuriones appellantur, iuxta not. in
rubrica. C. de decurionibus. & per gloſ. in l.
prima. C. ſi vnus ex pluribus tutoribus, & do-
minum Iacobum Rebuffum in l. nulli. C. de con
ſulibus.
26 Vidi † in alijs fieri de Sedilibus mentionem.
Quæ autem nos Sedilia vocamus, Seneca ad
Lucillum, porticus nuncupat, in his deambu-
latio eſt, & Sedile iunctum, vt ſeſſio fiat, ſecun
dùm Ciceronem de Oratore in ſecundo, ibi, in
quo porticus hæc ipſa, vbi inambulamus, & pa
leſtra & tot locis ſeſſiones & Sedilia per Virgi-
lium primo Æneid. 35. & in quinto, *fuſi per du-*
27 *ra Sedilia nautæ.* & † porticus, quòd ibi ſi-
tus magis ſit, vbi ſtandium ſit quaſi porta, vel
ſit aſpectus, ſecundùm Papiam, quem refert
Lucas de Penna in l. ſi qua. C. de ſpectaculis,
libro vndecimo. Erant prius nonnulli porti-
cus, in quibus ſe recipiebant, & conuenien-
bant. Et † Angiportus priuati etiam ſine exi
tu publico noſtra etiam memoria vidimus, &
29 alij nobis retulerunt. Petrarcha † autem vi-
cos in ſuo Itinerario explicat, dum dicit illud
nulla feſtinatio, nullus labor impediat, quum
duos illius Vrbis vicos, Nidum ſcilicet, & Ca-
puanũ videas, ædificijs ſupra priuatum modum
antequam peſtis terræ funditus exhauſiſſet, vix
cuipiam credibile militię numero, ac deco-
re memorabiles. Vicus eſt pars Vrbis, quæ
fit ex multiplicatis domibus, & ex pluribus vi-
cis, Vrbs conſtat, quę in vicos diuiditur quaſi
in minora membra, ſecundùm Grammaticos.
& Cicero pro Milone. quadrageſimoſeptimo,
Oratiom, & alios. & authore Spiegellio, Idem
30 eſt platea, quòd vicus. Credo † ego plateas eſ-
ſe, quę etiam illis tẽporibus tribus dicebantur.
In Campanili Sancti Laurentij ea eſt inſcriptio
ex montanea tribu, nobiles Ioannes Cicinellus,
& Carolus Sergentius, & ibidem in principio,
quòd Ciuibus, Contribulibusque omnibus, vni
uerſique Vrbi fœlix, fauſtum, fortunatumque
&c. Hoc eſt in his, qui in aliqua parte tribus
aſciti ſunt, vt hodie illis, qui in ea congrega-
tione ſedilis recepti ſunt, Scęuola in l. patronus
de legatis tertio, quod ibidem gloſſam imperi-
tè expoſuit tribum pro progenie. & Zaſius de-
ridet in l. ſecunda. in verbo equeſtri, de origine
Iuris. & Dominus Iacobus Spiegellius, ſequi-
tur, Dominus Oldendorpius etiam & Romę
triginta ſex tribus fuiſſe affirmat & eas expli-
31 cat vir doctiſſimus Paulus Manutius. Alij † ve
tuſtiores ottinas exprimebãt, quaſi optima pars
32 vici. † & optimates, quòd idem eſt, velut
primates & meliores. quod hodie nõ eſt ex toto
33 deletum, & materna lingua ſic dicũt. † Magi
ſtri extaurritarii, qui illas regũt, ſunt de primati
bus, viciniioribus, ibidem habitantibus, & ip
ſi inter ſe ipſos, prout hodie fit, omnes hono
res aſſumunt, & emolumenta diuidũt; cum
non liquet à uetuſtioribus alia diſtributio. Ip
ſi veluti habitantes & viciniores aſſumunt ſibi
ipſis, nec alios admittunt, qui aliqualiter diſta
rẽt Viculis aut Plateolis: & ipſis recedẽtibus &
alibi Incolatũ faciẽtibus, nihil de eo regimine
retinent, ſed amittunt. & alij, qui de nouo ibi-
dem venerint ad habitandum, regimen & ho-
nores & emolumenta percipiunt, veluti ex pu-
blico Ciuitatis munere viciniioribus delato. alij
34 † plateas, q̃ nũc ſedilia appellãtur, exprimebant
antiquitus, de quibus plenior eſt mẽtio in Rege-
ſtis Regum, Nidi ſcilicet & Capuæ. Alię etiam
nobiliſſimæ ſunt, Montaneæ Portus, & Por-
tę Nouę, & parem authoritatem omnes habent

arbitrantur aliqui à Regibus cõſtituta Sedilia, & Modernis temporibus, vt facilior ſit ad diſſentiendum occaſio, quod aliter fuiſſe exiſtimo ad publicum Ciuitatis decorem, vt in his locis promptior ſit cuiuſque ſententia. Plurimæ etia principales plateę nominantur, quę vel ſub iſtis aut alij connexæ ſunt, vt eſt nobilis Platea Forcellæ, quæ ſedili ſeu Plateæ Montanæ vnita eſt. extant penes me vetuſta monumenta, & ex hac cauſa duos facit Electos, aliæ vero vnũ pro qualibet. Sunt nonnullę in eadem Ciuitate familiæ Illuſtres, Spectabiles, & Nobiliſſimę, quę cum nobilibus plateis ſuffragia non habent, & cum Platea Populari non conueniunt, cum & ipſi dedignentur cum popularibus connumerari, nam ſunt genere inferiores, licet inter illos plurimi ſint Ciues honorandi Oppidorum Domini, Iureconſulti doctiſſimi, Officiales & Conſiliarij, ditiſſimi Mercatores, Medici, Philoſophi, Veterani etiam Milites, & cum equis & armis militariter viuentes, qui vt nobiles habẽdi ſunt qui artes non exercent, nec vt populus groſſus ex eorum virtute iudicandi ſunt. Decens non eſt cum illis vocem dare in populo, qui forte ex illa patria deſcendunt, in qua plebei eſſent, & ipſi nobiles, vel ſi ex eo Oppido, in quo Dominus eſt nobilis, & modò pariter Dominus cum ſeruo, libertus cum patrono, villicus cum honeſto, & eodem ſubſellio ſedeat, Dominus cum vaſallo pariter vocem det, & pari honore habeantur in Ciuitate coram Rege, Prorege, & ſuis Officialibus ſupremis, licet nobilis, & vir Illuſtris acquirens ciuitatem in alio loco non perdat nobilitatem, ar. l. ſi cui. §. falſa. de
35 conditio. & demonſtratio. neque † ſi nobilis Neapolitanus accedat ad habitandum in ea Ciuitate, in qua ſeparati ſunt Nobiles à Popularibus, & aſſignati honores nobilibus, vt Surranti, Salerni, Capuæ, Averſæ, & Rauelli, vbi Ioanna Regina ſecunda. 1419. explicat nobilium familiarum progenies, & alibi in Regno nobilis eſſet quò ad honores Ciuitatis, ſed vt Ciuis, vel habitator haberetur, niſi in ordinẽ illorum eſſet receptus, vel niſi ſit eis indultum, ar. l. honor. §. de honoribus ibi, natalium origo, de muneribus & honoribus & in §. ſi qua verò. ibi. conuenit enim vnumquemque nobilium, & in §. interim, in authen. de defenſor. Ciui. cum nobilibus prçeminentia debeatur, & honor. ignominioſum videretur transferri nobiles ad plebeos, ex loco ſunt, & opinione vtentium, ſi de iure deberetur deſuetudo, vel contraria conſuetudo non aufert, nec priuatorum pactionibus ius publicum lædi poteſt. l. ius publicum. de pactis, alij
36 iudicent. † Tamen communi hominum ſententia aliter fertur, & quodam greſſu ignominiam quandam videntur accipere, quia cum eis non participant de honoribus Vrbis. ipſi onera ſubeunt, munera ſuſtinent Ciuitatis, orti, & oriundi ſunt ex illa, quotidiana affinitate iongũtur, & legem naturæ non ſortiuntur, cum ſepe de eorum capite, de ære, de genere, de perſonatũ ſtatu, de religione, de toto aſſe, de ſeruitute, de ventris inopia, de adorando Rege, de elementis terræ, ac de omni denique cœlo tractari contingit, aliorum ſententiam ſequi oporteat. Ipſis verò denegetur dicendi facultas, cum inter patricias plateatum familias annumerari non ſint. Peregrini erunt, cum ius Ciuitatis inter nobiles non habent, & græco vocabulo Apolides, quaſi ſine Ciuitate, quæ eis ſimul cum generis & virtutis nobilitate coniuncta eſt oriundi & orti, nec municipes ſunt, neque Ciues quò ad publicos honores, deleta eſt nobilitas, & patricij equires, Ciues, & peregrini perpetut in eodem conſiſtente loco, cum alienigenæ non ſunt, & pro extraneis reputentur, quamquam vt habitatores Ciuitatis gaudeant immunitatibus. Virtutum atque generis claritas denigratur, cui debiti nõ deferuntur honores, & vbi plurium conſilium deſpicitur, collabi poteſt, quicquid maximũ eſſe cõſpicitur, & ſordis vitæ eſt, quę publica ſunt alijs ſubtrahere, vide tex. in l. ſecunda. C. de defenſo. ciu. & in l. defenſores ita, eodẽ titulo. & in §. interim. in authen. eodem titu. & in authen. prçſides. §. primo. circa prin. C. de epiſc. aud. ad multa illæ leges poterunt allegari, quies publica turbari videtur. Ideo datur officium. l. prima. §. quies. de offic. præfect. vrb. diſſenſio ſolet oriri. ar. l. primę. §. ſed & qui. C. de latu. liber. toll. Ibi, in eos qui pileati incedunt, & ratio tex. in capitulo in nonnollis. extra de iude. ex hoc aliorũ pudor læditur, ar. l. minimę. C. de epi. audi. & in Iudços, quos. C. de iudçis. tex. in §. plebs autem. in verb. ſpecies. inſtitut. de iure naturali gẽtium & ciui. & ibi glo. de præeminentia, & in capitulo ex literis. de præben. Probri vel odij cauſa eſt cum repellitur, vt Saluſtius ad Ciceronẽ, Marcus Tullius inquilinus, Ciuis Vrbis Romę, ſecundùm Lucam de Penna in l. qui fundũ. C. de fundis rei priuatæ, libro 11. & in rubrica. C. de Alexa. primat. & in. l. quinque ſumẽtes. C. de decurion. lib. 10. Virtutum prçmia merentibus conuenit aſſignari. l. fin. C. de ſtatuis & imaginib.

* De hoc officio iudicis dando nobilibus & eorum vxoribus, ſcribit io. Fab. in §. aliam, inſti. de bonor. poſſeſ. quem ſequitur Petrus Ractus ſuper conſ. Picto. in tit. de ſucceſ. in glo. in ver. le principal. car. 144. *

37 Diuus quoque Federicus † Aragoneus pronunciauit inter Populũ & Nobiles, quibus Plateę ſex Nobilium fungãtur honoribus, & Populus in quo honoretur, vt ex ſententia liquet. Hic eſt hodiernus mos regiminis, & cũ quatuor plateæ in vnũ concordant à tota Ciuitate, geſtũ & ordinatũ eſſe cenſetur. Deliberauit primò inter ſe ipſas, quid agendũ ſit in negocijs, quid expediat, & quid cõueniat, & in loco Ciuitatis deputato apud ſanctũ Laurẽtiũ, depotati cuiuſq; plateę opinionẽ, & ſentẽtiã referunt, ex tẽporũ mutatione ſuprema quoq; iudicia mutantur, nec quicquã cõſiſtit ſub ſole perpetuũ. Ciuitas, quę ſemper Regiũ, ac ſuprẽmũ promerebat Imperiũ inferioribus extinctis titulis, Regale tenet nomẽ. Carolus primus Neapolis Rex primus appellatus eſt, vt teſtatur Sebaſtianus Muſtera in Germanię Cronico, ſecundo lib. folio. 276. &

Neapolis

Neapolis caput totius Regni Siciliæ, & matrix dicitur, omnes Regiæ Vrbes, & Metropoles quò ad Regnũ attinet, matrem Neapolim omnium Antiſtitem profitentur, & ipſius exemplo reguntur. cuius ſiquis promeritas laudes percurrere velit, legat Dominum Bartholomæum in ſuis ſermonibus, dum à ſolutione pœnę dam ni clandeſtini dicit eſſe immunẽ. Fuit enim bonarum artium, & diſciplinarum alumna, & propter ſtudia frequens erat Romanorum ſeceſſus, ac virorum Illuſtrium ſedes, dulcem vocat illã Vergilius, doctã Ouidius: apricam Syllius: facundam Ouidius, ſecretam Statius, non raram Colonis, Græci, Latinique ſermonis frequentiſſima.

39 Federicus † Secundus Neapoli generale & ſolemne ſtudium omnium diſciplinarum inſtituit vt ex eo paruulo Archiuo collegi, Theologiæ, Pontificij, Cæſareique Iuris, Artium, & Medicinę ordinauit, vtque ibidem doctorandi toto terrarum Orbe Doctores in illis Artibus & ſcientia declararentur, quod & ipſum Dominũ Bartholomæum Regni Logothetam & Prothonotarium obſeruaſſe in Sermonibus inſpicio, cũ iuuenes Doctores eſſe pronũciabat, & ego dum vices Magni Cãcellarij agebã in ſacro, & venerãdo Collegio, iuuenes ad eã dignitatem approbatos, toto terrarũ Orbe Doctores eſſe pronunciabã.

40 Ex prędictis patet † quonam animo, quavè mente Sindicus à Ciuitate deputetur, an vt & ipſius Electi Decuriones, ſeu Conſiliarij ſint eorum authoritate exuti, & tota ac ſolida dignitas ad Sindicum referatur, cum ſi ſæpe ſit mutatus ſtatus Ciuitatis, ſępe mutata nomina, ſæpe plures numero ad regimentum adaucti, ſæpe ordo delatus ad pauciores, eadem tamen remanſit Ciuitas, Idemque populus, vt in l. proponebatur. de iudicijs. Forma licet mutetur, non propter hoc mutatur effectus. l. ordo. de publicis iudicijs & ſi nomen mutetur, lex non innouat effectum nominis. l. ſecunda. C. de ma. & accuſa. lib. 12. & in §. illud, in authen. vt Iudices ſine quoquo ſuffragio, col. ſecunda. Si de Ciuitate Barones ortiſunt, eorum parentem venerari debent. Nec filius patrem in publicis honoribus pręcedere debet, cũ ipſe publicam non gerat perſonam, nec in hoc maior, eſt ingratus eſt, qui ſe contendit maiorem eo, à quo cuncta bona obtinuit. ſi exter eſſet, aut alienigena, indecorum eſſet, peregrinum, aut forenſem Ciuem antecedere, à quo poſſet expelli. Gerit † Sindicus almæ Vrbis Neapolitanæ omnem ordinem Vrbis, & totam Ciuitatem tam patricios, quàm omnes alios. gerit & Viros Illuſtr. Barones Regia. Agit etiam totum Regnum, tam Ciuitates demaniales, quàm Baronales, & Eccleſiaſticas perſonas, cum ipſe pro omnibus loquitur, pro omnibus exorat, & pro vniuerſis ſermonem facit, & ſupplices pręces effundit pro totius Regni ſalute, & omnium nomine reſponſum ſumit à Rege, ac veluti mater filiorum ſuorum facilius obtinet, quod expoſcit.

42 Dum eſſem in Conſilio Collaterali † Illuſtriſſimus, & Reuerendiſſimus Dominus Locumtenens generalis coram Dominis Regentibus queſiuit à me, vt in hac controuerſia dicerem, quid ſentirem, dum renuerem, & illis Dominis remitterem munus, hoc iterum expetijt, vt meam ſententiam proferrem. Dixi, Dominos Electos ex Sindici conſtitutione, & deputatione non eſſe eorum authoritate, & dignitate priuatos, ſed in publicis Ciuitatis muneribus, & præſertim dum venientes ab Vrbem recipiunt, Dominis Baronibus ſiue exteri ſint, ſiue Ciues, etiam ſi collegialiter intereſſent, præferendos fore. & die vigeſimo eiuſdem die Mar. Idem Illuſtriſſimus Dominus declarauit, Electos Baronibus anteferri.

Die autem Dominico † 25. eiuſdem Menſis ſub feſtiuitate Catherinæ Virginis, & Martyris, quę clariſſima fulſit in Regio Palatio propè Eccleſiam ſancti Spiritus, in quo reſidet Illuſtriſſimus, & Reuerendiſſimus Dominus Cardinalis Seguntius Locumtenens generalis Sereniſſimi, & Potentiſſimi Domini noſtri Regis Philippi. † Venerunt Illuſtriſſimus Dominus Petrus Antonius de ſancto Seuerino Princeps Biſiniani nobilis Plateæ, ſeu Sedilis Nidi, & Sindicus huius Inclitę, & Fideliſſimæ Vrbis, vnà cum Dominis Electis omnium Platearum, cum Tribuno Plebis, ornatis Veſtibus velluti, carmoſini cum albis equis pariter faleratis, & deinde venit Illuſtriſſimus Dominus Franciſcus Ferdinandus de Anolos de Aquino ſuę ętatis annorum viginti trium Marchio Piſcariæ, Princeps Montis Herculis, & Francauillæ & Regni Siciliæ Magnus Camerarius, Generalis Capitaneus ſeu Legatus totius Caualleriæ, ſeu Equitatus in ac deputatus per eundem Sereniſſimum Regem pro capienda Fide, Homagio, ac Ligio iuramento ab vniuerſis Regni ſubditis & fidelibus, ob reſutationem Regni factam per Cæſaream Maieſtatem dicto Sereniſſimo ſuo filio, vt ex literis huic Ciuitati directis. Aſſociatus ſiquidem dictus Dominus cum nonnullis Proceribus, & Illuſtriſſimo Domino Duce Amalfię Magiſtro Iuſtitiario eius Auunculo, ac Illuſtriſſimo Don Indicode Auolos Regni Magno Cancellario eius fratre, equitarunt omnes cum mirabili Comitatu omnium Procerum, & Nobilium, & omnium Officialium, & vniuerſo Populo, Dominus Cardinalis in medio, à manu dextera dictus Dominus Marchio, & à manu ſiniſtra Dominus Princeps Sindicus, & adnenientes in conuentu ſancti Laurentij in loco ſolito, in altero loco à manu ſiniſtra ſedit in quodam ſolio, ſeu Sedia Dominus Marchio. & à manu dextera in alia Sedia Dominus Cardinalis Locumtenens generalis, Dominus Dux Amalfiæ Magiſter Iuſtitiarius in vno Scanno, & ex alio Magnus Cancellarius, & omnes Domini Regentes. & nos Conſiliarij in pede Scabelli cum alijs Officialibus, prout potuimus locum habere ob multitudinem. Dominus Princeps vt Sindicus in alio ſcabello iuxta morem, & poſt eum omnes Electi, & poſt eos Proceres, & Barones Regni ſecundùm determinationem Illuſtriſſimi Domini Locumtenentis, &

Collateralis Conſilij, ibidem exiſtentibus plurimis Dominis, & Sindicis nonnullarum vniuerſitatum. Dominus Marchio per Secretariũ Conſilij Collateralis legi fecit patentes literas dicti Sereniſſimi Domini noſtri Regis ſub data in Regia domo.

Et paucis rebus rem abſoluit pro exequutione ſuę delegationis. Sindicus nomine Vrbis, Baronum, & Regni reſpondit, & ſub quadam pagina explicauit intentum, & deuotionem Ciuitatis: & Domini Electi vnus poſt alium venerunt hora 20. ad pręſtandum fidelitatis iuramentum ſub forma conſueta proſtrati ad pedes dicti Domini Marchionis, tactis Euãgelijs. Sindicus non iurauit: quia fortè non fuit ad hoc conſtitutus a Plateis. Poſt eos Magiſter Iuſtitiarius, & Magnus Cancellarius. Deinde Illuſtriſſimus Dnus Antonius de Aragonia puer annorum circa decem, vel parum plus, Dux Montis Alti. & dum deferretur ad præſtandum iuramentum, Dominus Princeps Biſiniani non conſentiendo, fuit de hoc proteſtatus, & pręteadens primò ſibi deferri, & pro illa vice tantùm, & citra præiudicium tam in petitorio, quàm in poſſeſſorio, ex decreto Dominorum de Conſilio Collaterali pretenus dato, primus omnium iurauit, & ex ordine Princeps Salmonis, Duces, Marchiones, Comites, & Barones, & inter alios ego etiam præſtiti Ligij, Homagij iuramentum, & alij Procuratores Dominorum, Sindici & procuratores vniuerſitatis. & deinde equitantes præfati Domini ex eodem ordine per Plateas nobiles, magna fuit facta ob publicam lætitiam effuſio pecuniæ aureę & argenteæ pro gloria, & triumpho dicti Sereniſſimi Domini noſtri Regis, Ducis Mediolani, ac Angliæ & Francíæ Regis, noſtræ Catholicę, atque Chriſtianæ fidei perpetui defenſoris. Die Lunæ ſequenti hora 17. venerunt prædicti Dominus Cardinalis, Dominus Marchio, Dominus Princeps Sindicus ordine ſuprapoſito cũ Dominis Electis, & Dominis Baronibus ſub eadem regula, & magna comitiua Nobilium in Maiori Eccleſia, Reuerendus Epiſcopus Motularum Vicarius Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi Domini Cardinalis Neapolitani, & in maiori Altari ſolemnem Miſſam decantauit, aſſiſtentibus omnibus Dominis de noſtro Conſilio, & alijs Officialibus. Orationẽ fecit Dominus Epiſcopus ſancti Marci Secretarius Martiranus vir Religioſiſſimus, ac Doctiſſimus, quæ pro honore vtriuſque Cæſaris Patris, & Filij Dominorum noſtrorum Regum ſub candido ſermone laudatiſſima habita eſt. Finito Te Deum Laudamus, idem Dominus Secretarius legit patentes literas dicti Domini noſtri Regis confirmationis dicti Illuſtrimi Domini Cardinalis in ſuo Officio ad beneplacitum: quia cõfirmatio omnium Officialium venerat in eius poſſe, aſſiſtentibus ibidem dominis Electis, dominus Ioan. Bernardinus Carbonus Electus Plateæ Capuanæ ab eodem confirmationem, & obſeruantiam omniũ Capitulorum Vrbis humiliter expetijt, & detulit illi ſacramentum, ſub quo tactis Euangelijs obſeruata iurauit, & recedentibus omnibus fa-

cta fuit pecuniarum auri & argenti effuſio pro
gloria & triumpho dicti domini noſtri Regis.
45 Fuit † apud Veteres mos pecuniam pro triũ-
pho effundere, vt de Scipione legitur, cui ſecun
dùm Polibium, cum publica conuiuia in triũ-
pho non ſufficerent, ſpargere in ludis pecuniam
populo tentauit. Romanum Populum Spurio
Poſthumo, & Quinto Martio Conſulibus pri-
mam ſtipem in ludis ſpargere cœpiſſe, Drachma
grandines, grandines in morem, & aurati im-
bres inſtar pluuiæ, & alia miſſilia antiquitus
ſpargebantur effusè, quod ſequuti ſunt Cæſares
ad multitudinem leniendam. Iulius Cęſar num-
mos in vltimo eius triumpho ſummæ effudit
in Populum, neque Romana Reſpub. (Plinio
authore) locupletior fuit. Nero ſecundùm Sue-
tonium, Paulum Diaconum, & Æutropium, Au
rum, Argentum, Naues, Agros, & Veſtes dona-
uit Populo. Et Heliogabalus Aurea, & Argen-
tea Pocula in Populum ſpargit. Munus hoc (au-
thore Seruio ad Iuuenalem 7.) Aerarij dabatur
Tribuno. Imperator prohibuit Conſulibus pe-
cuniam emittere ad Populum, in l. nemini. C. de
Conſulibus libro 12. olim permiſerat ad eorum
honorem; vt in authen. de collatio. col. 4. Miſſi-
lia Imperator appellat in §. hoc amplius. inſtitu.
46 de rer. diui. Facta † fuit etiam per dictum Do
minum noſtrum Regem generalis delictorum
abolitio, exceptis aliquibus caſibus, etiam quò
ad Carceratos plurimos, Condemnatos, & Fo-
riudicatos partibus concordatis, vel concordan
dis infra tempus ſemeſtre, delictorum facta fuit
condonatio, quod hodie generale Indultum ap
pellamus. Iſta ſunt pro ſalute populorum, & ſub
ditorum, qui ſicut Ira, & Auaritia excitantur, ſic
munificentia placantur, & miſericordia demul-
centur. Maximũ eſt hoc in Principe culpas delin
quentibus indulgere, vt ad vitę melioris frugem
conuertantur. Hoc eſt etiam vincendo victoriã
vincere. iuxta illud Ciceronis ad Cæſarem poſt
partam de patria victoriã. Publica extitit lætitia
in Vrbe, & per Plateas luminaria, ludi, conuiuia,
ſpectacula utrorum, & mulierũ, & per aliquos
dies indictum eſt iuſtitium, ideſt vacatio iuris,
& vt vulgè fertur, repentinę feriæ.
47 Eodem die † quo delatum fuit Baronibus
iuramentum, fuit dubitatum de tribus, quæ bre
ui verbo finiam. & Primò de pręcedentia inter
Illuſtriſſimum Dominum Ducem Montis Alti,
& Illuſtriſſimum Dominum Principem Biſinia
ni. Pro Duce facit, quòd ex Regali ſanguine de-
ſcendit, & Regi noſtro coniunctus, filius Illu-
ſtriſſimi domini Dõ Antonij de Aragonia, & ne
pos eſt Illuſtriſſimi Domini Ferdinandi de Ara-
gonia, filij Sereniſſimi Domini Ferdinandi pri-
mi Regis Inclitę huius Siciliæ citra Farum Re-
48 gni. † & qui deſcendit ex ſanguine Regali cęte
ris anteponitur, veluti dignior, vt ſcribit Caſſa-
neus in ſuo Catalogo, conſide. 32. & 43. in quin-
ta parte. & dominus Nicolaus Boerius in tract.
de authoritate Magni Conſilij, columna 24. &
dominus Petrus Bellalu. in prima parte. Ipſe
enim Regi eſt alijs coniunctior, qui eſt omnium
dominus, & ſupremus. Poſſet quandoque ad

eum

eum deferri ſuccesſio Regni, tam ex forma inueſtituræ, quàm ex nutu populorum, & Baronũ cum licentia ſedis. & magis participat penes Regem, quàm alius, tã in ſedendo, quàm deambulando: & cui ſecreta Regis notoria ſunt. Aliter iurat Domino Regi coniunctus, quàm ſubditus: ut not. c. 1. qualiter uaſal. iura. debe. dom. fidel. non ſic etiam aſtringitur, & ratione ſanguinis, ſeu coniunctionis multa permittuntur, quæ aliàs non conceduntur: vt plenè collegit dominus Afflic. in c. 1. §. ſed & res, per quos fiat inueſtitura, & ille, qui eſt de meliori ſanguine, alios præcedit. ſecundùm Bal. in l. nemini. C. de aduo. diuer. iudic. Caſſa. in 4. par. conſidera. 48.

49 Pro † Principe, videtur dignitas maior Principatus, quã Ducatus. Ipſe enim Princeps primus omnium dicitur, ſecundùm Virg. oono Æneid. 107.

Princeps ardentem coniecit lampade Turnus.

Et Cicero de Oratore 2. & 7. in Verrem. 100. & alibi. & per Plinium lib. 3. Epiſto. 7. not. in l. 2. de orig. iur. & in l. ſpadonem. §. ſi Ciuitatis Princeps, de excu. tutu. ſecundum glo. in c. fundamẽta. §. proinde. de electio. in 6. Princeps eſt quaſi primum locum tenens, quod ſequitur Lucas de Penna in rubr. C. de principibus agentibus in rebus, lib. 12. gl. eſt unica in clem. 1. de Baptiſmo. palam uidimur in Regno, Principem omniũ eſſe primum in Regno, & omnes alios Barones præcedere. tam Marchiones, quàm Duces. Et de Principe non dixere Longobardi in c. 1. quis dicatur Dux. & in c. 1. de feudo marchiæ, & in c. præterea, & in c. Imperialis. Nec alibi in uſib. feudorum mentio eſt, & inter Principes ordo eſt antiquitatis: vt quotidie uidemus in parlamentis, & ſesſionibus. In his ſtamus conſuetudini. l. 1. de albo ſcribendo. l. non tamen. §. fi. de decurio. vbi eſt no. tex. pro hac materia, & in l. Imperator. §. fi. de pollici.

* Idem uoluit Bal. in c. cum olim. per illũ tex: de conſuet. & in l. obſeruare. §. antequam. de offi. procun. & lega. & in c. 1. §. marchię. de his qui feud. dar. poſſ. *

50 Sed ſemper fuit obſeruatum, quòd Princeps pręcedat Ducem, cum ipſe ſit in maiori dignitate, licet Dux fuerit antiquior in ſuo ordine, per l. primam. C. de conſulibus, lib. 12. glo. in c. de libera. io uer. electionis, de offi. lega. in 6. Nec obſtaret, quòd Dux ſit de ſanguine Regali progenitus, nam cum in præſtatione iuramenti conueniant omnes, vt Barones, & feudatarij, & de iuramento dando Regi, nomine feudi agatur. Inter ipſos qualitas ſanguinis non conſideratur. In hoc habetur ut alius, ut probatur pluribus mediis aliàs per me adductis ſuper præcedentia inter Principem Salerni, & Magnum Cancellarium, qui authoritate officij prętendebat in parlamentu inter Barones primus ſedere, & primus omnium dare uotum. ſuper hoc articulo iudicatur inferior: quia de eo tractatur, & diſcutitur, ex his quę ſupra diximus de patre & filio Præſide: ut filius præcedat in his, quæ ad officium pertinent: uel de filio Epiſcopi vel de maiore, qui eſt in domo aliena. In ea * eſt inferior. uel de Doctore, & Milite. In his, quę militię conueniunt: vt not. in authen. habita. & in Archidiacono, & Archipresbytero, dum in diuinis celebrat de epiſc. ſcolari, & recto. ſtudij: ut ipſum præcedat, dum eſt in ſcholis, & de Epiſcopo Canonico, vel de Epiſcopo à laico tenente feudum, vel de Rege tenente Comitatum ab alio Rege, qui eſſet eo inferior: Dignitas, quę uno conuenit actui, licet perſonæ cohereat, nõ habeatur ut dignitas, quo ad illum actum. ſic & ſanguis Regalis, qui uiget in poſteris deſcendentibus ab ipſo Rege non attenditur in actib. priuatis concernentibus, qui veniunt ad hoc ex pacto, ex contractu, uel alia cauſa, quàm propria gerit ipſe perſonam duplicem: una non coheret alteri. adinuicem ſeparantur, at. de ſepara. bono. l. 1. cum ſequen, Non ad hoc dignitas ordinata eſt, ſed rei qualitas inſpicitur, ar. tex. in c. primo. de gradibus ſucce. in feudo, de eo qui cõiunctis eſt ex utroq; latere, ut non excludat illũ, qui ex uno tantùm coniungitur ad feudũ; quia alia lateris coniunctio non tangit feudum, de quo tractatur, illius iuris potentior cauſa præualet, quæ deducitur, ſecundùm dominum Iaco. Rebuffum in l. unicuiq; C. de ꝓximi. ſacr. ſcrin. Ex hoc infertur, quòd Magiſter Iuſtitiarius, & Magnus Cancellarius non debeant primò uocari ad delationem ſacramenti: quia illud pręſtiterunt non ut Magiſter Iuſtitiarius, & ex ordine officiorum Magnus Cancellarius, non ut ſupremi officiales iurabant, cum nemo aliorũ officialium iurauit: ut Præſidens ſacri ſupremi noſtri Conſilij. Locumtenens Camerarij, Quæſtor generalis, Regens Magnam Curiam, Scriba portionis, Secretarius, Regij Conſiliarij, Præſidentes Regiæ Cameræ, & Iudices Magnæ Curiæ, & alii. Nemo iſtorum pręſtitit ſacramentum, neq; per Vſcerium fuerunt euocati.

51 Quòd autem princeps † Dux ſit, & Comes multorum Comitatum, & de ordine Aurei Velleris, parum refert in hoc articulo, utrum princeps ſit tempore anterior inſpicitur: cum prima tia ſit dignitas cęteris paribus, in aliis actibus pręferendus eſſet. Progenitus eſt idem Illuſtr. Princeps ex generoſiſſima Sanſeuerinatum Italię proſapia, quę tot ętatibus, ac innumeris ſeculis Proceres protulit innumeros. Arbitrantur aliqui ex Anglia originem traxiſſe, alii ex Gallia temporibus Caroli primi Regis Siciliæ, alij ex Vngaria uel Ciſalpina Gallia. Extat penes me nobilium familiarum libellus, in quo ex Normannia in Regnum deueniſſe deſcribitur. ꝙ poſt annum Domini noſtri Ieſu Chriſti Milleſimum, quod ego uerius credo. & ex huius nominis oppido, cuius dominum ipſius erat familiæ. Illorum tempore quendam Ricardum Santbrinum Valuaſorem fuiſſe, lego, de genere militum, & feudatariorũ, qui armorũ potentia & Normannorum auſpiciis factus eſt Comes.

* 1347. 2. Nouẽb. anno v. Ioannæ reginæ Thomas de S. Seuerino comes Marſici, cũ aliorum caſtrorũ regni Siciliæ magnus comeſtabilis, & ſub Ladislao Henricus de S. Seuèrino comes terræ nouę.

Ex

Ex ea Salerni Principes,& Biſiniani Principes,
Amalfiæ,Venuſij,Summæ,Scaleç,& ſancti Mar
ci Duces, Comites Clarimontis,Capadociæ,
Marſici, Lauriæ, ſancti Seuerini,Turſi, Mileti,
Altimontis,Terrç nouæ, Potentiæ, Montis ca-
ueoſi,Saponariæ, Satriani, Neritoni, Tricarici,
Coriolani, atque Materç. Infinitorum oppido
rum,& Ciuitatum domini,dono Regum Regu
li habiti ſunt. Et ex Regibus Normanis natales
ſe ducere,priuſquam in Italiam aduenıſſent. Ex
filia Roberti Sanſeuerini Coriolani Comitis na
tus eſt Carolus de Duratio tertius huius nomi-
nis, Regni huius Siciliæ Rex. Viri bello fortiſſi
mi,pace ſapientiſſimi, munifici, religioſisſimi,
fidei Chriſtianæ obſeruatores, ac cœnobiorum
plurimorum obſeruatores. Horum laudes, &
dignitates recenſere, non tam dare initium,
quàm adinuenire exitum,difficilimum eſſet.
52 Secundò, an Procuratores † Baronũ titulo-
rum debeant admitti ex ordine dignitatis ipſo-
rum cum Baronibus titulatis, qui erant præſen
53 tes. Fungitur † procurator uice domini, &
& verè repreſentat dominum ſuum. l. certè. §.
1. de prçcario: quam legẽ ſingularẽ dixit Mayn.
in l. generaliter, de acquir. poſſeſ. Procurator
emittit uocem ſub nomine domini, cuius perſo
na eſt electa ad dandum uotum in parlamento,
uel ad præſtandum ſacramentum fidelitatis no
mine Domini. nihil refert, dominus vel procu-
ratur cum ſpeciali mandato id faciat. Ipſe ut
ſubſtitutus à domino debet ſedere in loco do-
mini, per tex in c. prçcipimus, 93. diſtin. quem
Roma. allegat ſingul. 340. Bar. & Panor. conſil.
22. t. vol. quem ſequitur Caſſan. Catal. gloriç. 4.
par. conſide. 43. & in 7. parte, conſid. 38 & ple-
nè ad multa in 1 t. par. not. Bar. in l. ſi filius, de
54 lega. † & qui ſubrogatur loco domini, eodẽ
iure uti debet, per l. fi. C. ut digni. ordi. ſerue. &
in l. t. C. de collegiatis & incorporat. s, lib. t t. *
& in l. fi. C. de prædiis naui. quod procedit etiã
ſi ſubrogatus ſit inferioris ordinis. l. antep. & ibi
Bat. C. de proximis ſacrorum ſcrinèo. lib. 12. &
not. in l. t. de rei uxo. actio. Quando exercet
nomine, & vice illius, aliàs non: vt ibi not. do-
minus Iacob. Rebuff. & in l. eos. C. de comitib.
rei militaris, & in l. ſiquis ex corpore. C. de mu-
55 rilegulis lib. tt. Poteſt † iuramentum fidelita-
tis prçſtari per procuratorẽ: ut no. in c. t. §. nul
la. per quos fiat inueſt. & Andr. in c. ſancimus:
quo tempore miles. & de hoc non ambigitur,
quando Rex non requireret perſonam uaſalli
ſui. ſecundùm Bal. in l. t. §. ne autem. C. de ca-
duc. tollen. Taurin. in uer. qui quidem inueſti.
* Subrogatus gerit perſonam domini. glo in c.
obedientiam. 93. diſt. & quanto maior eſt do-
minus, eo inferioris legatum prçcedit, ſecun-
dùm And. de Barulo in l. fi. C. de re mili. lib. 12.
Ideo delegatus eſt ordinario maior. c. paſtoralis.
de offi. ordi. c. ſanè quia. de offic. delega. & Vica
rius prçfertur comiti in cauſa à principe ambo
bus commiſſa. l. t. C. de offi. vica. ſecundùm Al-
cia. lib. 2. paradox. c. 2. qui vice alterius ſubroga-
tur, illa debet vti prçrogatiua & priuilegio, qui
bus ille fungebatur, cuius loco ſubrogatur. l. ſi
quis ex corpore. C. de murile. lib. 10. l. fi. C. de co
miti. rei milit. & in l. fi. C. de aqueduc. & per Ia-
bum Rebuf. in l. vnicuiq;, C. de prox. ſacr. ſcrin.
lib. 12. & quia poſterior eſt ex tempore, ultimus
eſt inter priores, d. l. vnicuique, & l. comperi-
mus: ubi rationis eſt diuerſitas, non procedũt,
quç de ſubrogatione dicuntur, vt dicit iunior
Soc. conſi. 74. num. 21. 3. lib. Goza. in l. 2. num.
34. de pac. inter empto. & uendit. facit tex. in c.
ſuper quæſito. §. quia uerò. de offi. dele. no. Hen
ric. Bohic in c. eccleſia. ut lit. pend. naturalis. in
ſpicitur natura non accidentalis, glo. magna in
l. certi condictio. ſi cert. pet. Bar. Bal. & Sal. in l.
1. §. t. C. de rei vxor. action. Bolog. conſi. 68.
& per alia p. Soci. conſi. 33. num. 19. uolum. 3. *
Dixi ego ibidem, Procuratores non admitti pari
ter cum titulatis Baronibus, quia ipſi non de-
berent ſedere in eo loco, in quo eorum domi-
nus aſſideret. Non poteſt perſona procurato-
ris intromitti in eo loco, & ſubſellio. Cenſe-
56 tur † ius honorificum, quod perſonæ cohæret,
& non poteſt cedi in alium eius nomine. licet.
utilitas propria ſit, ex not. per gl. in l. ſi non
ſortem. §. libertus. de condictio. indebi. Fieret ei de
terior conditio collegæ, ſi alius non eiuſdem
qualitatis ſecum pariter, uel ſederet, vel proce-
deret. Ignominioſum uideretur Duci, ſi uide-
ret notarium unum, uel villicum nomine alte-
rius Ducis à latere ſedere ſecum, & durius ſi
præcederet eum. In hoc fieret ſibi præiudicium,
ex no. per Andream in c. 1. §. ex eadem lege, de
lege Corradi. & per Bar. in ſimili in d. §. liber-
tus. & dominum Zaſium in repet. & per Fulg. &
Pau. de Caſtr. in l. 2. ſol. matr. Bal. in l. t. C. de ope
ris libertorum. Iſta hærent dignitati quò ad ho
nores ſuos affixà ſunt perſonç, quæ poſſunt ad
aliam perſonam transferri, quç non ſit de eodẽ
gremio, ar. l. parabolani. C. de epis, & clericis.
* Ang. in l. athleta. Ibi. quàmdiu in præſidatu
ſunt. de excuſ. tuto. & in l. ſed ſi hac liberos. de
in ius vocan. Ibi tandiu, quamdiu. *
Admittatur procurator ad excuſandũ domi-
num, vel ad iurandum ſuo nomine, quia Rex de
eius procuratore remanſit contentus. Hoc non
lçdit alios Barones, cum effectus negocij reſpi
ciat Regem, & Baronem mittentem procurato
rem, poteſt liberè fieri, ſed quòd ipſe procura-
tor det primò vocem, uel ſecundò ex ordine di
gnitatis ſui domini, uel q in eodem loco ſedeat,
& præcedat, non poteſt fieri in perniciem, & ſe
rè ad iniuriam, unde ſi cum eis non poteſt conſi
ſtere, minimè & dare uocem, quod eſt plus, & il
57 la ſeſſio ordinatur ad id † ſubrogatus tunc
utitur iure domini ſui, quando dominus potuiſ
ſet ad hoc ſubrogare, ut de Epiſcopo, & Vicario
qui ſedebit in loco Epiſcopi, de Domino, & Ca
pitaneo eius, qui præcedit omnes in oppido do
mini, & de aliis ſimilibus, Iſti etiam ſubſtituun-
tur authoritate legis, & non hominis, ut no. in
d. l. filius, & in l. Vicarius. per Bar. uel quando
ſuperioris authoritate, ut per Abbatem in c. ſa-
nè. de offi. delega. & per Alexandrum in l. 1. §.
quib. de legatis 3. uel quãdo poteſt liberè diſpo
nere abſq; damno uel præiudicio tertii. Pro hoc
uidetur

videtur tex. in l. vnicuique, & ibi not. Ioan.de Platea in 2.col.de proximis ſacrorũ ſcrineorũ.

* Eſt ſubrogatus illius potentię & conditionis quoad eos, qui ſubſunt ei, cuius vices gerit non quoad alios, plura ſcribit Abb. conſi. 21. in 1. volum. & quoad omnem adminiſtrationem nõ quoad dignitatem. l. 2. C. de com. rei milita. lib. 12. & ibi Ioan. de Platea, ẽt in his, quæ ſpectant ad illum, in cuius locũ eſt ſubrogatus, non quoad actus ſpectantes ad eum, qui vices gerit. Sande. in c. cum olim. el 2. de offi. dele. Barba. in c. ſa nè. 1. col. eo. In plurib. differt legis uel hominis fiat ſubrogatio, ex not. p Bar. in l. 1. §. hęc actio. ſi quis teſta. lib. eſſe ius. fuer. per Ruyn. in not. q. conſi. 143. nu. 19. uol. 5.

Inter procuratores abſentiũ habebit ſuum locum, & ordinem: quia nemo lęditur, & omniũ par cauſa eſt, nec perſona deputata conſideratur hoc caſu, ſed domini.

* Quod hodie in parlamentis obſeruatur, ut inter procuratores loco domini ſedeant, & dent uocem. *

58 Tertio, quid de Baronibus † poſſidentib. Caſtra cum pacto redimendi. Vſcerius primò uocauit aliquos ex his in gratiam dignitatis, & non benè, quia etiam inter hos dominos ſeruandus eſt ordo antiquitatis, & antiquior pręferri debet. iuxta not. in l. cum quid. ſi certum petatur, & per Sandæam in rubr. de main. & obed.

59 † Et quando duę Ciuitates concurrunt in parlamento, antiquior debet in dubio pręferri, ar. l. ſemper. de iur. immun. quàm ad hoc allegat dominus Belluca, trac. Principum, in principio

60 † ſicut doctor antiquior iuniori. l. ſi. & ibi Bar. C. de tironibus, lib. 10. & ueteranus ſcolaris de nouo uenienti ad ſtudium, ut ibi per Andream de Barolo, & dominum Rebuffum de Epiſcopis, Abbatibus, & aliis antiquiorib. ut per Ma-

61 der. in rubr. de main. & obed. † In honoribus, & ſesſionibus, qui prior eſt in tempore, potior eſt in iure. ſecundùm Bal. in §. quib. in 1. conſt. C. facit l. honores, de decurio. & in §. ſingulorũ, inſti. de rer. diui. & in c. antiqua, de priuilegiis.

62 Hodie † uertitur controuerſia de præcedentia inter Ciuitatem Capuanam, & Salernitaná: quia ciuitas Salerni prætendit in parlamentis Capuanam præcedere, licet interiecto tempore fuerit ſub Baronis dominio, & hodie demanialis eſt: Capua autem multa deducit, de cuius origine, & dignitate ueteres latè & diffusè ſcripſerunt, licet Sedes antiquæ Vrbis ſæpe mutata ſit. Salernitana etiam magnam antiquitatem habet, ſecundùm graues authores, & inter Romanorũ colonias, quæ poſtea ſuffragiũ promeruit, agri Picentini inter oppidos nobilisſima Ciuitas, Legum, philoſophiæ, & artiũ mater, & alũna Regia Vrbs, & ſedes excelſa, tunc monetam cudebat argenteam, Leges Regni ex ordine literę primò eam nominat. Audio litem eſſe in exordio, nec proceſſum eſſe inſtructum. Surrentum etiam hoc contendit, ex vetuſtis græcorum Accolis & græca Vrbs, & Surrentina reſpub. & Dux, & Conſul Surrentinę reipub. nobilitate multa præfulget, in Regiam ſedem redijt, temporaneo ſublato obſtaculo, quod à lege delatũ erat, controuertit ab eadem ſibi reſtitutum eſſe. Retrocedit lex cauſa ceſſante, quod ob ſeueritatem abſtuliſſet. De alia quæſtione non ſcribo: quia bene determinata eſt.

Sufficiat hęc pauca annotaſſe ad laudem, gloriam, & honorem Omnipotentis Dei, eiuſque glorioſisſimę Virginis matris Marię, Sanctorum Ioannis Baptiſtæ, Hieronymi, Marini Martiris, Caterinę Virginis, & omnium Sanctorũ: Neap. 22. Decembris. M. D. LIIII. Die Sab.

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. VITT. EMANUELE ROMA